(2) *Plazo.* Limita in Fisco agente propter necessitatem fiscalem contra debitorem suum ante diem, ut habetur *in L.* 1. *C. de condict. ex lege*, & ibi Bart, & Bald. Et quid si petat ante conditionem completam? Dic, quòd habebit locum ista lex, ut *in cap.* 1. *de plus petition.* & quod tempus tunc duplicetur, dic, quòd eventus conditionis declarabit, secundùm Bart. *in L. pecuniam, ff. si certum petatur*; quidquid in contrarium voluerit Jaso. *in dicto* §. *sed hæc quidem.*

(3) *Ante del plazo.* In hoc tollit hæc lex opiniones quæ erant, quod tempus erat duplicandum: an illud quod restat à tempore petitionis, an totum tempus ab initio? & approbatur opinio quam tenet Bart. *in L. justas, C. de jure fisc. lib.* 10. Videas *in* §. *temporales* 10. *Inst. de except.*

L E X XLVI.

Nemo compellitur agere, nisi quis jactet se, quòd aliquis est servus ejus, aut aliud malum de eo coram aliis dicat: quia tunc reo instante coram judice, quòd de prædictis contra eum agat, judex mandabit eum agere; aliàs absolvet reum, nec posteà audietur diffamans super præmissis: & si posteà talia replicaverit, judex puniet eum. Hoc dicit.

(1) *Constreñido.* Concordat *L. unica, C. ut nemo invitus agere*: & an possit aliquando judex cogere quem ut accuset? Bart. dicit quòd sic, in crimine homicidii, *in L. in eum, ff. de accus.* & dicit S. Thom. 2. 2. *quæst.* 68. *art.* 1. quòd si crimen fuerit tale, quod vergat in detrimentum Reipublicæ, tenetur quis ad accusationem, dummodò sufficienter possit probare quod pertinet ad offi-

quando alguno se va (2) alabando, e diziendo contra otro, que es su sieruo; o lo enfamando, diziendo del otro mal ante los omes. Ca en tales cosas como estas, o en otras semejantes dellas, aquel contra quien son dichas, puede yr al Juez del Logar (3), e pedir que constriña a aquel que las dixo, que le faga demanda sobrellas en juyzio, e que las prueue, o que se desdiga dellas, o quel faga otra enmienda, qual el Judgador entendiere que sera guisada. E si por auentura (4) fuesse rebelde, que non quisiesse fazer su demanda, despues que el Judgador gelo mandasse, dezimos, que deue dar por quito (5) al otro para siempre; de manera, que aquel nin otro por el, non le pueda fazer demanda sobre tal razon como esta. E avn dezimos, que si dende en adelante se tornasse a dezir del, aquel mal que ante auia dicho, que el Judgador gelo deue escarmentar; de manera, que otro ninguno non se atreua a enfamar, nin a dezir mal de los omes tortizeramente.

L E Y XLVII.

Como los Judgadores pueden apremiar a algunos omes, que fagan sus demandas, contra aquellos que quieren ir en sus caminos.

Asechan (1) los omes vnos a otros maliciosamente, por embidia, o por malquerencia que han contra ellos. E esto fazen contra los mercadores, e contra los otros omes, que han a fazer sus viajes por mar, o por tierra. Ca luego que saben que tienen sus mercaderias, e sus cosas aparejadas para yrse, mueuen demandas escatimosamente contra ellos ante los Jud-

ficium accusatoris, puta, cum peccatum alicujus vergit in multitudinis corruptelam corporalem, vel spiritualem: si autem non fuerit tale peccatum, quod in multitudinem redundet, vel etiam si sufficientem probationem adhibere non possit, non teneretur ad intentandam accusationem: & adde in ista materia Gl. *in cap. quapropter*, 2. *q.* 7. & *in cap.* 1. 4. *q.* 5. & *in cap. si quis per capillum*, 22. *q.* 1. & quòd neque filius cogatur accusare per judicem occisores patris, tenet Alberic. *in dicta L. unica.*

(2) *Alguno se va*, Concordat *L. diffamari* 5. *C. de ingen. manum.* & vide Bald. declarantem illam legem, *in L. si ea*, *col.* 2. *C. qui accus. non poss.* scilicèt, quòd procedat, quando diffamatus est in possessione existentiæ sui juris: quia per diffamationem videtur turbari in sua quasi possessione; & quòd aliàs non cogeretur diffamans agere. Facit etiam quod notat Bart. *in L.* 1. §. *hujus autem*, *ff. uti poss.* quòd, si propter diffamationem alicujus dicentis prædium non esse meum, ego non invenio colonos, vel laboratores ad colendum prædium; dicor turbari in possessione, & competit mihi remedium pro vi turbativa. Dicendum tamen videtur, quòd istud remedium competat ex diffamatione, sive concernat personæ statum, sive res: & etiam etsi propter hoc non minùs inveniam colonos, & laboratores, ut est conclusio omnium Doctorum. Innoc. Abb. & cæterorum *in cap. conquerente*, *de offic. ordinarii.* Bart. *in L. cum Titia*, *ff. de accus.* & Bald. *in authent. ad hæc*, *col.* 6. *C. de usur.* Joannes de Imol. *in L. de pupillo*, §. *si is cui*, *ff. de nov. oper. nun.* Paul. *in L. unica*, *C. ut nemo invitus*: & ita versatur in practica, & facit hæc lex ibi, cum dicit: *O en otras cosas semejantes*: nam cum dicitur, aliquid per aliquem detineri contra conscientiam, satis malum dicitur de eo, quod includitur in hac lege.

(3) *Al Juez del logar.* Non aperit, quis judex sit iste, an diffamati, vel diffamantis, & de jure communi de hoc sunt opiniones: nam quædam decisio Neapolitana, n. 267. de his quas collegit Matheus de Afflict. dicit, quòd fuit judicatum, quòd agens remedio *L. diffamari*, dicatur actor, ex quo provocat ad judicium: & sic, quòd debeat convenire illum qui se jactat in foro suo, & non in foro diffamati. Allegat Paul. & Alex. *in L. libertus*, *ff. de in jus vocando*, dicentes, quòd excommunicatus non potest agere remedio *dictæ L. diffamari*, cum voluntariè petat. Contrariam tamen opinionem tenet Abb. *in cap. si quis contra clericum*, *de foro comp. notab.* 1. dicens, quòd debet attendi origo causæ naturalis, non quòd accidentaliter contingit, *L. qui habet* 3. *ff. de tut.* & eandem opin. per multa fundamenta tenet Alex. *consil.* 103. *volum.* 5. licèt Math. de Afflict. *in dicta decis.* referat eum pro prima parte, sed non rectè retulit; imò fundat, & tenet istam ultimam partem, quòd sequatur forum diffamati, & illic petat diffamatus remedio dictæ legis: & hoc idem tenet Socin. *consil.* 94. *volum.* 3. incipit, *in causa vertente inter Joan. de Perpignano*, licèt ibi concludat in casu suo unum valdè singulare, quòd per hoc non tollitur facultas diffamanti, qui est originarius actor (in casu quo reus potest conveniri coram pluribus judicibus) eligere alium judicem rei, & recedere ab illo coram quo egit diffamatus: eandem opinion. tenet etiam Marian. Socin. *in cap. cum sit generale*, *col.* 2. versic. *primo igitur fallit*, *de Foro comp.* referens præceptorem suum Franciscum Aret. idem tenentem: & ista ultima pars est verior, & communis: & admiror de dicta decisione Neapolitana: nam fundamentum de dicto Pauli, & Alex. *in dicta L. libertus*, excluditur ex his quæ dicit Alex. *dict. consil.* 103. & ex doctrina Bart. *in dicta L. libertus*: nam dicit Bart. quòd ad incidendum in pœnam vocantis in jus sine venia, satis est quòd faciat citare, licèt agat remedio dictæ legis; tamen quoad omnes alios effectus dicitur iste reus, & non actor: & sic erit in repulsione excommunicati, quoad hunc effectum; non verò decidunt ibi Doctores, quòd per hoc in omnibus aliis reputetur actor: & videtur hoc posse fundari ex ista lege, nam dicit: *Puede yr al Juez del logar*: et sic sentit de judice rei diffamati.

(4) *E si por auentura.* Sed an sufficeret unica monitio? Glos. *in anthent. de hæred. & falc.* §. *si quis autem non implens*, in verbo *admonitus*, vult, quòd requiratur bina monitio, ut quis possit privari jure suo: & idem ibi Ang. inferens ad proprios terminos hujus legis: & tenet etiam Ang. Aret. *in suo tractat. malef.* in parte *necnon ad querelam*, *col.* 15. & *in rubr. de except. instit. col.* 19. Obstat tamen *cap. licèt*, *de accus.* sed Marian. ibi solvit: quia ibi fuit, ex eo quòd dixit, quòd nolebat accusare: unde non requiritur alia monitio. Ludovicus tamen Rom. *in L. quandiu*, *ff. de adquir. hæred.* reprobat dicta Ang. per urgentes rationes. Vide Felin. *in cap. ex litteris*, *col.* 7. *de constit.* Sed tutum erit in practica servare dictum Angeli.

(5) *Deue dar por quito.* Sit ergò cautus advocatus diffamati, ut faciat proferri sententiam super hoc, prout hìc dicitur: nam aliàs posset agi, non obstante lapsu termini, ut notat Innocent. *in cap. cum in tua*, *qui matrim. accus. poss.* & Ang. *in tract. malef.* in parte *necnon ad querelam*, *col.* 15. Ang. & Imol. *in L. quandiu*, *ff. de adquir. hæred.* Et quid si judex in præfixione termini comminaretur, quòd de cætero eum non audiet? Ang. in dicta Rubr. *de except. col.* 19. tenet, quòd tunc non erit necessaria alia pronuntiatio, ut non audiatur: quod reputat notandum. Tu serva practicam hujus legis: & adde ad dictum Ang. Felin. *in cap. venerabilis*, *de jud. col.* 4. & fuit originale dictum Salic. *in L. si ea*, *C. qui accus. non poss.*

L E X XLVII.

Fraudulentèr agens contra mercatorem, aut alium viatorem, ut differat suum iter, compellitur ad rei instantiam per judicem, ut ad breve tempus contra eum agat; aliàs non audiatur, donec a suo itinere, seu via redierit. Hoc dicit.

(1) *Asechan.* Adde notata per Glos. & Doctores *in L. unica*, *C. ut nemo invitus.*

Judgadores, para estoruarles que se non puedan yr de la tierra, en la sazon que deuian. Onde dezimos, que los Judgadores non deuen sofrir tal escatima, nin tal engaño como este, quando lo sopieren. E para refrenarlos desta maldad, mandamos, que el mercador, o otro qualquier que se temiere desto, pueda pedir al Juez, que apremie a aquel que le esta assechando, quel faga luego su demanda, e que la non aluengue, fasta en la sazon que se quiere yr. E el Juez deuelo fazer. Ca si estonce el demandador non quisiesse su demanda mouer, non deue despues ser oydo, fasta que el demandado torne de su viaje (2).

TITULO III.

De los Demandados, e de las cosas que deuen catar.

Demandado es aquel, a quien fazen en juyzio alguna de las demandas, que diximos en el Titulo ante deste. E porende, pues que mostramos las cosas que el demandador deue catar, ante que comience de fazer su demanda en juyzio; conuiene que fablemos agora del demandado. E que mostremos otrosi, que cosas es tenudo de catar para guardarse de yerro, e para ampararse de las demandas, quel quisieren fazer. Onde dezimos, que aquellas cosas que de suso mostramos, que el demandador deue catar, ante que comience su demanda; que essas mismas cosas deue catar el demandado, ante que responda a ella. Ca bien assi como el demandador deue saber, quien es aquel, a quien quiere fazer su demanda. Otrosi el demandado ha de ser sabidor, en conocer la persona, de aquel que gela quiere fazer. Otrosi ha de catar, que cosa es aquella quel demandan. E ante quien. E en qual tiempo. E otrosi, que recabdo tiene, con que se ampare de lo quel demandan. E sobre todo ha de meter mientes, en que manera le fazen la demanda, porque sepa mejor responder a ella, o poner defension ante si, para escusarse de como non es tenudo de responder, a lo quel demandan.

LEY I.

Que el Demandado deue catar, quien es el quel faze la demanda, ante que responda a ella.

Qvien es aquel que faze la demanda, es cosa que deue mucho catar el demandado, ante que responda a ella en juyzio. E porende deue primeramente preguntar al demandador, si le quiere demandar por si mismo, o en nome de otro. E si dixere, que lo quiere fazer por otro, non es tenudo de responderle (1), a menos de le mostrar carta de personeria, que sea valedera, o de le dar segurança, que lo aura por firme aquel en cuyo nome lo demanda; assi como mandan las leyes deste libro, en el titulo que fabla de los Personeros. Otrosi deue catar, si aquel que comiença la demanda, si la faze en nome de huerfanos: ca nol deue responder, a menos que le muestre recabdo, de como aquellos huerfanos (2), por quien la faze, le fueron dados en guarda. E aquel recabdo que mostrare, deuelo fazer meter en escrito (3), de manera que non pueda ser negada la personeria. E desta guisa lo que fuere fecho en el pleyto, sera valedero por siempre. E si por auentura el que faze la demanda, dize que la faze por si, e non por otro, deue catar el demandado, si el demandador es tal ome que pueda estar con el en juyzio: ca si tal non fuesse, non seria tenudo de responderle a su demanda. E esto seria (4), como si el demandador fues-

(2) *Torne de su viaje.* Non ergò hoc casu imponetur silentium, prout in lege præcedenti; licèt contrarium hoc casu volebat Salicet. *in dicta L. unica*; licèt hoc dicebat, jungens ambo hæc dicta.

TITULUS III. DE EXCIPIENTIBUS, & de iis quæ eis incumbunt.

LEX I.

Agenti nomine alieno, non tenetur reus respondere, nisi ostendat instrumentum procurationis, vel caveat rem ratam dominum habiturum, juxta dispositionem *legis decimæ, tit. 5. eadem Partit.* Item, neque respondere debet minori viginti quinquè annis pro se agenti, neque servo, vel alii non habenti legitimam personam standi in judicio. Hoc dicit.

(1) *Tenudo de responderle.* Nota cum dicit: *Non es tenudo de responder.* Nam si reciperet judicium, adhuc teneret etiam non exhibito mandato: si tamen postea opponeretur de defectu mandati, haberet necesse procurator producere mandatum, alias judicium redderetur nullum. Patet *ex L. licèt* 24. & ibi notatis, *C. de procurat.* & *in L. Pomponius* 40. §. *rati, ff. eodem tit.* Glos. *in cap.* 1. in verbo, *absentis, de elect. in* 6. & quod notat Specul. *tit. de procurat.* §. 1. *col.* 9. vers. *sed quid si receptum.*

(2) *De como aquellos huerfanos.* Adde Specul. *tit. de actore, col.* 23. vers. *item tutor, & curator*: & versic. *si autem*, & ibi etiam de prælato, an debet ostendere litteras suæ electionis. Et tenetur etiam tutor exhibere inventarium, cum aliàs non admittitur ad administrationem, ut *in L. fin. C. arbitr. tutelæ*, & *L. tutor, qui repertorium* 7. §. 1. *ff. de administr. tut.* non tamen tenebitur dare totum inventarium reo, ne res pupilli, & secreta pandantur, sed tantùm copia ejus qualiter factum est inventarium, sine descriptione omnium rerum, ut notat Bart. Alber. & Bald. *in L. fin. C. de alim. pupill. præstand.*

(3) *En escrito.* Vel ut ponatur originaliter in processu, vel ejus transumptum registratum in actis, ut hìc dicit: nam sic registrata fidem faciunt, ut originalia, ut patet hìc, & notant Bart. Bald. & cæteri Doctores, *in authent. si quis in aliquo, C. de edendo.*

(4) *E esto seria.* Vide *L.* 11. *suprà tit. proximo*, & vide Specul. *tit. de actore, col.* 1. 2. 3. & 4. ubi ponit plures quæstiones in hoc.

fuesse menor de veynte cinco años, e fiziesse la demanda sin su Tutor, o Curador; o si fuesse sieruo, o otra persona dequellas que diximos en el titulo de los Demandadores, que non han poder por si mismos de estar en juyzio.

LEY II.

Que deue catar el Demandado, quando el demandador le pidiere en juyzio alguna cosa por suya.

PIdiendo el demandador en juyzio alguna cosa por suya, deue catar el demandado a quien la pide, que non entre en pleyto sobre ella, si la non touiere. Ca si respondiesse (1) que la tenia, non seyendo tenedor della; e el que la demanda, teniendo que era verdad, fuesse adelante por el pleyto (2), e prouasse que la cosa que demandaua, que era suya; tenudo seria estonce el demandado, de pechar tanto al demandador, quanto jurasse (3) que valia aquello de quel venciera. E esto seria, porque se non supo guardar, de dezir mentira a su daño. E el apreciamiento deste atal deue ser asmado por el Judgador, ante que la jura tome: mas si por auentura el demandador sopiesse ciertamente, que el demandado respondiesse mentira (4), razonandose por tenedor, de la cosa que non tenia; maguer despues prouasse aquello, que le demandaua, que era suyo; si el demandado se quisiesse arrepentir de lo que auia conoscido, diziendo despues, ante que el juyzio afinado diessen sobre aquel pleyto, que non era tenedor de la cosa, estonce quando otorgo que la tenia, nin lo es aun, quando lo dize (5); deuel ser cabido, e non se deue aprouechar el demandador, de lo que auia prouado, porque maliciosamente anduvo en el pleyto, e el mismo se engaño, pues que sabia de cierto, que el demandado non era tenedor de la cosa que conociera.

LEY III.

En que pena cae el Demandado, que niega en juyzio la tenencia de la cosa, de que es tenedor.

NEgando (1) el demandado alguna cosa en juyzio, que otro le demandasse por suya, diziendo que non era (2) tenedor della; si despues desto le fuesse prouado (3) que la tenia, deue entregar al demandador de la tenencia (4) de aquella cosa (5), maguer el que la pide, non prouas- *Ley 14. tit. 8. lib. 2. Recop.*

LEX II.

Si actore rem vendicante, reus detentorem rei se asserat, & actor bona fide litem cum eo prosequatur, remque suam esse probaberit; condemnabitur reus ad rei æstimationem, quanti cum judicis taxatione actor in litem jurabit. Si verò actor sciat eum mentiri, & prosequatur litem; & ante sententiam reus pœniteat, & asserat, se rem non possidere, neque tenuisse tempore quo dixit; absolvetur reus. Hoc dicit. Et habet ortum *à L. is qui se obtulit* 25. *ff. de rei vindic. cum L. seq.* & *L. qui se liti* 45. *ff. de petit. hæred.*

(1) *Ca si respondiesse.* Non ergò sufficeret, si simpliciter taceret, litem suscipiendo: quia quantumcumquè comparcat in judicio, non videtur se liti obtulisse, ut habetur *in L. si à te* 9. §. *Julianus* 2. *ff. de except. rei judic.* Alberic. & Angel. *in L. is qui se obtulit* 25. *ff. de rei vindic.* ubi & Bart. Requiritur ergò, quòd respondeat, seu dicat, se possidere: pronuntiare tamen poterit, rem pertinere ad actorem, ut habetur *in dicto* §. *Julianus.*

(2) *Adelante por el pleyto.* Hoc dicit: quia ante litis contestationem admitteretur pœnitentia, & revocatio confessionis, cum sit in præparatoriis judicii, ut *in dicta L. qui se obtulit*; nisi jus actoris factum esset deterius: videas Glos. *in L. de ætate* 11. §. *Celsus* 12. *ff. de interr. in jure faciend. & interrogator. action.* Condemnabitur tamen in expensis, secundùm Bald. *in dicta L. is qui se obtulit.*

(3) *Quanto jurasse.* Nota istam legem, nam videtur in hoc novum inducere: nam de jure communi solùm condemnabatur quanti interfuit actorem non decipi, ut est casus *in L. qui se liti obtulit* 45. *ff. de pet. hæred.* & tenet Ang. *in L. is qui se obtulit* 25. *ff. de rei vindicat.* Dic tamen, quòd idem, quod hìc disponitur, erat de jure communi, ut patet ex Glos. *in L. is qui se obtulit* 25. *ff. de rei vindic.* ubi Alberic. hoc procedere dicit, quando agitur rei vindicatione: & sic videtur respondere ad *L. qui se liti, ff. de pet. hæred.* & adde Specul. *tit. de interrogation.* §. *nunc de interrogationum effectu*, qui sensit istam repugnantiam, scilicèt, *L. si is qui se obtulit* 25. *ff. de rei vindic.* & *dictæ L. qui se liti* 45. *de pet. hæred.* & vult, quòd, aut actor petat interesse, vel quanti in litem juraverit super æstimatione rei: & quidquid sit de jure communi, tu nota istam legem, quæ hoc declarat, sequens opinionem Glos. *in dicta L. si is qui.*

(4) *Respondiendo mentira.* Et incumbit de hoc probatio reo, ut est text. de hoc *in dicta L. qui se liti obtulit* 45. *ff. de pet. hæred.* & tenent Alberic. & Ang. *in dicta L. is qui se obtulit* 25. *ff. de rei vindic.* potiùs enim præsumitur, quòd actor ignoraverit, quàm quòd sciverit.

(5) *Aun quando lo dize* Nam condemnaretur, si possessio superveniret, *L. sin autem* 27. §. 1. *ff. de rei vindicat.*

LEX III.

Si reus neget se rem possidere, & convincatur de mendaçio, transfertur possessio in actorem; reo tamen manet salvum jus proprietatis, super quo agere poterit. Et cavere debet reus, quid sibi ab actore petatur, prout & actor cavere debet, quid, & qualiter petat. Hoc dicit. Habet ortum primum dictum *à L. fin. ff. de rei vindic.*

(1) *Negando.* Per mendacium, ut subjicit, & sic dolosè: nam si ignorans fecerit, non punitur pœna hujus legis, Glos. Bart. & Doct. *in L. fin. ff. de rei vindic.* à qua ista habet ortum, & Lud. Rom. *consil.* 70. *in tertio dubio*, ubi ad hoc allegat optimum text. *in cap. vasallus si feudum, si de feudo fuerit controv. inter domin. & agnat.* si tamen esset lata culpa in negando, idem esset, quod si dolosè, Bald. *in dicto cap. vasallus*, & Alex. *consil.* 35. *volum.* 5.

(2) *Diziendo que non era.* Interrogatus à judice, non si à parte, Glos. 1. *in L. fin. ff. de rei vindic.* & ibi Ang.

(3) *Le fuesse prouado.* Pœnitere tamen posset ante probationem, & liquidationem, & confiteri; & evadit pœnam hujus legis. Glos. *in dicta L. fin.* & *ibi* Angel. & Lud. Rom. *in dicto consil.* 70. *tertio dubio.* Item limita, nisi probatio fieret per juramentum, & confessionem conventi, ita ut actor in probando non gravetur, *L. eum qui* 30. *ff. de jurejur.* Glos. *in dicta L. fin.* & *ibi* Alberic. Item limita istam legem, nisi aliqua ex demonstrationibus rei petitæ non esset vera: nam tunc parceretur neganti, *L. in testamento* 27. *ff. de condit. & demonstrat.* per quam Bald. *in cap.* 1. *qualiter domin. propriet. feud. privetur*, dicit, quòd in pœnis debet liquidissima esse probatio, & Alexandr. *consil.* 35. *vol.* 5.

(4) *De la tenencia.* Vel in pœnam mendacii, vel quia metu actionis videtur derelinquere possessionem, secundùm Bart. *in L. fin. ff. de rei vindic.*

(5) *De aquella cosa.* Intellige ex eadem instantia officio ju-

uasse que era suya. Pero si el demandado, despues que le ouiesse entregado de la tenencia de la cosa, quisiesse demandar el señorio della, razonando que es suya, bien lo puede fazer: e si prouare que lo es, deuegela entregar, e si non, deue fincar al otro, a quien fue entregada: e porende se deue mucho guardar el demandado, de non dezir mentira (6) en juyzio. Otrosi dezimos, que deue poner guarda, si la cosa quel demandaren en juyzio, es mueble, o sil demandan la tenencia, e el señorio, todo en uno, o el señorio tan solamente, o sil piden debda, o emienda de daño, o de tuerto, o de deshonrra, que ouiesse fecha; que se faga fazer la demanda sobre aquella cosa ciertamente, porque sepa si se puede amparar, e yr adelante por el pleyto, o non. Ca en cada vna destas cosas, quel demandassen, deue ser apercebido de catar, todas aquellas razones, que de suso diximos, que fueren a su pro; assi como el demandador las deue catar, por aprouecharse dellas, en razon de su demanda.

Leyes 8. y 9. tit. 3. lib. 4. Recop.

L E Y IIII.

Que el Demandado non es tenudo de responder en juyzio, si non ante su Alcalde, fueras ende en cosas señaladas.

RESponder non deue el demandado en juyzio ante otro Alcalde, si non ante aquel que es puesto para judgar la tierra, do el mora cotidianamente. Fueras ende en aquellas cosas que de suso diximos, en las leyes que fablan del demandador, en esta razon. Empero en todo pleyto es tenudo de responder delante del Rey, si fuere fallado (1) en su Corte. E non se puede escusar, diziendo que aquel pleyto nunca le fuera demandado delante de su Alcalde, nin por otra razon semejante della. E esto es, porque la Corte del Rey es Fuero comunal de todos, e non se puede ninguno escusar de estar a derecho. Pero si el demandado viniesse a ella, por acompañar a su Señor (2), a quien fuesse tenudo de aguardar, o si viniesse por mandado del, o por su Concejo, o para ser testigo en algund pleyto, sobre que fuere llamado, o viniesse y por seguir su alçada, o si le llamasse el Rey, por alguna cosa que ouiesse de veer con el; non seria tenudo de lo fazer, sobre pleyto (3) que estonce le mouiessen, si el primeramente non tornasse a su casa. Mas como quier que se pueda escusar de non responder alli por esta razon, deue prometer al Rey, que fara derecho antel Juez de su fuero, sobre aquellas cosas que le quieren demandar en la Corte. Pero por qualquier destas maneras sobre dichas, que viniesse a la Corte el demandado, si estando y ven-

judicis, secundùm Bart. & Arberic. *in dicta L. fin. ff. de rei vindic.* & Ludovic. Roman. *dicto consil.* 70. *dubio tertio*, vel ex conditione hujus legis. Quia tamen utrumque remedium requirit temporis intervallum, dicit Ang. *in dicta L. fin.* quòd cum sibi hæc quæstio pluries occurrisset, aliter practicavit: scilicèt, quòd negatione facta, agens petat, dari per judicem licentiam intrandi in possessionem rei petitæ, tanquàm vacantis à reo, reservato jure cujuslibet tertii: cui licentiæ non potest reus contradicere, cum sua non intersit, cum asserat, se non possidere; quæ practica videtur probari *in L. qui servum* 20. §. *in jure, ff. de interrogat. in jure fac. & interrogat. action.* & videtur bona practica, quando non constaret de alterius tertii possessione.

(6) *Non dezir mentira.* Extende istam legem, ut procedat in quacumque actione reali, ut ex ea patet, & tenet Alberic. *in dicta L. finali*; & etiam in petitione hæreditatis, Glos. & Angel. *ibidem.* Extende etiam, & si tempore executionis reperiatur, non possidere, quia transtulit possessionem in alium, Alber. *ibidem.* Item, quòd & habeat locum in nuda detentatione, idem Alberic. *ibidem.* Item extende, ut & habeat locum etiam in spiritualibus, Angel. *ibidem.* Item in emphiteota, & feudatario negantibus, idem Angel. *ibi*: vide Specul. *tit. de locato*, §. *nunc aliqua*, *versic.* 65. Extende etiam, quòd non poterit reus excipere de dominio, etsi offerat statim probationes; sed priùs debet reddere possessionem, Bartol. Bald. & Angel. *ibidem*, contra Glos. Extende etiam, etsi fateatur possessionem; sed dicit possidere titulo pro emptore, & in hoc mentitur; si in hoc convincatur de mendacio per probationes actoris, Bart. *in dicta L. finali*, Bald. *in L. cogi* 11. *col. fin. C. de petit. hæredit.* Procedit etiam in nominante alium dicente mendacitèr, ejus nomine possidere, vel si dicit, se possidere nomine magis potentis, cum possideat nomine minùs potentis. Vide Alberic. *in L.* 2. *C. ubi in rem actio*, *col.* 5. & Angel. *in dicta L. fin.* & Abb. *in cap. fin.* §. *final. col.* 20. *ut lite non contest.* Procedit etiam, si possessor hæreditatis vendidit res hæreditarias, & negat se possidere, cum convenitur petitione hæreditatis, Bald. *in L. cogi* 11. *col. fin. C. de petit. hæredit.* Vide Glos. & Angel. *in dicta L. fin.* & quid si mentitur in parte, vide Bald. *in dicta L. cogi*, *in fine.*

L E X IIII.

Reus non compellitur nisi coram suo judice domicilii respondere. Tenetur etiam in Regis Curia respondere, si ibi inveniatur; nisi ad Curiam venerit cum domino suo, aut ejus mandato, aut pro universitate Concilii sui, vel vocatus causa testimonii perhibendi, seu ad suam apellationem prosequendam, aut à Rege vocatus: tunc habet jus revocandi domum: tenetur tamen promittere stare juri coram suo judice: sed si in Curia tunc contraxit, vel deliquit, tenetur ibi respondere. Idem si ibi eo agente, reus eum reconvenerit; nisi ipse agat ratione furti, damni, aut injuriæ, quam ibi passus est. Hoc dicit.

(1) *Si fuere fallado.* Concordat *L.* 2. §. *legatis*, *ff. de judic.*

(2) *Por acompañar a su Señor.* Hæc sunt exempla: idem si ex alia necessaria, vel probabili causa simili.

(3) *Sobre pleyto.* Secùs si ibi contraxerint, ut habetur *in dicta L.* 2. versic. *omnes autem*, & infrà *ista lege.* Sed an quod hìc disponitur, corrigatur hodiè per *L.* 4. *tit.* 11. *lib.* 2. *Ordin. Reg.* quatenus lex illa vult, quòd procurator civitatis, vel villæ, qui jussu Regis venit ad Curiam, possit ibi capi, seu pignorari pro debito proprio, licèt non pro debito suæ civitatis; cogita: nam fortè posset dici, quòd non corrigatur ista lex, & quòd illa procedat, quando aliàs talis captio, vel pignoratio liceret, & esset casus, in quo non competeret tali procuratori jus revocandi domum, veluti quando huic privilegio per eum esset renuntiatum; vel aliàs esset casus, in quo ibi posset capi, & conveniri, veluti si non promittat de respondendo domi in foro suo; vel dic, quòd licèt lex illa permittat capturam, vel pignorationem pro debito proprio, non tollit exceptionem ex remedio hujus legis competentem; undè si de ea non opponeret, teneret captura, & processus, secundùm Paul. de Castr. *in L.* 2. §. *omnes*, *ff. de judic.*

vendiere, o comprare, o fiziere otro pleyto qualquier, o faziendo y tuerto, o fuerza, o daño, o otro yerro, tenudo es de responder y por ello, si gelo demandaren. Otrosi dezimos, que si aquel que viniesse a la Corte del Rey por alguna de las razones de suso dichas, si quisiere y mouer demanda (4) en juyzio contra otro, e aquel a quien fiziere la demanda, demandare a el, que le faga derecho sobre otra cosa, ante que el juyzio afinado les den sobre el primero pleyto, que y es tenudo de responder a tal demanda como esta. Fueras ende, si la primera demanda fuesse fecha en razon de furto, o de daño, o de deshonrra, que el demandador y ouiesse rescebido. Ca seyendo mouida la primera demanda sobre alguna cosa destas sobre dichas, non le podrian (5) y fazer otra. E si gela fiziessen, non seria tenudo de responder a ella. E esto es, porque demanda emienda de tuerto, que rescibio en aquel logar.

LEY V.

Sobre qual pleyto son tenudos los Demandados de responder antel Rey, maguer non les ouiessen primeramente demandado por su Fuero.

Leyes 8. y 9. tit. 3. lib. 4. Rec. Ley 21. tit. 5. lib. 2. Rec. Ley 4. tit. 1. lib. 3. Rec. Ley 11. tit. 5. lib. 4. Rec.

Contiendas, e pleytos y ha, sin aquellos que auemos dicho en la ley ante desta, que son de tal natura, que segund Fuero de España (1), por razon dellos son tenudos los demandados de responder antel Rey, maguer non les demandassen primeramente por su fuero. E son estos (2): quebrantamiento de camino (3), o de tregua, riepto de muerte segura, muger forçada, ladron conoscido, o ome dado por encartado de algund Concejo, o por mandamiento de los Jueces, que han a judgar las tierras; o per sello del Rey, que alguno ouisse falsado, o su moneda, o oro, o plata, o algund metal, o por razon de otro grand yerro de traycion, que quisiessen fazer al Rey, o al Reyno; o por pleyto que demandase huerfano (4), o ome pobre

(4) *Y mouer demanda.* De novo; nam si prosequens appellationem, non posset reconveniri, u suprà dixi: & sic nota, quòd in causa appellationis non habet locum reconventio: quod intellige secundùm Ang. *in L.* 2. §. *legatis, ff. de judic.* nisi judex appellationis esset in eodem loco, in quo est domicilum appellantis. Paulus tamen. *ibi* tenet contrarium: quia ille judex appellationis non erat suus judex, nisi per appellationem, & fortè hoc verius.

(5) *Non le podrian.* Non ergò habet locum reconventio contra agentem pro injuria, vel furto, etiamsi ageretur civiliter pro injuria, secundùm Angel. *in dicta L.* 2. §. *sed si agant.*

LEX V.

Casus, qui in Curia Regia possunt à principio moveri, sunt itineris fractio, vel treugæ, causa riepti, vel mortis securæ, raptus mulieris, & publici latronis, hominis banniti, falsitatis sigilli Regii, vel ejus monetæ, proditionis contra Regem, vel Regnum. Item orphanorum, vel pauperum causa. Hoc dicit.

(1) *Segun fuero de España.* Vide *in Leg. Stili*, *L.* 91.

(2) *E son estos.* Nota hanc legem ponentem casus Curiæ, & vide *L.* 23. *tit.* 9. *Partit.* 2. & adde *L.* 14. *tit.* 2. *lib.* 3. *Ordin.* quæ etiam ponit aliquos ex istis casibus, & addit alios, scilicèt, pro domo combusta, & lite viduarum, & pro crimine alevosiæ. Adde etiam, quòd est casus Curiæ, si agatur contra præsidem, vel alium judicem ordinarium, vel contra decuriones, vel alium officialem alicujus civitatis, vel oppidi, eo casu, quo durante officio conveniri potest, ut habetur *in Ordin. de Medina*, *fol.* 2. versic. *Otrosi*, *porque*, *in fin.* Item est casus Curiæ, si agatur contra aliquod concilium, vel universitatem civitatis, vel villæ, in qua est caput jurisdictionis, ut habetur *in Legibus Stili. L.* 37. & vide alium casum *in istis Legibus Stili*, *L.* 119. *cum sequent.* vide etiam alium casum *in L.* 7. *tit.* 2. *lib.* 6. *Ordin. Reg.* Adde alium, *in L.* 4. *tit.* 17. *lib.* 8. *Ordin.* Sed an lis super bonis majoriæ, vel super vassallis, & castris sit de casibus Curiæ? Videbatur, quòd sic, per quoddam capitulum Ordinationum Judicum Majorum Regni Galleciæ, incipit, *Otrosi*, *que si alguno*; sed tu tene, quòd per hoc, si alàs non sit casus Curiæ, non potest adiri Curia in prima instantia, & illa ordinatio ita intelligi debet. Et nota regulariter, quòd non debet esse lis minoris summæ, sed majoris, ut deducatur in Curia, ut *in L.* 23. *tit.* 4. *lib.* 2. *Ordin.* Alium casum vide *in L.* 5. *tit.* 14. *lib.* 3. *Ordin. Reg.* Sed an dicetur vidua quoad istos casus illa, quæ nunquam habuit maritum? Videbatur, quòd non, ex communi usu loquendi, juxta ea quæ adducit Abbas, & Felini *in proœm, Decretal.* tene tamen contrarium, quia in favorabilibus dicitur vidua ea, quæ non habuit virum, *L. malum* 242. §. *viduam* 3. *ff. de verbor. signif.* licèt in materia stricta tantùm comprehenderetur illa, cujus maritus mortuus est, ut tradit Felin. *in cap. significantibus de offic. deleg.* & intellige de viduis honestè viventibus, *L. his solis* 7. & *ibi* Bald. & Salic. *C. de revocand. don.* Felin. *in dicto cap. significantibus*; & ad id quod dixi, quando lis est cum judice, vel aliquo ex prioribus, seu-alio officiali publico, adde Bart. *in L. de pupilo* 5. §. *si quis ipsi prætori* 7. *ff. de novi op. nunc.* Sed quid si unus privilegiatus conveniat in Curia alium æquè privilegiatum, qui declinat volens non extrahi de foro suo? Videtur, quòd vincat reus: quia, extante paritate privilegii, vincit reus, & favor additus reo reducit paritatem ad imparitatem, Bald. *in L. jubemus* 6. *in princip. C. ad Trebell.* & quia, si scholaris agit contra scholarem, cessat privilegium, *authent. habita. C. ne filius pro patre*: argum. *L. sed & milites* 8. *ff. de excus. tut.* Bald. *in L.* 2. *C. de privileg. fisci*: & quando privilegia invicem concurrunt, conquassatis privilegiis, reditur ad jus commune; Abbas *in cap. in præsentia. de prob. col.* 12. Bald. *in authent. perpetua. C. de sacros. Eccl.* ad idem, quod notat Bald. *in dicta authent. habita*, *collat.* 7. ubi concludit, quòd scholaris conventus à vidua coram Potestate, non habebit privilegium illius authenticæ ex eo, quia cum privilegia sunt æquè specialia, melior est conditio rei, & isto casu major ratio est ex parte viduæ, quia debiliores sunt, & omnem parvam potentiam perhorrescunt: undè etiam in fœmina divite procedit *L.* 1. *C. quando Imperat. int. pupill. & viduas*, & *dicta L. Ordinam.* secundùm Joan. Fab. & Alberic. *ibi*; adde Gl. *in cap.* 1. 87. *distinct.* undè si concurrerent mulier, & minor, potentius esset privilegium viduæ, quàm minoris, per prædicta, & *in L. in multis* 9. *ff. de stat. homin.* ubi notat Bald. quòd cæteris paribus, plùs favetur monasterio monialium, quàm virorum, & reputatur locus magis pius, & pauperior. In contrarium tamen facit *L. si apud* 12. *ff. de minor.* ubi habetur, quòd petentius sit privilegium ætatis, quàm mulieris utentis Vellejano; sed responde, quòd exceptio ibi competens mulieri erat odiosa, ut etiam Bald. dicit *ibi.*

(3) *De camino.* Quid in castellano? Videtur posse conveniri: quia non est idoneus facilitate conveniendi. Vide Gl. *in L.* 2. *ff. qui satisd. cog.*

(4) *Huerfano.* Adde illud, quod habetur *Psalm.* 9. v. 14. *Orphano tu eris adjutor*, & *Psalm.* 145. *vers.* 9. *Pupillum, & viduam suscipiet*: & quis dicatur orphanus, an requiratur, quòd sit minor 14. annorum; Doctores videntur inclinare, quòd intelligatur de pupillo, *L.* 1.

bre (5), o muy cuytado (6), contra algund poderoso, de que non podiesse tambien alcançar derecho por el fuero de la tierra (7). Ca sobre qualquier destas razones, tenudo es el demandado, de responder ante el Rey, do quier que lo emplazassen. E non se podria escusar por ninguna razon, porque estos pleytos tañen al Rey principalmente por razon del Señorio. Otrosi, porque quando tales fechos como estos non fuessen escarmentados, tornarse y a ende en daño del Rey, e comunalmente de todo el Pueblo de la tierra.

LEY VI.

Como el Demandado deue catar, en que tiempo le quieren fazer la demanda, e las defensiones que puede auer contra ella.

Ley 1. tit. 2. lib. 4. Recop.

APercebirse debe el demandado, ante que responda a la demanda quel quieren fazer, que cate el tiempo, en que gela fazen. Ca si fuere dia feri do, non es tenudo de responder en el, sobre demanda que le fagan; fueras ende en aquellas cosas que diximos de suso, do fablamos de los dias feriados. E si por auentura fuesse tal dia en que deuiesse responder, deuese fazer dar en escrito, la demanda que quieren mouer contra el, e tomar plazo de tercero dia (1), en que se conseje, e vea todo el recabdo, que tiene por cartas, o por testigos, o por otro derecho, de que se pueda ayudar, contra aquello quel demandan.

LEY VII.

En que manera deue el Demandado responder a la demanda que le fazen.

Leyes 1. y 2. tit. 4. lib. 4. Rec.

CAtadas todas las cosas que de suso diximos, deue despues el demandado, responder a la demanda en esta manera: otorgando de llano lo que le demandan, si es cierto que verdaderamente lo deue. Ca si lo negasse, e le fuesse despues prouado, caeria porende en daño, e en verguença, pechando lo que le demandauan, e demas las costas, e las misiones, a aquel que venciese la demanda. Mas quando otorgasse luego lo que deuia, el Judgador le deue mandar (1), que pague lo que conoscio, fasta diez dias (2), o a otro plazo mayor, segund entendiere que es guisado, en que lo pueda complir. E si por auentura entendiere, que la demanda quel fazen, non es verdadera, deuela negar de llano, diziendo, que non es assi como ellos ponen en su demanda, e que non les deue dar, nin fazer lo que piden. E despues que el damandado ha respondido en esta manera, a la demanda que le fazen, es començado el pleyto por demanda

Ley 14. tit. 8. lib. 2. Rec.

1. *C. quando Imp. int. pup. & vid.* ut notant *ibi* Alberic. & Joan. de Plat. *in L. universi 3. C. de fundis rei priv. lib.* 11. & idem videtur tenere Paul. de Castr. *in dicta rubr. C. quando Imper.* In practica tamen in isto Regno intelligitur, quoad istum casum, si sit orphanus carens patre, licèt major 14. annorum, minor tamen 25. annis, & ita practicatur. Et quid si causa esset communis minori orphano, & alii majori? an tali casu major beneficio minoris poterit trahere adversarium ad Curiam ratione communionis causæ? Videtur quòd sic, ut *in L. si communem 10. ff. quemadm. servit. amitt.* Illud tamen procedit quando causa est individua, & in individuis, ut tradit Fel. *in cap. 1. col. 2. de præscrip.* & adde *L. 1. ff. de quib. reb. ad eund. jud. eatur.*

(5) *Pobre.* Adde *dictam L. Ordin.* & meritò his est providendum, quia vox pauperis penetrat nubes, & non descendit donec audiatur, *Ecclesiast. cap. 35. vers.* 21. & quando pauper violentiam patitur à potente, etiamsi non est ausus vociferare, sed latenter lachrymatur, tacitus ejus clamor in excelso auditur, Chrysost. *homil. 2. super Matthæum.*

(6) *O muy cuytado.* Vide *L. 20. tit. 23. infrà ead. Partita.*

(7) *Por el fuero de la tierra.* Adde quod notat Abb. *in cap. Nicolao, de appellat.* & an judex ecclesiasticus cognoscat de causis miserabilium personarum, vide Innocent. *in cap. significantibus, de offic. deleg.*

LEX VI.

Si contra reum actio intentatur die feriata, non tenetur ei respondere; nisi agatur contra eum in casibus quibus illo tempore agi potest, ut suprà *ead. Partit. tit. 2. L. 35*, & si tempore debito sit actio proposita, debet habere tertium diem ad consulendum. Hoc dicit.

(1) *Plazo de tercero dia.* Hodiè sunt novem dies, ut *in L. 1. tit. 3. lib. 3. Ordin. Regal.*

LEX VII.

Tenetur reus respondere actioni contra eum propositæ, confitendo, si verum est quod petitur. Et judex præcipiet, ut infrà decem dies solvat; vel majorem dilationem ei assignet, in qua reus commodè possit solvere, quod debet; aliàs litem per negativam contestetur. Hoc dicit.

(1) *Deue mandar.* Et an à tali præcepto possit appellari? Specul. *tit. de appel. §. in quibus, col.* 1. dicit quòd non, & *ibi* vide Joann. Andr. *in addit.* & Bald. Ang. & Paul. *in L. si debitori meo, ff. de judic.* limitantes, nisi allegaretur confessionem fuisse erroneam. Vide Gl. *in cap. 1. 87. dist.*

(2) *Fasta diez dias.* Aprobat consuetudinem, de qua per Glos. *in L. si debitori, ff. de judic.* & adverte, quia Alberic. Ang. & Paul. de Castr. *in dicta L. si debitori* intelligunt, quando respondet confitendo, nullo dato libello: nam si daretur libellus, tunc per confessionem esset lis contestata, & de necessario esset ferenda sententia, & daretur tempus quatuor mensium, quod datur judicatis, ut *in L. 2. C. de usur. rei judic.* Sed ego crederem, quòd procedit hoc, etiam dato libello: & ita est de mente hujus legis, juncta cum precedenti, quidquid esset de jure communi: & quia militat eadem ratio, sive confiteatur statim dato libello, sive non dato. Et nota, quòd si judex non asignaret terminum in præcepto de solvendo, intelligeretur, quòd habeat tempus quatuor mensium, secundùm Bald. *in dicta L. si debitori.* Et istud præceptum potest fieri die feriato, secundùm Bald. & Angel. *ibi*: quia non est in figura judicii: & vide *L. 2. tit. 13. ead. Partit.* & *L. 2. tit. 22.* & quæ ibi dixi, *ead. Part.*

da e por respuesta: a que dizen en latin (3) lis contestata, que quiere tanto dezir, como lid ferida de palabras.

LEY VIII.

Como otorgan a las vegadas los Demandados lo que les demandan, poniendo defensiones ante si.

Ley 1. tit. 5. lib. 4. Rec.

Conocen a las vegadas los demandados, lo que les demandan en juyzio. Pero ponen luego defensiones ante si, que han pagado, o fecho aquello que les demandan, o que los demandadores les fizieron pleyto, que nunca gelo demandassen. E porende dezimos, que en tales razones como estas, o en otras semejantes dellas, que debe el Judgador dar plazo al demandado (1), a que prueue la defension, que ouiere puesta ante si. E si la prouare, deuel dar por quito de la demanda, e fazer que el demandador peche las costas, que ouiesse fecho el demandado en esta razon. E si al plazo que fuere puesto, non pudiere prouar la defension, deuel dar por vencido de la demanda. E aun demas desto mandamos, que si el Judgador entendiere, que el demandado maliciosamente puso ante si la defension, para alongar el pleyto, quel faga pechar las costas, e las misiones, que el demandador fizo, andando en aquel pleyto, por razon de tal alongamiento.

LEY IX.

Por quales defensiones se puede escusar el Demandado, de non responder a la demanda.

Ley 1. tit. 5. lib. 4. Rec.

Defiendense los demandados a las vegadas de las demandas que les fazen, poniendo defensiones ante si, que son de tal natura, que aluengan el pleyto, e non lo rematan. E llamanlas en latin dilatorias, que quiere tanto dezir como alongaderas. E son estas, como si algund ome fiziesse pleyto con su debdor, que los marauedis, o la cosa que le deuia, non gela pidiesse (1) fasta tiempo, o dia señalado, e despues desso gelo demandasse en juyzio ante del plazo. O si emplazassen alguno delante de tal Judgador, de cuyo fuero non fuesse, o si la vna parte contradixesse la personeria

(3) *A que dizen en latin.* Sentit ista lex, quòd per negationem, & non confitendo, nulla opposita exceptione, dicatur lis contestata. Vide notata *in L. 1. C. de litis contest.* & Abb. *in cap. 1. de litis contest. col. 5.* & *L. 10. infrà eod.*

LEX VIII.

Si reus petita cognoscat, sed solutionem, aut pactum de non petendo allegaverit, debet exceptionem probare; aliàs condemnabitur in re petita: & si judici visum fuerit, eum maliciosè litigasse, etiam in expensis ratione dilationis condemnabit. Hoc dicit.

(1) *Dar plazo al demandado.* Hodiè dantur viginti dies, per *L. 1. tit. 8. lib. 3. Ordinam.* quibus elapsis, non admittitur, nisi noviter oriantur, vel veniant de novo ad suam notitiam, & hoc juret, ut ibi habetur: & idem disponitur per *Ordinationes de Madrid, cap. 8.* ubi dicitur, quòd infrà dictos viginti dies opponantur quæcumque exceptiones, & defensiones peremptoriæ, & præjudiciales, cujuscumque sint qualitatis. Et adverte ad materiam hujus, & dictarum legum, quòd est de substantia judicii, ut proponatur exceptio: quia non proderit probare factum nisi apposita sit exceptio, Bald. *in L. per hanc, col. 5. C. de temp. appel.* & sufficeret reo narrare factum, ex quo resultet exceptio, secundùm Bart. *in L. 1. ff. de except.* licèt Bald. voluerit contrarium *in dicta L. per hanc.* Item istud de proponendis exceptionibus, procedet etiam in causis criminalibus: quia criminalia ad instàr civilium in hoc rediguntur, *L. absentem 5. §. 1. ff. de pœn.* Bald. *in L. 2. col. 5. C. sentent. rescindi non poss.* Si tamen perimeret accusationem, debet poponi secundùm eum ante nomen rei receptum inter reos, *L. 2. §. si publico, ff. ad Leg. Jul. de adult.* Item terminus dictarum legum procedet etiam quoad exceptiones anomalas propter verba generalia dictarum legum: & quia exceptiones anomalæ debent proponi in termino peremptoriarum, ut declarat Bald. *in L. exceptionem, col. 3. C. de probation.* Includentur etiam in dicto termino exceptiones largè sumptæ, licèt propriè non excludant intentionem: cum istæ leges non solùm dicant exceptiones, sed etiam defensiones; argumento eorum, quæ notat Bart. *in L. 3. §. et parvi, ff. quod vi, aut clam.* licèt aliàs sub termino exceptionum non comprehenderentur exceptiones intentionis, vel facti, Glos. *in cap. 1.* in verbo *defensionis, de litis contestat. lib. 6.* & *in L. in rebus*, super verbo *exceptionem, C. de jur. dot.* & *ibi* Bald. notat, & idem Bald. *in L. peremptorias, col. 5. C. sententiam rescindi non posse*, & Jas. *in L. generaliter, col. 1. ff. de verb. obligat.* Nota tamen, quòd sufficiet reo, si producat suas exceptiones in termino, etsi ad hoc non faciat citari adversarium, Bald. *in L. si ea, in fin. C. qui accus. non poss.* admittuntur autem post terminum aliquandò cum juramento partis, ut *in L. Ordinam.* & *L. de Medina*, de quo vide per Specul. *tit. de except. §. dicto*, versic. *si ergo procurator*, & versic. *sed nunquid attestationibus publicatis*, & versic. *& nota, quòd si contra excipientem.* Vel si competat restitutio, ut *in dicta Ordin. de Medina*, versic. *Otrosi, que si por parte de los menores*, quam vide: & vide in materia Bald. *de milite vasallo, qui contum. est, col. 5.* versic. *sed quid dices.* Exceptio tamen excommunicationis in quacumque parte judicii opponi potest, ut habetur *in Clementina 1. de exception.*

LEX IX.

Exceptiones dilatorias, ut pacti de non petendo usquè ad certum tempus, vel fori declinatorias opponat reus, & probet antè litem contestatam; & si posteà opponat, non auditur. Et si judex perpendat reum excipere maliciosè, apponat ei certum terminum peremptorium ad omnes exceptiones proponendas, & probandas, & posteà eas non admittat. Hoc dicit.

(1) *Non gela pidiesse.* Concordat *L. exceptionem 19. cum* Glos. *ibi, C. de probation.* & cum notatis per Specul. *tit. de except. §. nunc videndum, in princ.* Et videtur intelligenda hæc lex, scil. quòd talis dilatoria solutionis sit proponenda ante litis contestationem, & non post, quando per eam intendit differre judicium, & consequi absolutionem ab instantia, cum agatur ante diem: sed si ad istum finem non opponeretur, tunc etiam lite contestata posset opponi, & probari: & ea probata, pronuntiabitur, condemnando ad solutionem adveniente die, de quo vide plenè per Bart. Salic. & Paul. *in dicta L. exceptionem*, & *ibi* vide per Bart. quid si de tali dilatoria solutionis constabat ex actis, an possit judex supplere, licèt exceptio non fuerit opposita: & sic cum ista lex dicit inferiùs: *Nol deuen ser cabidas*, intelligitur, ut ex hoc non differatur judicium, non ut totalitèr excludatur. Sed an cum post litis contestationem proponitur, debeant duplicari induciæ, vide Bald. Paul. & Salic. *ibi*: & facit ad prædictum intellectum, quod notat Abb. *in cap. pastoralis, de except. col. 3.* de exceptionibus impedientibus litis ingressum, non oppositis ante litis contestationem, an

ria de la otra , mostrando razon , por que non debe ser Personero (2) , o diziendo que la personeria que trae , non era complida (3) segund derecho , e porende que non era tenudo de responder a la demanda , que le fazen ; que atales defensiones como estas , o otras semejantes dellas, poniendolas el demandado, ante que responda a la demanda , e aueriguandolas, deuen ser cabidas. Mas si despues que el pleyto fuesse començado por respuesta , las quisiesse poner alguno ante si , nol deuen ser cabidas. Otrosi dezimos , que si el Judgador entendiere , que el demandado pone a menudo maliciosamente defension ante si, por alongar el pleyto , que puede el Juez, dar vn plazo peremptorio (4) al demandado, que ponga todas sus defensiones, ayuntadas en vno , e que las prueue. E si al plazo que le fuere puesto , non las prouare, o non las pusiere , que despues non deue ser oydo (5). Mas deue el Judgador yr adelante por el pleyto, assi como mandan las leyes deste libro.

LEY X.

Por quales defensiones non se pueden escusar los Demandados , que non respondan a la demanda.

DEfensiones ponen a las vegadas los demandados por si , ante que respondan a la demanda , diziendo que non deuen responder a ella , porque aquellos que la fazen son sus sieruos (1). Otrosi es, quando alguno demanda herencia de su padre , e le dize el demandado , que non es tenudo de responderle , negando que el demandador non es fijo de aquel , por cuya razon la faze. O si por auentura pide alguna manda , que dize quel fue dexada en testamento , e el demandado dize que non es tenudo de responder a ella, porque el testamento fue falsado. E porende dezimos, que por tales defensiones como estas , o otras semejantes dellas , que los demandados pusiessen ante si para embargar la respuesta , que non se deue el Judgador detener por ellas , de yr adelante por el pleyto principal. Ante dezimos , que deue constreñir (2) al demandado , que llanamente responda si , o non (3), a la demanda

an posteà possunt opponi : & concludit , quòd sic in vim peremptoriarum.

(1) *Entre si.* Vide *in cap. studendum 7.* & *in cap. placuit 9. 90. dist.* & abstine te à lite, & minues peccata, *Ecclesiast. cap. 28.* vers. 10. & Glos. *in Clement. dudum.* in parte *actibus, de sepultur.*

(2) *Que lo reciben.* Sed an cogatur recipere? Dic quòd non, ut *in L. 3. §. tametsi, ff. de recept. qui arbitr.* & infrà *L. 29.* & idem in arbitratore, Glos. *in L. fin. ff. de contrahend. empt.* de quo vide Specul. *tit. de arbitr. §. fin.* vers. *sed nunquid arbitrator*; & *ibi* quando videatur recepisse, & *ibi* quomodo post acceptationem cogatur judicare: & vide Bald. *in L. 1.* per text. *ibi, ff. ubi pupil. educari debeat*, dicentem, quòd si est conjunctus, compellitur recipere arbitrium: & dicit Glos. *in cap. sicut enim, 11. quæst. 1.* per text. *ibi*, quòd peccat arbiter, vel arbitrator, qui possunt tollere controversias inter partes, & non faciunt: & *ibi* per Arch. Et teneret compromissum, quo caveretur, quòd non possit cogi arbiter invitus pronuntiare, secundùm Alberic. *in dicto §. tametsi.* Vide Specul. *tit. de arbitr. §. fin.* versic. *quid si actum sit.*

(3) *Seà de tal natura.* Vide suprà *eod. L. 24.*

(4) *E si pena non y fuesse.* Vide suprà *eod. L. 23.* & *L. 1. C. de arbitr.* & *cap. dilecti, de arbitr.* & nota, quòd etiam in arbitratore oritur actio ex arbitramento, si sit emologatum expressè, vel per transcursum decem dierum, ut habetur *in L. fin. infrà eod.* & *in ultim. cap. Ordinat. de Madrid*; quidquid sit de jure communi, de quo per Bart. *in L. societatem 76. §. arbitrorum, ff. pro socio*, & Abb. notat *in cap. quintavallis, in 8. differentia, de jurejur.* Et jura loquentia de appositione pœnæ procedunt in arbitro, licèt etiam in arbitramento possit poni pœna, prout fuerit conventum inter partes; & dato, quòd pars reclamet ab arbitramento, & petat reductionem ad arbitrium boni viri, si confirmetur, debet executioni mandari; & etiam cum fuerit ad æquitatem redactum, ut notat Abb. *in dicto cap. quintavallis*: & hodiè patet *in dicto cap. Ordinationum de Madrid.*

(5) *En poder de los auenidores.* Adde *L. litigatores 11. §. quod ait prætor, ff. de recept. qui arbitr.* & *ibi* per Glos. quid si simplicitèr datur pignus non dicto cui applicetur: & adde Alberic. *in L. penult. C. eod.*

(6) *Que non judguen.* Adde *L. non distinguemus 32. §. de officio 15. ff. de recept. qui arbitr.*

(7) *Les dixesse.* Adde *L. item si unus 17. §. inde Pomponius, ff. eod.*

qual manera quier que sean, e non en voluntad (8) de otri. Como quier que ellos puedan, e deuan tomar consejo con omes buenos, quando alguna dubda les acaeciere, en los pleytos que han de librar. Pero si las partes quisiessen meter su pleyto en mano de auenidores, en tal manera, que si ellos non pudiessen acordarse, que tomassen otro que las partes señalassen (9), que fuesse y con ellos; estonce dezimos, que bien lo pueden rescebir. E si aquel ome con quien los auenidores se auian de acordar, non lo señalassen las partes (10), estonce los Juezes mismos lo deuen tomar, e pueden escoger (11) qual ellos quisieren. E si assi non lo quisieren fazer, puedelos apremiar el Juez ordinario, que lo fagan, si amas las partes (12) lo pidieren, o alguna dellas.

LEY XXVII.

Que es lo que han de fazer, e guardar los Juezes de auenencia, quando las Partes han metido su pleyto en mano dellos, en tal manera que lo libren a tiempo cierto.

Dia cierto señalando las partes, a que puedan los auenidores, librar por juyzio los pleytos, que meten en mano dellos, dezimos que fasta aquel dia lo pue- *Ley 4. tit. 21. lib. 4. Recop.*

(8) *E non en voluntad.* Adverte benè, quia ista lex tantum disponit, quando arbitrium fuit collatum in voluntate cujusdam tertii, juxta dispositionem *dicti* §. *idem Pomponius*: sed quid si in arbitrum fuit compromissum, ut certam, & determinatam à partibus dicat sententiam, an tunc teneat compromissum? Videtur quòd non, per text. expressum *in L. qualem* 19. *ff. de receptis qui arbitr.* & ibi Bart. & Bald. Bart. tamen *in L. si convenerit*, *ff. de re judicata* vult, quòd cum hodie ex sententia arbitri, si sit emologata, oriatur actio per *L. penult. C. de arbitr.* quòd illa L. *qualem* 19. erit correcta; cum hìc sententia proferenda certo modo emologetur à partibus: & licèt Angel & Joann. de Imol. dicant, illam *L. qualem* non esse hodie correctam; mihi plus placet opin. Bart. in quam magis inclino: cum videam non esse in isto volumine nostrarum legum approbatam pro lege ejus decisionem: maximè stante hodie utilitate laudi, cum habeat paratam executionem per leges Regni, prout & eleganter adducit Marian. Socin. *consil.* 27. ubi plenè discutit intellectum, & materiam dictæ *L. qualem.*

(9) *Que las partes señalassen.* Intellige ab initio, quando factum fuit compromissum; & ita loquitur §. *si in duos* 5. *L. item si unus* 17. *ff. de recept. qui arbitr.* non de eo, quem partes in casu discordiæ assignarent: quia iste non esset certus, & posset oriri discordia in electione, & res non haberet exitum, ut *in cap. innotuit* 12. *de arbitr.*

(10) *Non lo señalassen las partes.* Quia nihil de hoc fuit dictum, sed simpliciter fuit compromissum in arbitros, ut habetur *in L. item si unus* 17. §. *principaliter* 6. *ff. de recept. qui arbitr.* Sed quid erit, quando electio tertii ponitur expressè per partes in potestate arbitrorum? Dic, quòd hoc deciditur *in dicta L. item si unus*, §. *in duos*, ut compromissum non valeat: quod etiam colligi videtur ex ista lege, cum suprà dixit de tertio certo nominato per partes. Adverte tamen, quod dispositio *dicti* §. *si in duos, primo respons.* non ponitur in istis legibus Partitarum; & fortè fuit propter varietatem opinionum, quæ fuerunt inter Doctores circa ejus intellectum. Nam Franc. Accur. prout refert Joan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de arbitr.* §. *fin.* versic. *sed ei*, *in addit. magna*, super parte *nihil*, dicebat, quòd compromissum factum in duos cum potestate eligendi tertium, si discordarent, benè valet: nec obstat secundùm eum *dict.* §. *si in duos*, nam procedit quando discordant in tertio eligendo, ut patet ex verbo ibi posito: *nam in assumendo*, *&c.* cessante ergo illa ratione, quia concordànt in tertio, cessat prohibitio: & idem etiam dicit ibi Jacob. de Rav. relatus ab Alberico, & sequi videtur Alberic. & idem tenet ibi Bald. qui etiam declarando, addit, quòd intellectus illius §. sit, quòd compromissum non valeat eo respectu, ut ille tertius eligatur arbiter compromissarius: benè tamen valet quantùm ad primos duos; & si concordant, valet eorum sententia, & si discordant, coguntur eligere tertium, qui secundùm eum non erit arbiter compromissarius, sed quidam vir bonus, qui habet auctoritatem decidendi ex auctoritate sibi data à jure, non ex vi compromissi: quando verò tertius specificatur in compromisso, erit arbiter, & procedit vi compromissi: & ita dicit, quòd debet intelligi ille text. Et quòd si concordarent illi duo, quòd teneret sententia, dixit etiam Glos. *in dicto* §. Bart. tamen ibi dicit, quòd hæc opinio est contra dispositionem *cap. innotuit*, *de arbitr.* & idem tenet Glos. *in dicto cap.* & etiam Abb. ibi post Innoc. & Joann. Andr. *in dict. addit.* ubi ponunt rationem illius decisionis, dicentes, quòd quando partes dant potestatem arbitris, vel aliis eligendi tertium in casu discordiæ, tunc res poterit esse sine exitu: quia si arbitri non concordarent, non posset eos compellere judex ad electionem: quia ipsi funguntur vice partium; & ut partes ab initio non possent compelli ad compromittendum, ut *in L.* 3. *ff. eod.* sic nec isti, qui funguntur jure partium: unde ne partes vigore talis compromissi contingeret litigare, & vexari sumptibus indebitè, voluit lex a principio providere, statuendo, ut compromissum non valeat. Ex prædictis vides varietatem opinionum circa intellectum illius §. unde fortè posset dici, quòd ista lex habens ad hoc intentum, solum posuit hìc decisionem *dict.* §. *in* 2. *respons.* de per se, ut suprà dixit ibi: *Pero si las partes*, *&c.* & modo hìc ponit decisionem §. *principaliter*, & etiam 1. *responsi d.* §. *si in duos*: non tamen ea forma, qua ibi posita est, volens, sive simpliciter fuerit à principio compromissum sine provisione eligendi arbitri in casu discordiæ, sive cum tali provisione, quòd teneat compromissum, & cogantur arbitri discordantes eligere tertium in utroque casu: & præsupposita compulsione, cessat ratio supradicta, in qua Innoc. Joann. Andr. Abb. & cæteri se fundant; & res erit clara, & procedit sine scrupulo; solum obstaret dictum *cap. innotuit*; sed potest dici, quòd ille text. procederet in suo foro; cogita tamen: & quòd ista mens fuerit hujus legis, facit dictum Azo. *tit. de arbitr.* versic. *si autem à princip.* quod est *in tertia col.* cujus verba sunt: Si autem à principio sic fuit compromissum in duos, ut si dissentirent, tertium assumant; siquidem tertius fuerit specificatus à compromittentibus, valet compromissum: alioquin contra; nisi ei subveniant per prædictam medicinam prætoris, quæ est, ut ibi patet, ut compellantur eligere tertium per judicem: quam medicinam posuit ista lex, & istam opinionem posuit etiam Glos. *in dicto* § *principaliter*, & tenet cum ea. Adverte etiam, quòd dispositioni *dicti cap. innotuit*, multum adversatur dispositio *sequentis cap.* quod est *penult.* Host. tamen ibi post Glos. intelligit illum text. in arbitratoribus; sed non video bonam diversitatem rationis: cogita, quia hæc est nova consideratio.

(11) *E pueden escoger.* Vide quæ dicam infrà *eod. L.* 29.

(12) *Las partes.* Nota hoc verbum: nam innuit, non posse aliàs judicem se intromittere ad compulsionem istam: & est regulare, ut ad utilitatem privatam judex non interponat officium suum non petitum, *L.* 4. §. *hoc autem judicium*, *ff. de damn. infect.*

LEX XXVII.

Si in compromisso certum tempus apponatur, juxta quod pronuntietur, non possunt, eo lapso, arbitri judicare, nisi partes prorogent, vel eis potestatem concedant prorogandi: quam potestatem partes possunt revocare. Si autem una tantum pars vetet prorogationem, incidit in pœnam, & expirat compromissum; si autem tempus in compromisso non apponatur, expirat triennio elapso. Item si locus assignetur à partibus, in quo arbitri cognoscant, & pronuntient, ibi debet fieri; & si nullus locus assigneretur, inspiceretur in hoc locus compromissi. Et arbitri citare debent partes, nisi & citatio sit à partibus remissa. Hoc dicit.

pueden fazer. Mas si el plazo passasse, dende adelante non podrian judgar. Fueras ende (1), si les ouiessen otorgado poder, que si les acaesciesse algund embargo, por que non pudiessen dar juyzio fasta aquel dia que señaláron, que ellos pudiessen alongar el tiempo. Ca en tal caso como este dezimos, que quando los auenidores quisiessen, por razon de algund embargo que les acaesciesse, alongar el tiempo, para judgar aquel pleyto que les fue metido en mano; que si estonce ambas las partes (2) lo contradizen, que despues non lo pueden alongar. E si a este dia non quisiessen, o non puediessen dar la sentencia, dende adelante non lo podrian fazer, nin se deuen trabajar despues, de ninguna cosa, en el pleyto. Mas si por auentura (3), la vna parte tan solamente contradixesse a los auenidores, que non alongassen el tiempo, e la otra non; aquella parte que lo contradize, cae en la pena que fue puesta, quando metieron el pleyto en mano de los auenidores. E aun dezimos, que se desata el poder, porende, que ellos auian para librar el pleyto, e non deben, nin pueden despues fazer ninguna cosa en el. E si acaesciesse, que ambas las partes quisiessen que se alongasse el plazo, si los auenidores (4) non quisieren consentir, o por alguna razon derecha, que se alongasse; estonce non son tenudos de lo alongar. E porende, despues del plazo non podrian dar la sentencia, porque se desata por y el poderio que auian sobre el pleyto, que les metieron en mano. Mas si las partes non señalassen plazo, nin dia cierto, a que los Judgadores librassen el pleyto; estonce dezimos, que lo deben librar, lo mas ayna que podieren; de manera, que non se aluenguen, desde el dia que lo recibieron (5), mas de a tres años. Ca si deste tiempo adelante quisiessen vsar de su oficio, non lo podrian fazer. Otrosi dezimos, que si las partes señalaren logar a los auenidores, en que delibren el pleyto, que alli lo deben librar, e oyr, e non en otro. E si señalado non fuesse dellas, estonce deuen yr adelante por el pleyto, en aquella villa (6), o en aquel logar, do fue metido en mano dellos. Pero quando los auenidores andouieren por el pleyto, deuen ser las partes emplazadas, que sean delante (7) y: ca de otra guisa, non lo podrian fazer. Fueras ende, si a la sazon que fueron escogidos por auenidores, les fue otorgado, que pudiessen librar el pleyto, maguer las partes non fuessen emplazadas.

LEY XXVIII.

Que es lo que deuen fazer los Auenidores, quando alguno dellos muere, en ante que libren el pleyto, que les fue metido en mano; o entra en Orden de Religion: o por que razones se desata el poderio dellos.

MVriendo (1) alguno de los Juezes de Ley 12.
auenencia, ante que el pleyto que tit. 4.
fuesse metido en su mano, fuesse libra- lib. 5.
do Ley 2.

(1) *Fueras ende.* Concordat *L. non distinguemus* 32. §. *fin. ff. de recept. qui arbitr.* & potest fieri prorogatio absentibus partibus; dum tamen eis notificetur, ut *in L. diem proferre* 27. *in princip. ff. de recept. qui arbit.* ut ibi notat Bald. *in L.* 1. *col. fin. C. de sentent. ex peric. recit.* & potest prorogatio fieri etiam extra locum compromissi, Bald. *in authent. ei qui appellat, col. penult. C. de temp. appel.* & quod tempus possit prorogari, vide per Alexand. *consil.* 70. *vol.* 2. *col.* 2. Et nota, quòd si non valet compromissum, non valet prorogatio ipsius, neque reconvalescit per prorogationem termini, Bald. & Paul. per text. ibi *in L. legata inutiliter* 19. *ff. de legat.* 1. Ex quo inferes, quòd si quis inutiliter facit mojoriam, quia fortè carebat facultate Regia, si posteà addat majoriæ aliqua bona tempore quo jam possit, quòd non convalescit majoria.

(2) *Ambas las partes.* Concordat *L. arbiter ita sumptus* 33. *ff. de receptis, qui arbitr.*

(3) *Mas si por auentura.* Sequitur approbans opin. Gl. *in dicta L. arbiter.*

(4) *Si los auenidores.* Adde *L. non distinguemus* 32. §. *dies* 11. & ibi Glos. *ff. de recept. qui arbitr.*

(5) *Desde el dia que lo recibieron.* Determinat notata per Specul. *tit. de arbitr.* §. *differt, col. fin.* versic. *item, ut infra triennium.* Et pondera verbum hìc positum, *que no se aluenguen*: per quod videtur, posse dici, quòd tunc potestas arbitri finitur triennio, quando lis fuit cœpta per litis contestationem coram eo, sicut & est in judicio; si verò lis non fuit cœpta, tunc duret perpetuo, scilicèt usque ad triginta annos: & ista fuit opinio Azo. & Jacob. de Rav. quam approbat Alberic. *in L. sed si compromissum* 14. *ff. de recept. qui arbitr.* & idem tenet ibi Bald. & de jure communi ista erat magis communis opinio, ut tradit Jas. *in L. properandum, in princip. col.* 4. *C. de jud.* ista tamen lex in alio verbo hic posito non videtur velle, ut hoc reguletur à die litis contestatæ, sed à die recepti arbitrii: cum hìc dicit, *desde el dia que lo recibieron*; & sic incipit currere triennium etiam ante litis contestationem: per quod fortè posset dici, ut indistinctè potestas arbitri finiatur triennio, lite cœpta, vel non cœpta, per istam legem: cogita. Et idem videtur in arbitratoribus assumptis super lite, per istam legem, cum de utrisque loquatur in hoc titulo, & nullam in hoc ponat distantiam; licèt de jure communi aliud erat, ut notatur per Doct. *in L. si quis arbitratu* 43. *ff. de verbor. oblig.* ubi plenè per Alexandr. & Jas. *colum.* 12.

(6) *En aquella villa.* Concordat *L.* 21. §. *si arbiter* 10. *ff. de recept. qui arbitr.* & extende etiam si compromissum fuit in judicem ordinarium, ut in arbitratorem, qui finito officio recessit: nam ibi tenetur redire secundùm Alberic. *in L. sed si in servum*, §. *si quis judex, ad fin. ff. eod.*

(7) *Que sean delante.* Concordat *L. diem proferre* 27. §. *si quis, ff. de recept. qui arbitr.* & vide Glos. & ibi Paul. de Castr. *in L.* 2. *C. ex quib. caus. majores.*

L E X XVIII.

Expirat compromissum, uno mortuo de arbitris; nisi specialiter dicatur, quòd etiam uno mortuo, alii procedere possint. Idem si mortuus fuerit unus litigantium, nisi etiam specialiter fuit compromissum, quòd etiam uno mortuo, possint arbitri procedere. Sed in tali casu citandus est litigatoris hæres. Item expirat per ingressum religionis unius arbitrorum, vel propter sirvitutem advenientem, aut perpetuum exilium, rei etiam interitum perditionemve; vel si ante pronuntiationem una pars aliam à petitione liberavit. Hoc dicit.

(1) *Muriendo.* Vide Glos. *in L. sed interpellatur* 49. *ff. de receptis, qui arbitr.*

tit. 16. lib. 5. Rec.

do por juyzio, los otros que fincan biuos, non pueden despues yr adelante por el: porque el poderio que auian de judgar, es desatado en la muerte del compañero. Pero si a la sazon que recibieron el pleyto, les fue otorgado de las partes señaladamente, que si alguno de los auenidores finasse, que los otros lo pudiessen librar; estonce dezimos, que los que fincaron, que lo pueden fazer. Esso mismo dezimos, si muriesse alguna de las partes (2) principales, que metieron el pleyto en mano de los auenidores, que despues non lo podrian delibrar por juyzio, por essa misma razon que de suso diximos. Fueras ende, si al tiempo que fueron puestos, les fuesse otorgado de las partes, que maguer muriesse alguno dellos, que los otros pudiessen delibrar aquel pleyto. Ca estonce bien lo podrian fazer, aplazando primeramente los herederos (3) del finado. Otrosi dezimos, que si alguno de los auenidores tomasse Orden (4) de Religion, ante que fuesse librado el pleyto; o por alguna derecha razon perdiesse libertad (5), e tornasse sieruo, o fuesse desterrado (6) por siempre; que esso mismo deue ser guardado, que de suso diximos, quando muriesse alguno dellos. E aun dezimos, que si aquella cosa, sobre que era la contienda delante de los auenidores, se perdiesse (7), o muriesse; o si la parte que la demandaua, la quitasse a la otra, faziendole pleyto, de nunca gela demandar; que ellos despues non se deuen entremeter, de librar aquel pleyto. Ca por qualquier destas razones se desata el poderio, que ellos auian de judgar.

LEY XXIX.

Como los Juezes de auenencia deuen ser apremiados, de librar el pleyto que tomaron en su mano, quando non lo quisieren librar.

Ley 4. tit. 21. lib. 4. Rec.

De su grado (1), e sin ninguna premia, reciben en su mano los Juezes de auenencia, los pleytos, e las contiendas de los omes, para librarlas. E bien assi como es en poder dellos, quando los escogen, de non tomar este oficio, si non quisieren; otrosi despues que lo ouieren recebido, son tenudos de librarlos, maguer non quieran. E porende dezimos, que quando alguna de las partes viniere delante del Juez ordinario, e dixere que los auenidores le aluengan el pleyto, e non lo quieren librar, podiendolo fazer; que estonce deue el Ordinario embiar por ellos, e ponerles plazo, a que lo libren. E si ellos fuessen tan porfiados, que non lo quisiessen fazer, deuenlos despues apremiar, teniendolos encerrados (2) en vna casa, fasta que delibren aquel pleyto. Pero si acaesciesse, que los auenidores fuessen eguales, assi como dos, o quatro, e los vnos quisiessen dar vn juyzio, e los otros otro, seyendo tantos los de la vna parte, como los de la otra; estonce dezimos (3), que deuen los Juezes ordinarios apremiar tambien a las partes (4), como a los auenidores,

(2) *De las partes.* Concordat *L. non distinguemus* 32. §. *summa rei* 3. *ff. eod.* & *L. diem proferre* 27. §. 1. *eod. tit. cap. ex parte* 10. *eod. tit.* & per Specul. *tit. de arbitr.* §. *finitur*, & vide *cap. fin. de arbitr.* ubi Abb. contra Specul. vult, quòd idem sit in arbitratoribus; & probatur hìc cum de utrisque loquitur.

(3) *Herederos.* Sed an sicut ex pacto transit compromissum ad hæredem, possit etiam fieri pacto, ut transeat ad hæredem arbitri? Vide Alberic. post Uber. de Bobio, *in L. non distinguemus* 32. §. *compromisso*, dum tenet, quòd sic, si hæres sit idoneus, puta major, & masculus.

(4) *Orden.* Concordat *L. non distinguemus* 32. §. *sacerdotio* 4. *ff. eod. cum seq.* & adverte, quòd cautè hìc dicit de monacho: nam si tantùm fieret clericus sacerdos, benè posset, si vellet, pronuntiare, & sic non solvitur compromissum, ut tenet Alberic. *in* §. *sacerdotio, suprà alleg.* ubi dicit, ita communiter teneri: sed an idem sit in monacho, si vellet pronuntiare de licentia sui superioris? Alb. ibi vult, esse idem, quod in sacerdote; ista tamen lex innuit contrarium, cum dicit in fine: *Ca por qualquier destas razones. &c.*

(5) *Perdiesse libertad.* Adde *L. Pedius* 7. *ff. de receptis, qui arbitr.*

(6) *Desterrado.* Vide text. & Abb. *in cap. præsentata* 50. *de testib.* 3. *notab.*

(7) *Perdiesse.* Vide *L. non distinguemus* 32. vers. *item non est cogendus* 5. *ff. de receptis qui arbitr.*

LEX XXIX.

Non cogitur arbiter acceptare arbitrium. Si tamen suscipiat, cogitur per judicem ordinarium pronuntiare, etiam includendo eum, donec pronuntiet. Si tamen sunt arbitri pares, & discordes, potest ordinarius compellere tàm partes, quàm arbitros, ad unum alium eligendum; & eis cum electo pronuntiantibus, statur sententiæ majoris partis. Hoc dicit.

(1) *De su grado.* Vide quæ dixi suprà *L.* 26.

(2) *Teniendolos encerrados.* Nota bonum modum compulsionis, ut arbitri ferant sententiam: & adde Bald. *in cap. cum speciali* 61. *de appel. col.* 2. ubi dicit, quòd potest eos cogere, denegando cibum donec concordent, vel eligant tertium: adde Alberic. *in L. si in tres, ff. eod.*

(3) *Estonce dezimos.* Nam antequam constet de discordia, non potest eligi iste tertius. Vide Alexandr. *consil* 124. *col. fin. vol.* 2. & Deci. *consil.* 430. *col. penult.*

(4) *Tambien a las partes.* Sentit ista lex, quòd electio tertii, qui assumitur propter arbitrorum discordiam, pertinet non solùm ad arbitros, ut habetur suprà *eod. L.* 26. sed etiam ad partes; sed contrarium videtur dicere *dict. L.* 26. & *L. item si unus* 17. §. *principaliter* 6. *ff. de receptis, qui arbitr.* benè tamen est verum, quòd si arbitri discordant in electione tertii, quia unus eligeret unum, & alius alium, nec vellent concordare; quòd judex tunc posset eligere tertium: & in electione potiùs debet sequi voluntatem partium, quàm arbitrorum, secundùm Alber. post Guid. de Suza. *in dicto* §. *principaliter*: & ad istam legem potest dici, quòd hìc non dicitur, quòd partium sit electio tertii, sed quòd compellantur per judicem, ut recipiant electum ab arbitris. Et erit hæc lex, secundùm istum intellectum, contra dictum Specul. *tit. de arbitro,* §. *fin. col.* 7. vers. *sed quid si arbitri*; ubi dixit, quòd si partes nolunt, quòd arbitri pronuntient cum tertio per eos electo; sed volunt, quòd eligant alium, quod arbitri facere nolunt; quòd non poterunt, invitis partibus, cum il-

res, que tomen vn ome bueno (5), que sea comunal, en querer el derecho para ambas las partes, e mandarles (6), que se acuerden en vno, para librar aquel pleyto. E si por auentura non se acordaren, lo que judgare la mayor (7) parte, aquello deue valer.

L E Y XXX.

Por que razones non deuen ser apremiados los Juezes de auenencia, para librar los pleytos que les metieren en mano, si non quisieren.

Ley 4. tit. 21. lib. 4. Recop.

RAzones ciertas pusieron los Sabios antiguos, que escusan derechamente a los auenidores, de non librar los pleytos que rescibieron en su mano, si non quisieren. E son estas: si los contendores, despues que ouiessen metido el pleyto en mano dellos, començassen aquel mismo pleyto antel Juez ordinario (1) por demanda, e por respuesta. Ca si ellos quisiessen tornar despues a juyzio de los auenidores, non los pueden apremiar de oyrlo, si non quisieren. Esso mismo dezimos que seria, si despues que el pleyto ouiessen metido en mano de vnos auenidores, lo metiessen en mano de otros. Ca estonce, maguer que quisiessen tornar a los primeros, non han por que oyr el pleyto, si non quisieren, nin los deuen apremiar, que lo oyan. Pero si vna de las partes, despues que ouiessen metido el pleyto en mano de auenidores, mouiesse aquel mismo pleyto en juyzio delante el Ordinario contra voluntad de la otra, caeria porende en la pena (2), que fuesse puesta sobre aquel pleyto, quando lo metieron en mano de los auenidores. E non deuen despues ser apremiados de librarlo. E aun dezimos, que si las partes, o alguna dellas, denostassen (3), o maltraxessen a los aue-

illo pronuntiare: dicens, quòd cum nemo cogatur transigere, vel pacisci, ergò nec litigatores coguntur consentire in istum tertium. Et fortè dictum Specul. procederet, quando assignaretur causa probabilis à partibus, cur nolint recipere istum tertium; si verò talis causa cessaret, procederet quod dicitur in ista lege, & patet ex ea cum dicit: *Que tomen vn ome bueno, que sea comunal, en querer el derecho para ambas las partes.*

(5) *Vn ome bueno.* Sed an quod hìc dicitur de ista electione tertii, procedat in arbitratoribus: ut si duo arbitratores discordent in ferenda sententia, possint, & cogantur eligere tertium? Bald. not. *in cap.* 1. *col. fin. de investitura in mari facta*, dicit, quòd de facto cum casus accidisset, per quosdam sapientes fuit responsum, quòd non: quia arbitratores rediguntur ad instar proxenetarum, ut *in L. Pomponius* 13. §. *recepisse* 2. *ff. de recept. qui arbitr.* & certum est, quòd in proxenetis non est tractandum de electione tertii. Et Bald. dicit se credere eos prudenter dixisse: & dictum Bald. sequitur Abb. *in cap. fin. de re judic.* & *in cap. suspicionis, de offic. delegat.* Et certè æquitas hoc multùm dictat, quia partes confidentes de arbitratoribus per eos electis, dederunt potestatem amicabilitèr componendi, auferendo, si esset necesse, de jure unius, & dando alteri; & fortè in tertio electo non haberent talem confidentiam. Iste tamen titulus, & leges in eo contentæ loquuntur tàm de arbitris, quàm de arbitratoribus, & ubi est differentia, ipsæ leges hoc dicunt; undè cum hæc lex loquatur indistinctè, fortè etiam procederet in arbitratoribus: & quia ubi non reperitur differentia in jure expressa inter arbitrum, & arbitratorem, statutum in arbitro procedit in arbitratore, ut dixit Abb. *in cap. penult. de arbitr.* & *in cap. quintavallis, de jurejur.* nam arbitrator arbiter dicitur, ut *in L. societatem* 76. §. *arbitrorum, ff. pro socio*: & quia ut hìc dicitur, tertius qui debet eligi, debet esse communis amicus partibus. Cogita, & vide Barb. *in dicto cap. suspicionis*, ubi tenet contra istud dictum Bald.

(6) *E mandarles.* Ex hoc videtur, quòd iste tertius poterit cogi per judicem, ut arbitretur: & ita tenet Glos. *in dicto* §. *principaliter*, & ibi Bart. licèt contrarium tenent Jacob. de Rav. & Alberic. *ibi* post eum.

(7) *Que judgare la mayor.* Non ergò statur solo dicto hujus tertii; imò si duo primi sunt in concordia, eorum sententia prævalebit: & ita tenet Alberic. post Franc. Ac. *in dicto* §. *principaliter*: & idem tenet *ibi* Bald. qui dicit, quòd si omnes essent discordes, staretur sententiæ hujus tertii, ut & Glos. voluit *ibi*, & probat text. *ibi*, cum dicit, *cujus auctoritati pareatur.* Ista tamen nostra lex hoc non dicit, sed exigit concordiam in majori parte: undè fortè non staretur dicto tertii, omnibus discordantibus; quæ & fuit opinio aliquorum, prout refert Alberic. *in dicto* §. *principaliter*, & tenet Bald. per text. *ibi*, *in cap. cum speciali, col.* 1. *de appel.* & Lanfran. de Orian. *in tract. de arbitr.* 5. *charta, col.* 3. ubi dicit, ita communitèr servari. Et an iste tertius sit arbiter, & committatur pœna non parendo ejus sententiæ; vide Bart. Bald. & Alberic. *ibi*: & crederem committi pœnam, præsertim recepta opinione, quòd alius ex compromissariis debet concurrere in ejus sententia: & vide Bald. notabilitèr *in L.* 1. *column.* 1. *C. de his quæ pœnæ nomine*, & Marian. Socin. *consil.* 54. *in prima parte.*

L E X XXX.

Si partes dimisso arbitrio vadant ad judicem ordinarium super eadem causa, vel assumunt alium arbitrum, si postea revertantur ad primum arbitrum, non cogitur pronuntiare: item si una partium, dimisso arbitrio, ivit ad judicem contra voluntatem alterius partis, incidit in pœnam, & primus arbiter ampliùs non cogetur. Idem si partes, aut altera earum vituperent eum. Idem si est Romipeta, aut vadit in legationem universitatis, vel Regis, seu causa infirmitatis, seu ob propria negotia, vel magno impedimento occupatur. Hoc dicit. Habuit ortum à *L. licèt autem prætor* 15. *ff. de receptis, qui arbitrium*, juncta *L. item si unus* 17. §. 1. *eod. tit.*

(1) *Ante el Juez Ordinario.* Concordat *L. sed si in servum* 9. §. *fin.* cum *L. sequent.* & *L. litigatores* 11. *ff. de recept. qui arbitr.*

(2) *Caeria por ende en la pena.* Concordat *L. si quis rem* 30. *ff. de recept. qui arbitr.* Sed an hoc, quod hìc, & ibi dicitur, procedat in arbitratore? Bald. *in L. si quis rem* dicit, quòd non: cum arbitramentum sit quædam transactio, in qua non admittitur pœnitentia, *L. quamvis, ff. de transact.* & idem tenet Angel. *in L. qui fidem, ff. eod.* ubi Paul. distinguit, quòd si non fuit opositum de pendentia compromissi in arbitratorem, sit idem in arbitro, quod in arbitratore: si verò fuit oppositum, tunc procedat dictum Bald. & Angel. Vide Lanfran. de Orian. *in tractat. de arbitr. fol.* 8. *col.* 1. ubi vult, quòd nihil in hoc sit differentiæ inter arbitrum, & arbitratorem, per fundamenta, quæ ibi poteris videre: & fortè ista est verior opinio, cum hæc lex non distinguat inter arbitrum, & arbitratorem; & ante arbitramentum prolatum, non potest dici transactio.

(3) *Denostassen.* Erit tamen causa cognita, ut *in L. sed si in servum* 9. §. *fin.* ubi Glos. *ff. de recept. qui arbitr.* & vide Glos. *in L. item si unus* 17. §. 1. *eod. tit.* & meliùs per Alberic. *ibi.* Et nota hìc, quòd si arbitrum infamaverunt, nullo tempore tenetur eos recipere arbiter. Quid tamen si arbiter sua culpa fuit ab eis infamatus? nunquid tunc erit excusatus? Alberic. dicit, quòd non, *in L. licet* 15. *ff. de recept. qui arbitr.* argum. *L. si merces* 25. §. *culpæ* 4. *ff. locati*: & *ibidem* dicit, quòd si unus solus ex litigatoribus arbitrum infamavit, adhùc poterit cogi judicare ad petitionem alterius: ista tamen lex dicit contrarium, ibi: *O alguna dellas.* Fortè procederet dictum Alberic. quando malitiosè, & data opera unus ex litigantibus, causa subterfugiendi arbitrium, diffamaret arbitrum; & sic limitatur ista lex.

auenidores, que non deuen ser apremiados despues, de los oyr, maguer se arrepintiessen, e les quisiessen despues fazer emienda. Esso mismo dezimos que deue ser guardado, quando alguno de los auenidores ouiesse de yr en romeria, o en mandaderia del Rey, o de su Concejo; o si ouiesse de veer alguna cosa de su fazienda (4), que non pudiesse escusarlo; o le acaesciesse enfermedad, o otro gran embargo, por que non pudiesse entender en aquel pleyto. Ca por qualquier destas razones que mostrasse el Juez de auenencia, deue ser escusado; de manera que non lo deuen apremiar, de yr adelante por el pleyto que recibiera en su mano, si non quisiere.

LEY XXXI.

Por que razones pueden vedar a los Juezes de auenencia, que non se entremetan de los pleytos que les metieren en mano, maguer ellos los quisiessen librar.

Ley 4. tit. 10. lib. 2. Rec.

ENemistad (1), es cosa de que se deuen todos recelar. E porende, quando alguno de los auenidores se descubriesse (2) por enemigo de alguna de las partes, despues que el pleyto fuesse metido en su mano, puedele, e deuele afrontar ante omes buenos, que non se trabaje de yr adelante por aquel pleyto, porque lo ha por sospechoso: por la razon que de suso diximos. E si por auentura el non lo quisiesse dexar por esso, la parte que se temia del, lo deue mostrar al Juez ordinario. E el, despues que esto le fuere auериguado, deue vedar al auenidor, que de alli adelante non se entremeta de aquel pleyto. Esso mismo dezimos, que deue fazer la parte que ouiere sospecha de los auenidores, por precio, o por don (3), que dize que la otra parte les ha dado, o prometido. E si el auenidor fuesse tan porfiado, que despues que el Juez ordinario le vedasse de oyr este pleyto, non lo dexasse por esso; dezimos, que juyzio, o mandamiento, que el fiziesse despues en razon deste pleyto, que non deue valer. (4) E porende, la parte que non lo obedesciesse, non deue caer en pena por esso.

LEY XXXII.

Que es lo que deuen guardar, e fazer los Auenidores, quando quieren dar juyzio,

OTorgan poder las partes a los auenidores, quando meten su pleyto en mano dellos, que maguer non se acertassen todos en vno, quando quisiessen dar juyzio, los que y fuessen, lo pudiessen fazer (1). Estonce dezimos, que en aquella manera que les fue otorgado de las partes, el poder de librar el pleyto, que assi deuen vsar dello, e non en otra manera. Mas si a la sazon que el pleyto metieron en su mano, non lo dixeron; dezimos, que todos los auenidores deuen y ser, quando ouieren a dar el juyzio, e lo que dixeren todos a aquella sazon, o la mayor partida dellos, esso deue valer. E si estonce (2) todos non fuessen y presentes, el juyzio que

(4) *Alguna cosa de su fazienda. L. licet* 15. *ff. de recept. qui arbitr.* & *L. aut, ff. eod.*

LEX XXXI.

Si arbiter propter novas inimicitias detectas fuerit recusatus, his coram ordinario judice probatis, & per eum pronuntiare vetitus, sententiando nihil agit; nec committitur pœna contra non obtemperantem. Idem est si ob gratiam, donum, aut promissum partis recusetur. Hoc dicit. Concordat *L. non distinguemus*, §. *cum quidam, ff. de recept. qui arbitr.*

(1) *Enemistad.* Vide *dictam L. non distinguemus* 32. §. *cum quidam* 14. *ff. de recept. qui arbitr.*

(2) *Se descubriesse.* Et sic vult, quòd etiam si essent inimicitiæ ante compromissum, procedat quod hìc dicitur, si fuerunt ignoratæ: facit *L. prætor* 13. §. *penult. ff. de vacat. muner.* & idem dicit Alberic. post Guyd. de Suz. *in dicto* §. *cum quidam*: & quid si talis inimicitia veniat ex culpa partis, vide Bart. *ibi.*

(3) *Por precio, o por don.* Adde *L. sed & si in servum* 9. §. *sunt & alii* 3. & ibi Glos. *ff. de recept. qui arbitr.* & ista lex ampliat dispositionem illius §. ut tunc nec volens sententiam dicat, si pars hoc petat: potest tamen arbiter recipere pecuniam, ut det sententiam, ut *in L.* 3. §. *ait prætor* 2. *ff. eod.* si recipit pro salario, ut ibi dicit Alberic. Vide *L. in sacris* 12. §. 1. *C. de proxim. sacror. scrinior. lib.* 12. vide Bald. *in L.* 2. *C. de sentent. ex peric. recit.*

(4) *Non deue valer.* Pondera istud verbum: nam *in dicto* §. *cum quidam* 14. *L. non distinguemus* 32. non dicitur, quòd sententia non valeat; sed quòd per exceptionem doli liberabitur à pœna: imò videtur ibi esse casus, quòd licèt arbiter recusetur, sententia post recusationem latam tenet; licèt competat exceptio doli contra illam; & ita allegat illum textum Abb. *in cap. non sine, column.* 4. *de arbitr.* Dic ergò, quòd si practica hujus legis servetur, & recusans arbitrum, adeat judicem ordinarium, modo de quo hìc, qui prohibeat arbitro sententiam dicere; quòd tunc sententia non tenebit, & pars erit tuta à petitione pœnæ, licèt nullam exceptionem doli opponat contra sententiam. Si verò ordinarius ad hoc non adeatur; sed tantùm arbiter recusetur, tunc procedet, quod habetur *in dicto* §. *cum quidam*, & quod Abb. dicit *in dicto cap. non sine*; vel potest dici, quòd istud verbum, *non deue valer*, intelligatur exceptione doli opposita, ut *in dicto* §. *cum quidam*, & istud fortè verius: & adde *L.* 17. *ad fin. tit.* 23. *ead Partit.*

LEX XXXII.

Si plures sint arbitri, omnes debent convenire, & sic vota sua explicare; & sententia, absente uno lata, licèt per quamplures, & meliores proferatur, non tenet. Item arbitri non debent pronuntiare diebus feriatis, nisi sit de casibus, in quibus & judex ordinarius posset; arbitratores tamen possunt pronuntiare etiam diebus feriatis. Et neque arbitri, nec arbitratores pronuntiare possunt de rebus aliis in compromisso non contentis; possunt tamen de fructibus rei, licèt in compromisso non caveatur. Et si plures sint controversiæ, de quibus est compromissum, possunt de qualibet separatim pronuntiare, nisi in compromisso caveatur, quòd uno judicio de omnibus pronuntient. Hoc dicit.

(3) *Lo pudiessen fazer.* Concordat *L. non distinguemus* 32. §. *cum in plures* 13. *ff. de recept. qui arbitr.*

(2) *E si estonce* Concordat *L. item* 17. §. 5. cum *L. sequent. ff. de recept. qui arbitr.* & *ibi* per Glos. quòd non

que diessen non seria valedero; maguer fuessen mas, e mejores, que los otros, que non se ouiessen y acertado. E esto touieron por bien los Sabios antiguos, por esta razon. Porque pues que en mano de todos fue puesto el pleyto simplemente, el sentido de cada vno deue y ser mostrado, ante que y den su juyzio. Porque, por auentura, tales razones pudieran y auer dicho, si ouiessen estado presentes, que por ellas seria dada la sentencia de otra manera. E otrosi dezimos, que se deuen guardar los Juezes de auenencia, de non dar juyzio en ninguno de aquellos dias, que son defendidos (3) de judgar, de que diximos en el Titulo de los Demandadores; si non fuesse por aquellas mismas razones, por que lo pueden fazer los Juezes ordinarios. Pero si los auenidores (4) fuessen en tal manera puestos de las partes, que ellos pudiessen librar todas las contiendas, que eran entre ellos por auenencia, en qualquier guisa que ellos touiessen por bien; estonce dezimos, que valdra su juyzio, maguer lo diessen en dia de los que son a los otros defendidos de judgar. E aun dezimos, que se deuen mucho guardar, que non se entremetan de librar otro pleyto (5), si non aquel que les fue encomendado. Fueras ende en razon de los frutos (6), o de la renta, que salio de aquella cosa, sobre que es la contienda entre las partes. Ca bien como ellos pueden dar juyzio sobre la cosa principal; otrosi lo pueden fazer en razon de los frutos, o de las otras cosas (7), que nascieren, o salieren della. Otrosi dezimos, que si muchos fueren los pleytos, o las contiendas, que son metidas en mano de los auenidores, que sobre cada vna dellas (8) deuen, e pue-

non posset unus alteri committere animi sui motum: & ibi Bart. etiam extendit hoc procedere, etsi præsentes scirent de intentione absentium, undè non possent absentes dare vota sua per scripturam. Sed quid si unus, aliis præsentibus, & tacentibus, proferat sententiam, an teneat? Glos. ibi dicit, quòd sic: quæ procedit secundùm Lanfran. de Orian. *in tract. de arbitr. fol.* 5. *col.* 4. tribus concurrentibus: quòd alii sint præsentes, & quòd fuerint tacentes, & quòd inter eos præcesserit tractatus de arbitrando: & dicit ita in disputatione sua dixisse signoro: & vide Joan. Andr. *in cap. cum ab uno, de re judic. lib.* 6. quod nota, nam ista lex suprà dixit: *Dixeren todos*, quod videbatur facere in contrarium; sed satis videntur dicere præcedentibus præmissis, & facit quod infrà subdit: *El sentido de cada uno deue y ser mostrado, ante que den su juyzio*: & in materia hujus legis vide Specul. *tit. de arbitr.* §. *fin.* versic. *postremò ad sententias, cum sequent. & fol.* 4. *illius* §. *fin.* & adde, quòd etiamsi unus juret sibi non liquere de causa, non possunt alii pronuntiare illo absente, secundùm Alberic. *in dicta L. sicuti* 18. *ff. de arbitr.* Quid si unus de arbitris malitiosè se absentat? Vide *cap.* 2. *de arbitr. lib.* 6. ubi Glos. dicit, illam decretalem non procedere in foro sæculari in terris, quæ non sunt de temporali jurisdictione Ecclesiæ.

(3) *Que son defendidos.* Ergò nec in diebus feriatis ob publicam lætitiam, vel necessitatem hominum, etiam cogente prætore: & sic non procedit, quod habetur *in L. si feriatis* 36. *ff. de recept. qui arbitr.* quatenus ibi dicitur, valere sententiam diebus feriatis, cogente prætore. Si tamen dies compromissi exitura sit, & non possit prorogari, poterit arbiter pronuntiare: quia necessitas urget, & pietas suadet, secundùm Jacob. de Rav. & Alberic. *in dicta L. si feriatis*; etiamsi essent feriati in honorem Dei. Vide tamen Alberic. *in L. si de meis*, §. *fin.* ubi hoc non admittit in feriis introductis ob honorem Dei; & sic quod habetur *in dicta L. si feriatis* de coactione prætoris, procedet fortè quando necessitas urget, & feriæ sunt ob necessitatem hominum. Sed an sententia data die feriata, consensu partium expresso, vel tacito posteà interveniente, confirmetur? Vide Bald. dicentem, quòd non: loquitur tamen in judice *in L. cum antea, col.* 3. *C. de arbitr.* quod sine dubio procederet in feriis, quibus partes non possunt renuntiare; in aliis verò, veluti in feriis messium, videtur Bald. idem velle; Lanfran. tamen de Orian. tenet, quòd tunc sententia ratificaretur: vide eum *in tract. de arbitr. ultima parte, quæst.* 31. sed dictum Baldi videtur de jure verius.

(4) *Pero si los auenidores.* Adde Specul. *tit. de arbitr.* §. *fin. col. penult.* versic. *sed numquid amicabilis compositor*, & vide quæ ibi, & *in* §. *præced. & seq.* dicit in materia hujus legis.

(5) *Librar otro pleyto.* Vide quæ dixi suprà *L.* 23. *in* glos. incip. *collige*, & vide Lanfran. *in tract. de arbitr. fol.* 5. *col.* 4. *in fine, cum sequent.* & quæ notat Angel. *in L. cum aquiliana, ff. de transact.* & Alberic. *in L non distinguemus*, §. *de officio, ff. de arbitr.*

(6) *De los frutos.* Adde Glos. *in L. non distinguemus* 32. §. *de officio, ff. de recept. qui arbitr.* & intellige de fructibus perceptis post litis contestationem, ut *in L. ædiles* 25. §. *item sciendum* 8. *ff. de ædilitio edicto.* non de perceptis ante, secundùm Jacob. de Rav. & Alberic. *in dicto* §. *de officio*: quod intelligerem, nisi lis esset super petitione hæreditatis: quia fructus augent hæreditatem, *L. item veniunt* 20. §. *item non solum* 3. *&* §. *fructus, ff. de petit. hæred.*

(7) *De las otras cosas.* Veluti de usuris in casibus in quibus sunt permissæ, vel de aliis accessionibus.

(8) *Que sobre cada vna dellas.* Habet ortum à *L. qualem* 19. §. *dicere*, & à *L. quid tamen* 21. *ff. de receptis qui arbitr.* Et videtur hæc lex determinare dubium, quod ponit Glos. *in dicta L. quid tamen*: videlicèt quod præsumatur in dubio, quando non fuit expressè dictum, an separatim de qualibet re, seu articulo, vel insimul pronuntiaret: & *ibi* Glos. ponit diversas opiniones, & Azo. *in summa* tenuit illam opinionem, quòd deberet de omnibus pronuntiare: quia sic præsumitur esse de voluntate compromittentium: & idem tenet Hostiens. *in summa de arbitr.* §. *qualiter.* & tenet etiam Jacob. de Rav. & Alberic. *in dicta L. quid tamen*, & ibi Bald. & de jure communi videbatur hæc communis opinio, quando eodem tempore fuit compromissum de omnibus. Bart. tamen ibi dicit, quòd si compromissum fuit de pluribus capitulis, quæ una pars petebat contra aliam; & possit tunc separatim pronuntiari, nisi aliud actum sit, argum. *L. etiam* 29. §. 1. *ff. de minor.* si verò permixtim quæstiones inferebantur ab una parte in aliam, & ab alia in aliam; tunc dicit, quòd propter naturam conventionis, & reconventionis debeant una sententia terminari: & ista lex videtur approbare illam opinionem, quòd nisi sit dictum, quòd de omnibus pronuntietur insimul, potest arbiter separatim pronuntiare, ut & dixit Bart. in primo membro: sed an procedat, quod dixit Bart. in secundo membro de conventione, & reconventione, dubium est; quia coram arbitro non habet locum reconventio, ut *in cap. cum dilectus, eod. tit.* & Lanfran. de Ora. *in tract. de arbitr.* 5. *part. quæst.* 16. dicit, quòd poterit procedere dictum Bart. quando lites conventionis, & reconventionis pendebant coram judice ordinario, & de omnibus fuit compromissum in arbitrum; vel quando à principio factum fuit compromissum super omnibus, quæ ab utraque parte peterentur: & quòd *dictum cap. cum dilectus* intelligatur, quando tantùm fuit compromissum super una lite, & pars altera volebat reconvenire alteram coram arbitro: & ita intelligendo erit notabilis limitatio ad istam legem. Mihi videtur quòd ista lex generaliter loquens, generaliter intelligatur; sive plures quæstiones inferantur ab una parte, sive à diversis: quia eadem est ratio, & non militat regula, quæ aliàs est in reconventione, cum materia reconventionis non habet locum in arbitro, & cum compromittitur, omnes dicun-

tur

pueden dar su juyzio. Fueras ende, si a la sazon que el pleyto fue puesto en su mano, dixeron las partes, que todo lo librassen en vn juyzio. Ca estonce non lo podrian fazer, si non en aquella guisa (9) que de comienço les fue otorgado, quando los escogieron.

L E Y XXXIII.

Como los Juezes de auenencia pueden poner plazo a las Partes en su Juyzio, a que sea pagado, e cumplido, lo que mandaren fazer en el.

Ley 4. tit. 21. lib. 4. Recop.

MAndan los Judgadores de auenencia a las partes en su juyzio, que den, o fagan alguna cosa, e ponen plazo a que lo cumplan. E porende dezimos, que las partes deuen cumplir su mandamiento, fasta aquel plazo que les fue puesto. E la parte que lo non fiziesse, debe pechar a la otra, la pena que pusiessen entre si, quando metieron el pleyto en mano de amigos. E non se puede escusar, diziendo que los Juezes non pueden dar este plazo, pues non les fue otorgado poderio de lo fazer. Ca maguer (1) assi fuesse, bien lo pueden poner por razon de su oficio. E si por auentura diessen juyzio, non señalando tiempo en que lo cumpliessen; estonce dezimos, que han las partes (2) plazo, para cumplirlo, fasta quatro meses (3). E de aquel tiempo adelante cae en pena la parte, que non quiere fazer lo que le mandaron. Pero si demandasse la pena despues de quatro meses, por razon que non fuera complido el mandamiento de los auenidores, si la parte a quien la demandassen, quiere cumplir luego el mandamiento dellos, non es tenudo de pechar la pena, cumpliendolo (4) assi como dize. Como quier que si despues del plazo (5), que pusieron estos Judgadores en su juyzio, gela demandassen, non se escusaria della; maguer dixesse (6), que queria complir el mandamiento dellos. Esto touieron por bien los Sabios antiguos, por esta razon. Porque mas fuerte cosa es, despreciar el mandamiento de los Judgadores (7), quel de la ley por que judgan. Porque mas ligeramente puede ome estorcer de la pena de la ley, quando cayere en ella, que de la que ponen los Judgadores en su juyzio.

LEY

tur conventiones à parte parti: & hoc est de mente Alberici ibi cum dicit: Si enim principaliter quilibet ageret, tunc essent plura judicia, & super quolibet posset per se pronuntiari.

(9) *Guisa.* Quid si fuit apposita clausula, quòd bis, & pluries possent pronuntiare? Vide Bart. & Bald. *in dicta L. quid tamen* 21. ubi quòd hæc clausula non potest operari, ut arbiter posset corrigere sententiam, quam protulit; & intellige ut habetur *in dicta L. quid tamen.*

L E X XXXIII.

Committitur pœna, si arbiter intra certum tempus mandet, quid fieri, vel solvi, & non fiat: & si tempus non apposuit, debet fieri intra quatuor menses; alias committitur pœna, nisi post tempus quadrimestre petente parte pœnam, alia pars statim satisfaciat judicatis: sed si tempus expressit judex in sententia, non excusatur à pœna, volens post tempus satisfacere: quia agitur mitiùs cum lege, quàm cum homine. Hoc dicit.

(1) *Ca maguer.* Adde *L. quid tamen* 21. §. *solutioni* 2. *ff. de recept. qui arbitr.* Innoc. *in cap. cum dilectus, eodem tit.*

(2) *Las partes.* Nota, quòd tempus quadrimestre datum judicatis ad solvendum, procedit etiam in arbitris: adde *L. quid tamen* 21. §. *fin.* ubi & notat Bald. *ff. de recept. qui arbitr.*

(3) *Quatro meses.* Quid si arbiter istos quatuor menses assignaret expressè in sententia ad parendum arbitrio? Vide Angel. *in L. et si post tres, col.* 1. *ff. si quis caution.* concludentem, quòd tunc non poterit mora purgari. Vide infrà *ea L. in glos.* super parte *si despues.*

(4) *Cumpliendolo.* Et sic purgat moram usque ad litis contestationem super pœna dicta. *L. quid tamen* 21. §. *fin.* & limita nisi intersit actoris, sibi solutum fuisse in termino: nam tunc debet solvi tale interesse, & aliter non admittitur purgatio moræ, ut dixit ibi Glos. Vide quæ dicam *in L.* 35. *tit.* 11. *Part.* 5.

(5) *Del plazo.* Quid si arbiter præfigeret solutioni terminum legalem, scilicèt quatuor mensium? an tunc erit locus purgationi moræ, sicut si nullum terminum præfixisset? Alberic. *in dicta L.* 21. §. *fin.* & pleniùs *in L. si arrogator. col.* 8. & 9. *ff. de adopt.* movet istam quæst. post Jacob. de Rav. & arguit ad partes, ut ibi videbis: & ut patet ex his, quæ ibi dicit, communior opinio est, quòd sit idem, ac si alium terminum quàm legalem judex statuisset, & sic quòd mora non purgetur. Bald. *in dicta L. Celsus, ff. de arbitr.* tangit istam quæstionem, & in meo libro est vitiosè scriptum: de ejus tamen mente videtur, quòd si arbiter simpliciter dicit, quòd dat dilationem legalem ad solvendum, quòd habetur perinde ac si nullam dedisset: si verò expressit tempus quatuor mensium, tunc habeatur velut terminus appositus ab homine, cum non assignetur sub commemoratione legalis termini. Ista lex nostra videtur approbare opinionem communem, quæ fuit Petri, & Jacobi Butri. & Cyn. cum dixit: *Non señalando tiempo, &c.*

De perjurio voluntario aut judiciali juramento solus Deus est ultor. Sed testis falsum jurans scienter, tenetur parti ad id, quod ejus prætextu perdidit; pœna falsi nihilominùs puniendus: & in criminalibus sustinebit supplicium, quod pars ejus falsitate sustinuit: & non adimplens quod juramento, vel homagio firmavit, perjurus est, & patitur pœnas repulsionis à testimonio, & infamiæ, ut continetur infrà *Part. 7. tit. 5.* Hoc dicit.

(1) *Otra pena.* Concordat *L. jurisjurandi 2. C. de rebus cred. & jurejur.* & ibi vide Alberic. & Gloss. *in cap. quicunque, 6. quæst. 1.* & nota istam legem declarantem, procedere hoc in juramento delato à parte, vel à judice: et sic procedit in juramento judiciali, vel necessario, vel voluntario, delato à parte parti, & non procederet in juramento nullo modo delato, & præstito in præjudicium alterius, secundùm Angel. *in dicta L. jurisjurandi*: & ex hoc limitabis *L. 2. tit. 6. lib. 8. Ordin. Reg.* ponentem pœnam cuicunque se perjuranti.

(2) *Pena de falso.* Intellige in civilibus, ut hìc dicitur, & adde *L. 1. in princ.* & *in L. eos 27. ff. ad L. Corn. de fals.* Hodie de jure istius Regni punitur ut *in L. 3. tit. 12. lib. 4. Fori LL.* & vide *L. fin. tit. 16. infrà ead. Part.* & adde quod habetur *Proverb. cap. 19. vers. 5.* Testis falsus non erit impunitus, & qui loquitur mendacia, non effugiet periculum: & testis mendax peribit, *Proverb. cap. 21. v. 28.* & jaculum, & gladius, & sagitta acuta homo, qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium, *Proverb. cap. 25. v. 18.* Et quid si testis falsus non sit utilis producenti, nec adversario nocens? Vide Bald. *in L. fin. in fin. C. si ex falsis instrum.* ubi dicit per text. *in L. 3. 1. responso, eod. tit.* quòd adhuc punitur: quia delinquit contra bonos mores, & aures judicis offendit. Et quid si dictum testis sit in se nullum? Vide Bald. *in L. 1. C. de sepulc. violat.* dum tenet, quòd similiter punitur, quia fecit quantum in se fuit.

(3) *O lisiado.* Idem, si non fuit mortuus, vel mutilatus,

pena (4). E aun dezimos otra razon : que si alguno jurare a otro , o le fiziere pleyto , e omenage (5) , para cumplirle alguna cosa que aya puesto con el ; que tal como este , si lo fallesciere , es porende perjuro. E ha por pena , de non ser creydo en ningun testimonio , nin ser par de otro , assi como adelante se muestra, en el Titulo de los que fazen alguna cosa por que valen menos.

LEY XXVII.

Quantas escusas han los que juran , para non caer en perjuro, maguer non guarden aquello que juraron.

EScusarse pueden los omes, de non caer en perjuro (1) por la jura que fizieron , maguer non la guardassen , podiendo prouar alguna razon derecha , por que fincaran de lo non complir. E esto seria, como si dixesse alguno , que non pudiera complir lo que jurara (2) , ca viniendo a complirlo, fuera preso en la carrera, o que enfermara, o que fuera detenido por aguas, o por nieues, o por fuerça, o por miedo de sus enemigos conoscidos , que le tenian el camino; o si auia algo a dar, e lo embio (3) con

tus , sed ex dictis falsorum testium veniebat occidendus, vel mutilandus , ut probat text. *in L.* 1. §. *præterea , ff. ad L. Cornel. de sicar.* ibi : *damnaretur*, Gloss. *in cap. Rex* , 23. *quæst.* 5. in verbo *perjuros* : & ita practicatur, ut traditur in decision. Delphinatus 44. & habetur hodie *in L. fin. in Ordin. Taurinis* : & adde Bald. *in L. fin. ad fin. C. si ex falsis instrum.* vers. *sed nunquid possit accusari de falso.*

(4) *Tal pena.* Adde *Deuteronom. cap.* 19. *ad fin. v.* 21. & *L.* 1. §. *præterea , ff. ad L. Corn. de sicar.* & *L.* 11. *tit.* 8. *Part.* 7. & *L.* 13. *tit.* 8. *lib.* 2. *For. LL.* & quid de judice cogente testes in criminali dicere falsum, vide Bart. *in dicta L.* 1. & adde ad istam legem *L.* 83. *in Ordin. Tauri.*

(5) *O le fiziere pleyto e omenage.* Ex ista lege videtur probari , quòd homagium sit idem, quod juramentum: & sic potest inferri , prout vidi deduci in quæstione ardua, quòd interpositio homagii firmat contractum minoris, sicut juramentum , ut *in authent. sacramenta puberum , C. si advers. vend.* Facit quod notat Bald. *cons.* 291. *volum.* 2. ubi sentit , quòd in homagio insit juramentum : & quòd in contractu innominato , ut non revocetur ex pœnitentia , operetur idem , quod juramentum : & idem videtur probari *in L.* 10. *tit.* 26. *Part.* 4. Præterea de jure communi idem est homagium , quod juramentum fidelitatis , ut *in cap. fin.* & ibi Gloss. *de reg. jur.* & saltim negari non potest, quin in homagio interveniat fidei præstatio , juxta ea quæ notat Abb. & Joann. de Ana. *in cap. ex diligenti , de simonia* , Specul. *tit. de feudis* , §. *quoniam* , vers. *primo autem , ad fin.* Et sufficit, ut contractus firmetur , ut dicat quis , promitto per fidem meam: bonus text. & ibi notat Abb. *in cap. cum tempore , de arbitr.* & *in cap. ad aures , quod metus causa.* Et jurare est dicere , promitto hoc in fide mea , secundùm Innocent. & ibi Abb. *col. fin. in cap. & si Christus , de jurejur.* Angel. & Alex. *in L.* 3. vers. *sed si quid , ff. de jurejur.* ubi de armigeris promittentibus sub fide : facit text. *in cap. gravem* 15. *de excess. prælat.* ibi : *Contra fidem homagii* : & pro fidelitate sumitur per multas leges harum legum Partitarum , ut *in L.* 4. *tit.* 25. *Part.* 4. *L.* 2. *titul.* 5. *Part.* 7. *L.* 22. *tit.* 21. *Part.* 2. & hìc , ubi videtur approbari opinio illorum , qui dicebant , quòd violator fidei , etiam quando non intervenit in forma juramenti, est perjurus , ut dicit Archi. 22. *quæst. prima , in summa* , & Innocentius *in dicto cap. & si Christus* , & multi alii , quos refert , & sequitur Felinus *in cap. querelam, de jurejur.* In contrarium tamen facit, quia homagium non debet habere virtutem juramenti , ex quo non fit juramentum Deo , vel per Deum ; sed est quædam promissio simplex inter generosos , & Deus non invocatur in testem , quod est de substantia juramenti : & probatur *in cap. grandi , de suppl. negl. prælat. in* 6. ubi homagium, & juramentum ponuntur , ut diversa. Facit etiam *L.* 5. *tit.* 15. & *L.* 22. *tit.* 21. *Part.* 2. ibi : *Jurando , o faziendo homenage* , ad idem quod notat Specul. *tit. de feudis* , §. *quoniam* , vers. *forma autem juramenti , & ibi porrò in Regno Franciæ* , ubi ponit hæc verba : Nam nobilis homo flexis genibus coram Rege , & immissis manibus junctis intra manus Regis , sibi fidelitatem jurat , & homagium facit : & subdit : Sed prælati habentes stolam ad collum , evangeliis coram illis propositis , promittunt fidelitatem , vel homagium , vel etiam utrumque faciunt, prout feudi conditio , seu natura requirit : & sic sentit diversitatem inter homagium , & juramentum : & etiam patet hoc ex libro Fori *de Vizcaya* , ubi est juramentum Regum Catholicorum separatum ab homagio. Tamen ex quo lex ista se refert dicendo : *Assi como adelante se muestra , &c.* vult , quòd referantur , & referri debeant singula singulis : scilicèt, quòd ubi intervenit juramentum, sit pœna perjurii , & infamiæ ; ubi verò homagium, pœna infamiæ , ut *in L.* 2. *tit.* 5. *Part.* 7. ad quam legem ista lex se refert : cùm ergò se referat ad leges in hoc loquentes , in quibus non reperitur , quòd fractor homagii sit fractor juramenti , & perjurus , non potest dici , quòd ista lex probet illud , ad quod sic inducebatur ; argumento eorum, quæ notat Baldus *in L.* 2. *C. de error. advocat.* Adde ad prædicta *L.* 4. *tit.* 26. *Part.* 4. ibi : *Jurando , e faziendo pleyto homenage* : & vide *L.* 25. *tit.* 16. *ead. Partita* , *L.* 26. *tit.* 18. *eadem Partita.* Et adde , quòd juramentum , de quo loquitur *authent. sacramenta puberum* est , & debet esse tale , per quod concernatur religio : undè non sufficeret jurare quem per caput suum , vel animam suam , secundùm Jacobum Butri. & Salicet. *in dicta authent. sacramenta puberum, C. si advers. vendit.*

LEX XXVII.

Non adimplens juramentum captionis , infirmitatis, nivium , aut aquarum impedimento , vel vi , aut metu inimicorum iter detinentium ; aut quia is , cum quo promissa mittebat , non ivit , vel perdidit , seu asportavit ; vel quia Rex , aut dominus eum , qui jurat alibi ire , non permisit implere ; aut cum jurasset mandato arbitri parere, non paruit , quia præcepit inhonesta , aut impossibilia, seu talia , ex quorum implemento totam , aut majorem partem substantiæ foret perditurus ; vel sit præceptum in interitum salutis æternæ ; vel si is cui debet aliquid dari , vel fieri , remisit , vel tempus prorogaverit ; seu cùm quis sub spe futuræ numerationis cum juramento se obligavit, ad mutuum reddendum , quod non recepit ; vel si armorum depositarius cum juramento restituendi non restituat ei , cui promisit , volenti arma movere contra Regem , vel Regnum ; vel si incurrit in furorem , vel dementiam , ita quòd cum armis faceret damnum ; non erit propterea perjurio maculatus. Hoc dicit.

(1) *En perjuro.* Ex hoc tollitur opinio Gloss. *in L. fin. ff. qui satisd. cog.* quæ & ibi communiter reprobatur.

(2) *Lo que jurara.* Concordat *L. fin. ff. qui satisd. cogant.* & *cap. brevi* 17. *de jurejur.* Et quid si juro solvere ad certum terminum , sciens , quòd non potero adimplere , & interim cedo bonis , an sim perjurus? Vide Baldum , quòd non , *in L. fin. C. de non numerat. pecun.* & adde *L.* 2. §. *si quis in judicio* , & §. *quod diximus , ff. si quis caut. in judic.*

(3) *Lo embio.* Et an debitor teneatur se ponere in discrimine perdendi id , quod ad creditorem tenebatur mittere , vel deferre ; vide Glossam not. quæ innuit , quòd non , *in L. cum hi* 8. §. *in causæ* , in parte *alteruter , ff. de transact.* quam ad hoc allegat Baldus *in L. liberti , columm.* 4. *C. de oper. libert.* & Joannes de Platea *in L. nemo , C. de annon. & tribut. lib.* 10.

con tal ome, que creya (4) que era leal mensajero (5), e el fizo como desleal; o que gelo tomaron a el, o aquel su mensajero, o lo perdio por ocasion; o si jurara de ir en algun logar, e non quiso el Rey, o otro su Señor (6), que fuesse alla. Ca en toda jura se entiende sacado mandamiento de Señor, o de Mayoral, a quien deue obedecer (7). E esto, porque mas son en poder destos sobredichos, que en el suyo, e el su mandamiento esles como fuerça. E demas dezimos, que si alguno, sobre demanda, o contienda que aya con otro, metiere su pleyto en mano de su contendor, e jurare de fazer lo que aquel le mandare; si este en cuya mano es aquel pleyto metido, manda cosa desaguisada (8), assi como que non vaya mas en seruicio de su Señor, o que non le ayude, o que non entre en Corte del Rey (9), o que dexe su muger, o que desherede sus fijos, o otra cosa desaguisada semejante destas, o mayor, non es tenudo de lo complir; ante es quito del perjuro, escusandose por razon del desaguisado que le mandaron. Esso mismo dezimos, si le mandaren fazer cosa, que non pueda complir. E esto seria, como si dixesse, que pechasse a su contendor diez mil marauedis, e el non fuesse valioso de mil; o que le diesse todo quanto que auia, e fincasse el pobre, e desheredado de todo, o de la mayor partida dello; o si le mandassen tal cosa, que si le fuesse ante fecha entender, en ninguna guisa non la jurara (10). E aun dezimos, que se puede escusar de perjuro por otra razon. Ca si alguno jurare, de dar, o fazer alguna cosa a plazo señalado, si aquel a quien lo ha de complir, le soltare de aquel plazo (11), o gelo alongare, ante que sea passado, non cae en perjuro. Esso mismo dezimos, si le mandasse fazer alguna cosa que fuesse a peligro (12) de su alma. Otrosi dezimos, que demandando alguno emprestido a otro, si jurare, ante que lo reciba, que lo pagara, afuzia que gelo dara, aquel a quien el lo demanda, si non gelo diere (13), non es tenudo de lo complir. Ca bien deuemos entender, que tal fue su intencion del que juro, que lo pagaria a aquel plazo, si gelo diessen. Esso mismo seria, si alguno diessen en condesijo armas, de qual manera quier fuessen, e le fiziessen jurar, que quando quier que gelas demandassen, que gelas tornasse, que non es tenudo aquel que jura, de gelas tornar, si vee que las quiere (14) para yr contra el Rey, o el Reyno; o si es salido de seso, e vee que faria con ellas daño.

L E Y XXVIII.

Por que otras escusas non caen en pena los que juran, maguer non tengan aquello que juraron.

ACrecer deuen los Reyes el derecho en el Señorio de sus Reynos, e non menguar (1). E por esta razon, si el Rey

(4) *Que creya.* Ex bonis moribus præcedentibus, licèt esset pauper: vide Bartol. *in L. suspectum, ff. de suspect. tutor.*

(5) *Leal mensajero.* Adde *cap. significante* 7. *de pignor.* & ibi Abb. & *L. argentum* 20. *ff. commodati,* & *eod. tit. L. si ut certo* 5. §. *si me* 13.

(6) *O otro su señor.* Vide *cap. de forma,* 22. *quæst fin.* & *cap.* 1. *de nova forma fidelit.* Sed an exigatur, ut superior sciat de juramento, vide, quæ adducit Felinus *in cap. constitutus, de rescript. column.* 7. vers. *limita quadrupliciter.*

(7) *Deue obedescer.* Adde *L. fin. in princ. ff. ad municipal.* & *cap. venientes* 19. *de jurejur.* & *L. mulier* 8. *ff. de lege commiss.*

(8) *Cosa desaguisada.* Adde *L. si libertus* 30. *ff. de operis libert. cap. quintavalis* 23. *de jurejur.* & *L.* 24. *tit.* 4. *ead. Part.* & vide Gloss. *in cap. fin.* 23. *quæst.* 7. Et quid si præciperet offenso, ut exeat à civitate? Bald. *in cap.* 1. §. 1. *col.* 2. *de Lege Corr.* dicit, quod non tenet tale præceptum, post Jacob. de Ardizo, nisi in compromisso fuerit hoc actum: tunc enim posset: neque per hoc dicitur infringi libertas, sed quodam modo de injuria satisfieri: dicit tamen, quòd istud præceptum non habetur loco relegationis, seu interdictionis publicæ, ita quòd si non servetur, debeat tanquàm violator interdicti criminaliter puniri: nam hæc auctoritas non potest competere his, qui non habent merum imperium, *C. de sentent. L. nulli* 10. & adde in materia quæ notat Bart. *in L.* 1. §. *usque adeo* 5. & *L. sed si unius* 17. §. *ait prætor* 5. *ff. de injuriis.* Et de eo, qui se committit misericordiæ alicujus, vide Alexand. *consil.* 70. *vol.* 1. *col. penul.* & est dictum originale Innocen. *in cap. veniens, de renunt.* & Angel. *in L. fin. ff. de prætor. stipulat.*

(9) *Del Rey.* Nota benè istud exemplum, & quòd sit injustum præceptum de non intrando in Curiam Regis, cùm ibi ab omnibus debet recurri, tanquàm ad justitiæ fontem, *LL.* 27. & 28. *tit.* 9. *Part.* 2. & *tit.* 16. *L. penul.* & *fin. ead. Partita.*

(10) *Non la jurara.* Non enim extenditur juramentum ad incogitata: vide *cap. veniens* 16. *de jurejur.* & ibi Glos. in parte *præscivisset,* & *cap. clericus* 35. *eod. tit.* & per Gloss. *in cap. quemadmodum, eod. tit.* ubi bonus text. & adde Gloss. *in cap. ne quis,* super parte *furens,* 22. *q.* 2. & rationabile est, quòd vêrba restringantur ad cogitatum, ut adducit Bald. *in L. precibus, col.* 15. *C. de impub. & aliis substit.*

(11) *De aquel plazo.* Concordat *cap.* 1. *de jurejur.* & *cap.* 2. *de sponsal.* & ibi Abb. & adde Abb. *in cap. præterea, de appellat.*

(12) *A peligro.* Vide *cap. quintavalis* 23. *de jurejur.* & *cap. si vero aliquis* 7. *eod. tit.* & *cap. ad audientiam* 4. *quod metus caus. cap. veniens* 16. *de jurejur.*

(13) *Non gelo diere.* Concordat *L. fin. C. de non num. pecunia.*

(14) *Si vee que las quiere.* Vide Ambros. *lib.* 1. *de offic. cap. fin. column. fin.* & *cap. ne quis arbitretur,* 22. *quæst.* 2.

L E X XXVIII.

Non est perjurus Rex, qui in damnum, vel detrimentum sui Regni juraverit, si juramentum non servet: quum semper debeat augere, non minuere Regnum. Idem de prælato in magnum damnum Ecclesiæ jurante. Item duobus vicissim quid facturis jurantibus; uno eorum priùs juramentum frangente, non est alius perjurus, quod promisit non adimplendo: quia frangenti fidem, fides frangatur eidem. Fallit in matrimonio, ubi etiam uno conjugum fidem adulterio frangente, non debet propterea alter fidem datam frangere: neque etiam in treuga citra corporum læsionem facta, nisi aliud in ejus interpositione exprimatur. Hoc dicit.

(1) *Menguar.* Ex hoc videtur comprobari dictum Baldi

Rey jurare alguna cosa (2), que sea en daño, o en menoscabo del Reyno, non es tenudo de guardar tal jura como esta. Esso mismo dezimos de los Obispos, e de los otros Perlados (3), si jurassen tal cosa, que fuesse a gran daño de sus Eglesias, o de aquellos logares, en que son puestos por Perlados. Sin todo esto dezimos aun, que qualquier que ponga pleyto con otro por jura, que si aquel con quien lo puso, lo quebrantare primero (4); que es escusado de non caer en perjuro, maguer non la guarde. Ca non es derecho, que sea guardado pleyto, nin jura, aquel que primeramente lo quebranto. Empero bien queremos, que sepan todos, que cosas y ha, en que maguer el vno non guarde la jura, o venga contra aquello que pusiere, el otro non se puede escusar, si viniere contra ello. E la vna destas es el casamiento. Ca pues que el marido, e la muger, son jurados, maguer el vno tenga tuerto al otro, faziendole adulterio; non ha el otro por esso de vengarse del (5) en aquella manera, ante es tenudo de le guardar aquello que le prometio. La otra es en tregua (6). Ca si vno la da a otro, e la quebranta qualquier dellos, faziendo daño al otro en su auer mueble, o rayz, que non sea en cuerpos de omes, o mugeres (7); guardargela deue por esso el otro, por non quebrantar su jura; fueras ende, si quando la pusieron en vno, fue dicho, que si alguno dellos la quebrantasse en alguna manera, que el otro non fuesse tenudo de la guardar. Ca non es derecho (8), que si alguno fiziere a otro traycion, o aleue, que el otro se vengue del en aquella misma manera.

L E Y XXIX.

Quantas escusas han los que juran, para non caer en perjuro; maguer non tengan aquello que juraron.

DEsengañando a los que juran, queremoslos apercebir de algunas cosas,

di in vers. *ampliùs consueverunt*, *de pace Constant.* ubi dicit, quòd sicut Princeps per contractum, vel alio modo, non potest regalia concedere in præjudicium successorum; ita neque minuere: allegat *ff. qui, & à quib. manumissi*, *L. si optio* 3. & ad intellectum, & declarationem hujus dicti, vide Socinum *cons.* 7. *vol.* 3. ubi vult, quòd quando alienantur regalia per Principem, etsi non sint in magna quantitate, ita quòd Regnum enormiter lædatur, sed sit parva diminutio; non tenet alienatio in præjudicium successorum: & adde in hoc, quod notat Andr. de Iser. *in §. præterea ducatus*, vers. *nec dominus feudi ad fin. pen. col. de prohib. feud. alien. per Fred.* Et quæ dicatur parva, vel magna alienatio, vide Luc. de Pen. *in L. quicunque*, *C. de omni agro deserto*, *lib.* 11. & *L.* 1. *C. de capit. civium eod. lib.* ubi allegat quandam declarationem Innocentii Papæ sexti: vide ibi per eum.

(2) *Alguna cosa.* Concordat *cap. intellecto* 33. *de jurejur.* & vide quæ dixi *in L.* 5. *tit.* 15. *Part.* 2. & *in L.* 8. *tit.* 1. *ead. Part.*

(3) *Perlados.* Concordat *cap. sicut nostris* 27. *de jurejur.*

(4) *Le quebrantare primero.* Concordat *cap. pervenit* 3. *de jurejur.* & *cap. esto subjectus* 7. 95. *distin.* & *L. cum proponas* 21. *C. de pact.* & *cap. revertimini* 65. vide Gloss. in parte *perdidistis*, 16. *quæst.* 1. *L. quæro* 54. §. *inter*, *ff. locati*, & *L. fin. ff. de rescind. vend.* & *cap.* 1. §. *porrò*, ubi Gloss. & Bald. *quæ fuit prima causa benef. amit.* non tamen debet quis mihi fidem rumpere, licèt sibi rumpatur ab alio, *L. si pater* 5. & ibi Bald. *C. de novat.* & intellige, & limita istam regulam in obligationibus respectivis; secùs in diversis, ut not. Abbas, & Doctor. *in dicto cap. pervenit*, ubi vide Felin. circa alia.

(5) *De vengarse del.* Intellige, quia peccaret: tamen paria delicta mutua compensatione tolluntur in foro canonico, ut *in cap. intelleximus* 6. *de adult.* licèt in foro civili procedat dispositio *L.* 1 *C. de adult.* & vide in materia notabilem quæstionem Gloss. *in cap.* 1. 32. *quæstion.* 6. *in glos. fin.* ubi Glossa quærit, quid si vir reconciliavit sibi uxorem adulteram, & ipse postmodùm commisit adulterium, an possit accusari per uxorem ad separationem thori? Et concludit, quod sic.

(6) *En tregua.* Idem vult, esse in pace facta inter plures, Lucas de Penna *in L. unica*, *C. publicæ lætitiæ*, *lib.* 12. *col.* 28. versic. *ultimo quæritur*: ubi limitat, nisi contra eum, qui pacem fregit, justa ratione bellum indici possit: nam tunc is, cui pax violata est, pacem servare non tenetur. Et ista lex approbat dictum, quod fuit originale, Vincent. *in cap.* 1. *ad fin. de treuga & pace*, quod refert, & sequitur Joan. Andr. *in addition. ad Speculat. in tit. de treuga & pace*, *in rubr.* & tradit etiam *in dicto cap. pervenit*, *de jurejur.* ubi & Felin. Et dicit dictus Vincent. prout refert Joann. Andr. *in dicta additione*, ita servari in Hispania. Joan. de Imol. tamen *in L. qui servum*, *ff. de verb. oblig.* quem etiam ibi sequitur Alexand. tenet, istud dictum non procedere de jure: & idem Abb. *in dicto cap.* 1. *de treuga*, *& pace*: undè nota istam legem, quæ hoc decidit, & benè declarat, ut propter damna rerum alter non frangat treugam, nisi aliter fuit conventum. Adde. *L. verum* 39. *ff. de furtis*, ubi Bart. & Angel. notant, quòd non rumpit pacem, qui facit furtum.

(7) *Omes, o mugeres.* In his enim est gravior jactura, quàm in rebus: vide *L. in servorum* 10 *ff. de pœnis*: & ex isto verbo videtur, quòd si treuga frangatur, vulnerando unus alterum, quòd alter non tenebitur servare treugam; & si ipse alium vulneraverit, non teneatur, ut violator treugæ: & hoc idem voluit Bald. post Guid. de Suza. *in L. cum proponas* 16. *de pact.* tenebitur tamen pœna legali, secundùm eum ibidem, & satis probatur *in ista L. in fin.* Quid autem, si unus ex illis, qui fecerunt pacem, vel treugam, offendatur ab extraneo, præsente alio, cum quo facta est treuga, & non juvante eum? an incidat in pœnam pacis ruptæ, videas Lucam de Pen. *in L. unica*, *C. publicæ lætitiæ*, *lib.* 12. ubi distinguit inter hominem alios offensos adjuvare solentem, & inter debilem & pusillanimem: & ibi etiam vide, quid si offendat is, qui pacem fecit, filium, vel uxorem, aut fratrem alterius; vide per eum *quæst.* 18. 20. & 21. & ibi, quid si non intulit vulnus, vel injuriam in personam; sed alias eum adduxit ad calamitatem, & periculum totius substantiæ suæ, vel majoris partis: & ibi per alias quæstiones videbis multa in ista materia.

(8) *Ca non es derecho.* Ex ista lege videtur confundi dictum Glos. *in cap. cupientes*, super parte *malignantium*, *de elect. lib.* 6. dicentis, quòd si habeo jus in principali, possum cavillationes, & malitias adversarii per alias repellere: & facit *cap. dominus noster*, ubi Gloss. 1. 23. *quæst.* 2. & *L. cum pater*, §. 31. versic. *planè*, *ff. de leg.* 2. circa quam Gloss. & Gloss. quæ videtur contraria *in reg. exceptionem*, *de reg. jur. lib.* 6. vide Alexand. *in L. qui totam* 45. *ff. ad S. C. Trebel.* Et an liceat producere falsum instrumentum solutionis contra eum, qui produxit contra me falsum instrumentum debiti; vide Baldum, quòd non, *in rubric. C. de fide instrument. col.* 8. *ad fin.* & adde ad istam legem *L.* 2. *tit.* 16. *Part.* 7. & quod dicit Joannes de Plat. *in l.* 1. *C. de navib. non excus. lib.* 11. & Lucas de Penna *in L. unica*, *C. publicæ lætitiæ*, *lib.* 12. *colum.* 28. ubi tradit, quòd licèt facias proditionem contra me; non tamen debeo illam committere contra te, qui tibi fidem promisi.

L E X XXIX.

In juramento verba fraudulenta, vel dubia sunt contra do-

sas, que diremos en esta ley, porque non cayan en perjuro contra Dios, nin sean tenudos por engañosos. E porende dezimos, que si el que da la jura, o el que la faze, metiere palabra engañosa (1), o dubdosa; que non se deue entender, fueras de la manera que la entendio aquel que non fizo el engaño. E de tal jura como esta dezimos, que si el engaño pudiere prouar, que non deue valer, nin aprouecharse della aquel que fizo, o dixo el engaño: nin se puede escusar, que non sea porende perjuro. E aun mas dezimos, que el que jura cosa guisada, non se puede escusar de non la guardar, maguer diga que la fizo por fuerça (2); fueras ende en estas cosas. Si le fizieron jurar a miedo que entrasse en Orden (3), o que casasse con alguna muger, o prometiesse arras (4); o le tomaron alguna cosa del Rey, o de la Iglesia (5), e le fizieron jurar que non la demandasse, o que non dixesse quien gela tomara. Ca atal jura como esta non seria tenudo de guardarla, si non quisiesse.

TITULO XII.

De las Preguntas que los Juezes pueden fazer a las partes en Juyzio, despues que el pleyto es començado por demanda, e por respuesta; a que llaman en latin Positiones.

COmençamiento toman los pleytos por las demandas, e por las respuestas que fazen las partes en juyzio, assi como de suso mostramos. E porque toda cosa que ome comiença, deue puñar primeramente de la traer a acabamiento, por la mas ligera carrera que pudiere; porende dezimos, que se deuen los Judgadores trabajar, luego que el pleyto es començado ante ellos por demanda, e por respuesta, de fazer jurar a las partes. E despues preguntarles por aquella jura, que le digan verdad. Ca por tal manera caen los Juezes mas de ligero en ella. E pues que en el titulo ante deste fablamos de la jura, queremos agora aqui fablar destas preguntas. E primeramente mostrar, que cosa es pregunta. E que pro nace della. E quien la puede fazer. E sobre quales cosas.

Ley 14. tit. 8. lib. 2. Recop.

LEY I.

Que cosa es Pregunta.

PRegunta es demanda que faze el Juez a la parte, para saber la verdad de las cosas, sobre que es dubda, o con-

dolosum interpretanda: & nec dolosus erit à perjurio excusatus. Item jurans licita, non excusatur ob vim illatam, ut juraret: nisi ut religionem ingrederetur, vel cum aliqua contraheret, aut ut propter nuptias donaret, passus est impressionem; aut ablata Regis, vel Ecclesiæ, cogatur jurare, se non petiturum, aut nihil dicturum. Hoc dicit.

(1) *Metiere palabra engañosa.* Concordat *cap. quacunque arte*, 22. *quæst.* 5. & vide Gloss. distinguentem *in cap. hoc videtur*, §. *quæritur*, *ead. causa*, *& quæst.* accipitur enim juramentum secundùm intentionem recipientis: vide Abb. *in cap. cum contingat*, *col.* 16. *de jurejur.*

(2) *Que la fizo por fuerza.* Concordat *cap. si vero* 8. & *cap. verum* 15. *de jurejur.* & *cap. si aliquid*, 22. *quæst.* 4. Poterit tamen petere absolutionem juramenti, ut in dictis juribus, etiamsi esset metus vanus, & improbabilis, secundùm Hosti. quem sequitur Abb. *in dicto cap. verum*, in odium cogentis: ne de dolo suo alius reportet damnum, & ipse commodum. Nec obstat *L. metum* 6. *ff. quod metus caus.* nam procedit respectu edicti; non verò respectu officii judicis, juxta Glos. *in cap. penult. quod met. caus.* secundùm Abb. *in dicto cap. verum.* Idem tamen Abb. *in cap. penult. col.* 3. versic. *& ex hoc intellectu*, vult contrarium per text. ibi, & per text. *in cap. si vero* 8. *de jurejur.* ubi ponderatur gravissimus metus in relaxatione juramenti: & sic quòd non debet audiri quis contra juramentum metu præstitum; nisi metus fuisset, qui caderet in constantem virum: & istud credo verius. Nota etiam, quòd quando talis esset metus, seu vis illata, posset judex secularis compellere recipientem tale juramentum, ut id relaxet: ut tradit Felinus *in cap.* 1. *col.* 6. *ad fin. de jurejur.* cui adde Bald. *in* §. *item sacramenta*, *col.* 2. *de pace juram. firm.* dicentem, quod boni præsides talia juramenta, & illicitas extorsiones, per capturam personæ faciunt relaxari, & cassari, *L. illicitas* 6. *ff. de officio præsidis*, & quòd multoties fieri ita vidit. Et si juramentum metu extortum fuerit in casu à lege prohibito, ut in alienatione fundi dotalis, vel in casu *cap. secundi de pactis*, *lib.* 6. tunc non obligaret ipso jure: quia propter legis resistentiam requiritur, quòd sit spontè præstitum, secundùm Abbatem *in cap. cum contingat*, 3. *notab. eod. tit.* qui allegat Vincent. & sequitur Felinum, quem vide *in cap.* 2. *eod. tit.*

(3) *En orden.* Habet ortum a Glos. ponente istos casus *in cap. Abbas*, *quod metus caus.* & à *L.* 5. *C. de sponsal.* & à *cap. cum locum* 14. & *cap. requisivit* 17. *de spons.* & à *L. si mulier* 21. §. *si dos* 3. *ff. quod metus caus.* & à *cap.* 2. *de jurejur.* & à *cap.* 1. 15. *quæst.* 6. & ubicumquè requiritur consensus liber, ut in matrimonio, & aliis spiritualibus, & in electione, non sufficit consensus, nisi adsit qualitas libertatis, Gloss. notab. *in cap. notificasti*, 32. *quæst.* 5. quam dicit menti tenendam Abb. quem vide *in dicto cap. cùm locum.* Sed an indigeat absolutione juramenti is, qui per metum matrimonium cum juramento contraxit, vel qui juravit super casibus hìc exceptis, in quibus actus est nullus; videtur, quòd non, per text. *in L. fin. C. de non numerata pecun.* & vide per Felinum *in cap. si vero*, *ad fin. de jurejur.* licèt aliud voluerit Abbas *in cap.* 2. *de his, quæ vi metusvè caus. fiunt*, *ad fin. col.* 2. motus per *cap. inter cætera*, 22. *quæst.* 4. qui tamen hoc non probat.

(4) *O prometiesse arras. L. si mulier* 21. §. *si dos*, *ff. quod metus caus.* loquitur in dote, & extenditur hìc ad arras.

(5) *Cosa del Rey, o de la Iglesia.* Sed an distinguatur, & intelligatur, dummodò res Ecclesiæ, vel Regis per alium recuperari non possint; si verò esset alius, qui peteret, quòd ipse jurans servet juramentum, ut volunt Innocent. Cardinal. Anton. & Imola *in dict. cap.* 2. *de jurejur.* videtur dicendum ex generalitate hujus legis, quòd ipsemet prælatus, vel administrator bonorum Regis posset repetere, etsi alio modo posset consuli Ecclesiæ per alium: quod etiam tenet Abbas *in dicto cap.* 2. motus ex Glos. *in cap.* 1. in verbo *contractum*, *de restitut. in integr. lib.* 6. Cogita.

TITULUS XII.

LEX I.

Interrogatio est quæstio per judicem parti super rebus dubiis, de quibus in judicio contenditur, ad sciendum veritatem facta. Hoc dicit.

contienda antel. E tales preguntas como estas se pueden fazer despues que el pleyto es començado por demanda, e por respuesta, e non ante (1). Fueras ende en aquellas cosas señaladas, que diximos (2) en el Titulo, que fabla de como se deue començar el pleyto.

LEY II.

Que pro nasce de la Pregunta, e quien la puede fazer, e sobre que cosas.

Ley 14. tit. 8. lib. 2. Recop.

PRegunta es cosa de que nace grand pro. Ca por ella puede el Judgador saber mas en cierto la verdad de los pleytos, e de los fechos dubdosos, que vienen ante el. E puedela fazer el Juez (1), fasta que de el juyzio: e aun la vna parte a la otra ante el Judgador. E deue ser de tal natura, que pertenezca al fecho (2), o a la cosa, sobre que es la contienda. E hase de fazer en cierto (3), e por pocas palabras, non emboluiendo muchas razones (4) en vno; de manera que el preguntado las pueda entender, e responder ciertamente a ellas. Ca si de otra guisa fuesse fecha, non deue ser cabida: nin aun la parte a quien la fiziessen, non seria tenudo de responder a ella.

(1) *E non ante.* Vide Specul. *tit. de position.* §. 3.
(2) *Diximos.* Suprà *ead. Partit. tit.* 10. *L.* 1.

LEX II.

Prodest enim interrogatio, quia per eam meliùs elicitur dubiorum veritas: & debet esse certa, & sub brevibus verbis intelligibilibus. Nec sit multiplex, neque impertinens rei, de qua agitur: aliàs non tenetur interrogatus ad eam respondere. Hoc dicit.

(1) *E puedela fazer el Juez.* Concordat *cap. cum Joannes* 10. *de fide instrum.* & *L. ubicumque* 21. *ff. de interrog. in jure fac.* & vide per Speculatorem *in dicto* §. 3. Et non solùm possunt fieri istæ interrogationes per judicem post conclusum in causa, quando fit ad declarandum dubiam probationem; sed etiam ad fundandum intentionem de novo, secundùm Anton. *in cap.* 1. *col.* 3. *de jud.* & Baldum *in L. si accusatoribus* 4. *col. ultim. C. de accusat. & inscript.* licèt aliter voluit Innocent. *in dicto cap. cum Joannes*, ubi Abbas *in penult. notab.* Et potest interrogare judex, ut obviet iniquæ extorsioni, etiam ubi pars non teneretur respondere ad petitionem partis, Bald. *in L. filium, col.* 17. *C. familiæ ercisc.*

(2) *Pertenezca al fecho.* Adde *L. ad probationem* 21. *C. de probat.* & *L.* 9. §. *fin. ff. de interrogat. act.* & Glos. *in cap.* 2. in parte *rationabili, de confess. lib.* 6. Specul. *tit. de position.* §. 7. versic. *secundò considerandum.*

(3) *En cierto.* Vide *L. ut responsum* 15. *C. de transact.* & Specul. *ubi suprà*, vers. *tertiò quoquè considerandum.*

(4) *Embolviendo muchas razones.* Vide Specul. *ubi suprà* §. 7. versic. *undecimò considerandum*, & Gloss. *in dict. cap.* 2. *de confess. lib.* 6.

TITULO XIII.

De las Conocencias, e de las Respuestas que fazen las partes en Juyzio, a las demandas, e a las preguntas que son fechas en razon dellas.

COnocencias fazen a las vegadas las partes, de la cosa, o del fecho sobre que les fazen preguntas en juyzio; de manera que non ha menester sobre aquel pleyto otra prueua, nin otro aueriguamiento. E pues que en el Titulo ante deste fablamos de las preguntas, queremos aqui dezir de las conocencias, e de las respuestas que nacen dellas; que es manera de prueua mas cierta, e mas ligera, e con menos trabajo, e costa de las partes, que aduzir testigos, o cartas, para prouar lo que demandan. E porende queremos primeramente mostrar, que cosa es conocencia. E quien la puede fazer. E que fuerza ha. E quantas maneras son de conocencias. E como deuen ser fechas. E qual deue valer, e qual non. *Titulo 4. y 21. lib. 4. Recop.*

LEY I.

Que cosa es Conocencia, e quien la puede fazer.

Ley 5. tit. 21. lib. 4. Recop.

L. 14. tit. 8. lib. 2. Rec.

COnocencia es respuesta de otorgamiento, que faze la vna parte a la otra en juyzio. E puedela fazer todo ome que fuere de edad de veynte e cinco años; o su Personero, o Bozero, a quien fuesse otorgado poderio (1) de la fazer. Pero si el Personero otorgasse alguna cosa en juy-

TITULUS XIII.

LEX I.

Confessio est responsio per partem parti facta, quam quilibet major xxv. annis, & ejus procurator, vel advocatus, cui ad hoc est potestas concessa, facere potest. Sed si pars contradicat advocati confessioni, vel procuratoris, non nocet confessio. Si autem dominus est absens, non auditur, nisi ante sententiam de confitentis errore probet. Item confessio impuberis in tutoris absentia non valet, nisi in ejus præsentia fiat, non contradicendo: quia tunc valet. Sed si probetur de læsione, restituitur in integrum adversus eam, sicut & pubes, fatuus, aut prodigus, sub cura constituti, restituuntur ex sua, vel curatoris confessione. Hoc dicit.

(1) *A quien fuesse otorgado poderio.* In hoc articulo fuerunt variæ opiniones de jure communi, ut videri potest per Specul. & ibi Joann. Andr. *in addition. tit. de confession.* §. *postremo*, versic. *& quid si fit per procuratorem*, & per Gloss. & Doct. *in. L. certum* 6. §. *sed an & ipsos* 4. *ff. de confessis*, & approbatur illa opinio, quòd debet habere speciale mandatum ad confitendum, quam tenebat Antonius, ubi Abb. *col.* 9. *in cap.* 1. *ut lite non contest.* & sic confessio procuratoris habentis generale mandatum, non præjudicat domino, ut *in dicto* §. *sed an & ipsos* 4. quod Bart. & Paul. ibi dicunt, esse verum, quando emanat per modum voluntariæ jurisdictionis, id est, quando spontè, & non coactè confitetur: quia tunc cadit in donationem, quæ non cadit in generali administratione, neque in generali mandato, *L. contra juris* 28. §. *fin. ff. de pactis*, *L. filiusfamilias* 7. *ff. de donat.* secùs si per modum contentiosæ jurisdictionis, id est, coactè: quia tunc be-

Ley 2. tit. 7. lib. 4. Recop. juyzio, estando su dueño delante, e contradiziendola luego (2), non le deue empecer. Mas si el non estuuiesse delante, quando su Personero fiziesse la conocencia, si despues la quisiere reuocar, non lo puede fazer; fueras ende, si dixere que queria prouar, que el Personero fizo la conocencia por yerro, o por engaño, e que la verdad es de otra guisa que el non conocio: ca prouando el esto, ante que juyzio afinado (3) sea dado sobre el pleyto, non le empece la conocencia, o la respuesta que assi fizo su Personero. Otrosi dezimos, que conocencia que fiziesse en juyzio huerfano (4) menor de catorze años, non seyendo su Guardador delante, que non le deue empecer. Mas si la fiziesse estando y su Guardador, e non la contradixesse, valdria. Pero si la conocencia se tornasse a gran daño del huerfano, bien la puede reuocar, pidiendo merced al Rey, o al Judgador ante quien fuesse fecha; e mostrando el daño que le ende viene, si non tornasse el pleyto de cabo, en aquel mismo estado que era, ante que la conocencia fuesse fecha. E si el Rey, o el Juez entendieren que aquella conocencia se tornasse en grand daño del huerfano, deuenla reuocar. Essa misma merced, dezimos, que pueden fazer a todos los otros que son menores de veynte e cinco años, que estuuieren ellos e sus bienes en poderio de otri: e aun los que fuessen mayores, seyendo locos (5), o desmemoriados, o desgastadores de lo suyo; si sus Guardadores conociessen alguna cosa en juyzio, que se tornasse a grand daño dellos.

LEY II.

Que fuerça ha la conocencia.

Grande es la fuerça que ha la conocencia, que faze la parte en juyzio, estando su contendor delante (1). Ca por ella (2) se puede librar la contienda, bien assi como si lo que conocen, fuesse prouado *Ley 5. tit. 21. lib. 4. Recop. Ley 14. tit. 8. lib. 2. Recop.*

tunc benè præjudicat: & tunc dicitur coactè, secundùm Paul. ibi, quando respondetur confitendo libello, vel positioni; & extra istos actus non præjudicaret domino confitendo, sed sibi soli. Et in casibus in quibus coactè confitetur, posset dominus revocare confessionem, probando errorem, sicut in confessione propria, ut *in L. 2. ff. eodem*: & subdit Paul. quòd si in respondendo libello, vel positionibus, nulla intervenit coactio, adhuc confessio nocebit domino: quia posito, quòd sine judicis jussu, & coactione respondeat, non videtur spontè respondisse, ex quo sciebat, vel scire poterat, se ad hoc posse compelli: in quo ultimo dicit Abb. *in dict. cap.* 1. *col.* 9. quòd si statim porrecto libello, nulla facta discussione, confitetur; quòd tunc non præjudicabit domino: quia habet instar donationis; quod est notabile. Sed an per istam legem exigatur, quòd etiam procurator generalis ad lites habeat speciale mandatum ad confitendum? Crederem, quòd non, ex quo est procurator generalis cum libera, prout communiter sonant instrumenta procuratoria: quia isti æquiparantur tutoribus, qui & habent liberam, ut dicit Gloss. *in dicta L. mandato generali, ff. de procurat.* quia isti tales procuratores assimilantur tutoribus, ut dicit Bart. *in dicto* §. *sed an ipsos*: & idem dic in confessione tutorum & curatorum, ut per Bart. *in dicto* §. *sed an ipsos*, & per Abb. *in dicto cap.* 1. *col.* 9. & de confessione prælati, vide Abb. *in cap. si diligenti*, 4. *notab. de præscript.* & *in cap. fin. col. pen. eod. tit.* & *in cap. dudum*, el 2. *col.* 9. *de elect.* & *in cap. dilectus, de capellis monach.*

(2) *Luego.* Infra triduum sicut in advocato, *L.* 1. & 2. *C. de error. advoc.* Paulus *in dicto* §. *sed an ipsos*: & intellige, quòd tunc revocat, etiam si nihil doceat de errore.

(3) *Juyzio afinado.* Secùs si post, ut *in cap. ex parte* 3. *de confessis*, & *L. error* 7. *C. de jur. & facti ignor.*

(4) *Huerfano.* Concordat *L. certum* 6. §. *in pupillo* 5. *ff. de confessis.*

(5) *Seyendo locos.* Nota istam legem pro dicto Gloss. *in L.* 2. *C. de curat. furios.* quòd beneficia competentia minoribus, dantur etiam furiosis: circa quam Gloss. plura ponit Felinus *in cap. pastoralis, col.* 2. *de judic.* & in hoc quod dicit de prodigis, vide Abb. *in cap. cum non liceat, col.* 5. *de præscript.* & Alexand. *in L. si curatorem, C. de in integr. restit. minor.* Prodigi, & furiosi æquiparantur pupillis: vide Bart. *in L.* 1. §. *fuit quæsitum, ff. ad S. C. Trebel.* & adde Bald. *in rubric. C. de rescind. vendit.*

LEX II.

Si in judicio, præsente adversario, est facta confessio, æquipollet probationi: & secundùm eam est ferenda sententia, si fuit lis contestata, sive in causa civili, sive in causa criminali. Si autem non est contestata, & est causa civilis, debet judex, confitenti præceptum de solvendo certa die facere. Hoc dicit.

(1) *Estando su contendor delante.* Concordat *L. certum* 6. §. *si quis absente, ff. eod.* & *L. fin. ff. de interrog. in jur. fac.* & limita, & intellige, prout hìc dicitur, quoad plenam probationem: nam semiplenam probationem benè facit, licèt absente parte, ut notat Gloss. *in L. capite quinto* 25. *ff. al Leg. Jul. de adulter.* Bart. *in L. admonendi, col.* 7. & 10. *ff. de jurejur.* Abb. *in cap. si cautio, de fide instrum.* Secundò limita, quando confessio tendit directè ad obligandum confitentem ei, in cujus favorem emanat confessio. Sed si non tendit ad hoc principaliter; sed ad probandum aliquid, ex qua probatione absenti quæritur obligatio, tunc talis confessio benè præjudicat: text. est, & ibi notat Angel. *col.* 2. *in authent. de hæredibus, & falcid.* §. *si verò expressim, collat.* 1. undè secundùm eum, si aliquis approbat aliquod instrumentum, tanquàm verum, omnes, quorum interest, poterunt agere contra approbantem, licèt non fuerint præsentes tempore approbationis: de quo dicto meminit Felin. *in cap. cum M. Ferrariensis, col.* 16. *de constit.* Tertiò limita in confessione emanante circa decisionem causæ; secùs in præparatoriis judicii, secundùm Joann. Andr. *in addition. ad Specul. tit. de confes.* §. *sequitur, vers.* 7. & ubi potest pro absenti ferri sententia, ibi & proderit confessio absenti, secundùm Angel. *in dicto* §. *si quis absente*, ex quo infert, quòd si ex forma compromissi arbiter, vel arbitrator potest proferre sententiam, etiam partibus non citatis, tali casu etiam confessio proderit absenti: cùm confessio, & sententia æquiparentur, ut *in dicto* §. Quartò limita in confessione facta in libello actoris, vel in libello exceptionum rei: nam tenet, etsi absente adversario sit productus, *L. cum precum* 9. *C. de liberali causa, L. rura* 14. *C. de omni agro deserto, lib.* 11. tenet Bart. *in dicto* §. *si quis absente*; licèt contrarium tenet Gloss. singularis *in L. qui familiæ, ff. familiæ ercisc.* sed primum est verum, secundùm Angelum ibi; qui tamen dicit, quòd debet libellus datus esse per judicem adversario: sicut dicitur in epistola, quæ non nocet scribenti, quousquè perveniat ad manus adversarii. Vide alias limitationes per Socin. *in suis fallentiis*, in parte *confessio facta absente parte*, & Felin. *in cap. si cautio, de fid. instrum.* Et quid si judex nomine absentis reciperet? Vide Paulum *in dicto* §. *si quis absente.*

(2) *Ca por ella.* Sed an requiratur, quòd acceptetur à parte, vel quòd fiat parte instante, & petente; Salicetus post Cyn. *in L. unica*, 15. *oposit. C. de confes.* dicit, quòd requiratur hoc, & quòd aliàs non posset dici confessio, quia non esset simul fassio: & idem tenet *in L. jubemus, in fin. C. de lib. caus.* & *in L. generaliter*,

Ley 2. tit. 7. lib. 4. Recop.

do por buenos testigos, o por verdaderas cartas. E porende el Judgador, ante quien es fecha la conocencia, deue dar (3) luego juyzio afinado por ella; si sobre aquella cosa que conocieron, fue començado pleyto ante por demanda, e por respuesta. Esso mismo dezimos (4), si la conocencia fuesse fecha en juyzio en pleyto criminal, en qual manera quier. Mas si alguno fiziesse venir su debdor antel Juez, e le rogasse, que le fiziesse jurar, o que le preguntasse, si le deuia alguna cosa, o marauedis; e el demandado respondiesse luego llanamente, que gela deuia, non le queriendo fazer contienda sobrello; estonce dezimos, que abonda que el Judgador mande al debdor que fizo la conocencia, que pague aquella cosa que conocio, fasta vn dia señalado quel ponga, assi como de suso mostramos (5) en el Titulo que fabla de las Demandas: e non ha porque le de otro su juyzio afinado, sobre tal razon como esta.

LEY III.

Quantas maneras son de Conocencias, e como deuen ser fechas.

Leyes 1. y 2. tit. 7. lib. 4. Recop. L. 14. tit. 8. lib. 2. Rec.

TRes maneras son de conocencias. La primera es, la que faze ome en juyzio, estando su contendor delante, que fablamos en la ley ante. La segunda es, aquella que faze vn ome a otro sin premia, non estando en juyzio con el. La tercera es, quando alguno por tormento, o por fuerça que le fazen, conoce alguna cosa. E de cada vna destas mostraremos abiertamente en las leyes deste titulo. Pero queremos aqui dezir, de como los que son preguntados en juyzio, deuen responder en cierto (1), a las preguntas que les fazen; otorgando, o negando llanamente, la cosa sobre que los preguntan. E si por auentura el preguntado dixere que dubda (2), e demandare plazo por acordarse, porque pueda mas cierto responder; si esto dize el por si, e non por consejo de su Abogado, deue el Judgador otorgarle el plazo (3), para poderse acordar de como responda. Mas si el queriendo luego responder, su Abogado le metiesse a esto, que demandasse plazo, non le deue ser cabido: porque sospechamos, que el Abogado queria dar en poridad consejo a la parte, que responda de guisa, que non le empezca, e que la verdad se encubra: e porende deue ser auisado el Judgador, que de mientra se fizieren las preguntas a las partes, non dexen estar (4) y el Abogado, de aquel a quien faze la pregunta. Ca muchas vegadas acaece, que los Abogados (5), con gran sabor que han de vencer el pleyto, non catan a Dios, nin a sus almas: e fazen a sabiendas, que las partes nieguen la verdad de las cosas, sobre que les fazen las preguntas. Otrosi dezimos, que seyendo alguno preguntado del Judgador, sobre cosa que pertenezca al pleyto, si fuere rebelde, non queriendo responder a la pregunta; que tanto le empece aquella rebeldia (6), de non querer responder, como si otorgasse aquella cosa, sobre que le preguntaron. Esso mismo dezimos que deue ser guardado, de aquel a quien fizieren la pregunta, si respondiere escuramente (7), de guisa que non

ter, 6. *quæst. C. de non num. pecun.* Felin. *in dicto cap. si cautio. col.* 5. qui dicit, quòd ideo communiter scribitur: parte præsente, & acceptante: & idem tenet Alexand. *consil.* 112. *vol.* 3. *& consil.* 20. 4. *vol. col.* 1. & Francisc. de Curte *consil.* 77. ubi latè. Ego verò dubito de hoc, attenta ista lege, & *L.* 4. *&* 6. *infrà eod.* quæ tantùm exigunt præsentiam partis, & non exigunt acceptationem: & ex quo fit in commodum præsentis, satis videtur acceptari. Facit benè illud, quod dicitur, quòd actus factus me præsente, sciente, & patiente, inducit consensum, & tacitum mandatum, *cap. cum olim* 32. *de offic. deleg.* & procedit sine dubio in actibus judicialibus, secundùm Cardin. ibi, & Alex. *consil.* 80. *vol.* 4. facit quod notat Bald. *in L. generaliter, col. penult. ad fin. C. de non num. pec.*

(3) *Deue dar.* Vide quæ dixi *in L.* 7. *tit.* 3. *ead. Partit.* & sequitur Azo. *C. eod. in summa.*

(4) *Dezimos.* Sequitur opin. Azonis *in dicto loco.*

(5) *Mostramos.* Ut *in dicta L.* 7.

LEX III.

Triplex est confessio, judicialis, & extrajudicialis, & facta per torturam. Debet enim confessio clarè fieri: & si clarè non respondeat interrogatus, certum indulgetur ei tempus dubitanti, ad se certificandum; nisi hoc petierit ex advocati suggestione. Et quum judex interrogat, non sinat advocatum interesse. Et contumax in respondendo judicis interrogationi, vel obscurus, habetur pro confesso. Hoc dicit. Concordat cum hac lege *L. qui interrogatur* 5. *ff. de interrog. in jure fac. & de interrogator. action.*

(1) *En cierto.* Non enim debet obscurè respondere, *L. de ætate* 11. §. *nihil* 7. *ff. de interrogat. action.* Adde Specul. *tit. de positione*, §. 9. vers. *quòd si quis*, *&* §. *fin.* Adde *L.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *Ordinam.* & *in Ordination. de Madrid.*

(2) *Que dubda.* Adde Specul. *tit. de positione*, §. 6. versic. *quid si interrogatus dubitet.*

(3) *Plazo.* Vide *L.* 11. *tit.* 11. *ead. Partit.* & quæ ibi dixi *in gloss.* 5.

(4) *Non dexen estar.* Adde Gloss. *in cap.* 1. *de confes. lib.* 6.

(5) *Que los Abogados.* Vide Gloss. ibidem, Specul. *in dict. tit. de positione*, §. 9. vers. *item nota, quòd advocatus*: & ibi etiam vide, quòd advocatus, qui docet clientulum falsa respondere, teneatur parti læsæ damnum resarcire.

(6) *Aquella rebeldia.* Approbat opin. Azon. & aliorum dicentium, tacentem, & obscurè respondentem haberi pro confesso, *L. de ætate* 11. §. *qui tacuit* 4. *&* §. *nihil.* 7. *ff. de interrog. in jure fac.* tradit Specul. *tit. de positione*, §. 9. versic. *quia qui tacet*, & vide *cap.* 2. *de confes. lib.* 6. & *dict. L. Ordin.* quæ exigit, ut pluries sibi jubeatur à judice, quòd respondeat: & vide Abb. *in cap. penult. de juram. cal.* 6. *&* 7. *col.* Hodie *Ordin. de Madrid, cap.* 12. dicit non requiri, ut pluries jubeatur: vide ibi.

(7) *Escuramente.* Vide quæ dixi *in gloss. præced.* Et de notario conficiente instrumentum per verba obscura, & non intelligibilia, quòd non valeat instrumentum, vide Bart. *in L. quidquid astringendæ* 99. *ff. de verb. oblig.* Bald. *in L. voluntatis* 7. *C. de fideicom.* Et de teste obscurè deponente, & de aliis, vide Felin. *in proœm. Decretal. col.*

non puedan ser ciertos por su respuesta, de aquello que le preguntan.

L E Y IIII.

Como la Conocencia que es fecha en juyzio, deue valer.

Leyes 1. y 2. tit. 7. lib. 4. Recop. Ley 14. tit. 8. lib. 2. Rec. Ley 5. tit. 21. lib. 4. Recop.

(12) *Despues que se leuantasse.* Hoc ideo, ne fortè loquatur cum partibus, & subornatus aliquid contra veritatem dicat. Gloss. tamen *in authent. de testibus, in* §. *quia verò*, super parte *non habebit*, *collat.* 7. dicit, quòd hoc procedet ad petitionem partis, quæ eum produxit: ad petitionem tamen adversæ partis, vel per officium judicis, cùm judici videbitur, benè repetitur de consuetudine, non ut addat, sed ut det dicti sui rationem: & in hoc illa Gloss. non est alibi, secundùm Angel. ibi, qui tamen dicit, non esse jure cautum, ut ad postulationem partis hoc fiat; sed quòd benè posset judex. Bald. tamen *in authent. at qui semel*, *C. de probat. col.* 2. tenet dictum illius gloss. ex eo, quia pars adversa fuit læsa propter omissionem causæ non producens, & quòd si redderet causam destructivam dicti, non teneret. Ego crederem, quòd ex quo lex ista prohibet, ne extra casus hìc expressos interrogetur de causa, postquàm recessit à judice, quòd ad petitionem nullius ex partibus debeat fieri; nisi judici, consideratis circunstantiis causæ, & qualitate testis, & partis petentis, aliud videatur: ad quod facit, quod notat Bald. *in L. gesta, col. pen. ad fin. C. de re judic.* Sed an judex, qui non interrogavit de causa, teneatur parti ad interesse in foro judiciali, vel pœnitentiali; vide Joann. And. *in addit. ad Specul. tit. de teste*, §. 1. *col.* 18. *in addit.* super parte *sine causa*, & Abb. *in cap. cùm causam*, *de testib. col.* 4.

(13) *Muerte, o perdimiento.* Adde Salic. *in L. fin. C. de probat.* quòd in criminalibus non probant testes, non reddentes causam scientiæ, & quòd sunt repetendi: & sequitur Decius *cons.* 429. Tu nota, & tene menti istam legem.

(14) *O sobre otro pleyto grande.* Causæ namque magnæ æquiparantur causis criminalibus, *L. propter litem* 21. *ff. de excusat. tutor.* & *instit. eod.* §. *item propter litem* 4. & quæ dicantur causæ magnæ, & cui incumbat de hoc probatio, vide quæ dixi supra *tit.* 11. *L.* 2. *in princ. gloss. magnæ.*

nemos por bien, que sea el testigo otra vez preguntado en poridad, e que sea tenudo de dezir la razon por que lo sabe: e si preguntado fuere, e non quisiere dezir por que razon lo sabe, non deue valer (15) su testimonio, pues que non sabe, o non quiere dar razon de lo que dize. E desque los testigos fueren aduchos delante el Judgador, e ouieren jurado, non se deuen partir de aquel logar sin su mandado, fasta que ayan acabado de dezir su testimonio. E si por auentura ouiesse tan gran priessa el Juez de otros pleytos, que non podiesse luego recebir su testimonio, deuenlo ellos esperar fasta quinze dias a lo menos (16). Pero la parte que los traxere, deueles dar despensas (17), desdel dia que salieren de sus casas por venir dar su testimonio, fasta que lo ayan acabado (18) de dezir.

L E Y XXVII.

Que la parte que ha Testigos en otro logar para prouar su intencion, como deue embiar aquel Juez, ante quien ha el plazo, al Juez de aquel logar, su carta, que los reciba.

ACaecer podria algunas vezes, que los testigos que algunos ouiessen aduzir para prouar sus pleytos, que non serian en aquel logar en que el pleyto se començara por demanda, e por respuesta. E porende dezimos, que el Judgador deue embiar su carta al Juez de aquel logar (1), do moran los testigos, e rogarle que reciba los dichos dellos, e los faga escreuir, e sellar de su sello, de manera que ninguna de las partes non pueda saber lo que los testigos dixeron; e despues que assi lo ouiere fecho, que gelos embie. E mandamos, que el Juez del logar, do los testigos moraren, que sea tenudo de lo fazer (2) assi; fueras ende, si el pleyto fuere atal, de que podiesse nacer muerte, o perdimiento de miembro (3), o echamiento de tierra. Ca entonce tenemos por

(15) *Non deue valer.* Approbat opinionem Gloss. *in L. solam, C. eod.* & *in dict. cap. cùm causam.* Sed an faciet aliquam præsumptionem? Vide per Specul. *tit. de teste,* §. 1. vers. *item quòd interrogatus, col.* 18. & ibi, quòd idem erit, si interseruit malam causam.

(16) *Fasta quinze dias a lo menos.* Concordat *L. si quando* 19. *C. eodem.*

(17) *Despensas.* Concordat *L. quoniam liberi* 11. *C. eod.* & 4. *quæst.* 3. §. *venturis*: & vide, quod notat Joann. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de teste*, §. *qualiter, in addit.* super parte *quoniam*, ubi dicit, quòd altera pars, contra quam producuntur, etsi det reinterrogatoria, quibus examinetur testis, non tenetur ad partem expensarum: & ibi etiam dicit, quòd non debet haberi ratio expensarum, quas & domi fecisset, & alia videbis ibi notabilia in materia. Et si ab utraque parte producuntur, utraque pars tenebitur ad sumptus, quatenùs æquum judici videbitur, Bald. *in L. eos*, §. 1. *ad fin. C. de appellat.* & ibidem, quòd tunc testis habebit pinguiores expensas, cùm plures sunt contribuentes: non tamen debent refundi testibus damna temporis: vide Bald. *in L. fin. in fin. C. de fruct. & lit. expens.* Sed si judex inducat testes ex officio, & non ad petitionem partis, utraque pars cogitur ad sumptus: vide Bald. *in L. verba, C. de adulter.* ubi & dicit, quòd cùm procedit ex officio per inquisitionem, poterit testibus expensas deputare de publico. Et quid si adversarius meus produxit testes de longinquo, & ego eis volo etiam uti? an tenear contribuere ad expensas retro factas? Vide Bald. quòd non, *in L. ex parte, ff. famil. ercisc.* & de vecturis equorum, vide per Joann. Andr. *in dicta additione ad Specul.* & per Bald. *in dict. L. eos.*

(18) *Fasta que lo ayan acabado de dezir.* Et etiam ad expensas in redeundo, ut *in cap. statutum* 11. §. *fin.* ubi Archid. & Joann. Andr. *de rescript. lib.* 6.

L E X XXVII.

Testem in alio loco existentem examinet judex loci, ubi assistit, ad literas judicis causæ, & mittat ei dictum testis clausum, ne aliqua pars discat testificata; nisi sit causa, ex qua potest sequi pœna mortis, mutilationis, aut exilii: tunc enim judex causæ examinet testem. Hoc dicit.

(1) *Su carta al Juez de aquel logar.* Concordat *L. judices* 18. cum *authentica ibi posita, C. de fide instrument.* & adde *L.* 22. *tit.* 5. *ead. Partita*, & quod habetur *in Ordinat. de Madrid, cap.* 17. *seu* 18. & *in capitulis Correctorum*, ubi præcipitur judici, quòd etiam in causis civilibus, quæ sunt magni ponderis, ipse judex testes examinet: & hoc idem propter causæ magnitudinem dicebat Bartol. *in authent. de testibus*, §. *& quoniam, collat.* 7. & adde *L.* 35. *infrà eod.* & Bald. *in rubrica de controvers. invest. col.* 2. ubi dicit, quòd in causis gravibus, & quæ non possunt delegari, judex debet personaliter examinare testes, *cap. à nobis* 2. *qui matrim. accus. poss.* in causis verò levibus committi potest receptio etiam non habenti jurisdictionem, veluti notariis, ut habetur *in dictis Capitulis Correctorum*, & est mos Regionis, ut & dicit Bart. *in dict.* §. *& quoniam.* Et an credatur notario de commissione sibi facta, Bartol. quòd sic, *in L. ex sententia, ff. de testament. tutel.* sed contrarium tenent Hostiens. Joan. Andr. Anton. & Abb. *in cap. quoniam contra, de probat.* & est magis communis opinio, ut dicit Alex. *consil.* 104. *col.* 4. *vol.* 5. & adde, quæ dico infrà *ead. L. in gloss. fin.*

(2) *Que sea tenudo de lo fazer.* Ad finem necessarium fuit hoc, cùm aliàs non cogeretur ad requisitionem judicis. Vide Speculatorem *tit. de judice delegato*, §. *jam nunc, col. fin.* versic. *sed secundùm præmissa.*

(3) *De miembro.* Et sic in criminalibus causis gravibus, etiamsi testes sint extra provinciam, venire debent coram judice causæ: & sic approbatur opinio Gloss. *in cap. constitutus, de fidejussor.* & *in cap. testes*, 3. *q.* 9. & Abb. *in dicto cap. constitutus*: & reprobatur opinio Joan. Andr. post Joann. Mona. *in cap. Romana*, §. *contrahentes, de foro compet. lib.* 6. quod & Cynus dicebat tenere quosdam modernos *in authent. apud eloquentissimum, C. de fide instrum.* ubi hoc tenet Bald. & idem tenet Ang. Aretinus *in suo tract. maleficior.* in parte *qui judex statuit terminum ad opponendum.* Si tamen causa esset levis, licèt criminalis, benè posset committi receptio testium judici alterius territorii, ut hìc innuitur, & tenet Alberic. post Odofred. *in dict. authent. apud eloquentissimum*: & idem dic, quando de crimine civiliter ageretur, Gloss. *in cap.* 2. *de judic. lib.* 6. Bartol. *in authent. de testib.* §. *& quoniam, in fin. collat.* 7. Papa tamen indistinctè committit receptionem testium in criminalibus, secundùm Specul. *tit. de teste*, §. *nunc tractandum, col.* 1. Et nota benè istam legem: nam si aliter testes in crimine gravi reciperentur, non tenebit eorum dictum. Vide per Bart. *in dicto* §. *& quoniam.* post Glos. *in L.* 3. §. *idem Divus, ff. eod.* In uno tamen casu procedere posset opinio Joan. Andr. Bald. & cæterorum, quando scilicèt testes essent extra Regnum; sed si essent in Regno, compellendi essent venire coram judice causæ, ut hìc.

Ley 28. tit. 6. lib. 3. Recop.

por bien, e mandamos, que el Juez que ha de judgar el pleyto, el por si mismo reciba los testigos, e non otro (4).

L E Y XXVIII.

En que guisa deuen ser preguntados los Testigos, e como deue valer el testimonio que dixeren.

Leyes del titul. 6. lib. 4. Recop.

PReguntado seyendo el testigo, por que razon, o como sabe lo que dize en su testimonio; si dixere que lo sabe, porque estaua delante quando fue fecho aquel pleyto, o aquella cosa, e que la vido fazer, es valedero su testimonio. Mas si dixere que la oyera dezir a otro, non cumple lo que testigua; fueras ende en pleytos, e en posturas que los omes pusiessen entre si vnos con otros, en que vale el testimonio de oyda, quando es fecho en esta manera; que diga el testigo: Yo vi, e oy a Fulano, e a Fulana, fazer tal pleyto, e tal postura: mas si dixere el testigo tan solamente, que oyera dezir a otro alguno, que tal ome, e tal, pusieran tal pleyto entre si en esta manera, o que vn ome matara a otro; tal testimonio non deue valer, porque el testigo depone de oyda (1). Mas si dixere assi: Yo a Fulan vide fazer tal pleyto con tal, o que vn ome matara a otro; tal testimonio deue valer, seyendo de aquellos que el derecho manda. Otrosi dezimos, que deuen ser preguntados del tiempo (2) en que fue fecho aquello sobre que testiguan, assi como del año, e del mes, e del dia, e del logar en que lo fizieron. Ca si se desacordassen los testigos, diziendo el vno que fuera fecho en vn logar, e el otro en otra parte (3), non valdria su testimonio. E por esta razon desecho Daniel (4) Propheta a los testigos que aduxieron ante el contra Susaña, porque desacordaron del logar en diziendo su testimonio. E aun deuen ser preguntados los testigos, quien eran los otros testigos que estauan delante (5), quando acaescio

(4) *E non otro.* Sed qualiter hoc fiet? nam ipse non poterit illos cogere, cùm sint extra suam jurisdictionem? Dic ergò, quòd compellentur per judicem suum, ubi testes degunt, ad requisitionem judicis causæ: & si accusator sit negligens, in faciendo eos cogi venire, judex procedet ad ulteriora, ut notabiliter tradit Joann. de Imol. *in L. cum in initio, in fin. ff. quemadm. testam. aper.* ubi etiam notabiliter vult, quòd si causa esset ardua, licèt esset civilis, vel si judex arbitraretur, testes suspectos fore; quòd tunc non cogeretur judex, committere testium receptionem judici loci, in quo testes degunt, seu domicilium habent: sed jubere potest, quòd coram se producantur; aliàs non recipiet eos: allegat Gloss. *in §. hæc omnia scimus, in authent. de testib. collat.* 7. & Azon. *in summa, C. de testib.* versic. *producendi*, Archid. & Joan. Andr. *in cap. præsentium, §. testes, de testib. lib.* 6. Et intellige, ut & ipse Imola dicit, quando judex hoc arbitraretur propter verisimilem suspicionem.

L E X XXVIII.

Si interrogatus de causa dicit, quia vidi, valet dictuum suum; secùs si dixit, quia audivi: nam testis de auditu non probat, nisi super contractibus, ubi testificatur dicens: audivi eos insimul talia promittentes; secùs si dicat: audivi à tali, quòd isti contraxerunt. Item interrogabitur de tempore, scilicèt, quo anno, die, mense factum est. Item etiam de loco: quia si in loco testes discordent, non valet eorum attestatio, exemplo Danielis in accusatione Susannæ. Item interrogetur, quibus præsentibus factum fuit: nec ampliùs debet interrogari, nisi sit vilis, aut suspectus ob variationem, qui de serenitate diei, de pannis, & aliis circunstantiis potest quæri: & de dictis ejus, & signis multa poterit judex perpendere, an credat. Hoc dicit.

(1) *De oyda.* Concordat *cap. licèt ex quadam* 47. *eod. tit.* & *L. testium* 18. *C. eod.* & 2. *quæst.* 1. *cap. in primis* 7. & vide Specul. *tit. de teste*, §. 1. *col.* 16. & Azon. *eod. tit. in summa, col. pen.* facit tamen aliqualem præsumptionem testis de tali auditu, secundùm Archid. *in cap. hoc videtur, col.* 1. 22. *quæst.* 5. quod dicit egregiè dictum Alexand. *consilio* 77. *vol.* 1.

(2) *Del tiempo.* Diversitas in tempore reddit testes singulares: vide Bald. *in L. apud antiquos, C. de furtis, & ibi*, an excusentur à præsumpto vitio falsitatis, & adde, quod notat Specul. *in tit. de teste*, §. *jam de interrogatoriis, col.* 4. & 5. ubi & vide per eum, quid si testis non recordatur de tempore. Testes ergò, qui diversificant in tempore, vel loco, aut aliis qualitatibus, ex quo detegitur singularitas, non probant, & tantum valent mille, quantum unus, secundùm Bald. *in L. jurisjurandi, C. de testib.* & vide de materia per Felin. *in cap. licèt ex quadam, de testib.* ubi latè, & per Alexand. *consil.* 72. *vol.* 1. & per Dec. *in cap. licèt causam, de probat. num.* 7. In dubio tamen, quando de tali diversitate non constaret, præsumerentur contestes, & de eodem facto deponentes, ut tradit Alex. *consil.* 146. *volum.* 5. *colum.* 6. versic. *viso ergò.*

(3) *E el otro en otra parte.* Adde Bald. *in L. quicunque, col.* 3. *C. de servis fugitiv.* Et quid si unus testis deponit de loco, alter verò dicit, se de loco non recordari, sed de facto sic? Bald. *in L. testium, col.* 5. *C. eod.* dicit, quòd valet testimonium, & est integra probatio, si locus non sit de substantia probandorum. Et quid si testis de facto principali deponit per sensum corporeum; cum tamen deponit de tempore, dicit, judicio meo? an teneat dictum? Vide Alex. plures referentem, quod sic, *vol.* 5. *consil.* 149. *col.* 2. & vide Bart. *in tract. de teste*, vers. *testis super aliquo deposuit.* Et nota etiam, quòd si testes non sunt contrarii in facto principali, licèt in aliquibus accesoriis sint contrarii, adhuc valet dictum eorum, secundùm Bart. *in L. eos, col.* 3. *ff. de falsis*, & adducit Dec. *cons.* 100. *col.* 4. minùs tamen eis est credendum, secundùm Bald. *in L. si ex falsis, col. fin. C. de transact.* & adducit idem Dec. *cons.* 105. *col. pen.* falsitas enim, quæ non contingit negotium principale, non facit, ut dicta testium reprobentur, Bald. & ibi Salicet. dicens, quòd quotidiè in practica clamant advocati, *in L. pen. C. de transact.* & idem tenet S. Thom. 2. 2. *quæst.* 70. *artic.* 2. ubi tradit de tempore, an fuerit nebulosum, vel domus an esset picta, quòd discordia in talibus non præjudicat testimonio: quia non consueverunt homines circa talia multùm solicitari, undè facilè à memoria elabuntur: quinimò secundùm eum aliqua discordia in talibus facit testimonium credibilius, ut Chrysost. dicit *super Math.* quia si in omnibus concordarent, etiam in minimis, viderentur ex condicto eundem sermonem proferre; quod tamen dicit prudentiæ judicis relinqui discernendum: & dicit Augustin. *in lib. de consensu Evangelistarum*, non debere nos arbitrari, mentiri quemquam, si pluribus reminiscentibus rem, quam audierunt, vel viderunt, non eodem modo, atque eisdem verbis eadem res fuerit indicata: & tradit S. Thom. 2. 2. *quæst.* 110. *art.* 3. *ad primum*: imò modica diversitas, vel contrarietas in facto principali non vitiat dictum testis, secundùm Alex. *consil.* 5. *vol.* 1. & Dec. *dicto consil.* 104.

(4) *Desecho Daniel.* Vide Danielis *cap.* 13. *v.* 54. & Gloss. *in cap. nihilominus*, 3. *quæst.* 9. & *in L. testium* 18. *C. de testib.* & Specul. *ubi suprà.*

(5) *Que estauan delante.* Est enim interrogandum de circunstantiis, ut *in cap. cùm causam* 37. *eod. tit.* & ibi Abb. ponit hoc de aliis, qui tunc interfuerunt, & Specul. *tit. de teste*, §. *jam de interrogatoriis, col.* 3.

cio aquello sobre que testiguan: e mas preguntas non han por que fazer al testigo que fuere de buena fama. Mas si fuere ome vil, e sospechoso, que entendiesse el Juez, que anda desuariando en su testimonio; entonce deuele fazer otras preguntas por tomarle en palabras (6), diziendo assi: Quando este fecho sobre que testiguas acaecio, que tiempo fazia? estaua nublado (7), o fazia sol? o quanto ha que conociste estos omes de quien testiguas? e de que paños eran vestidos, quando acaescio esto que dizes? Ca por lo que respondiere a tales preguntas como estas, e por las señales que viere en la cara del, tomar a apercibimiento el Juez, si ha de creer lo que dize el testigo, o non.

LEY XXIX.

En quales pleytos deue valer el testimonio, que dixere de oyda.

Leyes del tit. 6. lib. 4. Recop.

Contiendas nacen entre los omes a las vezes en razon de lauores antiguas, querellandose algunos de lauores altas que fueron fechas por manos de omes, o corren aguas que les fazen daño en sus heredades, o en sus casas; e piden al Judgador, que las mande toller, o abaxar. Porque acaece muchas vezes, que tales lauores como estas son antiguas, que non ha ome ninguno biuo que las viesse fazer; porende touieron por bien los Sabios antiguos que fizieron las leyes (1), que en tal pleyto como este (2), que valiesse el testimonio de oyda, seyendo dicho en esta manera: Digo que el agua que corre de tal lugar a tal, que faze daño, e que aquel logar de que corre, que fue fecho por mano. E si fuere preguntado como lo sabe, e respondiere, que oyo dezir a otros, que lo vieran fazer, o que oyera dezir a otros, que ellos vieran quien lo vido fazer, e que desto era fama entre los omes, que assi fuera; prouando esto, abondale al demandador. Otrosi dezimos, que si el demandado (3) prouare por sus testigos, que non vieron, nin oyeron dezir, que aquella obra fuera fecha por mano, nin ouiesse ome que lo oyesse dezir; mas que comunalmente era entre los omes, que aquella obra era segund natura, e non fuera fecha por mano de ome; que tal testimonio como este cumple al demandado. Mas en otro pleyto non deue ser cabido testimonio de oyda, si non como de suso diximos (4). Otrosi dezimos, que el testigo que non diere razon de como sabe lo que testigua, si non que dize que lo cree (5), que non deue valer aquello que testiguare.

LEY

(6) *Tomarle en palabras.* Vide Bald. *in L. fin. in fin. C. eodem.*

(7) *Estaua nublado.* Vide quod notat Bald. *in rubr. de controvers. invest.* & Gloss. *in cap. si testes, 4. quæst. 3.* super parte *ex tempore*, & Azon. *C. eod. in summa, columm. pen.* & Specul. *tit. de teste*, §. *jam de interrogatoriis*, versic. *& nota, quòd expresim.*

LEX XXIX.

Valet testimonium de auditu, quandò agitur de aqua pluviali arcenda, vel non arcenda, in qua testis reddit causam sui dicti, quòd audivit ab illo, qui vidit opus manu facientem, & sic erat fama inter homines; vel quòd non vidit, nec audivit, quòd illud opus fuisset manu factum, nec hominem dicentem, se audivisse, imò erat fama, non fore manu factum: legitimè probat. In aliis autem casibus non probat de auditu, nec etiam probat, qui reddit causam de credulitate. Hoc dicit.

(1) *Las leyes.* Vide *L. 2. §. idem Labeo ait, si quæratur 8. ff. de aqua pluv. arc.* & *L. si arbiter 28. ff. de probat.*

(2) *Tal pleyto como este.* In factis antiquis excedentibus memoriam hominum, an sola fama probet; vide per Felin. *in cap. veniens 10. col. 5. de testib.* & Dec. *consil.* 428. ubi vide, an quando agitur de probando dominio de præsenti, sufficiat probatio dominii per famam in antiquissimis, memoriam hominum excedentibus, ubi allegat illam vulgarem doctrinam Ang. *in L. at qui natura 19. §. cum me absente, ff. de neg. gest.* & multa alia, & attestatur communem esse conclusionem, quòd isto casu probetur dominium per famam: vide etiam Alex. *consil.* 4. *col.* 4. *vol.* 2. & *consil.* 208. *col. fin.* 2. *vol.* & *consil.* 13. & *consil.* 116. 3. *vol.* Abb. tamen *in cap. veniens* 10. & *in cap. licèt ex quadam*, 4. *notab. de testib.* limitat hoc, ubi ex parte actoris non adesset negligentia in agendo: nam si ex dilatione agendi orietur difficultas probationis, tunc secundùm eum non probaretur dominium, etiam antiquum, per solam famam. Contra Abb. tamen tenet Francisc. de Aret. & Felin. *in dicto cap. veniens.* Certè, meo judicio, dictum Abb. maximam habet æquitatem: undè super hoc non desinas cogitare; maximè quia Host. Joan. Andr. & Joan. de Imol. *in dicto cap. licèt ex quadam*, volunt, ut in excedentibus memoriam hominum probetur de fama, & aliis adminiculis: allegant *cap. cùm causam, de probat.* & *cap. præterea, de testib.* & alia. Videbis etiam Philip. Cornel. *cons. 24. vol. 4. num. 6. 7. & 8.* ubi fundat, quòd licèt propter antiquitatem tolleretur defectus probationis, in probando dominio antiquo; cùm tamen agitur ad probandum dominium de præsenti, non debet tolerari: vide ibi per eum.

(3) *El demandado.* Non intelligas, quòd si prætendat habere tale opus jure servitutis, quæ habet causam continuam, habeat necesse, probare de tempore immemoriali: nam sufficeret longum tempus, ut notat Gloss. *in L. 1. §. fin. ff. de aqua pluv. arc.* & infrà *ead. Part. tit. 31. L. 15.* quando verò non prætenderet servitutem impositam, seu præscriptam; tunc requireretur hoc, quod in ista lege dicitur.

(4) *Diximos.* Suprá *eod. tit. L.* 28. & plures casus posuit Specul. *tit. de teste*, §. 1. *col.* 16. sed reducuntur ad istos. Et nota, quòd si testis in actu capescibili per visum, testificatur per auditum, probat; dummodò sensus auditus non sit omninò improportionabilis tali actui, secundùm Anton. *in cap. 2. de consuetud.* sequitur Alex. *consil.* 24. *col.* 3. 2. *vol.* de quo tamen videas notata per eundem Alex. *in L. quod meo, §. si venditorem, ff. de acquir. possess.* ubi hoc limitat, & intelligit.

(5) *Que lo cree.* Credere medium est inter opinari, & scire, secundùm S. Thom. 2. 2. *quæst.* 2. *art.* 9. & adde quæ notat Specul. *tit. de teste*, §. 1. *col.* 18. vers. *item quòd deposuit de credulitate*, & ibi Joann. Andr. *in addit.* qui distinguit inter credulitatem proximam, & conjunctam sensui, per quem veritas capitur, ut tunc testis probet; & separatam, ut tunc non probet: & adde Bald. *in L. sive possidetis, C. de probat. col.* 2. & *in L. solam,* 2. *col. C. de testib.* & *in L. testium, col. fin. eod. tit.* & Bart. *in authent. de hæred. & falcid. §. hinc nobis, collat.* 1. ubi vide Gloss. super parte *& vidisse*, & Bart. *in L. 1. ff. si tab. testam. nullæ ext.* Et quid si testis dicat, credo firmiter? Vide Abb. & ibi latè in addition. *in cap. 1. in princ. de sum. Trin. & fide Cath.* Si tamen testis

LEY XXX.

Que si el Testigo non fuere preguntado segund que dixiere en el escrito que las partes fizieron, como deue ser preguntado otra vez por la razon de que non fue preguntado.

Ley 8. tit. 6. lib. 4. Rec.

Certas preguntas dan a las vezes por escrito las partes a aquel que ha de recebir los testigos, pidiendo que por ellas los pregunte; e acaece, que quando abren los dichos dellos, non fallan y aquellas preguntas fechas, e por ende demandan que los pregunten de cabo. E porende mandamos, que en tal caso (1) como este, si la pregunta que non fuere fecha, fuere atal que pertenezca al pleyto; que el Judgador faga venir ante si los testigos, e que les pregunte otra vez en poridad, sobre aquellas cosas de que non fueron ante preguntados: e vale lo que dixeren, bien assi como si los ouiessen dello preguntado primeramente. Mas si el testigo, despues que ouiesse acabado su testimonio, e se tirasse delante del Judgador, fablasse con alguna de las partes (2), e de si, que tornasse, e dixesse, que auia en su dicho alguna cosa de mejorar, o de menguar; non gelo deue el Judgador caber en ninguna manera. Pero si el Judgador fallasse alguna palabra dubdosa (3), o encubierta en el dicho del testigo, de manera que non pudiesse tomar ende sano entendimiento, bien lo puede llamar ante si a dezirle en poridad, que declare aquella dubda: e el testigo deuelo fazer, e valdra lo que dixere en esta razon; maguer que vuiesse fablado con alguna de las partes, despues que testiguo. Esso mismo dezimos de los testigos que fuessen recebidos en pleyto de pesquisa.

LEY XXXI.

En que guisa puede ser desechado el testimonio que fue dado, o embiado por carta.

Testimonio que sea dado, o embiado por carta, dezimos que bien lo pueden desechar aquellos contra quien lo dieren. Ca non tenemos por derecho, que ninguno embie su testimonio por escrito (1) al Judgador. Mas quando ouiere a dar su testimonio, el mismo deue venir a dezir verdad de lo que sabe, ante aquel que ha de judgar el pleyto, o ante otro a quien el Juez mandare que lo reciba por el. E aquel que ouiere de recebir el testimo-

Ley 8. tit. 6. lib. 4. Recop.

tis deposuit de veritate per scientiam sensus corporei, licèt postea dicat, se credere, non vitiatur ejus dictum, ut notab. adducit Alex. *consil.* 109. *vol.* 1. ubi plura in hoc adducit: & adde Bald. *in L. conventiculam, col.* 5. *C. de Episc. & cleric.*

LEX XXX.

Si de omnibus articulis pertinentibus à parte datis testis non fuerit interrogatus, est iterùm à judice super omissis interrogandus, etiamsi publicatæ sint attestationes. Item potest judex vocare testem ad verba, quæ dixit dubia, vel obscura, declaranda. Sed si testis post depositionem cum aliqua partium locutus est, & redeat ad dictum suum corrigendum, non est ferendus à judice. Prædicta habent etiam locum in inquisitione. Hoc dicit. Habuit ortum ista lex à *cap. per tuas* 48. *eod. tit.*

(1) *Caso.* Concordat *cap. per tuas* 48. *de test.*

(2) *Fablasse con alguna de las partes.* Concordat *cap. præterea* 7. *de test. cogend.* & *in authent. de test.* §. *quia verò causa, collat.* 7. & *ibi in gloss. magna,* & adde Azon. *C. eod. in summa, col. pen.* Sed quid si testis vellet corrigere dictum suum metu tormentorum, quia est casus, in quo debet torqueri? an tunc tenebit secundum dictum, etsi à judice discessisset? Bartol. quod sic, *in L. si postulaverit* 27. §. *sed, & si negaverint, ff. de adulter.* & *in L. eos qui* 27. *col.* 2. *ff. de falsis.* Hoc tamen dictum limitat Decius, referens Socinum, nisi primum dictum sit verisimilius secundo: vide Dec. *consil.* 175. *col. pen.* Limitat etiam *ibidem*, nisi quando primò testis fuit interrogatus de se, & de alio: tunc enim minùs creditur secundo dicto cum tormentis, secundùm Bartol. *in L.* 1. §. *quæstioni, ff. de quæst.* Et adde ad istam legem, quæ notat Jason *in L. quidquid astringendæ, ff. de verb. oblig.* ubi & adducit notabile dictum Baldi *in cap. præterea, de test.* quòd etiam eo casu, quo testis vult in continenti corrigere dictum suum, non debet tabellio, nisi de judicis mandato, emendationem facere scripturæ. Et nota, quòd ista lex videtur velle, quòd dicatur in continenti corrigere, quando non fuit loquutus cum aliqua ex partibus: sed supplendo, intelligerem esse idem, si tantum tempus præteriit, quòd verisimile sit, quòd potuit cum ea, vel eis loqui: vide Gloss. *in dicto cap. præterea*: & an idem sit in confessione partis, ut posset se incontinenti corrigere, vide Gloss. quòd sic, *in cap. fin.* in parte *justa causa, de jurejur. lib.* 6. & vide Gloss. *in cap. apud misericordem,* 32. *q.* 1. quæ dicit, quando dicitur incontinenti: adde etiam in confessione propria, vel procuratoris, Gloss. & Abb. *in cap. scriptum, de elect.* & de tabellione, qui jam dedit instrumentum parti, vide Bartol. *in authent. de æqualit. dotis, in princ. collat.* 7.

(3) *Dubdosa.* Concordat *cap. cùm clamor* 53. *eod. tit.* & an teneatur testis tali casu iterùm jurare, vel citari debeant partes; Bald. *in L. hæredes palàm,* §. 1. versic. *sed si notam, ff. de testam.* inducit illum textum, quòd non, & *ibi* Bart. in vers. *si quid post.* vide Innoc. & Doctor. *in dict. cap. cùm clamor.* Ex causa tamen posset judex nolle interrogare testem obscurè deponentem, secundùm Gloss. *in* §. *item in criminali,* 4. *q.* 3. & causa potest esse, secundùm Bald. *in L. data opera. C. qui accus. non poss. col.* 7. vel in ipso teste, quia suspectus, vel in producente, qui eum produxit super incerto articulo: & adde ad istam legem Specul. *tit. de teste,* §. 1. *col.* 16. versic. *item quòd testis obscurè.*

LEX XXXI.

Non debet testis per litteras deponere, sed ore tenus; aliás potest rejici. Item accusator non potest testes consaguineos adducere, usque ad tertium consanguinitatis gradum. Item non possum personam testis contra me productam reprobare, si priùs eum in aliqua causa produxi; nisi aliquid novi accidit, propter quod nequeat contra me testificari: contra dictum tamen ejus possum objicere. Item non creditur testi super his, quæ deponit, in quibus non venit testificaturus, nisi tangat litem, super qua producitur. Hoc dict.

(1) *Por escrito.* Adde Specul. *tit. de teste,* §. *nunc tractandum, col.* 4. vers. *quid de muto,* & ibi Joan. Andr. *in addit.* Et quid si esset mutus, & sciret litteras? Spec. ibi dicit, quòd tunc potest scribere dictum suum. Quid autem si testis non mittit judici dictum suum, ut hìc dicitur; sed ipse venit coram judice, & porrigit ei in scriptis dictum suum, dicens, se ita testificari? an valebit dictum? Bald. *in L. jurisjurandi, C. eod.* dicit, quòd sic, si legatur dictum coram judice: vide ibi, & Abb. *in cap. de testibus, in fine, eod. tit.*

monio, deuelo fazer escreuir, assi como de suso diximos. Otrosi dezimos, que si alguno acusasse a otro de algund mal fecho, e aduxere sus parientes, por testigos, fasta el tercero grado (2), o otros omes que biuan con el (3) cotidianamente, que non deuen ser recebidos. E aun dezimos, que si alguno ouiere pleyto con otro, e aduxere testigos para firmar en aquel pleyto, si aquel su contendor aduxiere aquellos mismos testigos en otra demanda, para prouar contra el, que los non puede desechar (4) por razon de sus personas. Ca derecho es, que pues quel los aduxo por buenos testigos en su pleyto, que los reciba contra si, si menester fuere; fueras ende, si prouare aquel que los aduxo primeramente en su pleyto, que acaescio despues entre ellos enemistad, o que fizieron despues tal fecho, por que los pueda desechar, segun dizen las leyes deste titulo. E esto dezimos en razon de las personas dellos. Empero contra sus dichos bien se pueden defender, si desacordaren; o mostrando razon derecha (5), por que los pueda desechar assi como mandan las leyes. Otrosi dezimos, que los testigos non deuen firmar sobre otras cosas, si non en las que tañen a aquel pleyto sobre que han de testiguar, e de que juraron que diran verdad: ca si sobre otra cosa firmassen, que non fuesse en fecho de aquel pleyto (6), non deuen ser creydos quanto en aquello que afirmaron de mas; si non fuessen tales cosas que tanxessen a aquel pleyto mismo.

LEY XXXII.

Quantos Testigos ha menester, para prouar en cada pleyto.

Dos testigos (1) que sean de buena fama, e que sean atales que los non puedan desechar por aquellas cosas que mandan las leyes deste nuestro libro, abonda para prouar todo pleyto en juyzio; fueras ende en razon de quitamiento de deuda, sobre que fuesse fecha carta de Escriuano publico (2). Ca si el deudor quisiere prouar que auia pagada atal deuda, o que gela auia quitado aquel a quien la deuia, deuelo aueriguar por carta valedera, o por cinco testigos, que digan que ellos eran presentes, quando aquella paga, o quitamiento fue fecho; e que fueron llamados, e rogados (3), que fuessen ende testigos. Otrosi dezimos, que pleyto de testamento, en que alguno fues-

Ley 2. tit. 21. lib. 4. Recop.

Ley 7. tit. 6. lib. 4. Recop.

Leyes 1. y 2. tit. 4. lib. 5. Recop.

(2) *Grado.* Approbare videtur, quod notat Glos. *in L. Lege Julia, ff. eod.*

(3) *Que biuan con el.* Concordat *L. penult. ff. eod.*

(4) *Desechar.* Concordat *L. si quis testibus* 17. *C. eod.* & 4. *quest.* 3. *cap. si testes, in* §. *fin.* & ibi Glos. inducens ad similia de judice, & instrumento, & aliis: & adde Spec. *tit. de teste*, §. *sæpe*, vers. *& nota, cum sequenti*, ubi hoc limitat, nisi post productionem eo non sum usus, quia nolui eo uti: & adde Bald. idem volentem *in L. edita*, 2. *lect. col.* 21. *C. de edendo.* Alberic. tamen post Odofr. *in dicta L. si quis testibus*, dicit, quòd licèt eorum dicto non utar, ex quo eos produxi, non possum eos reprobare: & dicit, ita vidisse communiter observari: & pro hoc multùm facit ista lex Partitarum, quæ tantùm ponderat productionem: & idem vult *ibi* Angel. post Petr. & Jacob. de Rav. Et an ista lex habeat locum in eo, contra quem fit productio, cùm testis dixit aliquid pro eo, quo ipse utitur; vide Joann. Andr. *in addit. ad Spec.* in dicto vers. *& nota*, quòd sic, si ex tali dicto habuit victoriam; secùs, si sine eo victoriam habuisset. Et quid si in alia causa, & cum alia persona? Dic, quòd neque tunc eos reprobare possum, secundùm Gloss. *in dicta L. si quis.* Et limita, & intellige istam legem, quando ego sciebam inhabilitatem testis tempore, quo eum produxi; secùs si ignorabam, secundùm Paul. de Castr. *in dicta L. si quis.*

(5) *Derecha.* Ut si ostendat eos corruptos fuisse pecunia, ut *in dicta L. si quis C. eod.*

(6) *Aquel pleyto.* Nam testi, dicenti ultra articulum, non creditur: quia in eo non est juratus. Vide Spec. *tit. de teste*, §. 1. *col.* 18. *&* 19. vers. *item quòd deposuit.* Et probatur ex ista lege, quòd licèt articuli sint malè concepti; valebit tamen dictum testis, si deponat plenè de his, quæ ad causam faciunt: quod & tenebat Specul. *ubi suprà*, & approbatur hìc: & intellige, quando testis fuit productus super tota causa; secùs, si super certo articulo: nam tunc, si quid diceret extra articulum, non valeret: vide per Abb. *in cap. de testib. eod. tit.* Et quid si testis juraret tantùm super articulis datis per partem? Vide Abb. *in cap. per tuas, in fine, eod. tit.* & Bart. *in L.* 1. §. *Divus, ff. de quæst.*

LEX XXXII.

Duo idonei testes in omni causa probant; nisi ad probandum solutionem, vel debiti liberationem, de quo facta fuerat publica scriptura, quæ debet probari per aliam scripturam validam, aut per quinque testes ad hoc vocatos, & rogatos. Item in testamento cæcorum requiruntur octo testes; in aliis septem; in codicillis quinque. Unus autem testis non probat, nisi sit Imperator, vel Rex. Hoc dicit.

(1) *Dos testigos.* Concordat *L. ubi numerus* 12. *ff. eod.* & *cap. in omni negotio* 4. *de testibus.*

(2) *Carta de Escriuano publico.* Sed an exigatur, quòd partes voluerunt contrahere in scriptis, & non aliàs: vel an sufficiat, quòd indè ad probationem confecta fuerit scriptura? Salic. *in L. testium, C. eod.* à qua ista lex habuit originem, dicit, quòd de rigore juris sufficit, quòd facta fuerit scriptura, licèt contrahentes non intenderint contrahere in scriptis. Quia tamen communis opinio Doct. est in contrarium, imò, quòd illa lex intelligatur, quando partes noluerunt aliter contrahere, nisi in scriptis; ipse non recederem à communi opinione in consulendo: & ita etiam crederem, quòd ista lex Partitarum sit intelligenda, quando contractus fuit in scriptis, quia aliàs partes contrahere non intendebant: ut sicut ab initio fuit necessaria scriptura, & sic exigatur in probanda solutione; vel quinque testes loco ejus: & quia hodiè communiter non intenditur ita contrahere in scriptis, ut & dicit Alberic. *in dicta L. testium*, poterit probari solutio, vel quitatio per duos testes integræ opinionis: quod nota, nam in casu *legis de Toledo, tit.* 8. *L. fin. lib.* 3. *in Ord. Reg.* poterit probari solutio per duos, vel tres testes: cùm communiter, licèt fiant instrumenta publica debiti, non tamen partes intendunt contrahere in scriptis; sed ad probationem debiti conficiuntur instrumenta: & licèt ista lex Partitarum loquatur nimis generaliter, ita credo, quòd debeat restringi, & ita in practica credo, quòd servaretur. Et an id, quod hìc disponitur, procedat etiam in debito per scripturam, quæ exigitur necessario ex dispositione legis, ut in sententia, emphyteosi, vel aliis, quæ de jure exigunt scripturam; vide Bald. & Salicet. qui in hoc invicèm adversantur *in dicta L. testium*: & æquior mihi videtur opinio Baldi, ut in quantum sit possibile, non discedamus à regula istius legis, & *dictæ L. ubi numerus*: & quòd in ore duorum, vel trium stet omne verbum.

(3) *Rogados.* Concordat *authent. rogati, C. eod.*

fuesse establescido por heredero, que se ha de prouar por siete testigos (4) rogados. E si aquel que fizo el testamento fuesse ome ciego, a menester que se prueue el pleyto por ocho testigos. E si otro pleyto fuesse en razon de manda, en que non fuesse establecido heredero, abondarian cinco testigos para prouarlo. Mas por vn testigo, dezimos, que ningund pleyto non se puede prouar, quanto quier que sea ome bueno, e honrrado; como quier que faria gran presumcion al fecho sobre que testiguasse. Pero si Emperador, o Rey (5), diesse testimonio sobre alguna cosa, dezimos que abonda para prouar todo pleyto. Ca deue ome asmar, que aquel que es puesto para mantener la tierra en justicia, e en derecho, que non diria en su testimonio si non verdad, nin querria en tal razon ayudar al vno por estoruar al otro. Otrosi dezimos, que el Judgador non deue consentir a ninguna de las partes, que aduzga mas de doze (6) testigos en juyzio sobre vn pleyto. Ca tenemos, que assaz abondan estos a aquel que los aduze, para prouar su intencion.

LEY XXXIII.

Quales plazos, e quantos deuen auer aquellos que ouieren a aduzir Testigos.

Leyes 1. y 3. tit. 6. lib. 4. Recop.

LOs plazos (1) que deuen auer aquellos que ouieren aduzir testigos, queremos mostrar en esta ley. E dezimos, que deuen auer estos plazos. Si los testigos fueren en la Villa do el pleyto fuere, deuenles primeramente dar plazo de tercero dia. E si a tercero dia non los aduxere, deuenle dar otro de tercero dia. E si estos dos plazos non los podiere aduzir, deuenle dar otro plazo de tercero dia. Mas si los testigos non fueren en la Villa do es el pleyto, e fuessen en el termino, o acerca, deuenle dar, aquel que los ha aduzir, el primero plazo de nueue dias, e si menester fuere, otro de otros nueue dias. E aun otro dessa misma guisa, en manera que sean los plazos de nueue en nueue dias. Pero si los testigos fueren muy lueñe de aquel termino, deuenle dar plazo, a que los aduga, de treynta dias, nombrando los testigos luego ante aquel que los ha de traer: e deue jurar, que lo non faze por alongamiento del pleyto, mas que tiene que aquellos omes son sabidores de aquel fecho, e que lo firmaran. E si a este plazo non los aduxere, deue auer otros dos plazos cada vno de treynta dias, si menester fuere, a que los pueda traer. E este plazo de los treynta dias que diximos, non se entiende, si non de aquellos que son de aquella tierra do es el pleyto, e andan fuera del termino a recabdar sus cosas, o sus faziendas que non puedan escusar. Mas si los testigos fueren lueñe en tierra estraña, assi que los non podiessen aduzir a los plazos sobredichos, deue ser en aluedrio de aquel que ha de judgar el pleyto, acordandose con aquel que los ha de aduzir, para darle tal plazo, qual entendiere en que los podra traer; de manera que el mayor plazo que entonce le diere para prouar, sea de nueue meses (2), e non mas.

LEY XXXIIII.

Por que razon el Judgador deue recebir otros Testigos, si la parte gelos quisiere dar, aunque aya dicho que non quiere aduzir mas Testigos.

Leyes 1. y 7. tit. 6. lib. 4. Recop.

ADuze a las vegadas alguna de las partes testigos en juyzio para prouar su intencion, cuydando que la ha prouado por ellos, diziendo al Judgador,

(4) *Por siete testigos.* Hodiè servatur dispositio *L. Ordinam.* & *L. Tauri.*

(5) *Emperador, o Rey.* Idem in Papa, ut *in cap. cum à nobis* 28. *eod. tit.* & facit *L. omnium* 19. *C. de testam.* Et nota, quòd creditur Pœnitentiario Papæ super his, in quibus dispensat, asserenti, vivæ vocis oraculo à Papa sibi commissum, seu permissum, & litteris ejus hoc attestantibus, ut tradit in specie Octavianus Vestrius *in libello suo de officiis Curiæ Romanæ*, veluti loquenti in spectantibus ad officium suum: & facit *cap.* 1. *in fine*, & ibi Domin. *de tempor. ordin. lib.* 6. hoc etiam voluit ille, qui fecit arborem judiciorum: videas dictum Octavianum *in cap. de summo Pœnitentiario*, ubi & ponit, quæ sunt spectantia ad ejus officium, & inter illa ponit dispensationes in gradibus humana lege prohibitis.

(6) *Doze.* Bonus numerus erat iste in quolibet articulo: hodiè verò per *Ordinationem de Alcala* extenditur ad triginta in quolibet articulo: & adde Specul. *tit. de teste*, §. *restat*, versic. *hoc etiam.*

LEX XXXIII.

Debet habere pars ad producendos testes tres terminos, si testes sunt in loco: scilicèt, novem dierum, in quolibet termino tres dies. Si autem testes non sunt in villa, sed sunt absentes propè, vel in termino illius loci, detur terminus novem dierum. Et si necesse fuerit, alios novem dies, & tertius novem dierum, si petatur. Si tamen multùm distant testes in remotis, & sunt de patria illa, in qua litigatur; si pars juret eos non malitiosè velle producere, & nominet eos statim, detur ei terminus triginta dierum. Et si nimis distent, relinquitur arbitrio judicis; dum tamen major terminus novem mensium non excedatur: & isti termini non semel, sed successivè sunt dandi. Hoc dicit.

(1) *Los plazos.* Adde *L.* 1. *C. de dilat.* & 3. *quæst.* 3. §. *spatium*, Innocent. & Doctor. *in cap. ultra tertiam, de testib.* & in Auditoriis Regalibus qui termini dentur, vide *in Ordin. de Madrid*, *cap.* 15.

(2) *Nueve meses.* De testibus, qui sunt ultra mare, vide *in Ordin. Regal. lib.* 3. *tit.* 11. *L.* 2. & *in dictis Ordination. de Madrid*, *cap.* 15. & *novam declarationem Comitiorum Segobiæ.*

LEX XXXIIII.

Nisi pars renuntiet plurium testium productioni, potest testes ultra productos producere; dummodò non sint attestationes publicatæ, nec termini, infra quos poterant producere, sint elapsi, & nec didicisset testificata. Hoc dicit.

Ley 4. tit. 9. lib. 4. Rec.

dor, que non quiere dar mas testigos (1), e pide que de la sentencia por aquellos que ha recebido; e despues desso arrepientese, e quiere dar otros. E en tal caso como este dezimos: que si los testigos que eran recebidos, non fueren abiertos (2); e jurare este que quiere aduzir otros, que non sabe lo que dixeron los testigos que auia aducho primeramente, nin los otros que auia dado su contendor; e non fueren passados todos los plazos (3) en que auia poderio de prouar; que deue ser recebida su prueua (4), e non ha por que le empecer lo que dixo, que non queria dar mas prueuas. E esto es, porque los Judgadores siempre deuen ser apercebidos, para puñar de saber la verdad por quantas partes podieren. Mas si los plazos fuessen passados, non gelos deuen despues recebir. Saluo ende carta, o instrumento (5). Ca esto bien gelo puede recebir ante de las razones cerradas.

LEY XXXV.

Como el Judgador deue apremiar a los Testigos que non quieren venir a dezir el testimonio.

Ley 6. tit. 6. lib. 4. Rec.

Testigos es cosa de que se pueden los omes comunalmente mucho aprouechar en sus pleytos. E porende todo ome que fuere llamado que venga a testiguar por otro adelante del Judgador, deue venir a dezir su testimonio de lo que sabe. Ca muestrase por obediente al Juez, aquel que lo faze. E demas faze merced (1), diziendo la verdad. E si alguno fuesse rebelde, que non quisiesse venir a dezir su testimonio, puedele el Juez apremiar, faziendole prendar (2) fasta que venga. Empero si alguno quisiessen aduzir por testigo en juyzio, fuesse tan viejo que ouiesse de setenta años (3) arriba, o que fuesse Cauallero (4) que estuuiesse en la Frontera, o en otro seruicio del Rey, de que non osasse partirse sin su mandado, o fuesse Juez de algun Lugar, o fuesse Cabdillo por fazer lle-

uar

(1). *Testigos.* Concordat cum *authent. de testib.* §. *quia verò, collat.* 7. & ibi Gloss. in parte *quartam*: & approbatur hìc opinio Joann. ibi posita in gloss. & sic nota, quòd sola renunciatio testium non præcludit viam productioni, si non sint didicita testificata: quæ opinio etiam fuit Azon. *C. eod. in summ. ad fin. pen. col.* De jure Canonico, vide text. *in cap. de testibus* 29. *in fin. eod. tit.*

(2) *Abiertos.* Publicatio ergò attestationum præcludit viam productioni testium, etsi non sint didicita testificata: concordat *cap. cum venisset* 25. *de testib.* & *Clem. testibus, eod. tit.* ubi Gloss. & *L.* 4. *tit.* 11. *lib.* 3. *Ord. Reg.* & *infrà eod. L.* 37. & vide per Joann. Andr. *in cap. constitutis* 46. *de testib.* Et quid si pars petat, quòd non aperiantur testes, vel quòd non detur sententia, quousquè tales testes veniant, qui sunt in tali civitate, vel tali peregrinatione, vel aliàs ex simili causa sunt absentes, vel tenentur furore, seu alio morbo: quia ipsi sunt, qui causam noverunt? An impediatur publicatio, si termini probationum sunt elapsi, vide per Innoc. *in cap. ultra tertiam, eod. tit.* quòd non, licèt per beneficium restitutionis ei posset subveniri, ut etiam post sententiam audiatur: & idem tenet Bartol. & Joann. de Plat. *in L.* 1. *C. de sent. advers. fisc. latis non retract. lib.* 10. quod dictum de restitutione præstanda limitat Paul. de Castro *in L. servo invito*, §. *cùm prætor, col.* 2. *ff. ad Trebel.* ut procedat in reo; non verò in actore, cui imputari debet, quòd litem movit, cum non haberet jura in promptu: reus verò, qui non potuit sibi providere, gaudeat dicto beneficio restitutionis: quæ sunt notanda: & adde, & vide *L.* 39. *infrà eod.* Et qualiter fiat ista publicatio attestationum, vide per Bald. *in L. gesta, col.* 2. *C. de re judic.* & an ad validitatem sententiæ requiratur attestationum publicatio, vide Bartol. & Bald. quòd non, *in L. prolatam, C. de sent.* & Abb. *in cap. cum I. & A. de re judic. col.* 2. *in fin.* & vide Bald. *in cap.* 1. *col.* 2. *si de feudo inter domin. & vasal.* & Alex. *in L. Divus, col.* 1. *ff. de re judic.*

(3) *Los plazos.* Quid si termini sint elapsi, sed jus adversarii non est factum deterius? Vide eleganter per Gloss. & Bald. *in L. si ea, in fine col.* 2. *C. de his, qui accus. non poss.* & *decis. Rotæ* 30. *in novis*: videtur tamen per istam legem Partitarum, quòd, etsi jus adversarii non sit factum deterius, ut præcludatur materia dilationum, non recipiantur ulteriùs testes, terminis probationum elapsis; & ita credo servaretur in practica.

(4) *Recebida su prueua.* Vide Alex. *consil.* 84. *vol.* 4.

(5) *Carta, o instrumento.* Hæc enim recipiuntur usque ad conclusionem in causa, ut hìc, & *in cap. cùm dilectus* 9. *de fide instrument.* Et nota, quòd post conclusionem neque ex officio suo potest judex instrumenta, quæ producantur, recipere, Bald. *in L. fin. col.* 12. versic. *sed dubitatur, C. de edict. Divi Adriani toll.* & videas Alex. *cons.* 43. *col. fin. vol.* 4. Nota etiam, quòd ante conclusionem recipiuntur instrumenta, etsi sint contraria attestationibus alterius partis, Gloss. *in cap. series, de testib.* & notat ibi Abb. *col.* 3.

LEX XXXV.

Debet testis ad testificandum cogi captis pignoribus, si venire nolit; nisi sit senex ultra septuaginta annos, vel miles, aut Capitaneus in armorum expeditione, vel Regis servitio occupatus, aut alicujus loci judex, vel Romipetagio vacans, vel inimicitiarum prætextu nequeat securus accedere, vel sit Ecclesiæ Prælatus magnus, aut dominus militum, vel mulier honorabilis, aut nimia detentus infirmitate: ad quos in arduis judex vadat; in aliis notarium mittat, causa testimonii recipiendi. Hoc dicit. Habuit originem à *cap. dilectorum* 10. & Gloss. ibi *de test. cogend.*

(1) *Faze merced.* Et subtrahentes se à depositione, tenentur parti læsæ ad interesse litis, *L. argentarius* 10. §. *fin. ff. de edendo*, & per istum textum ita tenent ibi Bald. Ang. & Paul. de Castro, ubi & vide Jas. Et an nolentes testificari incidant in crimen falsi, vide quæ notat Bald. *in L. presbyteri, C. de Episc. & cleric.* & *in cap.* 1. *si de invest. inter domin. & vasal.* & *in L. data opera, col.* 7. *C. de his qui accus. non poss.* & est resolutio, quòd quando testis non juravit, licèt latitet, punitur ut dolosus, non ut falsus; si verò juravit, punietur ut falsus: & sic intelligatur dictum Innoc. *in cap.* 1. *de crim. falsi.* Et celantes instrumenta in damnum alterius, qualiter teneantur, vide Gloss. & ibi Bald. *in L. eum qui, C. ad Leg. Corn. de fals.* & dicit. S. Thom. 2. 2. *q.* 70. *art.* 1. quòd si exigatur à teste testimonium in occultis, de quibus infamia non præcessit, quòd non tenetur ad testificandum: quod nota ad litteras, & edicta prælatorum super manifestandis criminosis: & dicit *ibidem ad fin.* quòd si recepit testis in secreto ab amico, quòd non tenetur hoc prodere, etiam de præcepto superioris: quia servare fidem est de jure naturali: & limitat, & intelligit, quando non sunt talia, quæ quis prodere teneatur, veluti si pertinerent ad corruptionem multitudinis spiritualem, vel corporalem, vel in grave damnum alicujus personæ; vel si quid aliud est hujusmodi, quod quis propalare tenetur testificando, vel denuntiando.

(2) *Prendar.* Cogi enim potest pignoribus captis, & multa indicta, ut per Glos. *in dicta L. si quando, C. eod.* & per Azon. *eod. tit. in sum. col.* 1. & ab hoc priùs est incipiendum. Si verò neque hoc sufficeret, carcerari posset, & aliis remediis cogi.

(3) *Ouiesse de setenta años.* Concordat L. *inviti* 8. *ff. eodem.*

(4) *Cauallero.* Concordat L. 3. §. 6. *ff. eodem.*

(2) *Fiador.* Approbat opinionem Gl. *in dicta L. universa*, quòd tunc domino sit præstanda securitas, seu satisdatio, si petatur à creditore: ad cujus intellectum, & limitationem vide Alexand. *consil.* 205. *vol.* 2. Et an ista satisdatio remitti possit per rescriptum Principis, Glos. dicit, quod non, *in dicta L. universa*: contrarium tamen tenent ibi Doctor. si apponatur clausula *non obstante*: quod ego limitarem, nisi ex omissione satisdationis debitum perderetur: quia tunc esset in effectu tollere debitum, quod non potest, ut hìc habetur, nisi subesset causa, ut dixi *in L. præcedenti.* Quid autem, si debitor satisdare non possit? Dic, quòd non gaudebit dilatione, secundùm Salic. *in dicta L. universa*, quidquid dixerit ibi Cin. licèt ista lex infrà *in verbo no quisiesse* videatur aliud innuere; sed intelligerem, nollet, vel non posset: quia de mente Principis est non aliter concedere dilationem: quod sine dubio procederet, quando dilatio fuit concessa per Principem ex alia causa, quàm ex causa paupertatis: nam si propter paupertatem concessisset, non est verisimile, Principem voluisse arctare illum ad satisdationem, quam præstare non posset, & sic rescriptum esset elusorium; vel saltem sufficeret tunc cautio juratoria, seu cavere cum generali hypotheca bonorum, & adjectione pœnæ, secundùm Bald. novellum *in suo tractatu de dote*, *fol.* 44. *in* 12. *speciali*: sed istud dictum Baldi novelli fortè non procederet, stante ista lege, quæ etiam exigit satisdationem in casu, quo dilatio concessa fuit propter paupertatem; nisi Princeps in rescripto remitteret satisdationem ex causa paupertatis, quod posset, attenta communi Doctorum opinione; & debitum non perderetur ex omissione satisdationis, ut dixi, quia fortè sive satisdedisset, sive non, tum temporis propter paupertatem non posset ab eo exigi debitum, neque posset satisdare. Hodie verò de stylo curiæ semper dantur istæ litteræ ita, ut præstetur satisdatio: & de eodem stylo excipiuntur aliqui casus in litteris, prout videre poteris in formula literarum consueta in Regio Consilio.

LEX XXXIIII.

Sunt alia rescripta, quæ à Rege conceduntur, quæ neque sunt de jure, nec contra jus, & dicuntur concessa præter jus, ut exemplis hujus legis. Alia littera est immunitatis jurium regalium, & valet ad vitam concedentis: & talia rescripta, quibus Rex aliqua concedit de juribus ad eum pertinentibus, debent adimpleri. Hoc dicit.

(1) *Aquel Rey.* Vide quæ dixi *in L.* 10. *supr. eod.*

(2) *De fazer.* Procederet hoc, etsi motu proprio privilegium fuisset concessum: nam si universitas aliqua, quæ læditur ex relevatione tributorum aliis facta, læderetur graviter, implorare posset Principis remedium: debet tamen æquanimiter ferre modicam læsionem, ut hìc habetur, & tradit Joan. Andr. notabiliter, & eleganter *in cap. pervenit*, *de immun. eccles.*

la embargue que la non faga alli, do el entendiere que conuiene. Empero bien pueden tanto fazer aquellos a quien el Rey embiare tales cartas como estas, en fazerle saber por si, o por otri, que es graue de fazer; e faziendolo assi, non lo deue el Rey tener por mal: mas con todo esso si el Rey touiere por bien, que sea, deuen obedecer lo que el mandare: ca esto non es en conoscencia dellos, si es derecho, o non, mas es en la del Rey.

L E Y XXXV.

Por que cosas se pierden las Cartas del Rey.

Ley 6. tit. 15. lib. 4. Rec.

QVanto tiempo duran las cartas foreras, queremoslo mostrar por esta ley, e dezimos, que las cartas foreras que son dadas para mouer pleyto, assi como demanda que quiera alguno fazer de nueuo, o de otra que sea començada, de que non pueda auer derecho, que tales cartas como estas han tiempo de durar fasta vn año, seyendo biuo el que la mando dar (1), e el que la gano, e aquel contra quien fue ganada (2). Ca muriendo alguno destos non deue valer la carta, si el pleyto non es començado, a lo menos por emplazamiento; mas pues que començado fuere desta manera, deue valer la carta, para delibrarse el pleyto dende adelante por ella, entre aquellos cuyo es el pleyto, o sus herederos. Empero si el contendor de aquel contra quien fue ganada la carta, ganare otra (3) sobre aquel mismo pleyto, contra aquel su contendor que gano la primera, e non quisiere de aquella carta vsar fasta vn año, podiendolo fazer; dezimos, que la primera carta que se pierde, porque non vso della en aquel tiempo del año, segund que diximos, e deuen judgar por la segunda. Mas si fuere carta que sea ganada sobre el pleyto de alçada (4), o sobre juyzio afinado (5), tal carta deue valer por todavia, para poderse defender por ella. Pero si le demandaren, e non la quisiere mostrar para defenderse con ella, si entrare en pleyto, e se defendiere por otra razon, e dieren juyzio contra el; pierdese la carta (6), e dalli adelante non se puede defender por ella, porque non fue mostrada en el tiempo que deuia.

LEY

L E X XXXV.

Rescripta forera quæ conceduntur à Rege, quæ dicuntur de justitia, durant anno dumtaxat, vivo tamen concedente, & impetrante, & eo contra quem impetrantur. Nam quocumque horum mortuo, expirat tale rescriptum, nisi anteà lis cœpta fuerit. Hoc dicit.

(1) *Mando dar.* Concordat *ff. de jurisd. omn. jud. L. & quia* 6. & *cap. gratum* 20. & *cap. relatum* 19. *de offic. deleg.*

(2) *El que la gano, e aquel contra quien fue ganada.* Adde *cap. significavit* 36. *de rescript.* cum Gloss. ibi.

(3) *Ganare otra.* Si tamen secundum rescriptum non fuerit impetratum, tenet primum, etiam elapso anno, *L.* 2. *C. de divers. rescript.* Glos. & Abb. & Doct. *in cap. si autem, de rescript.*

(4) *Pleyto de alzada.* Aliter videtur hìc disponi, quàm habetur per Joann. de Imol. distinguentem *in cap.* 1. *col.* 3. *ad finem, de rescript.* & sic vult ista lex, quòd in causa appellationis litteræ impetratæ per appellantem non expirent anno: & si præventus ab appellato, non ostenderit litteras, quas impetravit, perduntur.

(5) *Juyzio afinado.* Litteræ ergò executoriales sunt perpetuæ, ut hìc vides: & adde *L.* 63. *in Ordinationibus Taurinis*, quæ disponit, litteras executoriales super actione personali durare per viginti annos, quo & ipsa actio potest præscribi: & sic durat eodem tempore, quo durat ipsa actio.

(6) *Pierdese la carta.* Si intelligas de rescripto impetrato in causa appellationis, planè videtur procedere ista lex: si verò intelligas de litteris executorialibus sententiæ, quæ transivit in rem judicatam, de quibus etiam superiùs dixit ibi: *Sobre juyzio afinado*; tunc obstare videtur, quòd litteræ executoriales sunt perpetuæ, & ejusdem naturæ, quo ipsa actio judicati, quæ est perpetua: & etiam obstat, quòd cùm ista lex loquatur de litteris executorialibus datis in favorem rei, quod patet ex ista lege ibi: *Pero si le demandaren*; non videtur posse dici, quòd jus talium litterarum perdatur, ex quo eis non fuit usus reus statim quo iterùm fuit ab actore conventus, ut hìc dicitur: imò, & contra talem rem judicatam, non teneret secunda sententia lata contra primam, ut *in L.* 13. *tit.* 22. *infrà ead. Part.* ubi dixi. Potest dici, quòd hujus legis intentio sit, non tollere reo, qui litteras absolutorias executoriales habuit, jus, quod habuit ex sententia: illud enim est perpetuum sibi, & ejus hæredibus, ut semper possit ex eo defendi, ut habetur *in L.* 19. *tit.* 22. *ead. Part. ad fin. leg.* & *L. miles* 6. §. *fin. ff. de re jud.* & *in L. actori* 8. *C. de rebus credit.* & sic ista exceptio peremptoria, causata ex sententia absolutoria, sit semper sibi salva: sed solùm voluit tollere ista lex, ut si tempore, quo actor post absolutionem ingressus est super eodem in judicio cum eo, si reus litteras sibi executoriales datas, statim cùm fuit conventus, non produxit, & non opposuit de re finita, seu judicata, sed suscepit judicium, non opponendo de hoc in vim dilatoriæ, ad impediendum litis ingressum, juxta ea, quæ habentur *in cap.* 1. *de litis contestat. lib.* 6. quòd perdat ex hoc litterarum commodum, ut sic per eas posteà lis non impediatur, & speretur sententia diffinitiva, in qua salvum erit reo jus absolutionis, ex lite finita sibi causatum: & sic, quod hìc dicitur: *Non se pueda defender por ella*, intelligatur in vim dilatoriæ, ut impediatur processus: & vide quæ circa hoc dixi *in L.* 10. *titul.* 3. & *in L.* 5. *tit.* 10. *suprà eadem Part.* & *in L.* 7. *tit.* 16. *ead. Part.* Vel dic, quòd non loquatur hæc lex de litteris executorialibus; sed de alio rescripto Principis dato, ut non obstante re judicata, seu quòd lis sit finita, iterùm causa revideatur; & super hoc dantur litteræ Principis, juxta notata per Glos. *in L. fin. C. sentent. rescind. non poss.* & ibi Doct. & notat Bald. *in cap. studuisti*, versic. *quæro supplicatum est Principi, de offic. legat.* & *L.* 28. *infrà eod.* potest enim Princeps rescribere contra sententiam, quæ transivit in rem judicatam, ex certa scientia, vel cum clausula *non obstante*, ut causa iterùm revideatur: si tamen ille, in cujus favorem Princeps dedit tale rescriptum, eo non utatur statim quo actor intentat actionem judicati contra eum, vel petit executionem sententiæ, sed suscipit, & ingreditur judicium, non opponendo de tali rescripto, perdit commodum talium litterarum: & intelligendo isto modo, lex ista redditur singularis ad limitationem prædictorum, quæ habentur *in dicta L. fin.* & *in L. causas* 16. *C. de transact.* vel dic, ut dixi *in dicta L.* 13.

LEY XXXVI.

De las Cartas que son ganadas por engaño.

Leyes 1. *y* 11. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recop. Ley* 1. 2. *y* 3. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop. Ley* 5. *tit.* 14. *lib.* 4. *Recop. Ley* 12. *tit.* 14. *lib.* 4. *Recop. Ley* 7. *tit.* 13. *lib.* 4. *Recop. Ley* 8. *tit.* 14. *lib.* 4. *Recop. Ley* 10. *tit.* 1. *lib.* 5. *Recop.*

PErderse podrian las cartas, de que diximos, en muchas maneras, de guisa que non valdrian; e Nos queremoslo mostrar en esta ley, e dezimos assi: que si carta fuere ganada diziendo mentira (1), e encubriendo la verdad (2), que non deue valer. E otrosi dezimos, que si alguno ganare carta sobre alguna cosa, e su contendor ganare otra carta, en que faga enmiente della (3), que non deue valer la primera; mas si non fiziere enmiente della, deue valer la primera, e non la segunda. E esto dezimos, si el que ganare la primera se quisiere defender por ella, razonando como non faze enmiente en la segunda carta de la primera que el gano. E si assi non lo razonare (4), deue valer la segunda, e lo que fuere judgado por ella. Empero si alguno ganare carta sobre alguna cosa, e su contendor ganare otra sobre aquel mismo pleyto, si ambas las cartas fueren para vn Alcalde, e naciere dubda sobre ellas; assi como si fueron dadas en vn dia, o de otra manera qualquier, de guisa que non pueda entender el Alcalde, qual fue dada primero; non deue judgar por ninguna dellas, mas deuelo embiar dezir al Rey (5), que mande y lo que touiere por bien. E si tales cartas fueren ganadas, la vna para vn Alcalde, e la otra para el otro, desque los Alcaldes lo sopieren, deuense ayuntar en vno, e acordarse (6) qual dellos deue judgar aquel pleyto. E si por auentura ellos non se pudieren acordar, deuen yr, o embiar sus cartas al Rey, si fuere cerca de aquella tierra fasta tres jornadas, que les libre aquella dubda. E si mas lexos fuere, deuen yr, o embiar al Adelantado mayor del Rey, si fuere otrosi en aquella tierra, o a alguno de los Adelantados menores, que les libren aquella dubda. E esto que diximos de los Adelantados, entiendese, si el pleyto fuere en alguna de las tierras, o los ha. Mas si fuere en otra tierra, o non aya Adelantados, deuen yr a alguno de aquellos que han poder de judgar en las Ciudades, o en las Villas, que les libren aquella dubda.

LEY

LEX XXXVI.

Non valet secundum rescriptum, si de primo per adversarium impetratum non faciat mentionem, si hoc opponitur; aliàs valebit secundum, & quod ex eo fuerit secutum. Item partibus ad eundem judicem rescripta impetrantibus, si non apparet, quod prius fuit impetratum, referatur Regi. Si verò sunt ad diversos, congregentur simul, & declarent, quis eorum sit judex; & si discordent, referant Regi, si intra tres dietas fuerit, & si ultrà fuerit, referant terræ Præsidi, ut ipse declaret. Et non tenet rescriptum per mendacium, vel tacita veritate impetratum. Hoc dicit.

(1) *Diziendo mentira.* Concordat *L. præscriptione* 2. *C. si contra jus, vel util. publ.* & *cap. super litteris* 20. *de rescr.*

(2) *Encubriendo la verdad.* Dubitari vidi, an in impetratione licentiæ, & facultatis, ad faciendum majoriam de bonis suis, requiratur expressio liberorum, quos impetrans habet, & numeri eorum; & an ex hujus taciturnitate reddatur gratia subreptitia? Et videbatur, quòd sic, ex doctrina Joan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de succession. ab intestato, ad finem, in additione magna,* incipienti *Gofredus*, ubi dicit post Ubertum de Bobio, quòd si filius, impetrans legitimationem, celavit patrem habere alios filios legitimos, non tenet dispensatio: quia si hoc dixisset, non est verisimile, quòd rescriptum habuisset: & idem tenet Ant. *in cap. per venerabilem, col.* 27. *qui filii sunt legitimi*, ubi & Præpositus *in* §. *quod autem, col.* 16. & quia fortè ex multis liberis retraheretur Princeps à concessione, *cap. postulasti* 27. *de rescript. L. quod sæpe* 35. §. *fin. ff. de contrahend. emp.* In contrarium tamen videtur ex eo, quia talis taciturnitas non impedict; imò liberorum expressio faciliùs inclinaret Principem ad concessionem, propter bonorum conservationem, & familiarum, maximè ad exclusionem fœminarum, cum ad publicam utilitatem pertineat, quòd agnatis, & familiæ divitiæ conserventur, ut familiarum dignitas salva sit, *L.* 1. §. *sed & si servus* 13. *ff. de ventre inspic.* Præterea in litteris gratiosis tantùm arctatur quis, ad exprimendum ea, quæ jus disponit, ut exprimantur, ut notat Glos. *in Clem.* 1. *de præbend.* & Felin. *in cap. postulasti, de rescript. col.* 3. adducens ad hoc duas decisiones Rotæ, quòd non omnis taciturnitas eorum, quorum expressio potuisset movere Principem ad denegandum, vitiat gratiam; sed ea solùm de quibus reperitur in jure expressum, quòd eis expressis gratiam non concessisset: undè licèt quis in impetratione beneficii taceat se esse criminosum, quod si dixisset, Papa fuisset difficilior in concedendo; tamen tacere hoc non vitiat gratiam, nisi sit crimen inducens inhabilitatem ipso jure; & quòd de numero filiorum sit facienda mentio in impetratione licentiæ ad majoriam, non reperitur expressum: non igitur ex tali taciturnitate debet gratia vitiari: facit etiam text. notabil. *in cap. dudum* 14. *in* versic. *considerantes, de præbend. lib.* 6. ubi taciturnitas alicujus qualitatis, qua expressa, nihilominùs Papa litteras concessisset, non vitiat gratiam: & non obstat dictum Joan. Andr. nam expressum est in jure, quòd in impetratione legitimationis mentio fiat de aliis filiis legitimis, & naturalibus, ut probatur *in authent. quibus mod. natur. effic. sui*, §. *si quis ergò*, & *in* §. *illud* 4. & §. *sit igitur* 2. *in authentic. quibus mod. natur. effic. leg. collat.* 6. cùm existentibus filiis legitimis, non debet filius spurius legitimari: & facit ad prædicta, quod notat Abb. referens B. Bernardum *in cap. licet, de voto*: & istud videtur verius, saltem inter nobiles, & ubi hæreditas esset opulenta, ex qua alii filii possent habere dotes, & alimenta: & saltem ubi est clausula, quòd aliis filiis relinquat alimenta, prout est de stylo, & forma talis licentiæ Regis.

(3) *Enmiente della.* Concordat *cap. cæterum* 3. *de rescr.* & *cap. ex litteris* 2. *de dolo, & contum.* ubi vide Abb. imò, & de quolibet articulo notabili contento in primis litteris, debet fieri mentio in secundis, *cap. cum dilecta* 22. ubi vide Abb. *in* 2. *not. eod. tit. de rescr.* & quid si primum rescriptum esset elidibile per exceptionem; vide Glos. ubi latè Felin. *in cap. ex tenore* 16. *de rescript.*

(4) *Razonare.* Semper debet opponi de subreptione in rescriptis ad lites, ut hìc: & vide per Inn. & Doct. *in cap. cæterum, de rescr.* & Fel. *in cap. ad audientiam, eod. tit.*

(5) *Dezir al Rey.* Concordat *cap. sanè* 2. *de officio deleg.*

(6) *En vno, e acordarse.* Adde *cap. pastoralis* 14. *de rescript.* Glos. & Abb. *in cap. ex tenore, eod. tit.* & nota practicam hujus legis.

LEY XXXVII.

Que las Cartas que son ganadas con engaño non deuen valer.

Leyes 1. y 11. tit. 10. lib. 5. Recop. LL. 1. 2. y 3. tit. 11. lib. 5. Recop. Leyes 5. y 12. tit. 14. lib. 4. Recop. Ley 7. tit. 13. lib. 4. Recop. Ley 8. tit. 14. lib. 4. Recop. L. 10. tit. 1. lib. 5. Recop.

MAs maneras y ha aun, por que se pueden perder las cartas, de las que diximos en estas otras leyes. Onde dezimos, que si alguno gana carta sobre algun pleyto señalado, e su contendor gana otra general (1), en que comprehenda muchas cosas; maguer que en esta segunda faga enmiente de la primera, si non fablare de aquella cosa señaladamente, sobre que el otro gana la primera carta; dezimos que se pierde la segunda, e deue valer la primera. Otrosi dezimos, que si alguno gana dos cartas sobre algun pleyto, tal la vna como la otra, para sendos Alcaldes (2), para fazer trabajar a su contendor; que se pierden ambas a dos, e non deuen valer, si aquel pleyto demandaren por ambas las cartas: ca non es derecho, que vala la carta que es ganada con engaño; ante dezimos, que deue pechar las costas, e las missiones, a la otra parte, que fizo por razon de aquel engaño: mas si ganare dos cartas de vna manera para vn Alcalde, valer deuen, ca tanto es, como si ganasse vna sola: ca bien semeja, que lo fizo mas por guardar, que si la vna perdiesse que le fincasse la otra, que non por fazer mal a otri. E dezimos aun, que si algunos se emplazaren para dia señalado ante el Rey, quier se emplazen ellos por si, o los emplaze otri; e otrosi aquellos que ouieren alçada a casa del Rey, o a algun lugar otro do se deuen alçar con derecho; tambien de los vnos como de los otros, destos sobredichos, el que se adelantare, e ganare carta ante del plazo (3) sin su contendor, quier la gane de casa del Rey, o de los otros lugares, ol auian a librar su emplazamiento, o su alçada; dezimos, que tal carta como esta pierdese, e non deue valer, porque fue ganada arteramente, e con engaño.

LEY XXXVIII.

Carta que descomulgado gana non vale; nin al que la gano encubriendo alguna cosa del pleyto que sea començado, o de otro fecho.

Ley 2. tit. 25. lib. 8. Recop.

PErdidas otrosi tenemos que son aquellas cartas, que se ganan en alguna destas maneras que diremos en esta ley: assi como si el que fuesse descomulgado (1) segun derecho de Santa Eglesia, ganasse carta para mouer pleyto nueuamente contra alguno: ca tal carta como esta pierdese, e non deue valer. E si alguno gana otrosi carta del Rey, sobre pleyto que sea ya començado ante los Alcaldes (2), o ante aquellos que han poder de judgar, porque su contendor non aya derecho, o el pleyto se desate, o se rebuelua, seyendo el pleyto acabado (3); tal carta como esta dezimos, que non deue valer, si non fiziere enmiente en ella, de todo lo que es ya passado en el pleyto, ante aquellos que lo oyeren, e que lo deuen judgar. Mas si este atal fiziesse enmiente en ella, agrauiandose del tuerto que le fazen, mostrando razon derecha por que la pueda ganar, dezimos que bien deue valer la carta que alguno ganare en esta razon. Otrosi dezimos, que no deue valer la carta que alguno ganasse diziendo que le fizieron tuerto, o demas, sabiendo la razon por que le fue fecho, e callandola (4), e non la queriendo dezir. Otrosi dezimos, que si alguno ganare carta del Rey

LEX XXXVII.

Non valet secundum generale rescriptum contra primum speciale, etiamsi de eo faciat mentionem; nisi specificet effectum tenoris primi. Item si una pars ad eundem judicem duo rescripta ejusdem tenoris impetret, valet utrumque. Sed si sint ad diversos rescripta, & ambobus utatur, nullum valet; & condemnabitur in expensis. Item termino citationis ad comparendum coram Rege, vel judice, in causa appelationis pendente, rescriptum impetratum ab una partium non valebit, sive partes se citarunt, sive alius eas citet. Hoc dicit.

(1) *Gana otra general.* Adde *cap. Abbatem* 40. *de rescr.* & *glos. fin. in cap.* 1. *eod. tit.*

(2) *Para sendos Alcaldes.* Concordat *cap. ex tenore* 16. *de rescript.* & quæ ibi dicit Gloss.

(3) *Ante del plazo.* Concordat *cap. sæpe* 44. & *cap. oblatæ* 57. *de appel.* & intellige secundùm Gloss. *in dicto cap. sæpe* de termino statuto a judice, vel ab appellante: nam terminus legalis præveniri potest, ut *in dicto cap. oblatæ.*

LEX XXXVIII.

Non tenet rescriptum ab excommunicato impetratum; neque quod lite pendente impetratur, si de his quæ sunt acta, non fecerit mentionem: mentione verò de hoc facta, & justa causa impetrandi expressa, tenebit rescriptum. Item litteræ indulgentiæ super maleficiis impetratæ, tacita veritate aliquid occultando, non tenent; valebunt tamen, quando integrè exprimitur, & sigillatim. Hoc dicit.

(1) *Descomulgado.* Concordat *cap.* 1. *de rescript. lib.* 6. si tamen ignoraret se excommunicatum, teneret impetratio, ut est decisio Rotæ *in antiquis* 281. & adde, quòd hæc lex procedet, etsi impetret actor excommunicatus de consensu rei, ut notat Joan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de rescript. præsentation.* §. *ratione autem impetrantis, col.* 3. *in adit.* super parte *contra.*

(2) *Que se haya comenzado ante los Alcaldes.* Habes hìc text. pro Glos. *in cap. prudentiam*, §. 6. *de offic. deleg.* in verbo *aliam justam causam,* & *in cap. ut debitus, de appel.* quòd impetrans rescriptum super causa jam inchoata coram ordinario, debet facere mentionem de processu ordinarii; aliàs rescriptum est surreptitium: sic & debet fieri mentio de processu facto coram delegato, *cap. inter monasterium* 20. *de re jud.* & limita ista, ut per Fel. latè *in cap. cæterum, de rescript. col.* 2.

(3) *Seyendo el pleyto acabado.* Concordat *L. fin. C. sentent. rescindi non poss.*

(4) *Callandola.* Si dolosè fiat; nam si sine dolo, litteræ justitiæ non vitiarentur ex hoc, ut *in cap. super litteris* 20.

Rey de perdon de malfetrias que aya fecho, o sobre entrega, o otra cosa alguna que le fagan, diziendo alguna partida de aquello, por que le pide perdon, o por que le ruega, e encubriendo lo al (5); que tal carta como esta non vale, porque nego la verdad. E toda cosa que por ella sea fecha, o dada, o prometida, non deue otrosi valer. Mas si fuere de perdon de su cuerpo señaladamente por mal fecho que ouiesse fecho, deue valer en aquellas cosas (6) sobre que el demando perdon, e non en otra razon.

LEY XXXIX.

Carta que sea contra otro, o contra alguna postura, non vale, si non fiziere mencion de la primera; nin la que fuere ganada por otri sin personeria.

POr otras maneras muchas se pueden perder las cartas de guisa que non deuen valer, que queremos aqui dezir: como si alguno touiere carta de gracia, o de merced que el Rey le aya fecho, si otro alguno ganare carta que sea contra aquella, non deue valer la segunda carta (1), si non fiziere emiente en ella de la otra que fue dada primero, de guisa (2) que diga en ella señaladamente, que la otra carta primera non vala. Otrosi dezimos, que si Ricos omes, o Concejos pusieren postura (3) entre si, que sea a pro del Rey, e del Reyno, e que non sea a su daño, e otro alguno ganare carta, que sea contra aquella postura; que tal carta como esta non deue valer: ca pierdese por esta razon, porque fue ganada como non deuia, encubriendo la verdad. E esto mismo dezimos, si fuere ganada contra preuillejo que tenga alguno, de heredamiento, o franqueza, o otra merced que el Rey le aya fecho. Otrosi dezimos, que se pierde la carta, que es ganada sin personeria (4) de aquel cuyo es el pleyto, si non fuere aquel que la gana, de aquellos que pueden razonar pleyto de otro sin personeria, assi como diximos (5) en el Titulo de los Personeros.

Ley 2. tit. 25. lib. 8. Recop.

LEY XL.

Que la Carta que alguno ganare sobre cosa que pertenezca a muchos comunalmente, que se pueden los otros aprouechar della, aunque non faga mencion de todos.

DE so vno han a las vegadas algunos omes heredad, o casa, o torre, o otra cosa que les pertenece comunalmente a todos por razon de heredamiento, o de com-

ubi Abb. *de rescript.* secùs verò in surreptione dolosa: & satis probatur hìc: quia loquitur in surreptione dolosa, cum dicit: *Sabiendo la razon, &c.*

(5) *Encubriendo lo al.* Habes hìc text. pro dicto Baldi *in L. præscriptione, col.* 8. *C. si contra jus, vel util. publ.* quòd non valent litteræ remissionis condemnationum, nisi causa, & quælibet facti qualitas exprimatur: & vide ibi Jason. *col. fin.* & si sententia est lata super delicto, debet fieri de eo mentio, secundùm Archid. *in cap. de gradibus* 35. *q.* 9. & est lex Ordinamenti *tit.* 11. *L.* 2. *lib.* 1. ubi & quòd debet fieri mentio de captura, si captus est in carcere: & vide Bartol. *in L. Domitianus, ff. ad Turpilian.* & si pluriès commissit delictum, debet etiam fieri mentio, ut dicit Præpositus *in cap. hi qui*, 50. *dist.* & vide Gloss. cum text. *in cap. antiqui*, 33. *quæst.* 2. & *in cap. pen.* 36. *q.* 2. & text. notabilem *in cap. super eo* 5. *de cohab. cler. & mulier.* & vide in materia, quòd tota facti series sit in supplicatione, quæ sit Principi exprimenda, Roderic. Suarez *allegat.* 12. qui tamen non allegat legem istam Partitarum, quæ est satis notabilis.

(6) *En aquellas cosas.* Adde *L.* 2. *tit.* 11. *lib.* 1. *Ordin. Reg.*

LEX XXXIX.

Rescriptum contra litteram, vel privilegium alicui concessum, non faciens de eo mentionem, & quòd primum sit invalidum non declarans, non valet. Idem si sit contra aliquorum Procerum, vel Conciliorum compositionem, Regis, & Regni commodum respicientem. Item nec valet rescriptum à non procuratore impetratum, nisi sit talis persona, quæ potest agere sine mandato. Hoc dicit. Concordat *cap. nonnulli*, & *cap. ex parte capituli, & decani, de rescript.*

(1) *La segunda carta.* Adde *L.* 27. & quæ ibi dixi *suprà eodem.*

(2) *De guisa.* Nota ista verba: nam probatur hìc, quòd non sufficeret generalis clausula *non obstantibus*, ad revocationem primi privilegii; sed debet esse specifica: de quo vide quæ dixi suprà *eod. L.* 27. & adde Petrum de Ancha. *consil.* 20. & quando substantia gratiæ est surreptitia, etiam clasula *non obstante* est surreptitia, Bald. *in L. fin. col.* 1. *C. sent. rescindi non poss.* facit *Clem.* 1. *de præbend.* & quando Principi non est narratum vitium, cui deroget clausula *non obstantibus*, tunc talis clausula generalis nihil operatur; imò requiritur specialis derogatio, ut Princeps habeat notitiam illius vitii: si verò Principi fuit narratum vitium, seu id quod requirebatur ad utilitatem secundæ impetrationis; tunc, hoc narrato, sufficeret generalis clausula *non obstantibus.* Ita distinxit Benedictus de Capra notabiliter *consil.* 157. allegat Bald. *in cap. naturales, si de feud. fuer. controv. inter dom. & agnat.* & *in dicta L. fin.* & Joann. Andr. *in cap.* 1. *de excess. prælat.* & idem tenuit consulendo Socinus *consil.* 41. *vol.* 3. & si Princeps rescriberet informatus de primo privilegio *ex certa scientia* contra primum privilegium, sufficeret, secundùm Bald. *in dicto cap. naturales*, *col.* 1.

(3) *Postura.* Concordat *cap. ex multiplici* 3. *de decim.* & procedit etiam, si compositio sit conformis juri communi, ut probatur *in dicto cap. ex multiplici*: dicit etiam Petrus de Arch. *consil.* 20. quòd privilegium interpetratum à Papa, non faciens mentionem de pactis, & conventionibus appositis in dotatione beneficii, nihil præjudicat; & nihilominùs pacta servanda sunt, quæ apposita fuerunt in dotatione: & si illud quod competebat de jure communi, & ex privilegio juri conformi, sit corroboratum ex consensu partium; tunc juri communi ita vallato non derogatur per sequentem concessionem, nisi de hoc specialis mentio facta sit, Gloss. notabilis *in Clem. dudum*, *in* §. *nos etenim*, in parte *pacta, de sepult.* & Philip. Decius *in cap.* 1. *de rescript. col. pen.*

(4) *Sin personeria.* Adde *cap. nonnulli* 28. §. *sunt & alii, de rescript.* & intellige ad lites, ut hìc dicitur: nam ad gratias non requiritur, secundùm Gloss. & Doctor. ibi communiter.

(5) *Diximos. In L.* 10. *tit.* 5. *eadem Partita.*

LEX XL.

Rescriptum per unum sociorum impetratum super re communi cæteris consociis prodest. Hoc dicit. Concordat *L. & quicquid, cum seq. ff. pro socio.*

compañia, o en otra manera; e acaece que reciben en tal heredamiento tuerto, o daño, o desonrra, sobre que embian pedir merced al Rey, que les de Juez que les faga alcançar derecho en esta razon, o que les ampare. E en tal caso como este dezimos, que si alguno dellos ganare tal carta del Rey, que de tal carta se pueden aprouechar todos (1), maguer non se faga en ella mencion de todos los otros a quien pertenece.

LEY XLI.

Como non deue valer la Carta que fuere ganada contra biuda, o huerfano, o contra alguna de las otras personas que son dichas en esta ley.

Leyes 8. y 9. tit. 3. lib. 4. Recop.

Mveuense a las vegadas maliciosamente omes ya, a ganar cartas contra los huerfanos (1), e las biudas, o los omes muy viejos (2), o cuytados de grandes enfermedades, o de muy gran pobreza, para aduzirlos a pleyto ante el Rey, o ante los Adelantados, o ante otros Juezes que non son moradores en la tierra do biuen estos sobredichos contra quien las ganan. E porque esto non tenemos por guisada cosa, nin por derecha; mandamos, que la carta que fuere ganada (3) contra qualquiera destos sobredichos, o contra otra persona semejante dellos, de quien ome deuiesse auer merced, o piedad, por razon de la mezquindad, o miseria en que biue; que non vala, nin sea tenudo de yr a responderle por ella a ninguna parte, si non ante aquel Juez de su lugar do biue. Mas las otras cartas que qualquier destas personas cuytadas contra otri ganasse, para aduzirlo ante el Rey, o ante otro Juez que le otorgasse que lo oyesse, e le fiziesse auer derecho, mandamos que vala. E esto touieron por bien los Sabios antiguos, porque señaladamente los Emperadores, e los Reyes son Juezes destos atales, mayormente que de los otros; e a ellos pertenesce de los fazer alcançar derecho, e de los mantener en justicia, de manera que non reciban tuerto, nin fuerça de los otros que son mas poderosos que non ellos.

LEY XLII.

Quales Preuillejos valen, e por que cosas se pueden perder.

Los preuillejos han sus tiempos en que deuen valer. E otros en que se pueden perder. E Nos diremos primero de los tiempos en que valen, e despues de como se pierden. Onde dezimos, que los preuillejos de la franqueza, que son de quitamiento de pecho del Rey, o portadgo que non den por sus Reynos, o los quitasse de otro seruicio, o de otra cosa que deuiessen fazer al Rey señaladamente, que tales preuillejos valen por siempre. Empero por este lugar se pierden, si aquellos que los touieren non vsaren dellos fasta treynta años (1), del dia en

Leyes 8. y 9. tit. 11. lib. 2. Recop.

(1) *Se pueden aprouechar todos.* Concordat *L. 1. C. de divers. rescript.* & ut vides, loquitur ista lex in rescripto delegatorio, ut fiat justitia. Quid ergò dicendum in privilegio? an prosit socio jure communi, vide Salic. *in dicta L.* 1. qui vult, quòd prosit socio in communi causa, & facit *L. si communem* 10. *ff. quemad. serv. amit.* & vide quæ accumulat Alexand. *consil.* 122. *col.* 3. *vol.* 4. facit etiam, quod notat Bald. *in cap.* 1. *in princ. col.* 3. vers. *quid si sunt duo fratres, quibus mod. feud. amit.* ubi dicit, quòd si ex duobus fratribus unus dereliquit dominum periclitantem, alter sua probitate defendit, quòd excusabitur unus propter alterum propter conjunctionem personarum, & feudi: quod intelligit ibi additionator in casu, in quo unius servitium sufficiat, non aliàs, per *L. sororem* 10. *C. de his quibus, ut indign.* & *L. si plures* 6. *C. de condit. insert.* In privilegio crederem, quòd uni concessum non prosit alii, ut etiam dicunt Cynus, & Albericus, *in dicta L.* 1. nisi fortè in individuis, argum. *dictæ L. si communem*, & quando privilegium esset reale, de quo vide latè, & notabiliter *in cap.* 1. *col.* 3. *&* 4. *de præscript.* per Felinum.

LEX XLI.

Non valet rescriptum ad trahendum litis causa extra locum domicilii viduas, orphanos, senes, infirmos, pauperes, aut alios miserabiles, impetratum. Sed ab istis contra alios impetratum à Rege, valet. Hoc dicit. Concordat *C. quando imper. inter pupil. & viduam, L. unica*, 23. *q.* 3. *cap. ab imperatoribus* 10. & *quæstion.* 5. *cap. regum* 23. & *cap. administratores* 26.

(1) *Los huerfanos.* Adverte, quia *L. unica C. quando imper. inter pupil. & viduam*, non ponit istud verbum, sed vocat pupillos; & verbum hìc possitum est latius: nam comprehendit etiam adultum majorem quatuordecim annorum patre orbatum: & hinc fortè surrexit practica in curia, ut sit casus Curiæ, etiamsi orphanus sit adultus, quicquid dixerit Paulus de Castro *in rub. C. quando imp. inter pupil. & vid.* quod fortè dictum procedet in alio casu, non in isto, de quo hìc: & adde quæ dixi *in L.* 5. *tit.* 3. *ead. Partit.* & procedit, quod hìc dicitur, etsi isti sint divites, ut hìc patet, & notat Azo *C. eodem in summa.*

(2) *Muy viejos.* Sequitur Azon. *C. eod.* scilic. *quando imper. inter pup. & vid. in summa*, qui ita interpretatur *dictam L. unicam* in senibus, & rectè: nam & ipsa senectus morbus est, ut dixit Terentius: facit text. *in cap. magnæ* 7. verbo *verum, de voto, & voti redempt.* & ibi infert Abbas, quòd statutum loquens in causa infirmitatis, habet locum in causa senectutis: & quatenus hìc dicitur de senibus, & infirmis, ut isti deducant ad Curiam causas suas, & non deducantur, non est in practica, si aliàs non sunt pauperes, vel miserabiles personæ, juxta legem Ordinamenti, & *L.* 5. *tit.* 3. *eadem Partita.*

(3) *Que fuere ganada.* Concordat *dicta L. unica, C. quando imper. inter pup. & vid.* & adde *L.* 20. *tit.* 23. *ead. Part.* & *L.* 5. *tit.* 3. *ead. Part.*

LEX XLII.

Privilegium concessum à regalibus exactionibus immunitatis est perpetuum; sed perditur per non usum à concessione usque ad triginta annos. Privilegium verò alicui novæ concessionis, ut nundinarum, aut extrahendi à Regno vetita, vel vendendi ea quæ vendere non licebat, seu per aliam mensuram inconsuetam, perditur per non usum decem annorum à tempore concessionis numerandum. Item extendens privilegium ad non concessa, perdit illud etiam in concessis. Hoc dicit.

(1) *Fasta treynta años.* Adde *L. falso* 2. & quæ ibi notat Cynus, Albericus, & Salic. *C. de divers. rescript.* &

en que les fueron dados. Otrosi preuillejos y ha de otra manera, que da el Rey, en que otorga a aquellos que los da, que fagan alguna cosa nueuamente, que non pueden fazer sin mandado del; assi como feria, o mercado; o si les mandasse que vendiessen alguna cosa, que era ante vedada, o que sacassen alguna cosa del Reyno, que por vedamiento non osassen ante sacar; o si vsassen de vender por vna medida, e les otorgasse que vendiessen por otra; o otras cosas qualesquier que fuessen destas maneras tales preuillejos como estos duran por siempre, si vsaren dellos fasta diez años (2) desde el dia que les fueron dados; mas si fasta este tiempo non vsaren dellos, dende adelante pierdense, e non deuen valer. Otrosi dezimos, que si alguno touiere preuillejo, e vsare del mal (3), assi como si passare a mas, o fiziere mas cosas, que en el preuillejo fueren dadas; tal preuillejo pierdese, e lo que por el fue dado: ca derecha cosa es, que los que vsaren mal de la gracia, o de la merced que los Reyes les fazen, que la pierdan.

LEY XLIII.

Que quien faze contra su Preuillejo como non deue, lo pierde.

PVes començado auemos a fablar de los preuillejos, queremos aqui dezir otras cosas en esta ley, por que deuen valer; e otrosi por quales cosas se pierden: e dezimos, que si Ricos omes, o Concejos, o otros fiziessen alguna postura entre si, que plega al Rey, e aquella postura les confirmare por su preuillejo; tal preuillejo como este deue valer por siempre. Pero la primera vez (1) que ellos mismos fizieren contra el, pierdese, e non deue valer dende adelante, a aquellos que le quebrantaron. E sin esto deuen pe-

Leyes 7. y 8. tit. 11. lib. 2. Recop.

& *cap. si de terra* 6. & *cap. accedentibus* 15. *de privil.* Et nota, quia probatur hìc, quòd si infra triginta annos fecerunt aliquas solutiones tributorum, de quibus habebant immunitatem; licèt præjudicent sibi in solutis, non tamen in solvendis in posterum, ut est etiam text. & ibi Gloss. *in L.* 2. *C. de his qui spont. muner. sube. lib.* 10. *L.* 2. & ibi Gloss. & Bartol. *ff. de privil. veter. L. voluntariæ* 12. & ibi Cynus, & Salic. *C. de excus. tutor.* nisi per triginta annos solvissent, & privilegio non uterentur, ut hìc dicitur, & *in dicto cap. si de terra, & cap. accedentibus.* Neque obstat id quod habetur *in cap. cum accessissent, de constit.* & *in L.* 2. *C. de jure domin. imp.* quòd per unum actum contrarium privilegio, quis perdat privilegium: quia illud procedit, quando privilegium continebat actum momentaneum, & non iterabilem effectum; secùs verò est, quando habet actum successivum, ut hìc: & vide de hoc plenè, & notabiliter per Alex. *consil.* 33. 5. *vol.* ubi multùm benè declarat istam materiam: est enim elegans, & notabile consilium in materia: potiùs namque præsumitur, quòd fecerunt istas solutiones odio execrandi lites, quàm ut renuntiarent suo privilegio, ut ibi Alex. etiam deducit: & omnis modica præsumptio sufficit ad tollendum præsumptionem de spontanea voluntate, ut & deducit Abb. *in cap. ad audientiam, in fine, quod metus causa*: & vide etiam *in dicto consil.* quòd licèt per triginta annos quis solvisset certum genus tributi, non tamen sibi præjudicat in alio tributo: vide ibi, & adde eundem Alex. *consil.* 133. *quarto dubio, in* 2. *vol.* & vide *L. proximam in fin. infrà eod.* & quæ ibi dixi *in gloss. fin.* Et prædicta multùm conferunt ad sciendum, an sit verum dictum Angeli *in L.* 1. §. *si quis*, per text. ibi, *ff. quando appel. sit*, ubi dicit, quòd si habens immunitatem à datiis, & collectis, describatur in libro Communis debentium solvere, & ipse sciens non appellet infra decem dies; quòd perdat privilegium: quod dictum sequitur Felinus *in dicto cap. cum accessissent, col.* 12. *de constit.* & Franc. Baldus alios referens, *in tractatu præscriptionum, fol.* 39. *col.* 2. & 3. defensat hoc dictum Angeli ab impugnationibus Jas. *in L. fin. ff. de constit. princ.* sed nunquàm vidi servari in practica, neque credo, quòd servaretur dictum Angeli: & adde Jason. *in dicta L. falso, C. de divers. rescript.* & facit contra Ang. *L.* 6. *in fin. tit.* 2. *lib.* 4. *Ordin. Regalis.* Sed cui incumbet onus probandi usum, vel non usum privilegii? Videtur, quod dicenti privilegium esse perditum per non usum, vel per contrarium usum: cùm hoc sit fundamentum suæ intentionis; & privilegium de per se sit probatio probata: pro quo benè facit text. ex quo videtur hoc probari *in dicto cap. accedentibus*, ibi, *quòd si in probatione defecerint, de privil.* & quod notat Abb. *in cap. porrò, eod. tit. primo notabil.* quod tamen videtur limitandum, nisi ageretur ex privilegio confirmatorio conditionaliter, prout habetur *in L.* 27. *suprà eodem.*

(2) *Fasta diez años.* Concordat *L.* 1. *ff. de nundinis*, & *L.* 3. *tit.* 7. *Partit.* 5. Et quid si jus habendi nundinas acquireretur præscriptione? an perderetur non utendo spatio 10. annorum? Joann. de Platea vult, quòd sic, *in L. usum aquæ* 4. *C. de aquæduct. lib.* 11. non tamen est sine scrupulo: quia diversa est ratio in jure acquisito per præscriptionem, vel per privilegium, de quo vide Innoc. *in cap. accedentibus, in fin. de privileg.* & cùm jus acquisitum ex præscriptione fuerit radicatum usu; quod non fuit in privilegio, de quo nunquàm usus fuit, ut hìc dicitur: & quia verisimile est, quòd ille qui se fundat in præscriptione, fuit permissus à principio uti ratione privilegii; cùm aliàs non posset: ideò tu cogita: & limita regulam hujus legis, ut refert Fel. *in cap. cum accessissent, de constit. col.* 10. & 11.

(3) *Vsare del mal.* Concordat *cap. privilegium*, 11. *q.* 3. *L. Judæos* 11. *C. de judæis*, *L. eos* 3. *C. de aquæduct. lib.* 11. & facit *cap. recolentes* 3. *de statu monachor.* & ibi notat Abb. 2. *notabil.* quòd privilegium certæ religioni attributum propter arctitudinem vitæ, perditur, si non servatur ibi regula antiquitùs instituta: & adde *cap. ubi ista* 7. 74. *dist.* undè si aliqui habent immunitatem à gabellis; si sub eorum prætextu alios, vel eorum res nituntur excusare, suum privilegium, quo abutuntur, merentur amittere, *L. fin.* & ibi notat Joann. de Plat. *C. de annon. & trib. lib.* 10. & adde *L.* 3. *C. de curios. & station. lib.* 12. & ibi Gloss. ubi & Joann. de Platea infert contra scholares inhonestè viventes, vel aliquid contra scholasticam disciplinam commitentes, quòd perdunt privilegium fori: & limita, & intellige, quando delinquunt in ea, quæ sunt causa suorum privilegiorum: ut si privilegia concedantur propter honestum modum vivendi in religione, & committant contra hoc, perditur privilegium; secùs, si committant in alia: ita declarat Anton. *in cap.* 1. *de litis contest.* Bartol *in L. etiam*, §. 1. *ff. solut. matrim.* Socinus *consil.* 59. *vol.* 1. *col.* 2. Item intellige istam legem propriè in privilegio, quod est contra jus commune, ut perdatur totum, si excedatur in usu; secùs, si concessio esset secundùm jus commune, ut declarat Joann. de Plat. quem vide *in dicta L. eos.*

LEX XLIII.

Compositio aliquorum Regis privilegio firmata, perditur eo ipso, quòd componentes fecerint contra eam; solventque Regi pœnam in privilegio appositam. Item revocatur privilegium, quod ex post facto incipit enormiter, & in damnum multorum communiter esse nocivum. Item, si privilegiatus non utens in aliquo suo privilegio reportet sententiam contra se, quæ transierit in rem judicatam, perdit privilegium quoad illud, in quo fuit judicatum. Hoc dicit.

(1) *La primera vez.* Concordat *cap. cum accessissent*

8.

pechar al Rey la pena, que fuere puesta en aquel preuillejo. Otrosi dezimos, que si el Rey da preuillejo de donacion a alguno, e en aquella sazon en que fue dado, non se tornaua en grand daño, e despues aquellos a quien lo el Rey dio, vsaren del en tal manera, que se torne en daño de muchos (2) comunalmente; tal preuillejo como este dezimos, que de la hora que començo a tornarse en daño de muchos, como diximos, que se pierde, e non deue valer. Otrosi dezimos, que si alguno touiere preuillejo, quel aya dado el Rey sobre algunas cosas, e le demandaren en juyzio alguna dellas, e non se defendiere (3) por el razonando como tiene preuillejo sobre aquella cosa; si juyzio fuere dado contra el en aquel pleyto, e non se alçare del, pierdese el preuillejo por siempre, quanto en aquello (4) señaladamente sobre que fue dado el juyzio.

LEY XLIIII.

Quales Preuillejos valen, e quales non.

Tit.15. y 18. lib. 2. Rec.

NOn deue ser creydo el preuillejo, nin la carta plomada en que non fuesse escrito el nome del Rey que lo dio, e el dia (1), e el mes, e el año en que fue fecho, e quantos años ha que reyna (2) el Rey, que lo mando fazer; o que non fuesse sellado (3) de su sello, o firmado con el signo, que vsaua fazer el Rey, de quien faze mencion el preuillejo (4). Otrosi dezimos, que si el preuillejo desacordasse del curso (5), e de la manera, en que costumbrauan a fazer los otros preuillejos que solia dar aquel Rey mismo, que non deue ser creydo. E aun dezimos, que non deue ser creydo, si fuere raso (6), o sopuntado (7) en lugar sospechoso, o si fuere roto, o tajado, segun de suso mostramos (8). E mas aun dezimos, que el traslado (9) de ningun preuillejo non deue ser creydo. Fueras ende, si lo otorgasse el Rey, e lo mandasse sellar de su sello.

LEY XLV.

Quales Cartas son generales.

GEnerales son llamadas las cartas que comprehenden muchas cosas, non señalando ninguna; assi como las cartas en que dize: A todos los que esta carta vieren; o en las que dize: Mandovos que recabdedes, o emplazedes, o fagades tal cosa; señalando a todos aquellos, que tal fecho fizieron; o los que vos dixere este, que lleua la carta. E otrosi las cartas que el Rey embiasse por si en esta mane-

8. *de constit.* & *L.* 2. *C. de jure dom. imp.* & *L. cum proponas* 21. *C. de pactis.*

(2) *En daño de muchos.* Concordat *cap. suggestum* 9. *de decimis*, & *L. ex facto* 43. *ff. de vulg. & pupil.* & vide Gloss. notabilem *in cap. rescripta*, 25. *quæst.* 2. & vide *L. nemo*, & ibi Joann. de Plat. *C. de dignit. lib.* 12. & *cap. quanto* 16. *de censib.* & quod notat Abb. *in cap.* 1. *de consuet.* & quod notat Joann. Andr. *in cap. dilecti, de arbitr. in princ.* & adde text. notabilem, & ibi Paul. de Castro *in L. in summa* 2. §. *fin. ff. de aqua pluv. arcenda.*

(3) *E non se defendiere.* Adde *L. cives, & incolæ* 11. *C. de appel.* & *L. fin. C. de excusat. veteran.* & quod notat Gloss. & Doctores *in cap. cum ordinem* 6. *de rescript.* & *L. si quis ex aliena* 5. *ff. de judic.*

(4) *Quanto en aquello.* Facit *L. voluntariæ* 12. *C. de excus. tutor.* & confert benè lex ista ad id quod dixi suprà *L. proxima, in* 1. *gloss.* ut etiamsi sententia judicis interveniat super solutione alicujus tributi, non allegato privilegio, non præjudicet sibi in aliis, sed tantùm in eo, super quo prolatum fuit judicium: & vide per Alex. *consil.* 33. *vol.* 5.

LEX XLIIII.

Non creditur privilegio, vel litteræ plumbo sigillatæ, si nomen Regis non est ibi scriptum cum die, & mense, & anno, atque annorum, quibus concedens regnavit, commemoratione; aut si signis consuetis, de quibus facit mentionem, careat; seu contra consuetum modum sit dictatum; vel rasum, cancellatum, scissum, ruptumve sit in loco suspecto: nec etiam creditur ejus transumpto, nisi ei dedit Rex auctoritatem, & suo sit munitum sigillo. Hoc dicit. Concordat *cap. licèt* 5. *de crim. falsi.*

(1) *El dia.* Adverte benè, quia non ponitur in ista lege de loco aliquid: & sic facit ad id, quod dixi suprà *eod. L.* 2. quòd locus non sit de substantia in litteris Regis, quando non fiunt per instrumentum tabellionis. Et quid in litteris justitiæ, an dies sit de substantia, vide Andr. de Iser. *de prohib. feud. alien. per Lothar. cap. quoniam.*

(2) *E quantos años ha que reyna.* Hoc servabatur in antiquis privilegiis; hodie non video, quòd sit in usu.

(3) *Sellado.* Sigillum in litteris Regis est multùm substantiale, ut hìc, & vide per Andr. de Iser. *de prohib. feud. alienat. per Lothar. in cap. quoniam.*

(4) *El preuillejo.* Testium subscriptionem non requirit, ut hìc vides, & tradit Andr. de Iser. *in dicto cap. quoniam, de prohib. feud. alien. per Lothar.*

(5) *Del curso.* Adde *L. fin. C. de aquæduct. lib.* 11. & *cap. quam gravi* 6. *de crimine falsi*, & *cap. ad nostram* 5. *de confirm. utili, vel inutil.* & *cap. causam quæ, de testib.* cum Gloss. & *cap. quod super his* 7. *de fide instrum.* & Abb. *in cap.* 1. *ut lite pend. in ultimo notabili.*

(6) *Raso.* Concordat *cap. ex litteris* 3. *de fide instrum.* & *L. fin. C. de edicto Divi Adrian. toll.* *L. si unus* 12. *C. de testam. cap. cum venerabilis* 7. *de relig. dom.* & quando dicatur rasura in loco suspecto, declarat *L.* 111. *infrà eod.* & vide Gloss. *in dicto cap. accepimus, de fide instrum.* & quod notat Bartol. *in L.* 1. §. *si rosæ, ff. de bon. poss. secundùm tabul.* ubi & dicit Bartol. quòd creditur notario dicenti se cancellasse, vel rasuram fecisse: quod intellige, secundùm Bald. *in dicta L. si unus*, quando talia verba notarii sunt de corpore instrumenti, vel subscriptionis; secùs, si essent extravagantia in margine: quia tunc nihil valent: & idem tenet Abb. instruens notarium super hoc *in dicto cap. cum venerabilis, in fin.* post Gloss. ibi; quæ attestatio notarii non esset necessaria, ubi ex præcedentibus, & sequentibus potest elici veritas eorum, quæ rasa sunt, vel cancellata, secundùm Gloss. & Abb. ibi, & Bartol. *in dicto* §. *si rosæ*, Bald. *in dicta L. si unus*, & habetur *in L.* 111. *infrà eod.* adde quæ dixi *in L.* 2. *tit.* 14. *Part.* 6.

(7) *Sopuntado.* Vide infrà *eodem*, *in L.* 111.

(8) *De suso mostramos.* Infrà *eodem*, *L.* 111.

(9) *Traslado.* Concordat *L. sancimus* 3. *C. de divers. rescrip.* & adde quæ habentur *in cap. contra morem*, 100. *dist.* & adducit Decius *consil.* 152. *ad finem.*

LEX XLV.

Quædam rescripta sunt generalia, quæ sub uno verbo comprehendunt multa, etiam si aliquibus enumeratis subjiciatur clausula generalis, ut Petr. Joann. & alii. Alia sunt specialia. Hoc dicit. Concordat *cap.* 2. *de rescript. lib.* 6.

nera misma, sobre alguna cosa que acaesciesse. E demas dezimos aun, que si carta fuesse embiada, en que nome señaladamente a alguno sobre alguna razon, e despues la boluiesse con otras muchas; assi como si querellasse: Fulan me fizo este tuerto, e otros muchos; o si dixesse: Demando tal cosa, e otras muchas; tales cartas como estas, maguer nome en ellas personas señaladas. o cosas ciertas, porque las buelue (1) con otras muchas, tornase a ser en aquella manera que las otras que caboprenden mucho: e todas estas cartas sobredichas en esta ley, han nomes, Generales, porque caboprenden en si muchas cosas.

LEY XLVI.

Quantos omes pueden traer a pleyto por la Carta general del Rey, sin los que son y nombrados.

Tit. 15. y 18. lib. 2. Recop.

(7) *El dia.* Vide Gloss. *in L. generali*, *C. de Tabular. lib.* 10. & Abb. *in cap.* 1. *de fide instrum.* & *cap, imputari*, *eod. tit.* & Specul. *tit. de instrum. edit.* §. 1.

(8) *Ninguna dellas.* Concordat *L. scripturæ* 14. *C. de fide instrum.* & *cap. imputari* 13. *eod. tit.* & ut hìc dicitur, procedit hoc, quando scripturæ contrariæ producuntur ab eodem; & secùs esset, si à diversis, ut declarat Bart. *in L. Sempronius*, *ff. de legat.* 2. & ibi vide, quid si una scriptura esset matrix, seu originalis, protocollum; alia indè exemplata: & quid si producantur diversa mandata facta eadem die? Vide Bald. *in L. falsus*, *col.* 9. *C. de furt*, versic. *scias tamen*, ubi dicit illud valere, quod dat minorem valiam: allegat *dictam L. Sempronius, ff. de legat.* 2. & si in uno sunt rasuræ, in reliquo non, non vitiatur utile ex rasura alterius, vide ibi per eum. Et quid si non essent contrariæ, sed una scriptura esset plenior altera? Dic, quòd standum esset pleniori, secundùm Bald. *in addit. ad Specul. tit. de procurator.* Et quid si apparerent duo instrumenta super collatione alicujus beneficii facta diversis, & unum eorum contineret horam; ambo tamen sunt eadem die confecta? Videtur, quòd stari debeat instrumento continenti horam, ut pleniori, juxta ea quæ tradit Fel. *in cap. pastoralis*, *de rescript.* referens ita consultum fuisse: & qui consuluit, fuit Barth. Socin. ut ipse Socin. refert *in L.* 1. *col.* 2. *ff. solut. matrim.* allegat Joan. de Plat. *in L.* 1. *C. de jure fisci, lib.* 10. & Bald. *in L. de rebus, C. de donat. ante nupt.* Et quid de contrariis sententiis latis eadem die, & hora? Vide Bald. *in L.* 1. *col.* 2. *C. quando provoc. non est necesse*, & eundem Bald. *in addit. ad Specul. tit. de appellation. col.* 20. Alias declarationes, & limitationes in materia hujus legis, vide per Fel. *in dicto cap. imputari.*

L E X CXII.

Non debet dari copia instrumenti producti parti adversæ cum anno, mense, die, loco, & testium nominibus; nisi velit illud de falso redarguere: sed priùs juret, quòd falsum esse credit: vel nisi sit procuratorium, aut tutelæ, vel curæ instrumentum, vel sententia, sive acta causæ, quæ integrè sunt exhibenda.

cartas, que si el Judgador non fuere mucho acucioso en saberlos buscar, e escodriñar, que podrian ende venir grandes daños. Mas para guardar esto, dezimos, que quando alguno aduxere carta en juyzio, para prouar lo que demanda, o para defenderse, que la deue mostrar al Alcalde, e dar traslado della al contendor (1), si lo demandare. Empero en el traslado della, que le dieren, non deuen y poner el dia (2), nin la AEra, nin el lugar en que fue fecha, nin los nomes de los testigos, ante quien fue fecha; fueras ende, si aquel que el traslado demandare, dixere que la carta es falsa, e que lo quiere prouar. Ca si por tal razon lo pidiere, estonce todo el traslado (3) della le deuen dar cumplidamente; jurando (4) primeramente, que cree, que aquella carta que es falsa, e que non dize esto maliciosamente. Otra razon ay, por que deue ser dado el traslado cumplido; maguer non quisiesse prouar que la carta era falsa. E esto seria, quando alguno viniesse en juyzio, como Personero (5) de otro, o como Guardador de huerfano, a quien demandasse traslado de la carta de la personeria, o de la guarda de aquel en cuyo nome quisiesse demandar, o defender. Ca atal carta como esta deue toda ser escrita en el traslado, con la AEra, e con todas las otras cosas: porque lo que fuesse fecho en el pleyto, non pueda venir en duda, negando el otro despues, que non era Personero, nin Guardador de aquel, por quien razonaua. Esso mismo dezimos, que quando alguna de las partes vsasse en juyzio de alguna sentencia, o mandamiento, o otra escriptura alguna de aquellas que llaman actos (6), que fuessen fechas sobre algun pleyto delante el Judgador. Ca el traslado de tales escrituras como este, deue ser dado cumplidamente a la parte que lo pidiere, porque son comunales de amas las partes, e non puede en ellas ser fecho engaño tan ligero, como en las otras escrituras.

Ley 13. tit. 25. lib. 4. Recop. Ley 3. tit. 5. lib. 4. Recop. Ley 17. tit. 25. lib. 4. Recop.

LEY CXIII.

Porque razon non deue ser dado el traslado de todo el Preuillejo, o de todo el Testamento, o de toda la Carta.

Acontece a las vegadas, que aduzen los omes en pleyto preuillejo, o otra carta publica, o testamento, en que ha muchas cosas, o muchos derechos departidos que pertenecen a muchas cosas. E aquel que lo aduze, quiere vsar, e aprouecharse de lo que le pertenece a el tan solamente, e non quiere mostrar todo su preuilejo (1), o todo su testamento. E porende mandamos, que si pidieren traslado del preuilejo, o de la carta, o del testamento, que en tal caso como este non sea tenudo de gelo dar todo (2), si non

(1) *Al contendor.* Intellige, quando petit ad defensionem; secùs si ad faciendam aliquam accusationem, vel petitionem contra producentem, ut notat Bartol. *in L. tutor qui repertorium, ff. de admin. tutor. col. fin.* nam tunc non debet edi tota copia instrumenti, sed tantùm illud, quod pertinet ad ejus utilitatem.

(2) *El dia.* Concordat *L. 1. §. editiones, ff. de edendo*, & *L. 2. §. diem 6. ff. testam. quemadm. aper.* & sequitur lex ista intellectum Azon. de quo in Gloss. *in dicto §. editiones*: nomina tamen testium, & notarii, & locus edenda sunt: vide Bald. *in L. fin. col. pen. C. si ex falsis instrum.* & Jas. *in dicto §. editiones, ad fin.*

(3) *Traslado.* Concordat *L. fin. C. de fide instrum.* & adverte hìc, cum dicit (*dixesse que la carta es falsa*) nam non exigitur, ut dicat in qua parte est falsa; sed sufficit simpliciter dicere, quòd vult redarguere de falso: & hoc tenet Bald. post Cin. *in dicta L. fin.* quidquid dixerit Gloss. *in dicto §. editiones*, & ita practicatur, & habetur *in Ordin. de Madrid, cap. 11.* neque requiritur, ut arguens civiliter se subscribat ad pœnam talionis, ut dicit Paul. de Castro *in dicto §. editiones*: quia *dicta L. fin.* loquitur, quando agitur criminaliter, prout & voluit ibi Glossa: si tamen judex videat falsitatem malitiosè opponi, posset cogere opponentem se obligare ad pœnam extraordinariam, secundùm Specul. *tit. de instrum. edition. §. videndum*, vers. *facienda*: & est in practica, ut testes, qui producuntur super probatione falsitatis, personaliter veniant coram judice, coram quo causa vertitur. Et adde etiam, quòd est alius casus, in quo debet etiam edi cum die, & consule, quando ille, contra quem producitur, non posset aliter deliberare, nisi haberet copiam diei, & consulis, ut si prior creditor in hypotheca agat contra secundum, vel quia non possit sciri dies solutionis, nisi sciatur dies confecti instrumenti, secundùm Paul. de Cast. *in dicto §. editiones.* Adverte etiam, quòd in privatis instrumentis indistinctè debet edi dies instrumenti, ut not. Gloss. & ibi Bald. *in L. optimam, in gloss. fin. C. de contrahend. & commit. stip.* & adde Bald. *in cap. contingit, de fide instrum.* notabiliter dicentem, quòd litteræ Principum semper sunt edendæ cum die, & consule: nam contra litteras Principum, non est facile malignari explorato die, & consule, quia per testes reprobari non possunt, & sic cessat ratio *L. 1. §. editiones, ff. de edendo*, & Gloss. *in L. 1. §. diem, ff. quemad. test. aper.* & ibi subdit, commendans ut novum dictum, quòd ubicunquè instrumentum non potest reprobari per testes, ibi debet fieri editio diei, & consulis.

(4) *Jurando.* Concordat *dicta L. fin. C. de fide instrum.* & habetur etiam *in dictis Ordin. de Madrid*: & procedit hoc, etsi in causa juratum sit de calumnia: quia hoc est juramentum malitiæ, ut dicit Abb. *in cap. accepimus, col. fin. de fide instrum.*

(5) *Personero.* Sunt enim hæc instrumenta in hoc communia, secundùm quod declarat Angel. *in L. 1. §. editiones, ff. de edendo* dicens, quòd instrumenta tutoris, curatoris, negotiorum gestoris, procuratoris, seu alterius administratoris, sunt integraliter edenda: & idem dicit in omnibus actis forensibus, ut & subditur *in ista L.*

(6) *Actos.* Concordat *L. 2. C. de edendo*, & Gloss. *in dicto §. editiones*: & tene menti, quia hoc declarat benè ista lex.

LEX CXIII.

Producens scripturam separata capitula continentem, si uno tantùm capitulo ejus uti velit, non est parti adversæ nisi illius capituli copia danda; nisi totam scripturam falsam dicere velit. Concordat *cap. contingit 5. de fide instrum.*

(1) *Preuilejo.* Concordat *cap. contingit 5. de fide instrum.* & *L. pen. tit. 2. 6. Partit.* & adde Bartol. & Doctores *in rubr. ff. de novi oper. nuntiat.*

(2) *Todo.* Sed an permittatur sibi legere totum, ut videat, an aliqua clausula præcedens, vel sequens arctet, vel declaret articulum, super quo contenditur? Vide tex-

non en quanto a el pertenezca, o del lugar en que se quiere ayudar en juyzio, e non en las otras que dize en el; fueras ende, si la otra parte quisiesse dezir contra todo el testamento, o contra toda la carta, que es falsa.

L E Y CXIIII.

En que manera las Cartas deuen valer, non auiendo en ellas algunas de las falsedades, o menguas, que de suso son dichas.

Ley 13. tit. 25. lib. 4. Recop. VAler deuen las cartas para prouar con ellas los pleytos sobre que fueron fechas, non auiendo en ellas algunas de las falsedades, o menguas que mostramos fasta aqui en las leyes deste titulo, por que pueden ser desechadas; mas aun, porque los omes sepan mas ciertamente quales son, queremoslas aqui mostrar. Onde dezimos, que si fuere sellada con sello del Rey (1), o de Arçobispo, o de Obispo, o de Cabildo, o de Abad bendito, o de Maestro de Orden de Caualleros, que deue valer contra aquel (2) que la mando sellar, para prouar aquello que en ella fue escrito. En essa misma manera (3), dezimos, que deue valer la carta que fuere sellada de sello de Conde, o de Rico ome que aya Seña, o de Concejo. E aun dezimos, que toda carta que sea fecha por mano de Escriuano publico, en que aya escritos los nombres de dos testigos a lo menos, e el dia, e el mes, e la era, e el lugar en que fue fecha, assi como de suso (4) mostramos, que vale para prouar lo que en ella dixere: esso mismo dezimos de la carta que non fuesse fecha por mano de Escriuano publico, que seyendo ella escrita por otro, e firmada con dos testigos escritos con sus manos, deue valer en vida de aquellos que escriuieron y sus nomes; otorgando ellos (5), que assi fue fecho el pleyto como dize la carta. E esto se entiende, seyendo el pleyto atal, que se pudiesse prouar con dos testigos. E aun dezimos, que si alguno faze carta por su mano, o la mando fazer a otro, que sea contra si mismo, o pone en ella su se-

textum cum Gloss. super parte *integraliter in cap. cum personæ, de privil. lib.* 6. ubi habetur, quòd sic: sed si judici videretur, quòd dando copiam legendi totum, esset materia suscitandi nova jurgia, & malignandi, posset ipse legere, & non permittere adversario, ut legat, secundùm Bald. & Felin. post Hostiens. *in cap. contingit, de fide instrum.*

L E X CXIIII.

Per litteram sigillo authentico sigillatam, ut Principis, Episcopi, Abbatis, monesterii, vel Ordinis militiæ, Comitis, Concilii, vel Proceris vexillum habentis, probatur contra eum qui eam sigillari mandavit: item per scripturam publici notarii cum duorum testium nominibus scriptis: item & per privatam scripturam cum duorum testium subscriptione roboratam, eis eam subscriptionem suam fore asserentibus; in casibus dumtaxat, ubi duorum testium probatio est sufficiens. Item valet scriptura privata manu contrahentis facta, vel per alium de ejus mandato, vel ejus sigillo signata, super rebus mutuabilibus facta. Si tamen pars contra quam producitur, eam negaverit, non stabitur ei, nisi probetur ab eo fuisse factam. Si verò scriptura privata fiat super venditione, vel permutatione rerum immovilium, non creditur ei plenè, sed præsumptionem facit: quia chartæ super talibus fieri debent manu notarii publici, vel aliorum, cum subscriptione bonorum testium. Item tenent litteræ Regiæ factæ secundùm consuetudinem illorum temporum, quibus per Reges datæ sunt, etsi deficiat sigillum, si tali tempore litteræ Regiæ non sigillabantur. Item, licèt instrumenta sint vetusta, & litteræ consumptæ, vel vermibus, aut muribus rosæ; si tamen legi possunt, ita quòd verus sensus colligatur, statur eis: non tamen creditur exemplari, si originale non ostendatur; nisi sit tale exemplar sigillo Regio authenticatum. Hoc dicit.

(1) *Del Rey.* Vide quæ dixi *in L. 1. col. 3. suprà eod.* Et nota, quòd etiam si scriptura sigillata Regis sigillo sit in commodum Regis, statur ei, ut notat Bald. post Petrum *in L. exemplo, circa fin. C. de probation.* & intellige, ut per Socin. *consil.* 120. *col.* 9. 1. *vol.* Et quid, si perderetur sigillum? Vide, quod dicit Abb. *in cap. innotuit, col. 4. ad finem, de elect.*

(2) *Contra aquel.* Concordat *cap. si quorundam 2. de solution. L. Publia 26. ff. depositi, Clement. 1. de procurat.* in eorum tamen favorem non probaret instrumentum eorum sigillo tantùm sigillatum, secundùm Innoc. & Doctor. *in cap. post cessionem, de probat.* & adde Socin. *consil.* 120. 1. *vol. col.* 8. & 9. Et quid in aliis, quæ non essent in eorum damnum, vel favorem? Vide per Abb. *in dicto cap. post cessionem, col.* 7. & adde notabilem decisionem Rotæ in novis *decision.* 22. & ibi, quòd in causa propria non creditur litteris Episcopi. Sed ad hoc, ur probet contra sigillantem, an requiratur, quòd probetur sigillum de ejus voluntate fuisse appositum? Vide Alberic. *in L. si procuratorem, ff. de procurat.* distinguentem inter sigillum publicum, & privatum, ut litteris sigillatis sigillo publico statim credatur; si verò sit sigillum privatum, oportet, ut constet, & probetur de domini voluntate appositum fuisse: & rationem diversitatis dicit, quia sigilla publica meliùs custodiuntur, & quia sunt magis nota talia sigilla publica, & majoris auctoritatis, quàm privata. Et ut aliquid operetur ista lex, quæ vult denotare specialitatem aliquam in sigillis personarum hìc positarum extra Regem, videretur fortè dicendum, quòd staretur talibus litteris sigillatis in his quæ essent contra eos, ut hìc dicitur, dato, quòd non probaretur aliàs de eorum voluntate sigillatas fuisse, ex quo talia sigilla sunt nota, & ratione præeminentiæ personarum habent maximam auctoritatem: & ita videtur de mente hujus legis.

(3) *En essa misma manera.* Scilicèt, ut fidem faciant contra sigillantem, vel eum cujus est sigillum, vel sigillari mandavit; non aliàs, ut dixi suprà: & quia sigillum istorum Comitum, vel aliorum dominorum non est publicum, sed privatum, ut dixit Jacob. Butri. & ibi etiam Bald. *in L. si qua per calumniam, C. de Episc. & cler.* & ibi dicit, quòd tria sunt sigilla publica, Episcopi, civitatis, & universitatis; alia verò non sunt publica. E quod dicetur sigillum authenticum? Vide Gloss. *in cap. 2. de fide instrum.* & ibi dicitur, quòd credatur litteris sigillatis alicujus Principis secularis, quando de consuetudine eis daretur fides. ut *in cap. cum dilectus 9. de fide instrum.* Dic etiam, quòd sigillum Principis non recognoscentis superiorem, vel judicis ordinarii, dicitur sigillum publicum, ut dicit Alberic. *in L. si procuratorem, ff. de procurat.* & sic in litteris istorum dominorum, de quibus hìc, qui sunt judices ordinarii, si apponerent sigillum in spectantibus ad jurisdictionem, & officium suum, staretur suis litteris, sicut & in illis, in quibus staretur litteris Episcopi sigillo sigillatis: & adde Salic. *in dicta L. si qua per calumniam, versic. sed fortè dici potest,* & adde *L. 1. tit. 20. ead. Partit.*

(4) *De suso.* Vide *in L. 54. suprà eod.*

(5) *Otorgando ellos.* Et sic parvi momenti est talis scriptura, cùm tota vis stet in depositione testium, quæ depositio sine scriptura sufficeret, *L. ubi numerus 12. ff. de testib.* vide quæ habentur *in L. 118. infrà eod.*

sello (6), que puedan prouar contra el (7) por aquella carta, si la demanda fuere por razon de aquel mismo que fizo la carta, o la mando fazer; assi como de emprestido, que demanden, de pan, o dineros, o de otro mueble que se pueda contar, o pesar, o medir. Pero si aquel cuyo fuesse el nome, que fue escrito en la carta, lo negare, non deue ser creyda contra el; a menos que la otra parte prueue, que el la fizo, o por su mandado fue fecha (8). Mas si tal carta fue fecha sobre cosa señalada, assi como sobre vendida, o cambio de casa, o de viña, o de otra tal cosa, non vale para prouar con ella cumplidamente, como quier que faga alguna presuncion (9). E esto es, porque las cartas de tales pleytos (10) deuen ser fechas por manos de Escriuanos publicos, o de otros, seyendo firmadas por buenos testigos; porque falsedad, nin engaño non pueda ser fecho en ellas. Otrosi dezimos, que todo priuilejo, o carta de Rey, que fue fecha en la manera de como las vsauan (11) en vida de aquel Rey, de quien faze y mencion en ella, maguer non sea sellada, deue ser creyda en juyzio: porque fallamos, que algunos Reyes fueron, que non vsauan sellar sus cartas, mas fazian en ellas sus signos. E maguer tales cartas, o tales preuillejos fuessen viejos, o desatadas algunas letras en ellos, o fuessen roydos de mures, o de gusanos, o de otra cosa, o mojados de agua; solamente que se puedan leer, e tomar verdaderos entendimientos (12) dellos; non les empesce, e valen assi como de suso mostramos (13). Pero si la parte contra quien son aduchos en juyzio, quisiesse prouar que eran falsos, o mostra-

(6) *Su sello.* Quid operetur appositio sigilli privati, vide *L. distrahente* 2. & ibi Gloss. *C. de rebus alien. non alien.*

(7) *Contra el.* Intellige, quando recognoscit illam qui eam fecit, vel fieri mandavit, ut infrà *eodem L.* 119. *post princ.*

(8) *Fue fecha.* Sed an sufficiat, quòd testes deponant, quod eis præsentibus scriptura facta fuit; licèt nihil dicant de contentis in scriptura? Bartol. *in L. admonendi*, *col.* 5. *ff. de jurejur.* & *in authent. at si contractus*, *C. de fide instrum.* & *in L. nuda*, *ff. de donat.* tenet, quòd non sufficiat talis depositio: quia possent testes faciliter decipi, & errare propter similitudinem litterarum, & posset alia charta contrafieri: & cùm testes non deponerent de contentis, sed quòd interfuerunt scripturæ, possint de facili errare cogitantes de ipsa scriptura, quam ipsi viderunt fieri, & fortè esset alia contrafacta, ex qua deciperentur, prout pleniùs extenditur ista ratio per Socinum 2. *vol. consil.* 284. incipit, *in causa dominæ Lisæ*, *col.* 7. & videtur expressè probari *in authent. de instrum. caut. & fide*, §. *si quis igitur*, *versic. sed & si quis*, & ibi Gloss. super verbo *faciamus*, & hoc idem tenet Abb. *in cap.* 2. *de fide instrum. col.* 2. Recurrendum ergò esset ad comparationem, ut *in dicto* §. *si quis igitur*, ut ex utroquo scriptura comprobetur. Joann. de Imol. tamen *in dicta L. nuda*, *& in dicto cap.* 2. *de fide instrum.* tenet contrarium: imò, quòd talis depositio testium plenè probet, considerato, quòd testes reddunt causam dicti sui per sensum corporeum, & proprium appropriatum actui, de quo quæritur: & ante Joann. de Imol. hoc voluit Jacob. de Aren. *in L. comparationes*, *C. de fide instrum.* & dicunt Doctor. de hoc esse casum *in dict. authent. de instrum. caut. & fide*, §. *si vero tale*, juncto eo, quod habetur *in principio illius authent.* inducendo, ut ibi per eos: & idem tenet Alex. *consil.* 18. 2. *vol.* incipit *in causa*, *& lite vertente coram arbitris*: & concludunt dicti Doctores, quòd, aut ille qui vult probare scripturam, incipit à comparatione; & illa sola non sufficit, sed oportet inniti testibus; & ita intelligatur dictus versic. *sed & si quis*, *dicti* §. *si quis igitur*: aut incipitur à testibus deponentibus se interfuisse scripturæ; & sufficeret talis depositio absque litterarum comparatione: & videtur ista opinio approbari hìc, & *in L.* 119. *infrà eod.* Sed an sufficiant duo testes de hoc deponentes? Abb. *in dicto cap.* 2. vult, quòd non, imò exigantur tres, ut *in dicto* §. *si quis igitur*, & idem vult Socin. *in dicto consil.* dicens, ita esse de mente Joan. Andr. *in addition. ad Specul. tit. de instrum. edition.* §. *nunc dicendum*, *in addition. magna.* versic. *primum.* & Bald. *in rubr. C. de fide instrum.* Specul. tamen ibi *col.* 1. vult, sufficere duos testes de jure Canonico, *per dict. cap.* 2. & idem vult Alex. *in dicto consil.* quando contractus non excederet libram auri. Crederem indistinctè sufficere duos testes, cùm illud de tribus testibus, de quo habetur *in dicto* §. *si quis igitur*, non sit approbatum istis legibus Partitarum, & sufficere debent regulariter duo testes. Neque prædictis obstare videtur, quod habetur suprà *in ista L.* ibi: *Otorgando ellos que assi fue fecho*: quia illud debet intelligi in quacunque scriptura, duobus testibus subscripta, & si fiat super rebus immobilibus: ideò nil mirum, ut exigatur, quòd deponant de contentis in scriptura. Si verò fiat super contractibus rerum, quæ consistunt in pondere, numero, vel mensura, procedat, quod hìc dixi, propter frequentiam istorum contractuum, & quia non vertitur ita magnum præjudicium: & videtur hoc probari *in L.* 119. *infrà eod.* ibi: *Otrosi dezimos*: cogita, & vide infrà in parte *de tales pleytos.*

(9) *Alguna presuncion.* Vide per Bartol. *in L. admonendi*, *ff. de jurejur.* cum tractat de scriptura privata, & Abb. *in cap.* 2. *col.* 3. *de fide instrum.*

(10) *De tales pleytos.* Videtur hæc lex velle constituere differentiam inter privatam scripturam, quæ fit super rebus mutuabilibus, & eam quæ fit super venditione, vel permutatione rei immobilis: ut primo casu stetur scripturæ, dummodò non negetur ab eo, contra quem producitur; secundo casu ei non stetur quoad plenam fidem, etsi non negetur à parte, contra quam producitur: & sic vult, comparationem litterarum, etiam fultam testibus deponentibus se interfuisse scripturæ, non sufficere, nisi & deponerent de contentis in ea, quando scriptura privata fuit super venditione, vel alio contractu super rebus immobilibus: quod tamen sufficeret in privata scriptura facta super istis rebus mutuabilibus, ut dixi suprà *in gloss. magna*: vel dic, quòd sensus hujus legis sit, quòd si scriptura privata, quæ apparet facta super rebus consistentibus in pondere, numero, vel mensura, negetur ab eo, qui illam dicitur fecisse, vel mandasse fieri; quòd si adjuvetur depositione duorum testium deponentium se interfuisse scripturæ, quando facta fuit, licèt non deponant de contentis in ea, probet talis scriptura: si verò privata scriptura cantet de venditione rerum immobilium, vel simili contractu super talibus rebus; quòd tunc, etsi juvetur testium depositione tali, dummodò non deponant de contentis in scriptura, non sufficiat ad plenam probationem, licèt faciat aliquam præsumptionem: & quòd isto modo concordentur opiniones variæ, quæ super hoc erant de jure communi.

(11) *Vsauan.* Nota hoc, & adde *cap. cum dilectus* 9. *de fide instrum.*

(12) *Entendimientos.* Nota benè, quia videtur hic casus pro dicto Baldi *in L.* 1. *ff. de his quæ in testam. delent. col.* 2. dicentis, se habuisse de facto, quòd media pars litterarum indictionis cujusdam antiqui instrumenti erat corrosa ita, quòd non poterat legi; judicio tamen perspicativi intellectus poterat legi: quod ex quo istud accidit post perfectionem instrumenti non noceat, & instrumentum probet, ut *in cap. inter dilectos* 6. & ibi notata, *de fid. instrum.*

(13) *Mostramos.* Vide suprà *L.* 3. incip. *las formas.* Et quid si tempore productionis instrumentum erat immaculatum, & post penes notarium actorum reperitur maculatum? Dic, quòd non diminuitur ejus fides, secundùm Bald. *in L. si unus*, *in fin. C. de testam.* Vide eum *in L. nostram*, *eodem tit.*

trare alguna otra razon, por que non deuiessen valer, deue ser oyda. E todo esto que diximos de los preuillejos, e de las cartas, que deuen ser creydas en juyzio, se entiende, quando aquel que se quiere aprouechar dellas, muestra la carta, ó el preuillejo original, e non el traslado della. Ca si alguno quisiesse vsar en juyzio, para prouar su intencion, del traslado de alguna carta, o preuillejo, non deue ser creydo, a menos de mostrar el original, onde fue sacado; fueras ende, si en este traslado fuesse autenticado, e firmado con sello del Rey (14), o de otro Señor, que deuiesse ser creydo, e fuesse sin sospecha.

L E Y CXV.

Por quales razones las Cartas publicas, que aduzen las partes ante los Judgadores, deuen ser creydas, o por quales non.

ADuzen las partes muchas vegadas en juyzio antel Juez cartas publicas para prouar sus entenciones: e la parte contra quien vsan de la carta, dize contra ella, que non deue ser creyda, porque aquel que la fizo, e cuyo nombre esta escrito en la carta, non es Escriuano publico (1). E quando atal contienda acaeciere, dezimos que el Judgador deue mandar, que aquel que muestra la carta en juyzio, si se quiere ayudar della, que lo auerigue (2), pro-

Ley 13. tit. 25. lib. 4. Recop.

(14) *Del Rey.* Adde *L.* 44. *suprà eod.* & *authent. si quis in aliquo, C. de edendo,* & *cap.* 1. *de fide instrum.* & nota hoc benè de instrumento exemplato authenticato sigillo Regio: & adde de instrumento exemplato in curia, quòd non exigatur partis citatio, Abb. *in cap. ex parte* el 1. *de privil.* & Felin. *in cap. fin. col.* 2. *de fide instrum.* & ibi allegat notabile dictum Hostiens. de instrumento exemplato de mandato Papæ auctoritate ordinarii: non tamen intelligas, quòd de necessitate in omni exemplatione instrumenti exigatur auctoritas Regis: nam si ex causa justa, de quibus vide per Abb. *in cap. fin. de fide instrum.* per text. ibi, peteretur exemplatio, sufficeret auctoritas judicis ordinarii, vel delegati ab eo, ut *in dicto cap. fin.* erit ergò fortè specialitas in exemplo sumpto auctoritate Regis, quòd valebit, etsi non adsit justa causa exemplandi, velut vetustatis, vel alia, de quibus per Abb. *ubi suprà*: debet tamen pars, cujus interest, semper citari, ut tradunt Doctor. *in dicto cap. fin.* & Abb. optimè *in cap. Albericus, col.* 3. *de testib. & est decisio Rotæ* 10. *in novis,* incipit, *fuit dubitatum,* & vide in materia notabile consilium Pauli de Castro 1. *vol. consil.* 202. incipit *in causa confinium.* Et nota, quòd si instrumentum est exemplatum, & copiatum in actis, probat: vide Bartol. *in L. chirographis, ff. de admin. tutor.* & Bald. *in L. fin. C. de fide instrum.* etiam si originale perdatur, secundùm Bald. quem vide *in L. fin.* 12. *col. C. de edict. Divi Adrini toll.* imò ex tali instrumento copiato potest sumi exemplum, sicut ex originali, Bald. *in L. nostram, C. de testam. col. pen.* & limita, & intellige, ut per Alex. *in dict. authent. si quis in aliquo, & consil.* 112. *vol.* 4. Et adde, quòd exemplum benè probat contra producentem: vide Bald. *in L. in fraudem,* §. *neque instrumenta, ff. de jure fisci.* Nota etiam, quòd datur fides exemplo, quando habens originale, non vult illud producere, Bald. *in L. publicati, C. de testam.* & vide alia per Doctor. *in dict. authent. si quis in aliquo,* & adde Joann. de Imol. *in L.* 2. §. *si dubitetur, ff. quemad. testam. aper. col.* 1. Et nota, quòd si ille, qui petit exemplari, est ille, qui fecit actum, de quo fuit factum originale, tunc transcriptum plenè probaret: neque obstabit *L.* 1. §. *si quis in duobus* 4. & ibi Bartol. *ff. de bonor. posses. secundùm tab.* quia ibi erat exemplum non auctoritate judicis, sed de manu testatoris; quando verò exemplar coram judice, & tabellione, illud etiam videtur originale: & idem videtur, si coram solo tabellione id faceret: & adde Decium *in dict. authent. si quis in aliquo,* 3. *fallentia.*

L E X CXV.

Si una partium negat, eum qui scripturam productam confecit fore notarium publicum, tunc pars producens, eum esse notarium publicum, probare tenetur; vel quòd talis est fama inter homines loci, ubi degit, & quòd, ut notarius, officio utebatur; aliàs non creditur ei. Item si notarius dicit, se non fecisse, non creditur scripturæ, tanquàm falsæ. Sed si testes in ea scripti notario, & scripturæ contradicunt, creditur scripturæ, si notarius est bonæ famæ, & nota registri non discordat, propter testium memoriæ labilitatem. Si verò factum est modici temporis lapsu, & notarius non est bonæ famæ, & omnes testes contra scripturam concordent, non creditur scripturæ. Hoc dicit.

(1) *Non es Escriuano publico.* Et quando negatur, quòd scribens non fuit tabellio, neque est ejus scriptura, duo sunt probanda, si tractatur de magno præjudicio; unum circa personam, aliud circa officium, ut hìc habes, & tradit Bald. *in authent. sed novo jure, col.* 4. *C. si certum petat.* Et nota, quòd poterit de hoc opponi, etiamsi opponens jam anteà soluit aliquam, vel aliquas annuas præstationes vigore ejusdem instrumenti, secundùm Angel. *in authent. de instrum. cautel. & fide,* §. *in his, col.* 6. Sed quid si non ita dicatur, sed tantùm, quòd instrumentum non est publicum, neque authenticum? Videtur, quòd sit idem, ac si diceret in specie, quod hìc dicitur: nam ut dixi suprà *eodem in L.* 1. illud dicitur publicum instrumentum, quod fit manu tabellionis publici: si ergò negetur publicum, perindè est ac si diceret, quòd non est tabellio, qui illud fecit: non enim creditur notario, in instrumento se tabellionem attestanti, sine litteris testimonialibus authenticis, ut notat Innoc. *in cap.* 1. *de cleric. peregrin.* Bald. & Salic. *in authent. sed novo jure, C. si cert. pet.* & Salic. *in L. comparationes, col. pen. C. de fide instrum.* Cardin. quem vide *Clem.* 1. *col.* 4. *de procurat.* In contrarium videtur, quòd non sufficiat ista generalis allegatio, sed in specie debeat opponere, quòd ille non fuit tabellio, ut hìc dicitur, & videtur de mente Doctorum in hoc loquentium, ut patet ex dictis Baldi *in dicta authent. sed novo jure, col.* 2. versic. *deinde quæro,* & facit *cap.* 2. *de fide instrum.* ibi: *quòd appareant publica,* & ibi Gloss. cum dicit *ratione subscriptionis,* & sic innuit, quòd eo ipso constat esse publicum, ex quo à tabellione ut tale est subscriptum: facit etiam, quod notat Bartol. *in L.* 1. *ff. de except.* quòd exceptio est in specie alleganda, & non in genere. Primum tamen adhuc crederem esse verius: & facit, quod notat Joan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de instrum. edition.* §. *restat, col.* 8. *in fin. illius additionis,* super parte *illud autem,* cum dicit, quòd jura, quæ dicunt stari instrumento, quando apparet non vitiosum, non cancellatum, non procedere, quando negatur instrumentum: si tamen diceret non esse authenticum; fortè non sufficeret, nisi & adderet non esse publicum: si tamen velit opponere, non quòd ille ibi descriptus non fuit tabellio, sed quòd instrumentum non est manu illius scriptum; tunc in specie deberet hoc allegare, neque fortè sufficeret generalis allegatio, ex quo constat ibi descriptum esse notarium: & videtur hoc de mente Baldi *in dicta authent. sed novo jure,* & Salic. *in dicta L. comparationes, col. pen.* Tutius tamen est, quòd semper fiat articulus à producente, quando negatur instrumentum esse publicum, quòd ille erat notarius, & quòd ejus manu est scriptum: conferunt ad prædicta, quæ notat Specul. *tit. de instrum. edition.* §. *restat, col.* 2. *&* 3. *& col.* 7. versic. *& scias.* Quid autem si pars, contra quam producitur instrumentum, est absens? an tunc pro absente judex debeat suplere, ut sic verificetur instrumentum, ut hìc dicitur, quando pars est præsens, quæ hoc negat; vide per Cardin. *in Clem.* 1. *de procurat. col.* 4. vers. 3. *quæro,* ubi tenet, quòd judex debeat in hoc supplere pro absente, cùm etiam in facto judex supplere debeat pro absente, *L. fin. C. de appel.* & *authent. qui semel, C. quomodo, & quando judex,* Gloss. *in cap. bonæ* el 1. *de postul. prælat.* sicut ergò contra præsentem negantem tabellionatum non statur instrumento; sic neque stari debet contra absentem: subdit tamen, quòd si tractaretur de modico præjudicio, staretur scripturæ cum juramento producentis: benè conferunt ad prædicta *cap.* 1. & quæ ibi Innoc. & Doctor. *de cler. peregr.*

(2) *Auerigue.* Procedet hoc, etsi tabellio sit notus, ut videtur de mente hujus legis, nihil in hoc distinguentis; licèt in hoc contrarium tenuit Azo. *in sum. in auth. de instrum. cautel. & fide col.* 2. versic.. *sed quid si profera-*

prouando (3) que aquel ome, que dize en la carta que la fizo, era Escriuano publico, o que en el lugar, o fue fecha, estaua por Escriuano (4) publico, o era fama entre los omes de aquel lugar, que lo era, e vsaua de aquel menester. E prouando algunas destas razones, deue ser creyda la carta en juyzio; mas si alguna dellas non pudiesse prouar, non deue valer (5), nin ser creyda en juyzio. E si por auentura el Escriuano publico, cuyo nombre fue escrito en la carta, viniesse antel Judgador, e dixesse que el non escriuiera aquella carta, deue ser creydo, e la carta desechada por falsa, non prouando la parte el contrario. Mas si el otorgasse que verdad era que la escriuiera, e los testigos que fuessen escritos en ella, dixessen que non se acertaran y, quando el pleyto fue puesto, nin otorgado de las partes assi como es escrito en ella; estonce dezimos, que si el Escriuano es ome de buena fama, e fallaren en la nota que es escrita en el registro, que acuerda con la carta, que deue ser creydo (6) el Escriuano, e non los testigos, e deue valer la carta. E esto *Ley 3. tit. 5. lib. 4. Recop.*
es, porque muchas vezes contesce, que los omes son testigos de pleytos, de que non se acuerdan despues. Onde pues que la nota acuerda con la carta, e el Escriuano es ome de buena fama, razon es que sea creydo. Ca por esso escriuen los omes los pleytos, e las posturas, porque maguer aquellos que las fazen, e los testigos (7) ante quien fueren fechas, non se acordassen dellas, que finque por siempre remembrança de como passaron, e en

ratur charta publica, & quòd etiam in persona nota tabellionis, quod dicitur in ista lege, servandum sit in judiciis, vult Alberic. *in L. cum precibus*, *col.* 1. *de probat.* dicens, ita se vidisse servari in practica: vide ibi per eum: contrarium tamen vult Roder. Suarez *in repet. L. post rem judicatam*, *fol.* 143. & fortè illud verius.

(3) *Prouando.* Vide Bartol. *in authent. de non alien. aut permut.* §. *alienationis*, *col.* 1. & quæ dicit Alex. *consil.* 101. *col.* 1. *&* 2. 4. *vol.* ubi vide, quid si instrumenta essent de longinquo: & quid si non ageretur in hoc de præjudicio opponentis? Vide Paul. *consil.* 13. *col.* 1. 1. *vol.* & ad istam legem, & ejus limitationes, vide per Roder. Suar. *in repet. L. post rem judicatam*, *fol.* 143. *col.* 3. *&* 4. videlicet, quando tractaretur de parvo præjudicio, vel persona tabellionis esset nota in loco.

(4) *Escriuano.* Nota benè, quia per hoc verbum tollitur disputatio Martin. Silla, de qua per Joan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de instrum. edition.* §. *restat*, *col.* 8. *in addit.* super parte *illud autem*, & vide per Innoc. Joan. Andr. & Abb. *in cap.* 1. *de fide instrum.* & fortè, attentis verbis hujus legis, sufficeret probare istam quasi possessionem de tempore confecti instrumenti; licèt non probaretur, quòd longo tempore pro tabellione se gessit: & videtur approbari hìc dictum Innoc. *in dicto cap.* 1.

(5) *Non deue valer.* Intellige, nisi instrumenta essent multùm antiqua, secundùm Bald. *in L. comparationes*, *col. pen. C. de fide instrum.* & ibi etiam Salic.

(6) *Deue ser creydo.* Concordat *L. si quis decurio* 21. *C. ad Leg. Cornel. de falsis*, & ibi Gloss. facit *L. in donationibus* 31. *C. de donat.* adverte tamen, quòd intelligitur, quando ex parte producentis scripturam non probaretur de ejus veritate: nam si per testes ibi descriptos, vel per alios, si ipsi deficerent, probaretur, quòd illud instrumentum factum fuit manu illius tabellionis, non deberet stari tunc ejus contrario dicto, ut hìc habetur: & ita videtur de mente Angeli *in dicta L. si quis decurio*, & probatur ratione: quia alias posset tabellio hoc dicere per malitiam, & non esset remedium contra talem malignitatem, & fortè corruptus pretio hoc diceret: undè & dicebat Joan Andr. *in addit. ad Specul. tit. de instrum. edition.* §. *postremo in princ. in addit.* incipienti *in fine*, quòd negatio tabellionis, negantis scripturam à se factam, non deroget indistinctè fidei scripturæ, quia posset hoc facere per malitiam; sed quòd relinquendum esset arbitrio judicis. Quid tamen si non negaret instrumentum à se factum, sed diceret, se falsò instrumentum scripsisse? an credatur notario? Vide notab. consil. Baldi 4. *parte*, *consil.* 252. incipit, *postquàm notarius*, ubi concludit, quod inquirenda esset veritas à testibus descriptis, & alio quocumque modo; & si veritas haberi non possit, nullo modo esset fides adhibenda instrumento, cui ab ejus auctore derogatur: & in causa illa, in qua consulit, suadet partes ad concordiam propter tale dubium: vide ibi per eum.

(7) *E los testigos.* Adde text. *in authent. de instrum. cautela*, *& fide*, *cap.* 7. §. *in his*, *collat.* 6. & tene menti istam legem, quia videtur hìc approbari opinio Lanfranci Cremensis, de qua per Joan. Andr. *in cap. cum Joannes*, *col. pen. de fide instrum.* qui dicebat, per testes non reprobari instrumentum, nisi esset suspectum ex parte conficientis, vel producentis: assignabat rationem, quæ & hìc assignatur, quia memoria hominis labilis est, neque communiter testes sunt intenti, sicùt tabellio; & ideò plùs creditur instrumento: quod dictum communiter reprobatur per Doctor. *in dicto cap. cum Joannes*, & per Bartol. *in L.* 1. §. *fin. ff. quemad. testam. aper.* per Bald. & Salic. *in L. in exercendis*, *C. de fide instrum.* Et adverte benè, quia & loquitur ista lex, etiam quando testes, qui fuerunt descripti, contradicunt instrumento, & etiam non solùm si simpliciter dicant, se non interfuisse; verum etiam, & si deponant rem non ita se habere, neque ita fuisse, sicùt in instrumento continetur. Insuper & considera, quòd & ista lex procedit etiam in contradictione testium, qui essent necessarii in actu, de quo in instrumento, veluti in testamento: & sic non procedet, quòd Doctor. notant *in dicto cap. cum Joannes*, & *in dicta L. in exercendis*, & *in L.* 1. §. *si quis neget*, *ff. quemadm. testam. aper.* Et adverte etiam, quia & ista lex noluit istam materiam relinquere judicantis arbitrio, sicut Jacob. de Are. Petrus, & multi alii dixerunt, prout & refert Salic. *in dicta L. in exercendis*: ideò multùm nota, & tene menti istam legem. Intellige tamen, prout & ista lex dicit, quando tabellio vivit, & attestatur pro instrumento, & est benè famatus: nam si non viveret, seu vivens non attestaretur pro instrumento, tunc non procederet ista lex; imò per testes descriptos, vel non descriptos, reprobaretur instrumentum, secundùm notata per Doctor. *in dicto cap. cum Joannes*, & *in dicta L. in exercendis*, quos vide, quia longum esset eorum dicta referre. Intellige etiam, quòd per dispositionem hujus legis non existimo totaliter tolli judicis arbitrium, quin posset ipse, attenta legalitate, & bona fama testium deponentium contra instrumentum, & aliis circunstantiis facti, detrahere fidei instrumenti, quantuncumquè benè famatus sit tabellio, & voce viva attestetur pro eo: quia lex ista se fundat in præsumptione oblivionis in testibus: undè si ex aliis præsumptionibus, & conjecturis, ista tolleretur, non haberet locum hujus legis dispositio: quia præsumptio recipit probationem in contrarium per aliam præsumptionem, Gloss. notab. *in cap. dixit dominus*, 32. *quæst.* 1. Bald. *in cap.* 1. *in princip. col.* 5. *quib. mod. feud. amit. L. cum de indebito* 25. *ff. de probat. L. Divus* 7. *ff. de in integr. restit. L.* 1. cum ibi notatis, *C. ad Leg. Cornel. de sicar.* & non est ista præsumptio juris & de jure, sed juris tantùm: undè recipit probationem in contrarium, ut notat Bald. *in L. sive possidetis*, *C. de probat.* & *in rubr. ejusdem tit.* & habetur, & notatur *in cap. is qui fidem*, *de sponsal.* si enim aliter diceretur, esset materia fabricandi falsa instrumenta, si locus non maneret eis impugnandis de falsitate: & quia ideò testes apponuntur in instrumentis, ut per eos adhibeatur fides instrumento, ut notatur *in dict. authent. de instrum. cautela*, *& fide*, §. *si verò*, & quando per eos non adhibetur, sed reprobatur fides instrumenti, justum est, quòd corruat: & facit *L.* 117. incipit, *mostrando*, *infrà eod.* ubi habetur, quòd etiam per testes non descriptos in ins-

en que guisa fueron puestas. Pero si el Escriuano non fuesse de buena fama, e los testigos fuessen omes buenos, e el pleyto, e la postura que dize en la carta, ouiesse poco tiempo que fuesse fecha (8); estonce acordandose todos los testigos de la carta en vno, deuen ellos ser creydos, e non el Escriuano.

L E Y CXVI.

Que de aquel que dize que es falsa la Carta, el Judgador deue tomar la jura del, que lo non dize maliciosamente, e darle plazo a que lo prueue.

Ley 3. tit. 5. lib. 4. Recop. Ley 1. tit. 6. lib. 4. Recop.

PODria ser, que alguna de las partes mostraria al Judgador en juyzio carta, por aprouar su entencion, o para defenderse; e la otra parte, contra quien la mostrasse, diria que non deue ser creyda, porque era falsa, e que lo queria prouar: en tal caso como este, dezimos, que el Judgador deue tomar la jura del, que esto non dezia maliciosamente, e darle plazo a que lo pueda prouar. E si la parte que mostraua la carta, dixesse que non le auia por que dar plazo, porque non queria (1) de alli adelante vsar della; deuegelo el Juez caber. Pero si despues quisiesse vsar de aquella carta en juyzio (2), non deue ser creyda, nin cabida; maguer quisiesse prouar, que era verdadera. Otrosi dezimos (3), que si alguno quisiesse prouar, que la carta que aduxeren contra el, era falsa; que lo puede fazer ante que sea dado juyzio acabado sobre aquel pleyto en que la mostraron; e aun despues desso, ante el Juzgador del alçada. Mas si diessen sentencia contra el por aquella carta, que dezia que era falsa, de que non se alçasse, o si se alçasse, perdiesse el pleyto de la alçada, non deue ser oydo despues; maguer quisiesse dezir, que la sentencia fuera dada contra el por carta falsa. E esto es por esta razon: porque el ya dixera vna vez (4), que la carta era falsa, e non lo pudo aueriguar, e fue dado juyzio contra el, e non se alço, o si se alço, perdio despues el pleyto de la alçada, assi como dicho es. Mas si por auentura el pleyto fue vencido por carta falsa, e aquel contra quien fuesse mostrada en juyzio, non ouiesse razonado en todo tiempo, mientra durasse el

instrumento, dummodò sint quatuor testes, reprobatur instrumentum: & adde ad istam legem, quod notat Lucas de Penna *in L. 2. C. de tabular. in lib.* 10. *in quæst. illa, si judex* (*qui ex forma constitutionis Regni Siciliæ debet dare robur instrumento*) *nolit subscribere, dicens aliter esse*, ubi etiam tradit, quid si notarius testibus contradicat.

(8) *Fecha.* Hoc ideò, quia in factis de longinquo magis creditur instrumentis, quàm testibus, *L. census* 10. *ff. de probat. L.* 3. & ibi Bald. *C. si minor. se maj. dixer.* & quæ notat Cin. & alii *in L. in exercendis, C. de fide instrum.*

L E X CXVI.

Allegans instrumenti producti falsitatem, juret hoc malitiosè non allegare, & admittetur ad probandum de falsitate, nisi producens statim illi renuntiet; nec post renuntiationem poterit pœnitere: & exceptio falsitatis instrumenti in prima instantia opposita, potest probari etiam in causa appellationis: sed posteà non potest, nisi, ea non opposita, velit pars lite finita opponere, & probare, sententiam per falsa instrumenta esse latam. Hoc dicit.

(1) *Queria.* Concordat *L.* 3. *de fide instrum.* & adde Specul. *tit. de instrum. edit.* §. *postremo*, *col.* 8. versic. *item opponitur*, & vide Joann. Andr. *in addit.* & quod notat Bald. *in L. Divus, ff. ad L. Cornel. de fals.*

(2) *En juyzio.* Etiam in alio judicio, variato modo agendi, ut notat Joann. Andr. *in dict. addit.* Et quid si renuntiet usui instrumenti cum protestatione, quòd per hoc non intendit fateri instrumentum falsum? Dic, secundùm Bald. & Salic. *in dicta L.* 3. quòd adhuc non poterit illo uti: quia quoad effectum tollendæ probationis ex instrumento nihil immutat protestatio, licèt operari possit quoad effectum tollendæ confessionis criminis ex usu instrumenti falsi: quia protestatio declarat abesse crimen in animo.

(3) *Otrosi dezimos.* Concordat *L. fin. C. de fide instrum.* & notat Azo *C. eod. in summa*, *col.* 2. & adverte, quia *in dicta L. fin.* ponitur aliud, quod in ista lege fuit omissum, videlicèt, an qui semel produxerit instrumentum, teneatur illud iterùm reproducere, si adversarius dicat, velle illud redarguere de falso civiliter, vel criminaliter: neque memini hoc lege aliqua Partitarum ita in specie provisum, prout habetur *in dicta L. fin.* tantùm habetur *in L.* 112. *sup. eod.* de juramento, quod fieri debet per volentem redarguere de falso, quòd non facit calumniosè, sed quia credit chartam falsam, prout etiam habetur *in dicta L. fin.* quod tamen *in dicta L. fin.* in hoc etiam habetur de reproductione fienda, quando pars velit redarguere de falso, est rationabile, & justum, & servatur in practica.

(4) *Vna vez.* Ex ista lege habes intellectum, & limitationem ad *L. Divus* 33. *ff. de re judic.* & *ad titulum C. si ex fals. instrum. per totum*, & ad *LL.* 1. & 2. *tit.* 26. *ead. Part.* in quibus habetur, quòd etiam post sententiam, quæ transivit in rem judicatam, potest quis allegare falsitatem instrumenti, vel testium, & petere sententiam rescindi, mediante restitutione in integrum: nam procedet, quando de falso nunquàm fuit tractatum in causa principali; secùs verò, si fuerit deductum in prima causa, & allegatione falsitatis non obstante, fuit pronuntiatum: & hoc idem tenuit Glos. *in dicta L. fin. C. de fide instrum.* & *in L.* 1. *C. si ex fals. instrum.* & Azo *C. eod. in summa*, *col.* 2. & Bartol. *in L. qui adgnitis*, *ff. de except.* & Innoc. *in cap. licèt causam*, *post princ. de probat.* Limita tamen istam legem: primò, quando de tali falsitate incidenti in causa, fuit plenè cognitum: nam si non fuisset plenè cognitum, non prohiberetur posteà principaliter intentare, ut *in L. si judex* 10. *ff. de his qui sunt sui, vel alieni jur.* & *ff. de liber. agnosc. L. si quis à liberis* 5. §. *si vel parens* 8. & tenet Salic. *in L. fin. col. fin. C. de fide instrum.* & idem Salic. *in L.* 1. versic. *oppono* 3. *C. si ex fals. instrum.* & adde *L. quod in diem* 7. §. *si rationem*, *ff. de compensat.* Secundò limita, quando ageretur ad rescindendam sententiam; secùs si ageretur ad pœnam falsi imponendam: nam tunc accusari posset, etiam post latam sententiam, secundum instrumentum falsum, ex quo agitur ad alium effectum, Glos. *in L. ex morte*, *ff. ad L. Aquil.* Tertiò limita, nisi in primo judicio tantùm fuisset cognitum de vitio falsitatis, quod dicebatur constare ex ipsa inspectione scripturæ ratione cancellaturæ, vel alterius evidentis defectus: nam tunc, si causa finita allegaretur eadem falsitas ex inspectione, non audiretur allegans, ex quo jam fuit allegata, & purgata: si tamen vellet allegare aliam falsitatem ex alia causa, quæ non colligitur ex inspectione instrumenti, tunc talis falsitas, etiam causa finita, posset allegari, secundùm Nicol. de Matha. & Bald. Salic. & Paul. *in dicta L. fin.* quia de tali falsitate nunquàm fuit quæsitum: quod benè nota.

el pleyto, que era falsa e que lo queria prouar; si despues que fuesse vencido, e dado el juyzio contra el, dixesse que era dado por carta falsa, e que lo queria prouar; deue ser oydo, maguer non se ouiesse alçado del juyzio que dieran contra el.

LEY CXVII.

Por qual razon non puede ser creyda la Carta publica, si la parte contra quien la muestran, podiere prouar el contrario della.

Ley 13. tit. 25. lib. 4. Recop.

MOstrando algund ome en juyzio contra otro carta, con que quisiesse prouar, e aueriguar, que le deuia alguna cosa; si aquel contra quien vsauan de la carta, dixesse que non deue valer, nin ser creyda contra el, porque el queria prouar que en todo aquel dia, que dezia la carta en que el fizo pleyto, era el tan lueñe de aquel lugar do dizen que fue fecha la carta, que ome del mundo por ninguna manera esse dia non podria allegar en aquel lugar, do dizen que fue fecha la carta. Onde dezimos, que quien tal razon posiesse ante si, por desechar la carta de que vsan contra el, que deue ser oydo en esta manera: que si aquella carta que el queria desechar, fue fecha por mano de Escriuano publico, e podiesse prouar por otra carta publica (1) en que se el ouiesse acertado, e fuesse escrito por testigo en pleyto, o en postura que ouiesse fecho con otro, o otro con el en aquel otro lugar, en aquel dia que el razonaua, assi como sobredicho es, o lo podiesse prouar por quatro omes (2) buenos, e leales; que le deue valer, e non deue ser creyda la carta que mostrauan contra el. E si por auentura la carta que el quiere desechar, non fuesse fecha por mano de Escriuano (3) publico, abondale, para prouar la razon que sobredicha es, con dos testigos que sean sin sospecha, e omes cuyo testimonio deuiesse ser cabido.

LEY CXVIII.

Que si alguno quiere desechar la Carta publica, el Judgador deue ser acucioso, en saber catar las figuras de la letra de las Cartas, si es valedera, o non.

DEsechar queriendo alguna de las partes carta publica que mostrassen en juyzio contra el, diziendo que non deue ser creyda, porque non es escrita por mano de aquel que dize que la fizo, e cuyo nombre esta escrito en ella; e que esto quiere prouar en tal manera, mostrando otra carta publica fecha por mano de aquel Escriuano mismo, que non se semejasse con ella en la letra, nin en la forma; dezimos (1), que en tal caso como este, o en otro semejante del, que si el Escriuano es biuo, cuyo nombre esta escrito en la carta, que el Judgador le deue fazer venir (2) ante si, e mostrarle aquellas cartas, e preguntarle, si las fizo el; e si otorgare que el las fizo (3), maguer sean desemejantes las cartas en la letra, o en la forma, deuen ser creydas: porque

Ley 13. tit. 25. lib. 4. Recop.

LEX CXVII.

Admittitur ad probandum contra instrumentum, dicens, se tempore instrumenti confecti esse in alio loco valdè remoto. Et si instrumentum illud est publicum, tenetur contrarium probare per aliud publicum, vel per quatuor testes; sed si manu notarii non sit factum, sufficit contra illud per duos testes probare. Hoc dicit.

(1) *Publica.* Adde *L. optimam* 14. *C. de contrah. & commit. stipul.* in versic. *& meliùs quidem si per scripturam*, & ibi Glos.

(2) *Omes.* Reprobatur hìc illa opinio, quam recitat Spec. atribuens eam Azoni, *in tit. de instrum. edit.* §. *restat*, *col.* 2. versic. *sed pone producitur*: & non credo illam fuisse opinionem Azonis, quia idem Azo *C. de fide instrum. in sum. col. pen.* dicit, se nullo casu admittere, ut vox duorum testium sit validior instrumento publico, & ibi dicit, quòd requirantur 4. vel 5. testes deponentes contra instrumentum: & habes hìc, non posse reprobari publicum instrumentum minori numero quatuor testium: & sic approbari videtur opinio Gloss. *in cap. cum Joannes*, *de fide instrum.* & *in cap. tertio loco*, *de probat.* & Azonis *ubi sup.* & reprobari opinio Innoc. & Joann. Andr. *in dicto cap. cum Joannes*, tenentium, posse reprobari per duos testes, vel ad plus per tres, & etiam aliæ opiniones, de quibus latè per Abb. *in dicto cap. cum Joannes*, 6. 7. & 8. *col.* & per Gloss. *in* §. *item verborum*, *Instit. de inutil. stipul.* Et adverte, quòd hìc dicit, *que sean buenos*, *e leales*: undè consilium est, quòd fiat articulus de idoneitate, & legalitate testium, secundùm Angel. Aret. *in dicto* §. *item verborum*, *col. fin.* vide Ang. & Imol. *in dicta L.* 1. §. *fin. ff. quemad. testam. aper.* Et adverte, quia loquitur ista lex, quando contradicitur instrumento per testes in eo non descriptos; si vero contradiceretur ei per testes descriptos, vide *L.* 115. incip. *aduzen*, *sup. eod.*

(3) *Escriuano.* Idem tenet Azo *in summa*, *C. de fide instrum. col. pen.*

LEX CXVIII.

Si notarius, de cujus scriptura dubitatur, dicit, se eam fecisse, statur ei; sed si negat, non: si verò mortuus est, jurabit pars falsitatem allegans, se malitiosè non allegare, & pars producens, quòd non facit, nec faciet, quòd illius scripturæ veritas occultetur. Demùm judex cum probis hominibus ad hoc aptis, & dicere veritatem juratis, cum aliis ejusdem notarii litteris comparationem faciat: & si omnes dicant eas dissimiles, est in arbitrio judicis, an recipiat, vel abjiciat scripturam. Hoc dicit.

(1) *Dezimos.* Concordat text. *in authent. de instrum. cautela, & fide*, §. *si verò* 3. & §. 7. vers. *in his verò*, *collat.* 6. & notat Azo *C. eod. in sum. col.* 2. & Specul. *tit. de instrum. edit.* §. *postremo col.* 1. vers. *& primo*, & tene menti istam legem, quæ clarè, & benè explicat istam materiam.

(2) *Fazer venir.* Fortè intelligitur, si est in territorio judicis, & sine magno incommodo potest venire, ut *in L. sed si quis* 7. ubi Gloss. & Bartol. *ff. testam. quemadmod. aper.* alioquin mittentur litteræ ad judicem alterius territorii, qui hoc agat.

(3) *Fizo.* Adde *L.* 115. incip. *aduzen*, *sup. eod.* & *L. si quis decurio* 21. *C. ad Leg. Cornel. de falsis*, & *in dict. authent. de instrum. caut. & fide.*

que non puede ome todavia escreuir de vna manera. Ca a las vegadas faze desemejar las letras los variamientos de los tiempos, en que son fechas, o el mudamiento de la tinta (4), o de la peñola. E otrosi se podria dessemejar la forma de la letra por enfermedad, o por vejez del Escriuano. Ca de vna manera escriue ome quando es mancebo, e sano, e de otra quando es viejo, e enfermo. Mas si el Escriuano dixere, que la primera carta que mostrauan en juyzio, que non la fizo el (5), entonce non deue ser creyda (6). E si por ventura el Escriuano non fuesse biuo (7), o fuesse en tan lueñe tierra, que non lo podiessen auer para fazerle esta pregunta; entonce deue el Judgador tomar amas las cartas, e auer buenos omes, e sabidores, consigo, que sepan bien conocer, e entender las formas, e las figuras de las letras, e los variamientos dellas; e deuelos fazer jurar (8), que esto caten, e escodriñen bien, e lealmente, e que non dexen de dezir verdad de lo que entendieren, por ruego, nin por miedo, nin por amor, nin por desamor, nin por otra razon ninguna. E otrosi deue fazer jurar amas (9) las partes, e primeramente a aquel que quiere desechar la carta, que esto non faze maliciosamente; mas porque non ha otra razon, por que la pueda desechar, si non esta: e de si la otra parte, que non ha fecho, nin fara ninguna cosa, por que la verdad de aquella carta pueda ser ascondida. E de si el Judgador (10) deuese ayuntar con aquellos omes sabidores, e catar, e escodriñar la letra, e la figura della, e la forma, e el signo del Escriuano; e si se acordaren todos en vno, que la letra es tan dessemejante, que puedan con razon sospechar contra ella; entonce es en aluedrio del Judgador, de desecharla, o otorgar que vala, si se quisiere. Ca atal prueua como esta, touieron los Sabios antiguos, que non era acabada (11), por las razones que de suso diximos; e por esso la posieron en aluedrio del Judgador, que siga aquella prueua, si entendiere, o creyere que es derecha, e verdadera; o que la deseche, si entendiere en su coraçon el contrario.

LEY CXIX.

Quales son las otras maneras de prueuas, que vsan los omes en Juyzio para prouar sus entenciones.

DEsuariadas maneras de prueuas vsan los omes en juyzio para prouar sus entenciones, assi como mostramos en las leyes deste titulo. Ca non tan solamente quieren prouar por testigos, e por cartas publicas; mas aun por otras que son fechas por mano de otros omes, que non son Escriuanos publicos: e porende dezimos (1), que si alguna de las partes aduxesse alguna carta (2) en juyzio, que fuesse fecha por mano de aquel contra quien

fa-

(4) *Tinta.* Vide *in dict. authent. de instrum. caut. & fide, in princip.*

(5) *Fizo el.* Secùs ergò si diceret, quòd ipse fecit, sed quòd fecit falsum, vel erroneum: tunc enim non crederetur tabellioni: vide Bartol. *in L. si librarius, ff. de regul. jur.* & Bald. 4. *vol. consil.* 252. & quæ dicit Alex. 2. *vol. consil.* 105. *col.* 2. & dixi suprà *in L.* 114. *valer deuen, in glos.* super parte, *que el la fizo.* 8.

(6) *Creyda.* Non enim debet credi scripturæ, quam ille, qui dicitur auctor, diffitetur, *L.* 1. §. *si quis neget, ff. testam. quemadmod. aper.* Gloss. *in dicta L. si quis decurio* 21. & ibi Cinus, & Alberic. Quid tamen, si testes inscripti contradicerent notario? In hoc videtur idem dicendum: quia non potest habere robur scripturæ, cùm ab eo, qui prætenditur auctor, negatur: & testium depositiones valebunt fortè, ut dicta, & depositiones testium; non verò ut faciant valere instrumentum, quod negatur à notario: cùm enim auctoritas notarii sit de substantia instrumenti, si ista deficit, valere non potest, juxta notata *in dicto* §. *si quis neget*, quando unus de testibus necessariis contradicit instrumento. Pileus tamen relatus à Joann. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de instrum. edition.* §. *postremò*, dicit, relinquendum hoc arbitrio judicis, quia posset notarius diffiteri suam scripturam per malitiam: vide Cin. *in dicta L. in exercendis*, & quod dixi suprà *in L.* 115. *in gloss.* super parte, *e los testigos* 7.

(7) *Biuo.* Quid si factus esset infamis? Vide Gloss. *in dict. authent. de instrum. cautela, & fide*, §. *in his*, super verbo, *quòd defunctus*, quæ dicit, quòd tunc non poterit testificari, quando negatur sua scriptura: & eam notat ibi Bartol.

(8) *Fazer jurar.* Adde *L. comparationes* 20. vers. *omnes autem*, & ibi Gloss. *C. de fide instrum.*

(9) *Jurar amas.* Adde textum *in dict. authent. de instrum. caut. & fide*, §. *si verò nihil.*

(10) *El judgador.* Non ergò judex alii hoc committet: vide Gloss. *in dict. authent.* §. *in his*, super parte *abscondere.*

(11) *Acabada.* Approbat opinionem Gloss. *in L. comparationes*, super parte *testium*, *C. de fide instrum.* & dicit Alberic. *in dicta L. comparationes*, quòd licèt hoc sit de jure, tamen communiter vidit in judiciis practicari, quòd detur fides comparationi. Bartol. verò *in dict. authent.* per Jacob. de Bello viso vult, quòd judex teneatur arbitrari, quòd detur comparationi plena fides, quando comparatio fit, non solùm ad scripturam tabellionis, verùm etiam, quando jungitur comparatio litterarum, testium, & partium subscribentium, quod benè probatur *in dict. authent.* & fortè istud dictum Bartoli procedet: & non obstat ista lex, quæ loquitur, quando tantùm fit comparatio litterarum tabellionis, quo casu idem dicit Bartol. esse de jure communi, ut non detur plena fides, & Salic. vult idem *in dicta L. comparationes, in* 3. *opposition.* Tu nota istam legem, quæ vult, ut etiam isto casu; si judici videatur, possit adhiberi plena fides ex sola comparatione litterarum tabellionis: & de comparatione litterarum, quando faciat plenam, vel semiplenam probationem, vide Abb. *in cap.* 2. *de fide instrum. col.* 3. & 4.

LEX CXIX.

Si quis negat, se scripturam privatam contra se productam fecisse scribi, vel mandasse, & remittitur suo juramento, cogitur jurare: sed si non exigitur ab eo juramentum, non probatur per comparationem; sed per duos testes, qui dicant, se vidisse dictam litteram scripsisse, vel scribi mandasse: neque admittitur adversarius contra eam, ad probandum contrarium per comparationem. Hoc dicit.

(1) *Dezimos.* Concordat text. *in authent. de instrum. cautela, & fide*, §. *si quis igitur* 1. *collat.* 6.

(2) *Carta.* Intellige, sive sit apocha, sive epistola: & sic cessant opiniones, de quibus per Jas. *in repet. L. admonendi, col.* 59. *ff. de jurejur.*

faze la demanda, o de otro que la ouiesse fecha por su mandado; si la postura, o el otorgamiento que esta escrito en ella, es con razon (3), diziendo assi: que Fulan deue a Fulan tantos marauedis que le empresto, o quel encomendo, o que los deuia por otra guisada razon qualquier; si la parte contra quien aduzen tal carta como esta, la otorgare, deue valer; bien assi como si fuesse fecha (4) por mano del Escriuano publico. Mas si la negare, diziendo que non la fizo, nin la mando fazer; e aquel que se quisiere aprouechar della, dize que si, e que quiere estar en esta razon por su jura; entonce es tenuda la parte, de jurar si la fizo, o la mando fazer, o non. E si por auentura non le demandasse esta jura, mas dixesse que lo queria prouar en esta manera; mostrando otra carta, que es verdaderamente escripta (5) por mano de aquel mismo, que es semejante en todo en la letra, e en la forma, de aquella que el muestra contra el; en tal caso como este dezimos, que non deue ser creydo (6); fueras ende, si pudiere prouar por dos testigos (7) buenos sin sospecha, que el otro fizo aquella carta, o la mando escreuir. Otrosi dezimos, que si alguna de las partes aduxere en juyzio alguna carta, por prouar su intencion, que non sea fecha por mano de Escriuano publico; si la otra parte, queriendole desechar, muestra otra carta fecha por mano de aquel mismo ome, que es desemejante en todo a la primera en la letra, e en la forma; si aquel que aduze la carta para prouar con ella su intencion, prouare con dos testigos buenos, e sin sospecha, que juren, e digan, que vieron aquel cuyo nombre esta escripto en ella, fazer aquella carta, o mandarla escreuir; dezimos, que prouandolo assi, deue ser creyda (8), maguer la otra parte mostrasse otra carta escripta por mano de aquel mismo ome, que fuesse desemejante della en todo en la letra, e en la forma.

L. 14. tit. 8. lib. 2. Recop.

LEY CXX.

Como el Guardador no puede contradezir la Carta, en que fizo escreuir todos los bienes del huerfano.

El Guardador (1) que recibiesse en guarda bienes de algun huerfano, e fiziesse fazer escritura publica de quantos eran

(3) *Con razon.* Hoc ideò dicit, quia si cautio esset sine causa, nulla esset, & sic superflua esset comparatio aliarum litterarum, & testium, qui interfuerunt depositioni, secundùm Bald. *in L. comparationes, col.* 4. *C. de fide instrum.* & ibi Paul. & Angel.

(4) *Fuesse fecha.* Concordat *L. scripturas* 11. *C. qui potior. in pign. habeant. L. Publia* 26. *in fin. ff. depositi*: & nota hoc verbum, ex quo constat, quòd, etsi non fuerat facta nova lex, quæ facta fuit in Curiis *de Madrid*, ex cautione privata, à parte recognita, poterat peti executio, ac si fuerat publicum instrumentum: & sic dicta lex nova fuit veteris juris declaratoria.

(5) *Que es verdaderamente escripta.* Et sufficeret qualitercunquè de hoc constet; ut si quis usus est tali scriptura, tanquàm propria, ut *in authent. de his qui ingred. ad appelland.* §. *illud, collat.* 5. vel aliàs. Sed an possit judex compellere negantem, ut scribat de novo, ut sic fiat comparatio? Vide Abb. *in dicto cap.* 2. *de fide instrum. col.* 8. & 9. post Cardin. qui tenent contra Bartol. quòd possit compelli ad hoc: & ibi refert Cardin. quòd Bartol. mutavit opinionem suam in quibusdam scriptis, & videtur de hoc casus *in authent. de instrum. cautela, & fide, in* §. *si quis igitur*, & tenet Joann. de Plat. *in L. fin. C. de conven. fisci debitor. lib.* 10. *ad finem.*

(6) *No deue ser creydo.* Et sic sola comparatio litterarum in scriptura privata non sufficit, ut habes hìc, & *in dicto* §. *si quis igitur, in authent. de instrum. cautela, & fide.* Sed an saltem faciet semiplenam probationem? Bartol. *in L. admonendi, col.* 5. *ff. de jurejur.* & Abb. *in cap.* 2. *col.* 3. *de fide instrum.* tenent, quòd sic, & quòd ita procedat Gloss. *in dicta L. admonendi*, quæ voluit, scripturam privatam inducere semiplenam probationem, scilicèt quando juvetur comparatione litterarum: & sic juncta cum uno teste faciet plenam probationem; vel in causis non gravibus valebit ad delationem juramenti: & dicit Abbas ibi, quòd si contractus non excederet libram auri, sola comparatio faceret plenam fidem, ut *in authent. & si contractus, C. de fide instrum.* quod non credo de jure nostri Regni, saltèm cùm illud non sit approbatum isto jure Partitarum, & lex ista loquatur indistinctè: undè & neque procederet dictum Bartoli *in dicta L. admonendi*, quòd posset esse tanta vis comparationis, quòd possit ei judex dare plenam fidem, cùm ista lex dicat contrarium ibi (*que es semejante en todo*) & contra istud dictum Bartoli tenet Joann. de Imol. *in cap.* 2. *de fide instrum.* & Salic. *in dicta L. admonendi*, & tradit Matthæus ab Afflicto *in decisionibus Neapol. decisione* 181. Adverte etiam, quòd etsi privata scriptura sit subscripta à parte, non datur plena fides comparationi, ut notat Abb. *in dicto cap.* 2. *col.* 3. versic. *secundus casus*: casum tamen, in quo faceret plenam fidem litterarum comparatio, ponit Bald. *in L. fin col.* 5. *C. de edict. Divi Adriani toll.* in testamento scilicèt in quo sunt subscripti testes necessarii, non tamen est manu publica confectum: nam si agatur ad missionem ex illo edicto, & testes subscripti sunt mortui, vult, quòd sufficiat in judicio possessorio litterarum comparatio, etsi adversarius neget scripturam, licèt secundùm eum non sufficeret in petitorio: quod dictum propter Baldi auctoritatem menti commenda: quoad me satis dubium est, etsi tantùm agatur possessorio.

(7) *Por dos testigos.* Et sic habes hìc, quòd quando incipit à comparatione, non sufficit sine depositione duorum testium, ut dixi suprà *eod. L.* 114. *incipit* (*valer deuen*) si verò incipiatur à testibus, vide quæ ibi dixi.

(8) *Creyda.* Concordat *dictus* §. *si quis igitur*, vers. *si vero tale, in authent. de instrum. cautela, & fide, collat.* 6. & nota benè hoc, quia multùm confert ad id, quod dixi *in dicta L.* 114. *valer deuen*: quia si statur duobus testibus deponentibus de scriptura, etiam quando alia pars probat per comparationem dissimilitudinem litteræ; quanto magis, ubi nihil esset contra scripturam, sufficerent duo testes deponentes pro ea, ut ibi dixi: & idem dicit Bartol. *in dicto* §. *si quis igitur, col.* 1. quando scriptura esset à parte subscripta, contra quam producitur, ut duo testes sufficiant sine alia comparatione, ad probandam scripturam; tu verò dic idem, etsi non sit subscripta, sed scripta propria manu, vel per alium de ejus mandato, ut dixi *in dicta L.*

LEX CXX.

Non admittitur tutor, vel curator, ad probandum fecisse scribi inventario plures res, quàm in veritate recepisset; etsi dicat gratia pupilli, ut ditior appareret, id fecisse. Hoc dicit.

(1) *El Guardador.* Concordat *L. fin. C. arbitr. tut.* & vide quæ notat Specul. *tit. de instrum. edition.* §. *fin. col.* 1. & 2. Et adde, quòd licèt tutor, vel curator faciat pro-

eran (2) quando los recibio (la qual escritura es llamada Inuentario) si despues a la sazon que diesse la cuenta al huerfano de sus bienes, dixesse contra aquella carta; queriendo prouar, que fueran y escritas algunas cosas demas, que el non recibiera, e que consentiera el a sabiendas que las escriuiessen y, por fazer muestra que el huerfano era mas rico, porque pudiesse mejor casar, o por otra razon semejante; mandamos, que tal contradezimiento non sea cabido, nin vala, maguer quisiesse prouar (3) lo que dize. Ca non deue ome sospechar, que el fiziesse escritura sobre si, de cosas que non ouiesse recebido.

LEY CXXI.

De las cosas que son escritas en los quadernos que los omes tienen por remembrança, que non empecen a aquellos contra quien son escritas.

EScriuen los omes en sus quadernos por remembrança, las cosas que les deuen, e otrosi lo que ellos deuen; e a las vezes escriuen verdad, e a las vezes el contrario por oluidança, o maliciosamente: porende dezimos (1), que si fallaren en algun quaderno de algun ome finado, que le deue dar, o fazer otro alguno alguna cosa; que tal escriptura como esta non deue ser creyda, nin faze prueua; maguer paresciesse buen ome (2) aquel que lo fiziesse escreuir, e ouiesse jurado que era verdadera. Ca seria cosa sin razon, e contra derecho, de auer ome poderio de fazer a otros sus debdores por sus

Ley 10. tit. 18. lib. 5. Recop.

protestationem, quòd si qua apposuit non ponenda; vult haberi pro non appositis, quòd ista protestatio nihil operatur, Bart. *in L.* 1. §. *item solent*, *ff. de offic. præfecti urbi*, & idem tenet Bald. *in dicta L. fin.*

(2) *Quantos eran.* Videtur ex hoc verbo, quòd ista lex non procedat in rebus immobilibus, cùm loquatur de quantitate, & sic de rebus mobilibus: & ita intellexit Jacob. de Aret. *dictam L. fin.* Cinus etiam, & Alberic. undè si tutor posuit in inventario quoddam prædium, quod non est minoris, non propterea tenebitur minori: quod dicit Baldus ibi, esse satis rationabile, & sic intelligunt dictam legem in rebus, quæ possunt occultari, ut vinum, frumentum, & similia: & videtur istud habere æquitatem, licèt Salic. ibi tenet contrarium, imò, quòd dicta lex procedat etiam in immobilibus: subdit tamen, quòd si res appareat aliena, non præjudicetur tutori; præjudicabit tamen secundùm eum tutori, si velit dicere suam, quia ex quo posuit in inventario, videtur illam donare; vel si res est aliena, tacente illo, cujus est res, non posset tutor dicere alienam: & nota hoc, quòd videatur tutor rem suam donare: & facit *L. cui necessitas* 39. §. *tutores*, *ff. de liber. causa*, ubi habetur, quòd tutor, qui administravit personam, & res pupilli; non potest ei movere quæstionem status.

(3) *Maguer quisiesse prouar.* Speciale est hoc in inventario tutoris, vel curatoris, ut notat Gloss. *in dicta L. fin. C. arbitr. tutelæ*, & idem tenet ibi Salic. qui & specialiùs vult, quòd neque allegatio erroris prosit tutori, ex quo lex non admittit probationem in contrarium. Cinus tamen post Petrum, & alios antiquos, tenet *in dicta L. fin.* non esse speciale, & quòd posset prætextu erroris talis confessio rovocari; & sequi videtur Alberic. ibi. Specul. etiam *in dicto* §. *fin. col.* 1. dicit, quòd non audiatur tutor contra inventarium, quod fecit in favorem minoris, propter auctoritatem inventarii, nisi velit errorem ostendere: & idem tenet ibi Joan. Andr. *in addition.* referens Ubertum super *dict. L. fin.* tutorem contra inventarium non audiri, nisi acerrimus ejus fuisset error. Quid enim si scribi fecit rem, quæ priùs fuit vendita à defuncto; vel quid (ut & ipse ponit *in alia additione* super parte *veteris*) si diligens pater pupilli habebat librum, quo scripta erant quæ sibi debebantur, & cancellata soluta, & instrumenta restituta, vel incisa; invenit tutor librum hunc, & instrumenta non incisa, fortè cùm incisi, & debitores illi erant absentes, & tutor posuit in inventario illa debita, quæ reverà erant soluta? Admittendus esset tutor ad probationem talis justi erroris, licèt Spec. in hoc de debitoribus, simpliciter loquendo, dixit ibi contrarium: & quòd possit tutor allegare justum errorem, tenet Bald. *in authent. sed cum testator*, *col. fin. C. ad Leg. Falc.* sed idem Bald. *in L.* 1. §. *item solent*, *ff. de offic. præfecti urbi*, dicit, quòd contra proprium inventarium non potest allegari error per tutorem, & allegat *dict. L. fin.* Probabilior, & æquior videtur illa opinio, ut justus error possit allegari, imò quicumque error, quo tutor fuisset ductus ad credendum rem esse pupilli: neque obstat ista lex, quia non tollit probationem erroris, sed probationem tutoris, dicentis, ideò posuisse tales res in inventario, ut pupillus ditior appareret, vel causa simili: & sic non prætendebatur error, sed simulatio.

LEX CXXI.

Non creditur scripturæ, qua quis dicit alium suum debitorem: & si minùs dicat sibi deberi; admittitur ejus hæres, ad probandum de majori debito; nisi scripsit, quòd si magis sibi debebat remittebat ei, vel si juravit sibi ampliùs non debere. Hoc dicit.

(1) *Dezimos.* Concordat *L. rationes* 6. & *L. exemplo* 7. *C. de probation.* & vide Abb. *in cap.* 2. *col.* 5. versic. *venio ad tertiam speciem*, *de fide instrum.* Et quid si liber rationum mercatoris, vel alterius partim faceret pro se, & partim contra se? Vide Alberic. *in dicta L. rationes*, dicentem, quòd pluriès vidit de facto dubitari, si in libro campsoris, vel mercatoris reperiatur scriptum, quòd Titius deposuit penes eum centum, & ibidem scriptum est, quòd recepit, an credatur tali scripturæ; & quòd scriptura faciat fidem contra campsorem, dicit, quòd non est dubium; pro eo autem dicit videri, quòd non: & licèt alleget in contrarium *L. quædam*, §. *nummularios*, *ff. de edendo*, dicit, quòd in practica videtur servari, quod non faciat fidem pro compsore. Ang. tamen ibi, licèt non loquatur in campsore, dicit, quòd si adversarius vult uti libro rationum pro se, tunc aut debet totum acceptare, aut totum respuere, ut *in L. cum quæritur* 16. *ff. de admin. tutor.* licèt secùs dicat, si non esset liber rationum, sed alia chartula continens capitula separata: nam tunc posset unum acceptare, & aliud respuere, ut *in L. Publia* 26. §. *fin. ff. depositi*: & assignat rationem, quia liber rationum conficitur ex quadam necessitate officii, seù ministerii; undè omnia contenta in libro, quasi inseparabilia judicantur propter unitatem officii, seu ministerii. Crederem in quæstione Alberici verum esse, quod dicit esse decisum, & non obstat dictum Angeli per *dict. L. cum quæritur*: quia procedit in his, quæ habent connexitatem, non aliàs, & in illis quæ fiunt per modum rationum, quod non est in quæstione Alberici; nisi dicas, quòd talis liber mercatoris sit annexus officio: quia tunc æquitate fulcitur dictum Angeli.

(2) *Buen ome.* Videtur ex hoc verbo, quòd non sit verum dictum Bart. *in L. admonendi*, *col.* 6. *ff. de jurejur.* dicentis, quòd si est scriptura rationum alicujus defuncti, qui fuit bonus homo, quòd tunc etiam pro se faciat aliquam præsumptionem, ita ut cum aliis adminiculis probet: quod etiam sequuntur Ant. & Abb. *in cap.* 2. ubi Abb. *col.* 6. *de fid. instrum.* nam ut hìc vides, dicitur, quòd non debet ei credi, neque facit probationem, etsi defunctus fuerit bonus homo: sed per hoc non recederem à dicto Bartoli & Doctorum, cùm ista lex non neget, quòd faciat aliquam præsumptionem: & adde Socin. *consil.* 187. *vol.* 2. *col.* 5. incipit, *in controversia.*

sus escripturas, quando el se quisiesse. Otrosi dezimos, que si el ome en tiempo de su finamiento (3) dize, e manda escreuir, que Fulan es su debdor, e quel deue cierta quantia, assi como diez marauedis (4), e fuesse verdad quel deue veynte marauedis; podiendo esto prouar los herederos del finado, non les empece la escritura, nin la palabra del finado; ante dezimos, que pueden demandar, e cobrar los veynte marauedis, si quisieren. E esto es, porque todo ome puede sospechar, que por yerro fizo la escriptura, o dixo la palabra el finado, pues que prueuan sus herederos, que son veynte los marauedis. Mas si el, ante que finasse, dixesse, o le fallassen escrito de su mano, o de otra por su mandado, que si mas le deue Fulan de diez marauedis, que gelos quitaua, o jurasse (5) que non le deuia mas; entonce sus herederos non le pueden demandar mas (6) de aquello que el dixera quel deuia, maguer los herederos quisiessen prouar que el debdo era mayor.

TITULO XIX.

De los Escriuanos, e quantas maneras son dellos, e que pro nasce de su oficio quando lo fizieren lealmente.

LEaltança es vna bondad (1) que esta bien en todo ome, e señaladamente en los Escriuanos (2), que son puestos para fazer las cartas de los Reyes, o las otras que llaman publicas, que se fazen en las Ciudades, e en las Villas. Ca en ellos se fian tambien los Señores como toda la gente del Pueblo, de todos los fechos, e los pleytos, e las posturas que han a fazer, o a dezir en juyzio, o fuera del. E porende pues que en el Titulo ante deste fablamos de las Escripturas que aduzen en juyzio en manera de prueua, queremos dezir en este Titulo, de los Escriuanos que las han de fazer. E primeramente fazer entender, que quiere dezir Escriuano, e quantas maneras son dellos. E que pro nace de su oficio quando lo fizieren lealmente, e quales deuen ser, e quien los puede poner. E en que manera deuen ser aprouados, e puestos, e que es lo que deuen guardar, e que gualardon deuen auer quando bien fizieren su oficio, e que pena si lo mal fizieren.

Titulos 25. 26. y 27. lib. 4. Recop.

Tit. 11. lib. 2. Recop. Tit. 21. lib. 2. Recop. Tit. 18. lib. 2. Recop.

LEY I.

Que quiere dezir Escriuano.

ESCriuano tanto quiere dezir, como ome que es sabidor (1) de escreuir; e son dos maneras dellos. Los vnos, que escriuen los preuillejos, e las cartas, e los actos de Casa del Rey (2), e los otros, que son los Escriuanos publicos, que escriuen las cartas de las vendidas, e de las compras, e los pleytos, e las posturas que los omes ponen entre si en las Cibdades (3), e en las Villas. E el pro que nace dellos es muy grande, quando fazen su oficio bien, e lealmente: ca se desembargan, e acaban las cosas, que son menester en el Reyno, por ellos, e finca remembrança de las cosas passadas, en sus registros (4) en las notas que guardan, e en las cartas que fazen, assi como mostramos en el Titulo ante deste, que fabla de las Escripturas.

Ley 1. tit. 25. lib. 4. Rec.

LEY

(3) *En tiempo de su finamiento.* Concordat *authent. quod obtinet, C. de probation.* Et ex hoc verbo nota, quòd non procederet, quod in ista lege disponitur, si esset dispositio extra ultimam voluntatem, secundùm Salic. *in dict. authent. in fin.* sed haberent locum leges disponentes de actibus inter vivos.

(4) *Diez marauedis.* Quid si adjiceret taxativam *tantùm*? Vide Gloss. & Doctor. *in dict. authent. quod obtinet*, & Bartol. in corpore undè sumitur.

(5) *O jurasse.* Cauti ergò advocati, ut dicit Albericus *in dicta L. rationes C. de probation.* faciunt jurare testatores.

(6) *Demandar mas.* Intellige, quando talis confessio facta esset in favorem capacis; secùs, si esset incapax, ut notat Bartol. *in L. cum quis decedens, §. Titia, ff. de legat.* 3. & Salicet. *in dict. authent. quod obtinet, C. de probationibus.*

TITULUS XIX. TABELLIONIBUS.

In summa.

(1) *Lealtanza es una bondad.* Nota de legalitate, & bonitate hominis: & adde, quòd boni homines debent semper diligi, quia Deus eos diligit, & boni semper vincunt; mali vero homines debent expelli ab omni honore, quia serviunt diabolo, & sunt sine conscientia, Bald. *in L.* 2. *col.* 3. *ff. de senator.*

(2) *Escriuanos.* De officio tabellionatus an sit dignitas, vel munus, vide Bart. *in L. eadem*, §. 1. *ff. ad L. Jul. repetund.* & *L. universos*, cum Gloss. & ibi Joan. de Plat. *C. de decurion. lib.* 10. ubi habetur, quòd est utile officium, nisi sit notarius Principis: & adde Joan. Andr. *in addition. ad Specul. tit. de instrum. edition.* §. *restat*, *col.* 6. super parte *igitur.* In isto Regno non est inhonorum istud officium: & per istas leges Partitarum injuria reputatur atrox, si fiat tabellioni publico, ut habetur *in L.* 14. *infrà eod.* & adde, quod habetur Ecclesiastic. *cap.* 10. *v.* 5. *Super faciem scribæ imponet honorem suum.*

LEX I.

Tabellio est homo in scribendo peritus. Et est duplex: unus privilegia, & acta in Regis Curia scribens, alius scribens contractus inter homines celebratos. Hoc dicit.

(1) *Sabidor.* Adde, & habet auctoritatem publicam, quia est constitutus ab habente potestatem.

(2) *De Casa del Rey.* Notariatus istorum, qui ad Cancellariam deputantur, est dignitas, ut *in L.* 1. *C. de mandat. Princ.* & ibi Salic. & vide *L.* 7. *tit.* 9. 2. *Partit.* & quæ ibi dixi, & adde Bald. *in L. fori, C. de advocat. divers. judicum.*

(3) *En las Cibdades.* Generali lege sancitum est, ut & in provinciis, & civitatibus tabularii ordinentur, *L. generali* 3. *C. de tabular. lib.* 10.

(4) *Registros.* Vide infrà *eod. L.* 9.

LEY II.

De qual manera deuen ser los Escriuanos, e como deuen ser de buena fama.

LL. 1. 2. 3. 5. y 20. tit. 25. lib. 4. Recop.

Leales e buenos e entendidos deuen ser los Escriuanos de la Corte del Rey (1), e que sepan bien escreuir; de manera que las cartas que ellos fizieren, que bien semeje que de Corte del Rey salen, e que las fazen omes de buen entendimiento: e deuen auer en si todas las otras bondades que diximos en la segunda Partida, en las leyes (2) que fablan de los Escriuanos, en el Titulo de los Oficiales de la Corte e Casa del Rey. Otrosi dezimos, que los Escriuanos publicos que son puestos en las Ciudades, o en las Villas, o en otros lugares, que deuen ser omes libres (3), e Christianos (4), de buena fama (5). E otrosi deuen ser sabidores en escreuir bien, e entendidos de la Arte de la Escriuania (6), de manera que sepan bien tomar las razones, o las posturas que los omes pusieren entre si ante ellos. E deuen ser omes de poridad (7), de guisa que los testamentos, e las otras cosas que les fueren mandadas escreuir en poridad, que las non descubran en ninguna manera; fueras ende si fueren a daño del Rey, o del Reyno. E demas dezimos, que deuen ser vezinos (8) de aquellos lugares onde fueren Escriuanos, porque conozcan (9) mejor los omes entre quien fizieren las cartas: e deuen ser legos (10), porque han de fazer cartas de pesquisas, o de otros pleytos, en que cae pena de muerte, o de lision; lo que non pertenece al Clerigo, nin a otros omes de Orden; e demas, porque si fiziessen algun yerro por que mereciessen muerte, o alguna pena, que gelo pueda el Rey acaloñar.

LEX II.

Tabellio debet esse legalis, bonus, & intelligens, signanter tabellio Curiæ Regis, & qui benè sciat scribere: & debet habere illa quæ continentur suprà 2. *Partita, tit.* 9. *L.* 7. *cum L. sequenti.* Et idem de aliis tabellionibus Civitatum, & Locorum, sint liberi, Christiani, bonæ famæ, peritiam officii habentes. Et quæ eis celanda mandantur celent, si in Regis, aut Regni non redundant dispendium: debent esse vicini loci ubi officio tabellionatus funguntur, ut meliùs possint contrahentes cognoscere: nec debent esse clerici, &c. Hoc dicit.

(1) *De la Corte del Rey.* Non enim exire debent de Cancellaria Principis litteræ malæ formatæ: undè & mala grammatica vitiat rescriptum Papæ, ut *in cap. ad audientiam* 11. *de rescript.* quod extendit ibi Abb. ad litteras aliorum Principum, cùm habeant communiter Cancellarias ordinarias, & sit eadem ratio, quæ in litteris Papæ: de quo ibi dubitat Felinus, quem vide *ampliatione* 2. & vide *L. Imperator Titus* 8. *ff. de statu homin.* neque etiam debent exire litteræ injustæ, vel imperfectæ, vide Joann. de Plat, *in L.* 2. *col.* 2. *C. de petit. bonor. sublat. lib.* 10. & vide *L.* 27. *tit.* 4. *lib.* 2. *Ordin. Reg.*

(2) *Leyes. Titulo* 9. *L.* 7. *&* 8.

(3) *Omes libres.* Adde *L. generali* 3. *C. de tabular. lib.* 10.

(4) *Christianos.* Et sic Judæus non potest esse tabellio: & idem dicebat Angel. *in authentico, jusjurandum, quod præs. ab his, collat.* 2. Et quid de Judæo facto Christiano? Vide Jason. *in rubr. ff. de justit. & jure, col.* 1. & text. *in cap. constituit,* 17. *q.* 4. ibi: *aut qui ex Judæis sunt.* Et adde, quòd tabellio Christianus conficiens instrumentum inter Judæos, benè potest in instrumento invocare nomen Domini: vide Bartol. *in dict. rubr. col.* 2.

(5) *De buena fama.* Et sic infamis non potest esse tabellio: idem vult Lucas de Penn. *in L.* 2. *C. si servus, aut libert. ad decur. aspir. lib.* 10. Sed quid si efficiatur infamis, posteà quòd fuit creatus tabellio? an teneant instrumenta facta per eum? Vide Bartolum *in L. eadem,* §. 1. *ff. ad L. Jul. repetund.* & Bald. referentem dicta Bartoli, & in aliquibus aliter dicentem *in L. in exercendis, col.* 4. *C. de fide instrum.* & vide eundem Bald. *in L. & militibus, C. de testam. milit.* & *in L. qui depositum, C. depositi.*

(6) *De la Arte de la Escriuania.* Non ergò tenetur scire jura, & leges; licèt Gloss. *in L. generali, C. de tabular. lib.* 10. tenet, quòd sic, & Speculator *tit. de instrum. edition.* §. *restat.* versic. *sed nunquid tabellio:* quod intelligit Bartol. *in L. contractus, C. de fide instrum.* & sequitur Abbas *in cap.* 1. *col. fin. eod. tit.* quòd debet scire jura pertinentia ad artem notariæ; ut summam Rolandini, & alios libros, qui in eorum arte leguntur: & idem tenet Joannes de Plat. *in dicta L. generali,* & satis probatur hic. Debet ergo scire notas, & formulas instrumentorum, de quibus *suprà tit.* 1. & alia ad artem pertinentia: aliàs tenebitur partibus de imperitia, secundùm Abb. & Joannem de Platea ubi suprà, & eundem Plateam *in L.* 2. *C. de petit. bonor. sublat. lib.* 10. adde *L. fin.* & ibi Bald. *C. de magistrat. conveniend.* & Baldum *in rubrica, C. de pœna judic. qui malè judicav. ad fin.* & *in L. Imperator,* 1. *&* 2. *lectur. ff. de statu homin.* Item debet habere notitiam illarum rerum, de quibus à jure prohibentur confici instrumenta; de quibus vide per Lucam de Penna *in L.* 1. *C. ut nemo ad suum patrocinium suscip. rustic. et vicos eor. lib.* 11. *col.* 1. & si conficiat instrumentum prohibitum contra juramentum, quod præstitit quando fuit assumptus ad officium, non tenebunt posteà confecta instrumenta per eum, ut tradit Lucas de Penna *in L. si aliquid, C. de susceptor. præpos. & archar. lib.* 10.

(7) *De poridad.* Nota, quòd tabelliones tenentur ad secretum, secundùm quod injungitur eis à partibus: sed non intelligas hoc, quando instrumentum fieret in secreto in alterius præjudicium: nam tunc puniretur tabellio faciens instrumentum clandestinum, ut notat Innocent. *in cap.* 1. *col.* 2. versic. *item quod, de fide instrument.* Bald. *in L. mandatum, col. penult. C. mandati:* & facit, quod hìc subjicitur, quando est in damnum Regis, vel Regni: & adde ad istam legem *L.* 8. *tit.* 9. *Partit.* 2. & *L.* 5. *infrà eod.* & Abb. *in dicto cap.* 1. *col. pen.*

(8) *Vezinos.* Nota hoc: & facit ad dictum Baldi *in L. petitionem, C. de advocat. divers. judiciorum,* quod notarii qui non sunt in matricula ordinata, non possunt conficere instrumenta, ut sic forenses notarii excludantur: & vide hodie *L.* 4. *tit.* 18. *lib.* 2. *Ordin. Reg.* ut notarii qui non sunt de numero, ubi est numerus, non admittantur ad confectionem instrumentorum, contractuum, obligationum, & testamentorum: & adde, quòd ista officia debent concedi naturalibus, & vicinis locorum, *L.* 8. *tit.* 2. & *L.* 23. *lib.* 7. *Ord. Reg.* & vide quæ notat Bald. *in L. in urbe, ff. de stat. homin.* dicentem, quòd quando ex consuetudine officia sunt danda naturalibus civibus, non poterunt illa habere cives adoptivi, id est, recepti ad civilitatem: quia consuetudo restringit privilegium.

(9) *Conozcan.* Vide L. 54. & quæ ibi dixi *sup. eod. tit. primo.*

(10) *Legos.* Vide *L.* 17. *tit.* 3. *lib.* 1. & *L.* 15. *tit.* 18. *lib.* 2. *Ord. Reg.* & an tabellio laicus super spiritualibus, quando est constitutus à laico, possit conficere instrumenta? Vide Abb. *in cap. sicut, col.* 4. *ne cleric. vel monac.* & *in cap. cum dilectus, col. pen. de fide instrum.* & Specul. *tit. de instrum. edition.* §. *restat. col.* 3. vers. *quid si tabellio, cum sequenti:* & vult Abb. *in dicto cap. cum dilectus,* quòd indistinctè credatur talibus instrumentis notarii laici, etsi sit super spiritualibus: vide ibi per eos.

LEY

LEY III.

Quien deue poner los Escriuanos en la Corte del Rey, e en las Ciudades, e en las Villas.

LL. 1. 2. 3. y 5. tit. 25. lib. 4. Rec. Ley 5. tit. 2. lib. 7. Recop.

POner Escriuanos es cosa que pertenesce a Emperador, o a Rey (1). E esto es, porque es tanto como vno de los ramos del Señorio del Reyno. Ca en ellos es puesta la guarda, e lealtad de las cartas que se fazen en la Corte del Rey, e en las Ciudades, e en las Villas. E son como testigos publicos en los pleytos, e en las posturas que los omes fazen entre si. E porende, lugar de tan gran guarda, e de tan gran lealtad como este, non es guisado, que ningun ome aya poderio para otorgarlo, si non fuere Emperador, o Rey, o otro a quien otorgasse (2) alguno dellos poderio señaladamente (3) de lo fazer. Ca assi como dixeron (4) los Sabios antiguos que fizieron las leyes, la guarda que pertenece comunalmente a todos los del Reyno, non conuiene a otro tanto como al Rey, que es cabeça, e Señorio del Reyno; nin es otro ninguno assi poderoso como el, para fazerlo. E otrosi a el conuiene, mas que a otro, por toller el desacuerdo, que suele acaescer entre los omes, quando vsauan ellos (5) a poner Escriuanos. Ca si ellos lo ouiessen a fazer, pocas vegadas se acordarian en vno; e demas los que fuessen puestos por Escriuanos por mano de alguno, tenerse yan todavia por debdosos, de catar mas pro de aquellos (6) que los y metiessen, que de los otros: e assi non seria guardado el pro comunal de todos, por que deuen ser puestos. Pero dezimos, que aquellos que pueden poner Judgadores (7) en sus lugares, pueden y poner Escriuanos que escriuan las cosas que passaren en juyzio ante ellos. Mas Escriuanos publicos de Concejo, cuyas cartas deuen ser creydas por todo el Reyno (8), ninguno non los puede poner, si señaladamente non les fuesse otorgado poderio del Rey de los fazer, por las razones que ya diximos.

LEY

LEX III.

Creare potest tabelliones Imperator, vel Rex, aut alius habens ab eis potestatem creandi, qui in toto Regno possunt de gestis fidem adhibere. Alii autem, qui judices dandi in suis locis habent potestatem, possunt tabelliones, qui eorum gesta eis scribant, ponere; & non alii. Hoc dicit.

(1) *A Emperador, o a Rey.* Adde Innoc. & Abb. *in cap. cum P. tabellio, de fide instrum.* ubi Abb. *col. pen.* & Specul. *tit. de instrum. edit.* §. *restat, col.* 6. & 7. & Bart. *in L. neque ei,* §. *eorum, ff. de adopt.* & Bald. *in rubr. C. de fide instrum. col.* 2.

(2) *Otorgasse.* Quid si de hoc esset consuetudo? Dic idem, quod in privilegio: vide *L. actuarios* 7. & ibi Joan. de Plat. *C. de numerar. actuar. lib.* 12. Sed an sufficeret consuetudo quadraginta annorum? Videtur, quòd sic, ut habetur expressum *in L.* 10. *tit.* 1. *lib.* 7. *Ord. Reg.* & quia per tantum tempus consuetudo videtur legitimè praescripta, ut *in cap. fin.* ubi Doctor. *de consuet.* In contrarium facit *L.* 8. *ejusdem. tit.* quæ, cùm loquitur de consuetudine in ista provisione publicorum officiorum, dicit: *O por costumbre antigua, que el derecho iguala a priuilegio*; & sic intelligitur de immemoriali, ut *in cap. super quibusdam* 26. §. *præterea, de verb. signif.* & quia jus creandi notarios est de reservatis Principi, ut hìc dicitur, & notat Innoc. *in dicto cap. cum P. tabellio*, Abb. *in dicto* §. *præterea*; & reservata Principi minori tempore non præscribuntur, ut ibi habetur, & notat Abb. loquens in consuetudine *in dicto cap. fin. col.* 7. dicens, hoc esse verissimum, quòd ubi consuetudo venit contra ea, quæ sunt reservata Principi in signum specialis privilegii, tunc utroque jure requiritur tempus, de cujus initio non sit memoria, per text. notabilem *in dicto cap. super quibusdam*: & non obstat *dicta L.* 10. quia procedet quoad jus possessorium, & sic ut tueatur in possessione; non verò quoad jus proprietatis: & sic concorda dictas leges: tuebitur ergò civitas habens possessionem 40. annorum possessione, quousquè in jure proprietatis succumbat: vel potest dici, quod *dicta L.* 10. corrigatur per *L.* 8. quæ fuit posterior, ut ex eis patet: sed quod priùs dixi, credo verius.

(3) *Señaladamente.* Requiritur speciale privilegium, ut hìc, & tradunt Doctores in locis in prima gloss. allegatis: & vide *L.* 8. *tit.* 1. *lib.* 7. *Ordin. Reg.* & *eodem libro tit.* 2. *L.* 23.

(4) *Dixeron.* Vide *in L. nam salutem* 3. *ff. de offic. præf. vigilum.*

(5) *Quando vsauan ellos.* Innuit, de jure antiquo electionem, seu provisionem tabellionum pertinuisse ad communitates terrarum: adde *L.* 2. *C. de decurion. lib.* 10. & ibi notat Bartol. & Joann. de Plat. quòd de jure communi electio officialium spectabat ad concilium civitatis, & debet talis electio approbari per Principem, ut *in L.* 2. *C. de cohortalibus, lib.* 12.

(6) *Pro de aquellos.* Nota hanc rationem ad multa similia: & an teneant instrumenta, quæ tabellio creatus ab aliquo domino facit in favorem domini, vide Bartol. per text. ibi, quòd sic, *in L. Lucius, ff. de testam. milit.*

(7) *Judgadores.* Nota hoc, & vide Andr. de Iser. *de prohib. feudi alien. per Freder.* in versic. *scriba verò*, & Oldral. *consil.* 75. & videtur approbari hìc opinio Host. *in cap. cum P. tabellio, de fide instrum.* & *eodem tit. in summa*, §. *quibus instrumentis, in princ.* & *in summ. ne clerici, vel monachi*, §. *qui sunt*; licèt Andr. de Iser. *in dicto versic. scriba* dicat, tenendam opinionem Innoc. ut ad Principem hoc spectet, quicquid dixerit Host. & ibi refert constitutionem Regni Siciliæ, disponentem in terris Domanii Principem constituere notarios: & quòd sic in terris Baronum videtur permittere dominis terrarum in locis suis, non indistinctè, sed tantùm in his, quæ gesta fuerint in judicio coram judicibus, & sic in instrumentis forensibus, & non in aliis, quæ fiunt extra judicium: & sic non poterunt tales tabelliones, à dominis constituti, conficere testamenta, neque instrumenta venditionum, neque cæterorum contractuum, neque obligationum, quæ fiunt extra judicium, nisi hoc habeant ex privilegio Principis, vel consuetudine, ut dictum est. Et adverte multùm in hoc ad verba istius legis, nam Doctores communiter intelligere videntur generaliter, ut in eorum jurisdictione prælati, comites, & domini terrarum possunt constituere notarios; & lex ista limitat hoc, ut hìc vides.

(8) *El Reyno.* Nam generales tabelliones solus Princeps facit, ut per Innocent. *in dicto cap. cum P. tabellio*, Bald. *in L. imperium* 1. *lectur. col.* 3. *ff. de jurisdict. omn. judic.*

LEY IIII.

Como deuen ser prouados los Escriuanos.

LL. 1. 2. 3. 5. *y* 23. *tit.* 25. *lib.* 4. *Rec.*

PRouados (1) deuen ser los Escriuanos, quando los aduzen ante el Rey, si son sabidores de escreuir (2), e si han en si aquellas bondades que diximos en la ley ante desta. E porende, quando algunos vinieren ante el Rey, o fueren aduchos por esta razon que diximos; si fueren para ser Escriuanos de su Corte, o para fazer pesquisa do el fuere, o en otro lugar, deue el Rey saber de aquellos que mas conocedores (3) fueren en su Casa destas cosas, si son atales como de suso diximos. E esto deue el Rey otrosi prouar; e si tales fueren, deuelos recebir, e de otra guisa non. Mas si fueren para ser Escriuanos en las Ciudades, o en las Villas, deue el Rey saber de los omes buenos (4) de quellos lugares onde son aquellos que quieren fazer Escriuanos, e de los de su Casa, e de otros qualesquier por quien mejor lo pueda saber, si son tales como diximos en la ley ante desta; e entonce deuen, e pueden ser recebidos, e non de otra manera. Pero los Escriuanos de la Corte del Rey deuen jurar, que fagan las cartas lealmente, e sin alongamiento, e que non caten y amor, nin desamor, nin miedo, nin verguença, nin ruego, nin don que les den, nin les prometan. E sobre todo, que guarden poridad del Rey, e su Señorio, e su cuerpo, e su muger, e sus fijos, è todas las cosas que a el pertenecen, segun aquello que ellos han de fazer: e los Escriuanos de las Ciudades, e de las Villas, deuen jurar (5), que guarden otrosi al Rey, e a su Señorio, e todas las cosas que le pertenecen, assi como de suso diximos. E otrosi, que guarden pro, e honrra de sus Concejos (6), en quanto ellos pudieren, e sopieren; e que fagan las cartas (7) lealmente, guardando todas las cosas que diximos, que deuen ser guardadas de los Escriuanos del Rey en fazer las cartas del Rey.

LEY

LEX IIII.

Antequàm creetur tabellio, examinabitur super contentis suprà *eod. tit. L.* 3. demùm jurabit, legaliter, & sine mora scripturas se facturum, odio, dilectione, metu, verecundia, dono, vel promissione non attentis: Regis, & Reginæ, & eorum filiorum corpora à malis, posse tenus, custodire: Regis etiam, & Regni secreta celare: & si sit alicujus Civitatis, vel Concilii tabellio, jurabit Civitatis, & Concilii honorem custodire. Hoc dicit.

(1) *Prouados.* Id est, *examinados*: undè personaliter debent comparere, ut examinentur, & non posset in hoc admitti procurator, ut notat Bald. per text. ibi *in L.* 2. *C. de his qui veniam ætat. impetr.* Et quid si crearetur absque ista examinatione, est tamen idoneus? an debeat removeri, vide Gloss. loquentem in clerico examinando, *in cap. fin.* 24. *dist.* & ibi Archid. quòd si essent, non absque examinatione possent admitti.

(2) *De escreuir.* Adde *L.* 8. *tit.* 9. *Part.* 2.

(3) *Conocedores.* Hodie servatur quod habetur *in L.* 4. *tit.* 18. *lib.* 2. *Ordin. Reg.* In Curia Romana mittitur ad examinatorem deputatum: vide Specul. *tit. de instrum. edition.* §. *restat*, *col.* 11. vers. *sed quæro sub qua forma.*

(4) *De los omes buenos.* Tene menti istam legem, ex qua, & cedulis posteà in hoc datis, sumpta est practica, ut tabelliones, qui examinantur in Regio Consilio, ut sint notarii totius Regni, producant litteras testimoniales illius populi, undè sunt, de eorum legalitate, & aliis requisitis: & justè quidem, nam tantum valet aliquandò testimonium populi, quantum examinatio personæ: vide Glos. *in cap. causationes*, 2. *quæst.* 7. aliàs incipit *criminationes*, & vide textum cum Glos. *in cap. nullus ordinetur*, 24. *distinct.*

(5) *Deuen jurar.* Nota de juramento tabellionis, & adde *L.* 9. & quæ ibi dixi *suprà tit.* 1. & cavere debent ne faciant instrumenta super contractibus à jure reprobatis, *L. jubemus*, §. *sane*, *C. de sacrosanct. Eccles. L.* 1. *C. de immun. nemin. conced. lib.* 10. *L.* 2. & ibi Bald. *C. de eunuchis*, ubi notat, quòd debet puniri criminaliter tabellio, faciens instrumentum illicitum: neque debet scribere contractum in fraudem usurarum; alias privari debet officio, & infamia notari, secundùm Bald. *in* §. *callidis*, *de prohib. feudi alien. per Freder.* & tenentur in foro ecclesiæ ad restitutionem, ut notat Joan. de Plat. *in L. defensionis facultas*, *C. de jure fisci*, *lib.* 10. qui allegat Glos. singularem *in L. si sciente*, *ff. ad L. Pomp. de parric.* adde Archid. *in cap. sicut*, 46. *dist.* ubi dicit, quòd sunt perjuri, quia in creatione jurant, de non conficiendo contractus super usuris, & ex hoc redduntur inhabiles: Bald. etiam *in rubr. C. res inter alios acta*, *col.* 2. *ad fin.* & nil mirum secundùm eum, cùm conficere illicita, sit quandoquè species falsitatis, ut *in L. jubemus*, *C. de testam.* & adde *cap. unicum*, vers. *scriba verò*, *de prohib. feudi alien. per Freder.* & *in authent. de non alienand.* §. *quia verò verisimile non est*: non tamèn punitur pœna falsi regulariter notarius conficiens instrumentum illicitum: & est casus specialis *in dicta L. jubemus*, *in fin.* secundùm Bart. *in L.* 2. *C. de petit. bonor subl. lib.* 10. sed aliàs punitur, ut ibi punitur etiam tabellio, qui facit contractus in fraudem publicarum functionum, ut *in L.* 1. & ibi Joan. de Plat. *C. ut nemo ad suum patrocinium suscip. rustic*, *vel vicos eorum*, *lib.* 11. & adde de isto juramento tabellionis Joan. Andr. post Hostiens. *in cap. sicut*, *ne clerici*, *vel monach.* ubi ponit sex, quæ jurare debet tabellio. Primum, quòd de his, quæ videbit, & audiet, & requisitus fuerit, sine diminutione veritatis, & commixtione falsitatis, conficiet instrumentum. Secundum, quòd secreta sibi injuncta celabit. Tertium, quòd super contractu usurario, vel in fraudem usurarum inito, scienter nullum conficiet instrumentum. Quartum, quòd de omnibus instrumentis, quæ reddet, protocolla tenebit. Quintum, quòd fidelis erit illi, à quo constituitur. Sextum, quòd officium fideliter exequetur, cupiditate, odio, amore, & timore remotis.

(6) *De sus Concejos.* Adverte, & istam clausulam juramenti tene menti: & fortè, quia electio antiquitùs erat civitatum, manet hujus juramenti vestigium, quia ut dixi suprà *in glos.* super parte *deuen jurar*, jurat tabellio fidelitatem ei à quo constituitur, & de revelando damnum, quod sciverit sibi parari.

(2) *Para el Rey.* Idem est in Papa, ut *in cap. ad Romanam* 6. & *cap. si quis putaverit* 15. 2. *quæst.* 6. & *in cap. si duobus* 7. *de appellat.* & per Specul. *tit. de appellat.* §. *nunc tractemus*, qui tamen subdit, benedicendum esse Imperatorem, qui licèt sit dominus mundi, non patitur in præjudicium inferiorum ordinariorum, & in damnum, & laborem litigatorum, ad se omissis mediis appellari, & fortè, ut dicit Bartol. *in dicta L.* 1. §. *si quis, col.* 2. *ff. de appellat.* hoc fecit Papa, ut majorem haberet Curiam, de quo non curavit Imperator; quod tamen non est dicendum, sed quia ipse est ordinarius cunctorum, ut *in cap. cum nobis olim* 19. *de electione*, & ut recurrerent ad eum, velut ad patrem: & idem est in legato Papæ, secundum Gloss. *in cap.* 2. *de consuetud. lib.* 6. & est communis opinio, secundùm Abb. *in dicto cap. dilecti*, & tradit Specul. *in dicto* §. *nunc tractemus, col.* 4. versic. *& nunquid*: & in Rege etiam subditur hic dicta ratio, quia ipse est ordinarius cunctorum suorum subditorum, ut probatur ibi (*ha señorio sobre todos*) ex qua ratione videtur, posse decidi illa quæstio, an in terris magnatum, & dominorum, possit Rex cognoscere in prima instantia: nam videbatur, quòd non, per id quod dicit Bald. *in L.* 1. *col.* 5. versic 43. *quæritur, ff. de rerum divis.* ubi dicit, quòd si dominus concessit castrum in feudum, non poterit cognoscere de primis causis rusticorum castri, quia præferri debet donatarius habens jura utilia, cum utilitate, & effectu. Ista tamen lex videtur probare contrarium ex ista ratione, quia Rex est ordinarius cunctorum; sicùt & dicitur de Papa, qui tanquàm pater cunctorum, & pater patrum, cum omni prælato in jurisdictione, & potestate concurrit, ut notat Bald. *in cap.* 1. *in princip. quis dicatur Dux, Marchio, Comes*, & probatur *in cap. quia diversitatem*, ubi Abb. *col.* 2. *de concess. præbend.* nam & ipse Princeps cujuscunque provinciæ regni sui præses est, ut *in dicta L.* 1. §. *si quis, ff. eod.* & sic ubi Regi videbitur, in talibus terris donatis cognoscet vel per se, vel per alium etiam in prima instantia; sed si indifferenter in omnibus hoc vellet, esset contra honestatem, & contra rationem B. Greg. *in cap. ecce*, 99. *dist.* & contra *cap. pervenit in fin.* 11. *quæst.* 1. ut & dicit Abb. *in dicto cap. quia diversitatem.* Sed an etiam in terris magnatum, & dominorum appelletur ad Regem, omisso tali domino; per istam legem videtur quòd sic, & licèt lex Ordin. Regis Joann. 1. in *Guadalajara*, hera MCCCXC. dicat, primam appellationem interponendam ad dominos villarum, vel eorum locum tenentem, & indè ad Regem; procedet, nisi & quis velit appellare ad Regem, omisso domino, & ita servatur in practica: vide ad prædicta, quæ dixi *in L.* 2. *tit.* 1. 2. *Part.* & casum, ubi omisso medio non appellatur ad Regem, vide *in L.* 4. *tit.* 24. 2. *Partit.*

de fazer. E esto, porque el Rey ha Señorio sobre todos, e puedelos judgar: mas si alguno se alçare por yerro a otro, que sea Mayoral que aquel a quien se deuiere alçar, o que fuesse egual (3) de aquel que le auia judgado, vale el alçada; non porque el deua judgar el pleyto, mas deuelo embiar al otro, que ha derecho de judgarla. E si se alçare a otro, que sea menor que aquel de quien se alço, tanto vale como si non se alçasse. Esso mismo dezimos del que fiziere alçada a otro de cuyo Señorio non es (4), nin le ha poderio de judgar: ca tal yerro nol escusa, maguer semeje, que non finco por el de seguir su pleyto.

LEY XIX.

Quien deue oyr las Alçadas que fueren fechas para el Rey.

Leyes del tit. 18. lib. 4. Recop.

Alçadas que los omes fizieren al Rey, de los otros Judgadores de quien se pueden alçar, deuenlas oyr (1), e librar aquellos que y judgan cotidianamente en su Corte. Pero si fuere el alçada del pleyto que vala de quinientos marauedis arriba, non la deuen estos oyr, a menos de los otros Mayorales a quien se alçan las partes, de los juyzios que estos mismos judgan. Mas si alguno se alçare de aquellos que oyen los pleytos cada dia en Casa del Rey, a los otros Mayorales que han de oyr las alçadas, si fuere el alçada sobre pleyto que vala de cinco mil marauedis arriba, como quier que ellos sean tenudos de librar las alçadas, que fazen a ellos de los otros Judgadores, non deuen tal como este oyr, a menos de auer acuerdo con el Rey (2). E esto mandamos por honrra del Rey: e si el non lo pudiere oyr, por algunas priessas, o embargos que aya, deuense acordar con los mayores omes, e mas sabidores de derecho, que ouiere en la Corte, porque lo que fiziere, sea mas con recabdo, e mas firme. Otrosi dezimos, que si alguno se agrauiare del juyzio del Adelantado mayor, como quier que non pueda tomar alçada del, bien puede pedir merced al Rey (3), que lo libre, o que mande al Adelantado, que lo enderece, o mejore aquel juyzio.

LEY XX.

Como las Alçadas, e los pleytos que las biudas, e los huerfanos, e las otras tales personas aduxeren a la Corte, que el Rey los deue judgar.

Leyes 9. y 11. tit. 3. lib. 4. Recop.

Biudas (1), o huerfanos, si ouieren alçadas, o otros pleytos, por que ayan de venir a la Corte del Rey, el los deue judgar. E esto es, porque maguer el Rey es tenudo de guardar todos los de su tierra, señaladamente lo deue fazer a estos, porque son assi como desamparados, e mas sin consejo, que los otros.

(3) *Egual.* Adverte benè, quia Gloss. in verbo *minorem*, & in verbo *vel parem*, *L.* 1. §. *si quis*, *ff. eod.* undè ista sumpta est, intelligit parem illius qui judicaturus est, non illius qui judicavit: & cum Gloss. transeunt ibi Bartol. Alberic. & communiter Doctores moti per textum *in authent. de appellat.* §. *fin. collat.* 4. nam si appellasset ad æqualem illius, qui judicavit, non teneret appellatio, secundùm eos, & signanter per Paul. de Castro, qui pleniùs declarat. Ista tamen lex decidit contrarium, imò quòd tenebit appellatio, etsi fiat ad parem illius qui judicavit: ideò tene menti: & similiter per istam legem tenebit appellatio, si appellet ad minorem judicem illius, qui judicaturus erat, dum tamen non sit minor illo, qui judicavit, ut subdit infrà (*e si se alzare a otro*, *&c.*) cujus contrarium tenebat Gloss. & communiter Doct. *in dicto* §. *si quis*: ideò tene menti istam legem, quæ videtur approbare opinionem primam dictæ Gloss. in verbo *minorem*, & Gloss. super verbo *consules*, *in fin.* quæ communiter reprobatur ibi per Doct.

(4) *Non es.* Nota hoc benè, nam limitat multùm istam legem, & *L.* 1. §. *si quis*, *ff. de appellat.* & hoc est, quod fortè voluit gloss. fin. *in dicto* §. *si quis*, ibi cùm dicit, *ordinarium tamen.*

LEX XIX.

Si appellatio fit ad Regem, appellatione emissa, cognoscunt de ea judices ordinarii Curiæ Regis; nisi sit quingentorum morapetinorum, vel ultra, de qua cognoscunt ipsi unà cum aliis judicibus, ad quos de istorum sententiis appellatur. Si autem à lite quæ excedit quinque mille morapetinos appelletur, non pronuntient judices absque Regis consilio, vel ab eo impedito, cum majoribus Curiæ jurisperitis. Hoc dicit.

(1) *Deuenlas oyr.* De jure communi erant judices illi de quibus habetur *in L. præcipimus* 32. *C. de appellat.* hodie verò servantur quoad nos leges Ordinamentorum, & Ordinationes *de Medina* in appellationibus, quæ ad Regem interponuntur à judicibus Regni, vel ejus Curiæ.

(2) *Acuerdo con el Rey.* Nota benè, quia causæ magnæ non debent decidi, & diffiniri per proceres Curiæ, nisi cum consultatione Regis: hodie servantur dictæ LL. & Ordinamen. *de Medina*, & fortè hinc surrexit practica, quòd in causis multùm arduis, seu inter magnates, in ultima sententia consulitur Rex per Regios Consiliarios: sic & aliàs dicit Bald. *in L.* 1. per illum text. *C. nova vectig. instit. non posse*, quòd in arduis Princeps committit examinationem, ut sibi reservet deliberationem.

(3) *Merced al Rey.* Adde *L.* 17. *suprà eod.* & *L.* 4. *tit.* 24. *suprà ead. Part.* & adverte hìc, quòd ipsa supplicatio est offerenda Regi, & sine ejus jussu Præfectus non posset de tali supplicatione cognoscere; cujus contrarium tenebant Doct. de jure communi per textum *in authent. quæ supplicatio*, *de precib. Imperatori offer.* ubi vide Alberic. sed dic, ut habes *in L. fin. tit.* 24. *ead. Partit.* nam & ipsi Præfecto potest porrigi supplicatio, & ipse cognoscere, ut ibi habetur.

LEX XX.

Si sit appellatio interposita ad Regem per viduam, vel pupillum, seu per pauperem, 20. morapetinos non habentem, aut per quondàm divitem, & nunc pauperem, vel per nimis senem; ipsemet Rex cognoscet, vel mandet qui cognoscat. Item à delegato Regis appellatur ad Regem. Hoc dicit. Habuit ortum ista lex à *L. unica*, *C. quando Imperator inter pupil. & vid.* & *authent. ut different. jud.* 1. *responso*, & à notatis *in cap. ex tenore* 11. & *cap. ex parte B.* 15. *de foro compet.*

(1) *Biudas.* Adde *dict. L. unic. C. quando Imperator inter pupil. & vid.* & *L.* 5. *tit.* 3. & *L.* 41. *tit.* 18. *ead. Partit.*

otros. Esso mismo dezimos de los otros que son tan pobres, que non han valia de veynte marauedis (2). E de los que fueron ricos, e honrrados, e despues vienen a pobreza (3), en manera que el Rey entienda, que son muy descaydos del estado en que solian ser; o de aquellos que son muy viejos (4), e vienen por si a librar los pleytos. Ca por tales como estos, quando se alçaren a el, piedad le deue mouer, para librarlos el mismo, o les dar quien les libre luego. Otrosi dezimos, que si por querella de alguno mandare el Rey a otro por su carta, que oya aquel pleyto de que se le querellaron, o que le judgue; si alguna de las partes se agrauiare de su mandamiento, o de su juyzio, non se deue alçar a otro ninguno, fueras al Rey (5) que lo mando fazer.

LEY XXI.

A quien se deuen alçar de los Juyzios que dan los Judgadores, que son puestos para pleytos señalados.

Ley 12. tit. 5. Ley 20. tit. 4. lib. 2. Rec.

DElegado tanto quiere dezir, como Juez que es puesto para oyr algunos pleytos señalados, assi como ya diximos en el Titulo que fabla de los Juezes. Onde dezimos, que quando tal Juez ouiesse de librar algun pleyto por mandado del Emperador, o del Rey, e lo encomendasse a otri, si este a quien fue encomendado diesse juyzio sobre aquel pleyto, la parte que se sintiesse agrauiada del, bien se puede alçar a aquel Juez (1) delegado que gelo mando oyr. Mas si el mismo lo oyesse, e lo librasse, e non lo encomendasse a otro; estonce la parte que se agrauiare, deue tomar alçada del al Emperador, o al Rey, assi como diximos en la ley ante desta. E si tal Juez como este ouiesse mandamiento de alguno de los Juezes que dizen ordinarios, para librar algun pleyto señalado, si despues que fuesse començado por respuesta (2) delante el, lo encomendasse a otro, e este a quien fuesse assi encomendado diesse juyzio sobre el pleyto; estonce dezimos, que la parte que se touiere por agrauiada del, que se deue alçar al Juez ordinario (3), e non a aquel que gelo mando oyr.

LEY XXII.

Quando, e en que manera, e fasta quanto tiempo se puede tomar el Alçada.

CVmple mucho a los omes, de saber quando, e en que manera se deuen alçar de los juyzios que fueren dados contra ellos, si se sintieren por agrauiados. E porende lo queremos aqui mostrar, e dezi- Ley 1. tit. 18. lib. 4. Recop.

(2) *Veynte marauedis.* Habes hìc qui dicantur pauperes; & de jure communi ille dicebatur pauper, quando agitur de parvo præjudicio, qui secundùm vulgi opinionem tenetur pro paupere; si verò agitur de magno præjudicio, tunc relinquitur arbitrio judicis, ut declarat Bartol. *in L. si constante, in princ. col. 4. ff. sol. matrim.* ubi hoc limitat, & intelligit, nisi in illis casibus in quibus à lege limitatur quantitas facultatum, ut *in L. nonnulli* 10. *ff. de accusat.* & *in §. sed nostra* 3. *Instit. de success. libertor.* & *in §. sed & propter paupertatem* 6. *instit. de excusat. tutor.* & hìc: & vide ibi Alexandr. & quod notat Bald. *in L. si quis ad declinandam, col.* 2. *C. de Episc. & Cler.* & Bartol. *in L. qui accusare, ff. de accusation.* & Præpos. *in cap. quo jure,* 8. *distinct.* Gloss. *in authent. de hæred. & falc.* super parte *substantiam,* & Joann. de Plat. *in L. ad subeunda, C. de decurion. lib.* 10. Angel. *in tract. malefic.* in parte *necnon ad querelam, col.* 8. Tu nota istam legem, & consideratis istis temporibus hoc relinquerem arbitrio judicis. Cui autem incumbat probatio paupertatis, vide per Gloss. *in L. si vero, §. 1. ff. qui satisd. cog.* Joann. de Plat. *in L. fin. C. de his qui numer. liberor. lib.* 10. & *in L. si quis consortium, C. de fabricens. lib.* 11. Abb. *in cap. bonæ, col.* 6. *de election.* & adde, quòd malè vestitus probatur pauper, secundùm Alberic. *in dicta L. si vero*: & ibi vide de aliis modis probandi paupertatem.

(3) *A pobreza.* Undè & Boetius: Infœlicissimum infortunii genus est, fuisse fœlicem. Vide Gloss. *in cap. sunt qui arbitrantur, de pœnitent. dist.* 1.

(4) *Muy viejos.* Vide quæ dixi *in dicta L.* 41. *tit.* 18. *ead. Part.*

(5) *Fueras al Rey.* Concordat *L. 1. ff. quis, & à quo appellat.* & vide *cap. super quæstionum* 27. *§. porrò, de offic. deleg.* & reprobatur hìc opinio Gloss. *in dicta L.* 1. §. 1. volentis, quod à delegato Principis non appelletur ad Principem, sed ad illos, de quibus *in L. præcipimus* 32. *C. de appellat.* quod reprobat ibi Bartol. & respondet *ad dictam L. præcipimus.* De jure Regni causæ delegatorum Principis per appellationem veniunt ad Cancellariam, ut *in Ordin. de Medina, cap.* 3.

LEX XXI.

A delegato à Principe appellatur ad Principem; à subdelegato tamen delegati à Principe, appellatur ad delegatum subdelegantem; à delegato ordinarii appellatur ad ordinarium; si tamen delegatus ordinarii post litem contestatam subdeleget alteri causam, & ab isto subdelegato appelletur; non ad delegantem, sed ad ordinarium appellatur. Hoc dicit. Habuit originem ista lex à *cap. super quæstionum* 27. *§. porrò, de offic. deleg.* & à *cap. pastoralis* 28. §. 1. *eod. tit.* & à *L. judice, ff. de jurisdict. omn. jud.* & *cap. quoniam Apostolica* 43. *de offic. deleg.* & *C. de Judic. L. à judice* 5. & *cap. cum causam* 62. *de appel. in fin.*

(1) *Aquel Juez.* Concordat *L. 1. C. qui pro sua jurisdictione, in fin.* & in casu sequenti, *L. 1. §. fin. ff. quis, & à quo appell.* vide Azon. *C. de appell. in summa, col. fin.* Sed an ista lex, & *dicta L. una, C. qui pro sua jurisdictione,* intelligantur, quando delegatus Principis non subdelegavit in totum, proùt & habetur *in dicto cap. super quæstionum, §. porrò,* vel an procedat etiam si subdeleget in totum? Bartol. *in dicta L. 1. §. 1.* vult, quòd sit in hoc differentia inter jus Canonicum, & Civile, & idem tenet Salic. *in dicta L. una, in fin.* licèt dicat, quòd decisio *dicti §. porrò* videtur magis consona rationi. Abb. ibi vult, quòd nulla sit in hoc differentia inter jus Canonicum, & Civile, imò quòd unum declaratur per aliud: & hoc placet, licèt ista lex loquatur indistinctè: & an sufficeret, quod reservaret executionem tantùm? Vide *cap. si delegatus* 7. *de offic. deleg. lib.* 6.

(2) *Respuesta.* Nam aliàs non posset subdelegare, ut *in L. 19. tit. 4. ead. Partit.*

(3) *Ordinario.* Concordat *dicta L. 1. §. 1. ff. quis, & à quo appelletur.*

LEX XXII.

Appellare potest victus à sententia contra eum lata infra decem dies continuos à die latæ sententiæ. Item propter justum metum judicis appellare quis potest, eo absente, coram honestis personis. Hoc dicit.

zimos, que luego (1) que fuere dado el juyzio contra alguno, se puede alçar, diziendo por palabra (2): Alçome; e abondale, maguer non diga a quien se alça (3), nin por que razon. Ca entiendese que se alça para aquellos Mayorales que lo han en poder de judgar. Mas si estonce, luego que fue dado el juyzio, non se alçasse, non lo podria despues fazer por palabra; ante lo deue fazer por escrito (4), desdel dia que fue dada la sentencia contra el fasta diez dias (5), e tal escrito como este deue ser fecho en tal manera (6): Yo Fulano, sintiendome por agrauiado de la sentencia, que distes vos, Fulano, contra mi, por tal ome mi contendor sobre tal cosa (nombrandola señaladamente) alçome al Rey, o a los Judgadores que han de oyr las alçadas por su mandado, e pido que me dedes vuestra carta (7) para el, e el traslado de la sentencia, e de los actos del pleyto como passaron ante vos. E quando diere el escripto, deuelo leer ante el Juez, si lo quisiere oyr, o le fallare en lugar que lo pueda fazer; e si non le fallare, o se recelare del, temiendose (8), que le querra fazer mal, o deshonrra, porque se alça de su sentencia, deuelo leer publicamente ante omes buenos, faziendo afruenta dellos como se alça de aquel juyzio.

LEY XXIII.

Fasta quando deuen seguir el Alçada.

Ley 2. tit. 18. lib. 4. Recop. Ley 5. idem. Ley 11. idem.

SEguir deue la parte el alçada, quando la tomare, al plazo que le pusiere el Judgador. E si por auentura el Juez non pusiesse plazo a que la siguiesse, mandamos que sea tenudo el que se alço, de seguir el alçada fasta dos meses (1); e si en este tiempo non la siguiere, finque el juyzio, de que se agrauio, por firme. Otrosi dezimos, que si la parte que se alço, non pareciesse antel Juez del alçada al plazo que le fue puesto, ni siguiesse el alçada por si, nin por su Personero, el juyzio de que se alço vala, e peche las costas a la otra parte, que parecio antel Judgador. E si la parte que tomo el alçada, la siguiere, e la contraria (2) non, el Juez del al-

(1) *Luego.* Concordat *L. litigatoribus* 14. *C. eod.* ibi, *illicò*, & intelligit Gloss. *in L.* 2. *ff. eod.* tota illa die, licèt judex recesserit ab actis, si sedeat pro tribunali eadem die in judicii figura. Bartol. tamen *in L.* 1. §. *libelli*, *ff. eod. tit.* dicit, quòd erit appellandum, antequàm judex in die recedat, & sic judice sedente pro tribunali, quam opinionem dicit communiter servari. Joan. de Imol. ibi dicit, opinionem Gloss. posse de jure sustineri, quia satis dicitur fieri illicò, si fiat eadem die; sed opinio Bartoli, quæ & fuit Speculatoris, plùs placet, maximè attentis verbis geminatis hujus legis, ibi, (*luego que fuere dado el juyzio*) & infra ibi, (*mas si estonce luego*) & adde Specul. *tit. de appellation.* §. *qualiter*, *in princip.*

(2) *Por palabra.* Adde *L. secundam*, *ff. eod.*

(3) *A quien se alza.* Approbat opinionem Speculat. *tit. de appel.* §. *nunc tractemus*, *col. pen. in fin.* versic. *sed quid si quis*, & idem tenet Bart. *in L.* 1. §. *si quis*, *col.* 2. *ff. eod.* qui allegat *L. qui Romæ*, §. *pen. ff. eod.* & probatur *in L.* 2. *ff. isto tit.*

(4) *Escrito.* Concordat *L.* 1. §. *libelli* 4. *ff. eod.* & *L. à sententia* 5. *in fin.* & *C. eod. L. litigatoribus* 14.

(5) *Diez dias.* Concordat *authent. hodie*, *C. de appel.* & currunt de momento ad momentum; vide Bart. *in authent. de appellat. in princ.* hodie de jure Ordinamentorum debet appellari infra quintam diem, ut *in L.* 1. *tit.* 16. *lib.* 3. *Ordin. Regal.* Et quid si judex non facit copiam sui in publico, vide *L.* 1. §. *dies*, & ibi Bartol. *ff. quando appel. sit.* Et adde, quòd adversario negante non fuisse apellatum infra quinque dies, non incumbit probatio hujus negativæ, secundùm Bald. *in authent. hodie*, *C. de appellat.* Et quid si appelletur post hos dies, pars autem de hoc non opposuit, imò utraque pars scienter processit in appellatione, & lata est secunda sententia? an tenebit? Bald. ibidem, quòd non, per text. *in Clement. si appellationem*, *de appel.* qui etiam dicit *in authent. ei qui*, *C. de tempor. appel.* quòd non potest prorogari istud tempus, etiam de partium consensu. Et quid si pendente isto termino pars decedat? usque ad quod tempus appellet ejus hæres? Vide Bald. *in L. fin. C. si pendent. appell. mors interv.* Et potest appellari etiam in die feriato, vide Bartol. *in authent. de appellat. in princ. col.* 4. Sed quid si gravamen est successivum, ut quia detinetur in carceribus injustè? Vide Specul. *in tit. de appellat.* §. *restat*, versic. *& nota*, & bonum text. *in cap. ex parte* 47. *de appel.* & Bald. *in L.* 2. *C. de Episc. audient.*

(6) *En tal manera.* Concordat *L.* 1. §. *libelli* 4. *cum duabus LL. sequent. ff. eod.* & non est necesse exprimere causas, cùm appellatur à diffinitiva, ut *in L.* 3. §. *fin.* ubi Gloss. & Doctor. *ff. eod.* & hìc.

(7) *Vuestra carta.* Hoc est petere apostolos; & licèt isti non petantur in libello appellationis, possunt ex intervallo peti, proùt vult Gloss. Bartol. & Joann. de Imol. *in dicto* §. *libelli*, & vide textum de his *in Clement.* 2. *de appel.* & *L. judicibus* 24. *C. eod.* & *L.* 1. *ff. de libellis dimissor.*

(8) *Temiendose.* Concordat *L.* 1. *&* 2. *C. de his qui per met. judic. non appell.* & *cap. si justus metus* 73. *de appel.* & qualiter constabit de metu, collige ex notatis per Bartol. *in L. de pupillo*, §. *si quis ipsi prætori*, *ff. de novi oper. nuntiat.* & vide quæ habentur *in L.* 27. *infrà eod. in fin.* & quæ ibi dicam.

LEX XXIII.

Appellans debet appellationem prosequi infra terminum à judice assignatum, & si non assignet, infra duos menses; aliàs remanet sententia firma, & solvet expensas parti adversæ comparenti. Sed si pars quæ obtinuit non compareat, appellante prosequente, citabitur ad prosequendum, & ad sententiam audiendam; & si fuit ei ad comparendum terminus præfixus, licèt aliàs non citatus, procedetur. Si verò neutra partium prosequatur, remanet sententia firma, nec aliqua partium solvet expensas. Hoc dicit.

(1) *Meses.* Vide *in authent. de judic.* §. *appellationes* 6. *col.* 6. & *L.* 1. *C. de temp. appel.* hodie per leges Ordin. aliter disponitur, ut *in L.* 8. *tit.* 16. *lib.* 3. *Ordin. Regal.* quæ servari jubetur per *L. de Madrid*, *cap.* 34. & non debent attendi illi dies curiæ, & præconiorum, vide ibi; sed appellanti, qui est ultra portus, assignantur 40. dies, si est intra, 15. dies. Et quid si mittat procuratorem ad prosequendum infra istos dies, qui licèt comparuit, non tamen fecit fidem de mandato? an sufficiat, vide in simili Abb. quòd non, *in cap. constitutis*, per text. ibi *de procurat.* 4. *notabili*, & quod notat Rochus *in suo tractat. de jure patron. chart.* 7. *col.* 2. & super verbo *honorificum*, versic. 2. *q.* Et quid si causa sit criminalis? Videtur, quòd adhuc reus arctetur his terminis, nisi propter paupertatem excusetur, ut dixit Bald. *in L.* 2. §. *si quis in judicio*, *ad fin. ff. si quis caution.* proceditur enim in criminalibus ad instar civilium causarum, *L. absentem* 5. *ff. de pœnis*: vide quæ notat Bald. *in L.* 1. *C. de requir. reis*: in practica tamen non vidi in criminalibus pronuntiari, appellationem esse desertam ex non prosecutione.

(2) *E la contraria.* Et adde *L. fin.* §. *illud* 4. *C. de temp. appell.* & textum *in authent. de his qui ingred. ad appelland. in princ. collat.* 5. vide Bartol.

alçada vea las cartas, e oya las razones, e judgue aquello que entendiere, que es derecho, e non lo dexe de judgar, maguer la otra parte (3) non fuesse y, si ouo plazo a que pareciesse. E si por auentura non lo ouiesse auido, deuelo emplazar, que venga seguir el alçada, e a oyr el juyzio. E si despues non viniere, el Juez deue librar el pleyto del alçada, como viere por derecho. E si acaeciesse, que ninguna de las partes non siguiesse el alçada a los plazos (4) sobredichos, mandamos que sea valedero el juyzio sobre que fue tomada el alçada, e que non peche las costas la vna parte a la otra.

L E Y XXIIII.

Como en el tiempo de los plazos que los omes han para alçarse, o para seguir el Alçada, se deuen contar los dias feriados.

Leyes 2. y 11. tit. 18. lib. 4. Recop.

EN el tiempo de los plazos, que los omes han para alçarse, e para seguir sus alçadas, tambien deuen y ser contados los dias feriados (1) como los otros: e si alguno se alçasse en tiempo que non lo deuia fazer, o siguiesse el alçada despues que fuesse passado el tiempo a que la deuia seguir, si la otra parte fuere presente delante del Judgador del alçada, puede dezir contra el, que non deue ser oydo, e deuese cumplir la sentencia del primero Judgador; e si la parte non estuuiesse delante, el Judgador de su oficio (2) puede dezir esso mismo; si supiere ciertamente, que se alço en el tiempo que non deue, o que queria seguir el alçada despues que es passado el tiempo a que la deuia seguir, el Judgador non lo deue oyr. Empero, si el tiempo en que deuia seguir el alçada passasse, porque el Judgador (3) non le pudiesse oyr, o non quisiesse, estonce non le empece al que se alço. Ca deue el Judgador oyrle (4), e puede seguir su alçada, tambien como si non fuesse el tiempo passado.

L E Y XXV.

Quantas vezes se puede ome alçar sobre vna cosa.

Ley 22. tit. 4. lib. 2. Recop. Ley 5. tit. 5. lib. 7. Recop.

DOs vezes se puede ome alçar de vn mismo juyzio que sea dado contra el en razon de alguna cosa, o de algun fecho: mas si despues fueren confirmados los dos juyzios por el Judgador del alçada, non se puede alçar la tercera vegada (1) la parte contra quien fue dada la sentencia. Ca

(3) *Maguer la otra parte.* Adde *L. 3. tit. fin. lib. 2. Foro Leg.* & *authent. ei qui appellat, C. de tempor. appellat.*

(4) *A los plazos.* Hìc nihil dicitur de aliis fatalibus, scilicèt de termino anni, vel biennii, de quibus *in L. fin. §. illud, C. de tempor. appellat.* & *in authent. de his, qui ingred. ad appelland. collat.* 5. & *in cap. cum sit Romana* 5. *de appel.* & *in L. 3. tit. 16. lib. 3. Ordin. Regal.* & admiror, quomodo hìc loquatur tantùm de termino ad prosequendum, & non de termino ad finiendum, neque in aliis legibus hujus tituli de hoc fiat mentio: illud tamen est tenendum, quòd causa appellationis debet finiri, & concludi infra annum, impedimento cessante, ut habetur *in dicta L. Ordin.*

L E X XXIIII.

Tempora à judice assignata ad prosequendum appellationem sunt continua, in quibus computantur dies feriati; quibus elapsis potest pars appellata, si præsens est, judici dicere ne procedat; vel ea absente, debet judex appellationis ex suo officio cessare, si constat sibi de desertione, vel ultra tempus debitum emissa provocatione; sed si judex nolit de causa appellationis cognoscere, non nocet parti temporis lapsus. Hoc dicit.

(1) *Dias feriados.* Concordat *L. 2. §. fin.* ubi Gloss. *C. de tempor. appellat.*

(2) *De su oficio.* Concordat *L. 2. §. fin. C. tempor. appellat.* & nota benè, quòd ex his quæ apparent ex actis, judex potest se fundare, & exceptionem opponere: & est ratio secundùm Gloss. & Angel. *in dicto §. fin.* quia tunc est notorium, ut judici, ideò & supplere potest; sicut & si judex videt instrumentum productum cancellatum, potest dicere, producentem non audiendum; & similiter, si ex instrumento videt agentem agere ante diem, vel si ex forma instrumenti videt pactum, vel transactionem inutilem, secundum Angel. ibi, & adde Gloss. & ibi Jason. *in L. ubi pactum, C. de transact.* imò & non teneret sententia lata post tempora appellationum decursa, ut *in Clement. si appellationem* 6. & ibi notat Gloss. *de appellat.* & ibi communiter Doct. & *in cap. ex ratione, de appel.* Bald. & Salic. *in authent. ei qui, C. de temp. appellat.*

(3) *El judgador.* Concordat textus *in authent. ut sponsalit. largitas, §. hoc quoque* 4. *collat.* 9. ubi vide per Gloss. quid si per alium appellans fuerit impeditus. Concordat etiam text. *in authent. de appel.* §. 1. & *authent. sed lis, C. de temp. appellat.* Et quid si procuratori appellantis supervenit infirmitas? Dic idem, ut *in L. cum à matribus* 8. *C. qui pet. tut.* & per Oldral. *cons.* 208. *ad finem.* Et quid si impedimentum est ex parte adversarii, vide *L. 12. suprà eod.* & vide quæ notat Paul. de Castro *in L. si quis alia, ff. quemad. serv. amit.* Et quid si fuerit impeditus propter magnam dilationem, quam judex dedit adversario? Dic idem, ut per Nicol. de Neapol. *in L. si cum ipse, ff. de excus. tut.* ubi etiam Bald. & tradit Alexand. *consil.* 71. *col.* 1. *vol.* 5. Idem, quando appellatus per subterfugia causam protrahit, vide Alexand. *consil.* 72. *col.* 1. *vol.* 3. debet tamen appellans, quantum in ipso est, summa ope niti, ut causa infra fatalia finiatur, ut *in L. fin. §. illud, C. de temp. appel.* undè non sufficeret unica requisitio judicis, proùt & dicit Bald. *in authent. item si appellationem, C. eod.* & tradit Alexand. *consil.* 19. *col.* 2. *vol.* 1. & vide notabilem decisionem Rotæ *in novis decision.* 65. *in addition.* & Felin. *in cap. cum sit Romana, de appel.*

(4) *Oyrle.* Etiam nulla petita restitutione, si hoc fuit in primo fatali, seu in anno dato ad prosequendum appellationem; si verò impedimentum sit in 2. anno, oportet, ut petatur restitutio, juxta Gloss. *in authent. ei qui, C. de temp. appel.* & per Inn. & Abb. *in cap. ex ratione, de appel.*

L E X XXV.

Potest appellari bis à sententia super eodem facto lata; non tamen licet tertiò ab eodem appellare. Sed si tertia sententia contra vincentem feratur, licitè potest ab ea provocare. Hoc dicit. Habuit originem *C. ne liceat in una eademque causa tertio provoc. L. unica, 2. quæst. 3. si quis in quacumque,* & *à cap. sua nobis* 65. & *cap. directæ* 39. *de appellat.*

(1) *Tercera vegada.* Concordat *dicta L. unica, C. ne liceat tertio provoc.* & vide per Specul. *tit. de appellat. §. quotiens*, ubi notabiliter, & per Abb. *in cap. directæ, ad fin. de appel.* & vide *Clement. fin. de appel.* & adde *cap. sua nobis* 65. *de appel.* ubi Bald. & Joann. de Imol. dicunt, quòd Princeps de plenitudine potestatis potest concedere tertiam appellationem, de quo etiam vide per Socin.

Ca tenemos, que el pleyto que es judgado, e esmerado por tres sentencias (2), es derecho; e que graue cosa seria, auer a esperar sobre vna misma cosa la quarta sentencia. Mas si por auentura el Juez del alçada reuocasse los dos juyzios primeros, diziendo que non fueran dados derechamente, estonce bien se puede alçar la parte (3) contra quien reuocassen los juyzios.

LEY XXVI.

Que deue fazer el que se alça, e otrosi el Judgador de quien toma Alçada.

LL. 1. 2. *y* 12. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recop. Ley* 2. *tit.* 19. *lib.* 4. *Recop. Ley* 1. *tit.* 20. *lib.* 4. *Recop.*

Mesurados (1) deuen ser en sus palabras aquellos que se alçaren, de manera que maguer se tengan por agrauiados de lo que judgaren los Alcaldes, que non yerren contra ellos, razonandolos mal, o diziendoles que judgaran tuerto, o denostandoles de otra guisa; mas deuenles pedir mansamente, que les den el pleyto como passo, e las razones como fueron tenidas, e el juyzio que fuera dado sobrellas: e el Alcalde de quien se alçaren, deuelo fazer, dandoles traslado de todo bien, e lealmente, non creciendo, nin menguando ninguna cosa, e sellar el escrito con su sello. E esto ha de ser fecho fasta tercer dia (2) despues que se alçaron de su juyzio, ca de otra guisa, aquel que ha de judgar el alçada, non podria bien entender, si se alço la parte con derecho, o non: e si el Alcalde non diesse el escrito, como dicho es, mandamos que todo el daño (3) que recibiesse la parte por mengua de tal escripto, e las costas, e las missiones que fiziesse, que las peche el Juez. Otrosi mandamos, que el Juez, luego que ouiere dado el escrito a las partes, que les ponga plazo (4) guisado, a que puedan presentar, e seguir el alçada antel Rey, o antel Alcalde que la ouiere de judgar. Otrosi tenemos por bien, e mandamos, que mientra que el pleyto anduuiere antel Judgador del alçada, que el otro Juez de quien se alçaron, non faga ninguna cosa de nueuo (5) en el pleyto, nin en aquello sobre que fue dado el juyzio. E sobre todo defendemos, que el Alcal-

cin. *consil.* 158. *col.* 1. *vol.* 2. & Alex. *consil.* 77. *vol.* 2. versic. 2. *principali fundamento*, & probatur *in L.* 4. *infrà tit.* 1. & limita, nisi tertia sententia inferret aliquod novum gravamen non illatum per primam, vel secundam: nam tunc appellare posset, secundùm Angel. *in dicta L.* 1. & *in L. si cum exceptione*, §. *hæc autem actio ff. quod metus causa.* Cætera circa materiam hujus legis dic, ut per Bald. & Salic. *in dicta L.* 1. & in eo, quod dicunt de petitione reductionis ad arbitrium boni viri, qualiter, & quot vicibus possit appellari, vide quod habetur *in Ordin. de Madrid, cap. fin.* Quid autem si minor bis appellavit, & succubuit, an poterit adversus sententiam petere se restitui? Vide per Salic. *in L.* 1. *ad fin. C. si sæpius in integr. restit. fuer. postul.* & inclinat, quòd non, & tandem relinquit cogitandum: & adde *decision.* 2. *dominorum de Rota in novis*, ubi quid si petatur restitutio contra tres sententias conformes.

(2) *Tres sentencias.* Adde *Clement. primam, de re judic.*

(3) *Alzar la parte.* Limita, & intellige, ut *in L. de Segovia, L.* 8. *tit.* 4. *lib.* 2. *Ord. Regal.*

LEX XXVI.

Non debet appellans per verba incurialia, sive injuria, judicem à quo appellat lacessire, seu injuriari, nec dicere, quòd injustè judicavit; sed petatur processus. Nec etiam judex debet appellanti injuriam inferre. Hoc dicit.

(1) *Mesurados.* Concordat *L. illud* 8. *ff. de appel.* ubi dicitur, quòd puniri debet appellans convicians judici: & secundùm Bartol. ibi, punitur extra ordinem, cùm non reperiatur pœna determinata: & adde *L.* 12. *tit.* 16. *lib.* 3. *Ordin. Regal.* & posset idem judex punire, & mulctare sibi injuriantem, secundùm Angel. & Imol. ibi: quod credo verum, ex quo injuria est notoria, quia fit in judicio, ut *in cap. Romana* 1. *de pœnis lib.* 6. & notat Bartol. *in L. si quis aliquid*, §. *si quis, ff. de pœn.* posset tamen, quando pœna est arbitraria, ut suspectus recusari, ut notat Abb. *in cap. cum venissent, col.* 4. *de judic. & in final. verbis*, & *in cap.* 1. *de maled.* quia posset in arbitrando excedere modum: vide notabilia verba Angeli *in dicta L. illud.*

(2) *Dia.* De jure communi erant 30. dies, ut *in L. judicibus* 24. *C. eod.* & *cap. ab eo* 6. *de appel. lib.* 6. qui currebant à tempore appellationis interponendæ, secundùm Gloss. *in Clem. quamvis, de appellat.* sed ista tertia dies currit à die appellationis interpositæ, ut hìc.

(3) *Todo el daño.* Major pœna imponebatur *in dicta L. judicibus* 24. *C. de appellat.* ubi Gloss. adde *L. eos* 6. §. *Apostolos* 6. *tit. eod.*

(4) *Plazo.* Si verò non apponat, lex apponit, suprà *eod. L.* 23. ubi vide quæ dixi, & adde *cap. ex insinuatione* 50. *de appellat.* & *L. præses* 5. *C. eod.* ubi vide per Bald. an possit judex à quo præfigere terminum appellanti, infra quem sibi faciat fidem, qualiter se præsentavit coram judice ad quem, & adde Bald. *in L. fin. in princip. col.* 1. *C. de tempor. appellat.*

(5) *De nuevo.* Concordat *L. una, ff. nil innov. appellat. interp.* & 2. *quæst* 6. *cap. post appellationem interpositam* 31. §. 1. & *cap. bonæ* 51. & *cap. secundò requiris* 41. *de appellat.* & *cap. non solùm* 7. *de appellat. lib.* 6. *L.* 3. *C. de appellat.* & aliquos casus, in quibus hoc fallit, vide per Specul. *tit. de appellat.* §. *novissimè*, & ibi vide de aliis in ista materia: posset etiam carceratus, ubi non veniret pœna corporalis imponenda, relaxari sub fidejussoribus, secundùm Bald. *in addit. ad Specul. tit. de appellat. col.* 10. Et nota, quòd ubicumquè appellatio est juri contraria, non habet locum ista lex, neque *tit. dictus nil innov. appellat. pendent.* ut notat Bald. referens Joann. Andr. *in novella, in cap. fin. col.* 1. *quo tempore miles*: & secundùm Innoc. *in dicto cap. bonæ*, & ibi Joann. Andr. & idem Bald. *in dicto cap. fin.* non est speciale in causa appellationis; imò sicut attentata appellatione pendente revocantur, ita omnia quæ, lite pendente, dolo, vel malitia fiunt à partibus, pertinent ad officium judicis, ut illa corrigat, & reformet: & adde Bald. *in L.* 3. *C. de appellat.* ubi notabiliter in ista materia, & ibi vide, an judex ad quem possit parti inhibere, ne aliquid attentet innovando. Et adde, quòd habet locum ista regula respectu partium, non respectu tertii, ut dicit Gloss. sing. *in L. creditor, in princ. ff. mandat.* Limita etiam istam regulam in casu §. *œconomos, in authent. de sanct. Episcop. collat.* 9. & adde notata per Gloss. 8. *quæst.* 4. *in summa.* Nota etiam quòd si appellans lite pendente spoliat adversarium, videtur renuntiare appellationi, Gloss. *in cap. non solum, de appellat. lib.* 6. Bald. *in L. præscriptione, col.* 8. *C. si contra jus, vel util. public.* & adde in materia hujus tituli notabiliter Abb. *in cap. dilecte, col.* 2. & 3. *de exception.* ubi de attentatis per partes appellatione pendente. Et adde, quòd appellatione deserta non dicitur innovari, quia lis non pendet, secundùm Bald. *in L.* 1. *in princ. C. de bonor. posses. secundùm tabul.* ubi vide additionatorem. Et cætera in ista materia dic, ut notabiliter per Angel. *in dicta L.* 1. *ff. nil nov. appellat. &c.* ubi multa bona dicit.

calde (6) non se atreua a denostar, ni a maltraer a la parte que se alçare de su juyzio; mas dele su alçada, como mandan las leyes (7) deste nuestro libro.

L E Y XXVII.

Que es lo que ha de fazer el Juez Mayoral que ha de judgar el Alçada: e de las costas que ha de pechar la parte que la perdiere.

Leyes 3. y 4. tit. 9. lib. 4. Recop. Ley 14. tit. 8. lib. 2. Recop. Ley 1. tit. 22. lib. 4. Recop.

EL Mayoral (1) que ha de judgar el alçada, la primera cosa que ha de fazer, es esta; que pues que las partes, o alguna dellas pareciere antel, que ha de abrir la carta en que es escripta el alçada, e catar muy afincadamente el pleyto como passo, e las razones como fueron tenidas, e el juyzio como fue dado; e dezir a la parte, que muestre los agrauiamientos, que recebio sobre aquello que judgaron contra el, por que se alço. E si por auentura alguna de las partes dixere, que fallo agora de nueuo cartas, o testigos, que le ayudan mucho en su pleyto, que non pudo mostrar antel otro Judgador, deuegelo recebir (2). E si fallare que el juyzio fue dado derechamente, deuelo confirmar, e condenar a la parte que se alço, en las costas (3) que su contendor fizo, segun es costumbre de nuestra Corte, e embiar (4) las partes antel primero Juez que las judgo, que cumpla su juyzio, o ande adelante por el pleyto principal, quando el alçada fuere tomada sobre algun agrauiamiento. E si entendiere que se alço con derecho, mejore el juyzio, e judgue el principal, e non le embie (5) a aquel Alcalde que judgo mal. Pero en tal razon como esta, quando el primero juyzio se reuoca, non deue pechar costas ninguna de las partes; e si el alçada fuere tomada sobre juyzio afinado, confirmelo, o reuoquelo, segun fallare por derecho, e faga de las costas (6) como sobredicho es. Otrosi dezimos, que si el Juez del alçada fallare, que alguna de las cosas del pleyto es traspuesta por fuerça, o por engaño, o por mandamiento del primero Judgador, o mudada del estado en que solia ser a la sazon que tomaron (7) el alçada, que la deue fazer tornar a su lugar (8): e aun dezi-

Ley 6. tit. 17. lib. 4. Recop.

Ley 7. tit. 17. lib. 4. Recop.

(6) *Que el Alcalde.* Adde *L. judici* 42. ubi Gloss. *ff. de injur.* & *in L. & in majoribus* 20. *C. de appellat.*

(7) *Las leyes.* Suprà *ead. L.* & in cæteris, quæ non prohibent appellationem; nam secùs in his, in quibus appellare non licet, ut suprà *eod. L.* 13. & 16.

L E X XXVII.

In causa appellationis testes, & instrumenta in prima instantia non producta, & de novo inventa possunt recipi: & si appellatum sit à sententia, quam judex appellationis confirmet, condemnabit succumbentem in expensis, & causam priori judici remittet; si verò ut injustam infirmaverit sententiam, procedet in causa principali; non tamen condemnabit in expensis: & innovata, appellatione pendente, sunt per judicem ad quem in statum pristinum reponenda: & si pars justo metu judicis, vel alterius non appellavit, vel appellationem non fuit prosecuta, judex appellationis audiet causam, ac si appellatum fuisset. Hoc dicit.

(1) *El Mayoral.* Adde Specul. *titulo de appellatione*, §. *de officio quoquè.*

(2) *Recebir.* Concordat cum *L. per hanc* 4. *C. de tempor. appellat.* ubi Azo *in summa*, & intellige, ut *in Clement. testibus* 2. *de testib.* & habetur *in LL. Ordinamentorum*, & *in Ordin. de Madrid*, & vide *L.* 39. *tit.* 16. *ead. Partit.* quæ est valdè notabilis, & Bald. *in dicta L. per hanc.*

(3) *En las costas.* Habes hìc, quòd licèt aliàs in causa principali in prima instantia distinguatur, an succumbens habuerit probabilem causam litigandi, vel non, ut *in L.* 8. *suprà tit.* 1. & quæ ibi dixi; tamen in causa appellationis indistinctè condemnandus est appellans in expensis, quando sententia confirmatur: & hujus opinionis fuit Gloss. *in cap. qui scit*, 2. *quæst.* 6. & Gloss. *in cap. finem litibus*, *de dolo*, *& contum.* per text. *in cap. omnino*, 2. *quæst.* 6. & *in cap. ut debitus*, *de appellat.* & per alia jura, & de ratione diversitatis vide per Innocent. *in dicto cap. finem*, qui ex ratione infert, quòd si in causa appellationis inducerentur novæ probationes, tunc non esset facienda condemnatio in expensis: & de isto articulo vide notata Abb. *in dicto cap. finem litibus*, *col.* 8. 9. & 10. ubi notabiliter loquitur, tàm in causa appellationis ab interlocutoria, quàm à diffinitiva, & ibi etiam vide, quid si appellatus succubuit; cujus resolutio videtur, quòd similiter inspiciatur in causa appellationis, an adfuerit justa causa litigandi, vel non, sicùt & in prima instantia; & ibi ponit bona exempla: vide ibi: & quòd appellatus condemnetur, quando sententia evidenter ex actis primis erat injusta, & iniqua, vide ibi, & etiam per Petrum de Ancha. *cons.* 415. incipit *primum dubium*, versic. *circa aliud*: & ita videtur intelligenda, & limitanda ista lex tàm in isto dicto, quàm in eo, quod inferiùs subdit ibi, (*quando el primero juyzio se reuoca*) &c. Et ad prædicta adde Jason. *in L. properandum*, §. *sin autem attenta*, *C. de judic.* & Bald. *in L. eos*, §. *fin. col.* 2. *C. de appellat.*

(4) *Embiar.* Adde *cap. cum in Ecclesia* 38. & *cap. ut debitus* 49. *de appellat.* & ibi Abb.

(5) *E non le embie.* Vide *in dicto cap. ut debitus.*

(6) *De las costas.* Vide quæ dixi suprà.

(7) *A la sazon que tomaron.* Vel quo erat tempore diffinitivæ, si fuit attentatum infra terminum datum ad appellandum, ut *in cap. non solùm* 7. *de appellat. lib.* 6. vide Gloss. *in L. ex judiciorum*, in verbo *secuta*, *ff. de accusat.* & quid in ficto contumace appellante post 10. dies à tempore prolationis sententiæ, an possit petere revocationem attentatorum, seu executionis factæ post 10. dies à tempore sententiæ, cùm ipse appellaverit infra decem dies à die scientiæ? Vide notabilem *decision. Rotæ* 187. *in novis*, incipit, *sicut fictè contumax*, ubi deciditur, quòd non poterit: nota benè, & ibi etiam vide, quid in sententia excommunicationis prolata infra decennium, & etiam vide de hoc per Ang. *in L.* 1. *ff. nil novar. appellat. interpos.*

(8) *A su lugar.* Habes hìc, quòd attentata post appellationem debent revocari, & in pristinum statum reduci. Concordat *L.* 3. *C. eod.* ubi Gloss. *L. cum ex causa* 11. & ibi notatur, *ff. eod. cap. dilectis* 55. *de appellat. cap. venientes* 19. *de jurejur.* & *in dicto cap. non solùm* 7. & *in L.* 1. *in princ. ff. nil innov. appellat. interpos.* & ad practicam libelli circa revocationem attentatorum, vide Abb. *in cap. consuluit* el 2. *de appellat.* & *in cap. ex parte* el 2. *col. fin. de rescript.* & per Speculat. *tit. de appellat.* §. *nunc dicendum*: vide ibi *addit.* *Joannis Andr.* quòd non requiritur specificatio eorum, quæ fuerunt attentata; licèt Specul. ibi innuit contrarium: & prærogativas hujus remedii attentatorum, & 7. effectus, propter quos est utilius, quàm interdictum undè vi, per Philippum *in cap. bonæ*, *col.* 6. *de appellat.* & Innoc. & Doct. *in cap. ex parte* 5. *de rescript.* & vide 14. *decision. Rotæ in novis*, & Philippum Dec. *cons.* 200. Et nota quòd sufficit illi, qui petit revocationem attentatorum, quòd probet attentationem, licèt non probet possessionem, quæ est at-

zimos, que si la parte que se sintiere agrauiada del juyzio, dixesse, e prouasse, que non oso tomar alçada, o seguirla, por miedo (9) que le feririan, o le matarian, o le prenderian, que le deue oyr el Juez; e deue oyr el pleyto, e librarlo y segun fallare por derecho, bien assi como si se ouiesse alçado.

LEY XXVIII.

Como el Judgador del Alçada puede yr adelante por el pleyto, o non, si se muriesse alguna de las partes ante que de su Juiyzio.

MVriendo (1) alguna de las partes despues que se ouiesse alçado de la sentencia del primero Judgador, si el pleyto sobre que se alço, era de tal natura en que pudiesse venir muerte de ome, o perdimiento de miembro, o desterramiento, si la sentencia fue dada contra la persona de aquel que se alço, e non contra sus bienes señaladamente, acabase el alçada, e rematase el pleyto por la muerte de aquel que muere en tal razon, quier muera el acusado, o el acusador; de manera que el Juez del alçada non puede yr adelante por el pleyto. Mas si la sentencia fuesse dada contra la persona del acusado, e contra sus bienes (2); ciertamente estonce, como quier que se remata el pleyto quanto es en su persona, con todo esso non se remata en razon de sus bienes. Ca sus herederos son tenudos de seguir el alçada, si quisieren heredar sus bienes. Esso mismo dezimos, que los herederos del acusador pueden seguir el alçada en tal caso como este quanto en razon de los bienes del acusado, si se quisieren, si el acusador se muriesse. E porque los herederos destos atales non son tan sabidores de los pleytos en que manera passaron, como aquellos a quien heredan, porende mandamos, que en tal caso como este ayan quatro meses de plazo para seguir el alęada demas del plazo que finco al finado, en que la deue seguir.

LEY

attentata: ita notat Innoc. *in cap. dilecti, de major. & obedient.* quod tamen limita, nisi ille, contra quem petitur revocatio, præsumatur possidere de jure communi, & ex causa verisimili: nam tunc non revocarentur attentata, nisi priùs probaret, se verè possidere: vide notab. *decis. Rotæ in antiquis, num* 89. *sub tit. de appellat.* & Philip. Dec. *cons.* 103. Et adde, quòd attentata revocantur & contra tertium possessorem, quando ille tertius habuit causam à parte litigante, vel à judice causæ: vide Gloss. *in cap. non solùm, de appellat. lib.* 6. Philippum *in dicto cap. bonæ, col.* 4. Bald. novell. *in tract. de dote, col.* 3. *&* 4. *chartæ pen.* & *decis. Neapol.* 354. *circa fin.* An autem habeat locum ista revocatio attentatorum, quando obstaret petenti notorius defectus proprietatis? Variæ sunt opiniones: nam Lapus, cum quo transit Dominicus *in* 3. *col. in cap. ad decimas, de restit. spoliat. lib.* 6. tenet, quòd non obstet, & quòd in hoc sit magis privilegiatum remedium attentatorum, quàm remedia restitutoria, & respondet ad ea quæ traduntur per Dominos de Rota *decis.* 14. *in novis*, quòd loquantur in beneficialibus per *cap. eum qui, de eo qui mit. in possess. causa rei servand. lib.* 6. allegat bonum textum *in cap. si constiterit, de accusat.* & cum eis videtur transire Alexand. *consil.* 99. *vol.* 5. Joann. de Imol. tamen *in cap. bonæ, de appellat. col.* 3. tenet contrarium: neque videtur bona ratio diversitatis inter hoc remedium, & remedium restitutorium: quia ex quo constat de non jure agentis, non interest sua, fieri revocationem attentatorum, & sic non debet audiri, ut *in cap. non solent*, 2. *quæst.* 6. & ibi respond. ad *dict. cap. si constiterit*, & idem tenet Oldrald. *consil.* 1. *col.* 2. *& fin.* & idem tenet Rota *in dicta decis.* 14. & Joann. Monac. & Pet. de Anch. *in dicto cap. ad decimas*, & idem tenet Rota *decis.* 55. *in novis*, incipit *ad instantiam*: & saltim ad instantiam partis, quando petatur ista revocatio, istam últimam partem crederem veriorem, tàm in beneficialibus, quàm in non beneficialibus, quia in utrisque militat ratio, quæ adducitur per Domin. de Rota, & per Joann. de Imol. & per dictos. Si tamen judex ex officio vellet revocare in pœnam attentantis, & offendentis jus, & judicem; videtur quòd possit, ut *in dicta decis.* 14. licèt secundùm eos non esset restituenda possessio agenti, de cujus non jure notoriè constat: & adde duas *decis. Neapol.* 98. *&* 352. Et an istud remedium attentati cesset, ubi causa fuit commissa appellatione remota? Vide notabiliter per Specul. *tit. de execut. sententiæ, in princip.*

(9) *Por miedo.* Concordat *L.* 22. *in fin. suprà eod.* & *L. cùm quidam* 7. *ff. eod.* & *cap. fin. de appellat.* & *L.* 2. *C. de his qui propter met. jud. non appell.* & ut hìc habes, debet talis metus probari, & idem dicit Bartol. Angel. & Imol. *in dicta L. cùm quidam*: & intellige istam legem, dummodò protestetur coram viris providis, & honestis, quòd libenter appellaret, si posset, ut *in dicta L.* 2. & *in dicto cap. fin.* & per Angel. & Imol. *in dicta L. cùm quidam*; vel debet hoc protestari coram judice à quo, si de eo non est timor, ut *in dicto cap. fin.* Et quid si neque infra terminum appellandi non auderet protestari, quia adhuc imminet metus justus? Fortè audiretur etiam sine protestatione, per istam legem indistinctè loquentem: & nota eam in eo, quod dicit de metu in prosequendo appellationem, & vide Bartol. *in L.* 1. §. *si quis tamen, ff. quod vi, aut clam*, & quod notat Bald. *de milite vasal. qui contum. est, cap.* 1. *col.* 3.

LEX XXVIII.

Si reus, vel accusator in causa criminali moriatur pendente appellatione, finitur causa, nec ampliùs cognoscetur de appellatione, nisi etiam de bonis quæratur; quo casu post mortem decedentis prosequatur causam hæres. Hoc dicit. Habuit ortum à *L.* 1. *& fin. C. si reus, vel accusat. mortuus fuer.*

(1) *Muriendo.* Habet ortum à *L.* 1. *ff. si pendent. appel. mors interv.* & à *L.* 3. *& fin. C. eod.* & à notatis ibi per Azon. *in summa*, & à *dicta L. fin. C. si reus, vel accusat. mort. fuer.* & adde *L.* 23. *tit.* 1. *Part.* 7.

(9) *Como a los ricos.* Non ergò ditiores possunt dicere, quòd possunt immittere in terminis, & pratis civitatis, vel villæ, plures oves, vel pecora, seu armenta, quàm pauperiores; & sic, quòd plus eis assignetur de pascuis, sicùt è contra sentirent plura onera de oneribus incumbentibus universitati, juxta id quod habetur *in L.* 1. *C. de apochis publ. lib.* 10. & *in L. omnes provinciarum* 12. *C. de oper. publ.* & *L. secundum naturam* 10. *ff. de reg. jur.* imò omnes tàm pauperes, quàm divites, pratis, & herbagiis, & terminis territorii utentur, quilibet secundùm quod indigebit, & secundùm numerum ovium, & pecorum, quas habuerit, ut *in dicta L. usus pars* 19. *ff. de usu*, *& habit.* & *L. si quis per divinam* 5. *C. de aquæductu*, *lib.* 11. & *L. si partem, in fin. ff. de servit. rustic. præd.* & ita tenet Alberic. *in L. in tantum*, §. *universitatis*, *ff. de rer. divis. col. fin.* versic. *sed adhuc quæro*: & dicit S. Thom. 2. 2. *quæst.* 61. *art.* 2. quòd in justitia distributiva tanto plus alicui de bonis communibus datur, quanto illa persona majorem habet principalitatem in communitate: benè tamen credo, quòd si divites immitterent in terminis multos greges ita, quòd pauperes nimis damnificarentur, quòd possent pauperes adire judicem, ut hoc corrigatur, & taxetur numerus ovium, vel pecorum ita, quòd omnes possent uti pascuis, & non divites cum injuria aliorum: pro quo adduco, quod notat idem Alberic. *in dicta L. Imperatores*, *ff. de servit. rustic. præd.* ubi inducit illam legem ad quæstionem, quam dicit sæpiùs occurrentem: In quadam villa est unum pascuum commune omnibus ibi habitantibus: unus, qui habet ibi modicas possessiones, tenet ibi magnam quantitatem bestiarum ita, quòd alii habentes ibi magnas possessiones, non possunt uti illo pascuo pro eorum bestiis: & concludit benè facere illam legem, quòd possint intentare utile judicium communi dividundo, quòd ille utatur pro modo possessionum, & sine aliorum injuria: & licèt Alberic. loquatur in pascuo deputato pro cultura prædiorum (quod vulgò nos dicimus *Dehesas boyales*) de quo etiam idem Alberic. loquitur *in L. testatrix*, §. 1. *ff. si servit. vendicet.* ubi dicit, quòd si universitas habet jus pasculandi in aliquo loco, quòd illud jus debeatur pro rata prædiorum, & cedat prædiis, & si prædia alienentur, quòd transeat cum eis; tamen ejus ratio etiam concludit, ut in illis pascuis usus fuit sine aliorum injuria, & proùt ibi habitantes commodè vivere possent: & si tali casu visum fuerit judici, poterit jubere, quòd tam divites, quàm pauperes utantur, & gaudeant æqualiter, si territorium esset parvum, & omnibus non sufficeret aliàs, facit *L. de modo* 7. cum Gloss. ibi, *ff. fin. regund.* & notat Joann. de Plat. *in L.* 2. *circa fin. C. de immunit. nemin. conced. lib.* 10. & si dominus civitatis, vel villæ inibi inhabitaverit, fruetur similiter terminis, sicùt & alii cives: est enim ipse civis, imò & caput civium, ut dixit Bald. *in L. observare*, §. *proficisci*, *ff. de offic. procons. col.* 5. & ita Reges dicuntur habere tot domicilia, quot terras habent ad eorum mansionum paratas, licèt in una parte habeant principalius domicilium, ut voluit Gloss. & ibi Imol. *in cap. omnes principes*, *de major. & obed.* & tradit Bartol. *in L. assumptio*, §. *juris prudentibus*, *ff. ad municipal.* & sequitur duplicem portionem, sicùt aliàs in Lege veteri primogenitus consequebatur, *Deuteron. cap.* 21. & sic potest in territorio suæ civitatis, vel villæ pasculari cum gregibus suis pro eo numero, quo duo vicini de divitibus talis villæ, proùt tradit aliàs Collectarius *in cap. ad quæstiones*, *de rerum permut.* & servatur quotidiè in practica: in hoc etiam habendus est respectus ad dignitatem usuarii, *L. plenum* 12. *ff. de usu*, *& habit.* Et quia communiter liber Collectarii non ita habetur, referam hìc ejus verba, quæ sunt: Quid si civis alicujus loci habet usum nemoris; ibi sunt milites, & rustici? Pe. bo. & composte. notant *de constit. cap. fin.* quòd miles debet habere in duplo; vel si non sit nisi miles, & rusticus, miles duas partes, & rusticus tertiam, per *L. Imperatores*, *ff. de servit. rustic. præd.* Videretur, quòd in legatis, & gratuitis contractibus, & maximè ubi esset commune militi, & rustico, ut collegio, possent habere locum prædicta, *de major. & obed. cap. statuimus* 15. aliàs non video, quare deberet esse melior conditio militis, utpotè si emerent, vel aliter acquirerent ipsum communiter, quia & si ab intestato, & hæredibus eis non obveniret, locum non haberent quæ dicit, & æquis portionibus divideretur, multi *de succes. ab intest. in princ.* Si tamen dominus ibi non habitet, alibi habeat suam habitationem, & domicilium; videtur quòd tunc, etsi sit dominus loci, non possit frui terminis, & territorio loci, cùm sit ad usum civium inhabitantium, & non aliorum non habitantium, ut hìc est expressum: neque contra regulas juris potest dicere, se in pluribus locis habere domicilium, cùm ibi non se æqualiter collocet, neque subeat munera, ut *in L. Labeo* 5. & *in* §. *jurisprudentibus*, *ff. ad municip.* & quod Gloss. tradit *in dicto cap. omnes Principes*, loquitur aliis respectibus ad onus, & non in tangentibus commodum: in his nanque inspiciendus est locus ubi inhabitat, & principalem larem habet, ut ibi declarat Innoc. Neque obstat, quòd ibi habeat dominium respectu jurisdictionis, & vassallorum: quia hoc est separatum à proprietate pascuorum, & terminorum: nihil etiam habet commune proprietas fundorum cum proprietate jurisdictionis, & uno translato, reliquum non transfertur, Bald. *in L. à procuratore*, *C. mandati*, ubi singulariter: & sic non obstabit ad hoc, quod tradit Paris de Put. *in suo tract. syndicatus*, *fol. mihi* 32. *col.* 2. in versic. *si statutum civitatis*: in casu enim quo loquitur secundùm constitutiones Regni, quas allegat, jus herbagii spectabat ad dominum in terra sua. Et ita crederem esse tenendum, sive Ecclesia, vel monasterium sint domini talium villarum, & locorum, sive sint alii laici, vel clerici: quia si monasterium, vel Ecclesia alibi habeat habitationem, & domicilium, seu alibi sit situata; in loco ubi est situata, habet jus civis, & vici-

otro lugar (10), non pueden vsar dellas contra voluntad, o defendimiento de los que morassen y.

LEY X.

Quales son las cosas del comun de la Cibdad, o Villa, de que non puede cada vno vsar.

Leyes del tit. 7. lib. 7. Recop. Ley 1. tit. 5. lib. 7. Recop. Leyes del tit. 19. lib. 6. Recop.

CAmpos, e viñas, e huertas, e oliuares, e otras heredades, e ganados, e sieruos, e otras cosas semejantes que dan fruto de si, o renta, pueden auer las Cibdades (1), o las Villas: e como quier que sean comunalmente de todos los moradores de la Cibdad, o de la Villa cuyos fueren, con todo esso non puede cada vno (2) por si apartadamente vsar de tales cosas como estas; mas los frutos, e las rentas que salieren de ellas, deuen ser metidas en pro comunal (3) de toda la Cibdad, o Villa, cuyas fueren las cosas onde salen; assi como en lauor de los muros, e de las puentes, o de las fortalezas, o en tenencia de los Castillos, o en pagar los aportellados, o en las otras cosas semejantes destas, que perteneciessen al pro comunal de toda la Cibdad, o Villa.

LEY XI.

En quales cosas los Emperadores, e los Reyes, han señorio propriamente.

Leyes del tit. 10. lib. 5. Recop.

LAs rentas de los puertos (1), e de los portadgos (2) que dan los mercadores, por razon de las cosas que sacan, o meten en la tierra, e las rentas de las salinas,

cinitatis, ut tradit Bartol. *in L. 1. ff. ad municip.* & si in loco ubi est dominus respectu jurisdictionis, non habuit; non potest frui, neque gaudere terminis, & herbagiis tanquàm civis. Quæ omnia sunt in practica benè notanda, quia quotidie sunt lites super his in Regalibus Auditoriis: & licèt in Cancellaria esset aliquando contra hoc judicatum, non esset curandum de tali stilo, cùm Magistratus non possunt inducere stilum in derogationem juris communis, ut tradit Alexand. *consil.* 36. *col. fin.* 2. *vol.* facit *L. nemo judex*, *C. de sentent.* quinimò & dictum Collectarii, de quo suprà, quatenùs loquitur faciens differentiam inter milites, & rusticos, non posset fortè practicari in his Regnis, stante ista lege Partitarum: neque unquàm visum fuit practicari, quod ego sciverim, nisi in domino loci ibi habitante, qui est dominus villæ, vel castri respectu jurisdictionis, qui est (ut dixi) civis, & caput civium: in quo etiam neque rationes Collectarii multùm militant, licèt propter illius auctoritatem in dominis terrarum ita receptum sit: sed adhuc crederem judicis arbitrium versari in tali usu domini, ne sit cum injuria aliorum civium, ut superiùs dixi, & facit *L. pen. C. de pasc. publ. lib.* 11. & ibi Joann. de Platea.

(10) *Lugar.* Et rectè: nam divisio territorii hoc inducit, ut *in L. ex hoc jure*, *ff. de just. & jur.* text. *in L. via constitui* 23. §. *quæcunque* 3. *ff. de servit. rustic. prædior.*

LEX X.

Fructus prædiorum, vinearum, hortorum, & similium, necnon & servorum qui sunt universitatis, non possunt singuli de universitate eis uti, sed in opere universitatis convertendi sunt. Hoc dicit.

(1) *Cibdades.* De jure ff. aliquibus municipiis erat de consuetudine, ut possessores, seu vicini certam partem fructuum viliori pretio adjiciebant pro commodis publicis, ut patet *in L. si pendentes* 27 §. *si quid cloacarii* 3. in versic. *sed & si quid municipio*, *ff. de usufruct.*

(2) *Non puede cada vno.* Concordat *L. inter publica* 17. *ff. de verb. signif. L. sed Celsus* 6. ubi Gloss. *ff. de contrah. emptione.*

(3) *Pro comunal.* Habes hìc, in quibus debeant expendi reditus civitatum, qui dicuntur Proprii: & adde text. *in authent. de collator.* §. *civitatum* 16. *collat.* 9. adde etiam *L.* 20. *tit. fin. ead. Partit.* & *L.* 7. *tit.* 7. *Partit.* 5. ubi vide reditus à lege statutos civitatibus, et adde Luc. de Pen. *in L. fin.* versic. 8. *quæritur*, *C. de quibus muner. seu præstat. nem. lic. se excus. lib.* 10. Et salaria Præsidum, & Correctorum solvuntur de his, ut *in L.* 7. *tit.* 16. *lib.* 2. *Ordin.* Item salaria medicorum, & magistrorum liberalium artium, *L. ambitiosa* 4. §. 2. *ff. de decret. ab ordin. faciend.* & extra ea quæ utilitatem communem concernunt, non potest expendi, ut hìc, & *in dicto* §. *civitatum*, & *in Capitul. Corrector. cap.* 30. Sed an possit ex eis fieri eleemosina monasteriis ipsarum civitatum? Alberic. tenet notabiliter, quòd sic, *in L. si pater*, §. 1. *ff. de donat.* quem vide: sed semper hoc vidi fieri, habita licentia in Regio Consilio, & cum Principis consultatione. Et adde in materia, quæ notat Joann. de Plat. *in L.* 4. *C. de navicul. lib.* 11. & *in L.* 1. *C. de vet. numism. potest. eod. lib.* & *in L.* 1. *C. de frument. Alexandr. lib.* 11. ubi vide, an possint Decuriones de publico constituere salarium trahenti frumentum tempore carestiæ: & solent Principes ad petitionem populorum ista concedere, ut *in L.* 1. *C. de spectac. lib.* 11. & ibi Joann. de Plat. & sine ejus licentia nulli de publico potest salarium constitui *L. unica, C. de præbend. salario, lib.* 10. ubi inferunt Bartol. & Joann. de Plat. quòd non valet bannimentum factum à Potestate, quòd quicunque ceperit malefactorem, habeat tantum de pecunia Communis, & idem tenet Aret. *in tract. maleficior.* in parte *fama publica* 14. *col.* & ex his potest dici, quòd non possit de his reditibus solvi servitium regium, à quo nobiles sunt exempti; licèt aliquando ad id datæ fuerunt licentiæ à Rege ad consultationem Regii Consilii.

LEX XI.

Reditus portuum, salinarum, & piscariarum, & ferrariarum, & aliorum vectigalium, sunt Principis: & etiam portagiorum. Et fuerunt ei concessa ad sui sustentationem, & Regni defensionem, infideliumque aggressionem, & ab exactionibus injustis abstensionem. Hoc dicit.

(1) *De los puertos.* Ponuntur hìc reditus Regales: adde *L. inter publica* 17. §. 1. *ff. de verb. sign.* & *in cap. unico*, *quæ sint regal. in usib. feudor.* & quid sit portus, habes *ff. de verb. signif. L. portus* 59. & isti portus sunt publici, ut *in L. nemo* 4. §. *flumina*, *ff. de rer. divis.* & infrà *eod. L.* 12. & sunt publici, etsi hominum ingenio sint fabricati: nam, etsi ædificia sint ædificantium, ipse tamen portus publicus est, secundùm Bald. *in summa*, *ff. de rer. divis. col.* 4. reditus tamen portuum, & vectigalia, quæ indè percipiuntur, sunt de Regalibus, ut *in dicto cap.* 1. *quæ sint regalia*, & *in dicta L. inter publica* 17. §. 1. & cuilibet est facultas, etiam sine Principis licentia onerare, & exonerare ratem in portu, ut *in L.* 1. & ibi Gloss. *ff. ut in flum. publ. navig. liceat*, & vide Roder. Suarez *allegat.* 17. ubi respondet ad *L. Ordin. lib.* 6. *tit.* 10. *L.* 13. & ad reparationem portus omnes tenentur, *L. ad portus* 7. *C. de oper. publ.*

(2) *De los portadgos.* Adde *L. omnium* 6. & *L. universi* 5. & *L. ex præstatione* 7. *C. de vectigal.* & *in dicta L. inter publica* 17. §. 1. & de jure pecorum transeuntium de loco ad locum, habes *in L.* 2. & *in L.* 13. *tit.* 10. *lib.* 6. *Ordin. Reg.* & quod habetur *in* 1. *lib. Reg.* 8. *cap. vers.* 17. ibi: *Greges vestros addecimabit*: licèt Andr. de Iser. *in proœmio constit. Regni Siciliæ* dicat, quòd jura, seu servitia contenta *in dicto cap.* 8. *lib.* 1. *Reg.* non fuissent instituta de jure Divino, sed ex usurpatione Regum, & idem dicit *in cap. unico*, *de capitan. qui curiam vend. col. pen.* de jure hoc antiquo, seu de antiqua consuetudine, etiam hoc jus servitii de pecoribus debetur Regibus, & reputatur inter Regalia, ut habetur 1. *lib. Machab. cap.* 10. *vers.* 33. ibi: *Ut omnes à tributis solvantur*, *etiam pecorum suorum.*

Ley 15. tit. 27. lib. 9. Recop.

nas (3), o de las pesqueras (4), e de las ferrerias, e de los otros metales (5), e los pechos, e los tributos (6) que dan los omes, son de los Emperadores, e de los Reyes: e fueronles otorgadas todas estas cosas, porque ouiessen con que se mantouiessen (7) onrradamente en sus despensas; e con que pudiessen amparar sus tierras e sus Reynados, e guerrear contra los enemigos de la Fe; e porque pudiessen escusar sus Pueblos, de echarles muchos pechos, o de fazelles otros agrauiamientos.

LEY XII.

Como en las cosas Sagradas, o Religiosas, non puede ninguno auer señorio.

LL. 5. 6. 7. 9. y 10. tit. 2. lib. 1. Recop.

Toda cosa (1) Sagrada, o Religiosa, o Santa, que es establecida a seruicio de Dios, non es en poder de ningund ome el señorio della, nin puede ser contada entre sus bienes: e maguer los Clerigos las tengan en su poder (2), non han señorio dellas; mas tienenlas assi como guardadores, e seruidores, e porque ellos han a guardar estas cosas, e a seruir a Dios en ellas, e con ellas. Porende les fue otorgado, que de las rentas (3) de la Eglesia, e de sus heredades ouiessen de que beuir mesuradamente (4); e lo demas, porque es de Dios (5), que lo despendiessen en obras de piedad, assi co-

(3) *De las salinas.* Adde *dictam L. inter publica*, §. 1. ibi, *item salinarum*, *ff. de verb. sign.* & *cap. super quibusdam* 26. *eod. tit.* & 1. *Machab. cap.* 10. *vers.* 29. ibi: *Pretia salis indulgeo.* Sunt etiam salinæ in prædiis privatorum, sicùt & metalla, ut tradit Andr. de Iser. *quæ sint regal.* in parte *Argentariæ*, & in parte *reditus piscationis*; sed domini terrarum, secundùm eum, usurpant certo modo vendi sal, & emi in salinis privatorum. In Regno Siciliæ, secundùm eum, certum pretium dant patronis, aliud percipiunt Reges; & spectabitur consuetudo in istis. In isto Regno privati certo pretio vendunt salem salinariis, qui conducunt à Rege, & facit *L. creditor* 52. *ff. de action. empt.* & *L. si quis* 11. *C. de vectigal.* & circa hoc vide quasdam leges Quaterni salinarum, quas vellem imprimerentur, ut essent notæ omnibus: & ut habetur *in L.* 8. *tit.* 1. *lib.* 6. *Ordin. Regal.* fontes, & putei salati, ex quibus sal conficitur, pertinent Regi, sicùt & metalla, & nullus potest se de eis intromittere sine Regis licentia, & reditus pertinent Regi: quæ lex videtur intelligenda, quando sunt in publico, vel in prædiis Regis, & non essent in prædiis privatorum, juxta ea, quæ de argenti fodinis, & aliis mineriis, tradit Andr. de Iser. in dicto verbo *Argentariæ*: obligantur tamen isti privati ex dictis legibus Quaterni salinarum, vendere salem certo pretio salinariis conducentibus à Rege, ut dixi: est enim aqua salsa pars fundi, *L. is qui in puteum* 11. *ff. quod vi, aut clàm*, Joan. de Plat. *in L.* 1. *col.* 2. *C. de thesaur. lib.* 10. & vide textum *in L. forma* 4. §. *salinæ* 7. *ff. de censib.* Adde pragmaticam Regum Catholicorum, ubi gravissimæ pœnæ imponuntur, ne de Regnis extraneis asportetur sal ad istum Regnum: & hinc est, quòd inspiciunt salinarii domos privatorum: quod multùm abhorrent subditi, secundùm Joann. de Plat. *in L. fin. C. de annon. & tribut. lib.* 10.

(4) *Pesqueras.* Adde *L. inter publica* 17. §. 1. ibi, *item piscariarum*, & *in dicto cap. unico*, *quæ sunt regal.* super parte *reditus piscatorum*, quod Andr. de Iser. ibi intelligit, ubi Rex consuevit habere tale jus piscationum: nam de jure communi communis est piscatio omnibus, tàm in mari, quàm in fluminibus, ut *in L.* 2. *in L. nemo* 4. *ff. de rer. divis.* potest etiam Princeps per privilegium alicui concedere piscationem in certa parte maris, & alios prohibere, ut *in L. sane* 14. & ibi Ang. *ff. de injur.* ubi & Gloss.

(5) *Metales.* Vide Andr. de Iser. *in dicto cap. unico*, versic. *argentariæ*, & *dictam L. inter publica* 17. §. 1. & quæ dixi *in L.* 5. *tit.* 15. *Partit.* 2. & *L.* 8. *tit. penult. lib.* 6. *Ordin.*

(6) *Tributos.* Tributa per Principem imposita omnes subire debent, *L.* 3. & ibi Joann. de Plat. *C. de annon. & tribut. lib.* 10. vide *cap. omnis anima* 12. *de censib.* & Matth. 17. vers. 24. *Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel censum? an à filiis suis, an ab alienis?* Et adde *cap. super quibusdam, de verb. sign.* & adde *LL.* 2. & 8. & quæ ibi dixi, *Partit.* 2. *tit.* 1.

(7) *Mantouiessen.* Nota hæc verba pulchra hujus legis, quæ Reges semper deberent advertere: sunt enim isti reditus Regibus statuti ad vivere regium, ut non extendant manus ad iniquitatem, auferendo bona subjectorum, & ne tyrannizent, ut tradit Andr. de Iser. *in cap. imperialem*, in versic. *si neque dominus feudi*, *col.* 1. *de prohib. feudi alien. per Freder.*

LEX XII.

In nullius bonis sunt res sacræ, & religiosæ, aut sanctæ, licèt tales res per clericos custodiantur: & propter hoc habent ipsi fructus rerum ecclesiasticarum, quibus mensuratè vivant; & quod superfuerit, in pias causas impendant, sicùt in pauperum aut orphanorum alimentis, vel virginum pauperum maritatione, captivorum redemptione, & Ecclesiarum reparatione, & similibus.

(1) *Cosa.* Concordat *L. in tantum* 6. §. *res sacræ*, & §. *nullius*, & §. *sacræ*, *ff.* & *inst. de rer. divis.*

(2) *Poder.* Licèt sint in hominum censura, sive dispositione, & est verbum Azon. *in summa, instit. de rer. divis.*

(3) *Rentas.* De quibus clerici beneficiati possunt alimenta percipere, etiam si ipsi habeant bona propria, de quibus possent vivere, ut tradit Abb. *in cap. postulasti*, *col. pen. & fin. de rescript.* & *in cap. Episcopus*, *de præbend.* ubi hoc dixit Innoc. & ejus dictum communiter tenetur, quicquid dicat Gloss. *in cap. clericos*, 1. *quæst.* 2. & *in cap. ex his*, 12. *quæst.* 1. nam jura super quibus Gloss. se fundat, loquuntur secundùm antiquum statum Ecclesiæ, ut declarat Abb. ubi suprà, & adde Felin. *in cap. ex litteris*, *colum.* 2. *de constitut.* & *in cap. postulasti*, *col.* 10. *de rescript.*

(4) *Mesuradamente.* Quia sacerdoti de altari vivere, non luxuriari permittitur, 44. *distinct. in summa*, ubi refertur dictum Hieronymi. Et habentes victum, & vestitum, debent esse contenti, juxta dictum Apost. 1. *ad Timoth. cap.* 6. *vers.* 8. & *in cap. Episcopus* 23. 12. *quæst.* 1. quod tamen non ita strictè accipiendum est, & consideranda sunt ista secundùm qualitatem personæ, juxta ea quæ notat Gloss. *in cap.* 1. 21. *quæst.* 1. super parte *necessitatem*, *in fin.* & per Abb. *in cap. cum adeò*, *de rescript.* ubi allegat illam gloss. & vide per Archid. *in sum.* 44. *dist.* an clericus voluptuosè consumens fructus beneficii, teneatur ad restitutionem? De quo tamen vide latè per Præpos. Alex. ibi, *col.* 2. 3. & 4. cujus resolutio in prælatis, & clericis sæcularibus est, quòd cùm isto tempore habeant dignitates, & præbendas distinctas, sintque beneficiorum suorum administratores, faciunt fructus suos: & si abutuntur istis bonis, peccant mortaliter; sed non tenentur ad restitutionem, quia non aliena rapiunt, sed suis rebus abutuntur: si tamen per istum abusum fructuum beneficii Ecclesia passa esset detrimentum; tunc fatetur, quòd tenetur clericus restituere omne damnum Ecclesiæ: neque consuetudo, quæ permittit eos disponere de fructibus, valeret, ubi tractaretur de damno Ecclesiæ, vel de diminutione cultus divini; veluti si clericus ita dilapidavit fructus beneficii, quòd non superesset sibi ad faciendum deservire Ecclesiæ: vide ibi latiùs per eum, ubi ponit, quid de Episcopis, & de regularibus, vel clericis sæcularibus, qui habent beneficia regularia in commendam: & vide *in glos. sequenti.*

(5) *De Dios.* Approbare videtur opinionem Innoc. *in cap.*

como en dar a comer, e a vestir a los pobres (6), e en fazer criar los huerfanos, e en casar las virgines pobres (7), para desuiarlas, que con la pobreza non ayan de ser malas mugeres; e para sacar catiuos, e reparar las Eglesias, comprando calices, e vestimentas, e libros, e las otras cosas de que fueren menguadas; e en otras obras de piedad semejante destas.

LEY XIII.

Quales son las cosas Sagradas, e como se pueden enagenar.

Leyes 5. 6. 7. 9. y 10. tit. 2. lib. 1. Recop.

SAgradas (1) cosas, dezimos, que son aquellas que consagran los Obispos (2); assi como las Eglesias (3) e los Altares (4) dellas, e las Cruzes, e los Calices, e los encensarios, e las vestimentas, e los libros, e todas las otras cosas, que son establecidas para seruicio de la Eglesia: e destas cosas atales non se puede enagenar el señorio, si non en casos señalados, assi como mostramos en la primera Partida deste libro, en las leyes que fablan en esta razon. Otrosi dezimos, que maguer alguna Eglesia sagrada se derribe (5), aquel lugar o fue fundada, siempre finca sagrado. Pero si alguna Eglesia sagrada cayesse en poder de los enemigos (6) de la Fe; luego que se apoderassen della, non seria sagrada (7) en quanto la touiessen catiua; mas despues que la cobrassen los Christianos, seria sagrada, e tornaria en el primero estado en que era, ante que se apoderassen los enemigos en ella; e auria todos sus derechos libres, e quitos, bien assi como los auia en ante.

LEY XIIII.

Como el lugar do es soterrado ome, es Religioso; quier sea sieruo, o libre.

REligioso (1) lugar dezimos que es aquel, o es soterrado algund ome, quier sea libre, quier sieruo, si es soterrado pa-

cap. indecorum, de ætate, & qualitate, qui vult, quòd fructus perceptos ex beneficio potest clericus convertere in sua alimenta, & residuos debet convertere in necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ, & erogare in pauperes: & opinionem Innoc. tenet Archid. *in cap. statutum, §. assessorem, de rescript. lib. 6.* Joan. Calderin. *in cap. fin. de pecul. cleric.* ubi Joan. de Imol. dicit, eam veram de jure; subjicit tamen, quòd consuetudo multum potest in talibus operari: & idem quod Innoc. tenet Abb. *in repet. cap. cum esses, col. 9. & 10. de testam.* ubi latè: & tene menti istam legem, cùm dicit (*que es de Dios*) & certè timendum est, an excuset consuetudo, de qua per Glos. *in cap. præsenti, de offic. ordin. lib. 6.* & quando in malos usus expenditur, potiùs est abusus, quàm consuetudo: & vide quod notat Abb. *in cap. cum in officiis, de testam.* & adde pulchra verba Bernardi super *Cantic. sermone 23. col. pen. in princ.* dicit enim: Timeant clerici, timeant ministri Ecclesiæ, qui in terris sanctorum, quas possident, tàm iniqua gerunt, ut stipendiis (quæ sufficere debeant) minimè contenti, superflua (quibus egeni sustentandi forent) impiè, sacrilegè sibi retineant, & in usus suæ superbiæ, atque luxuriæ victum pauperum consumere non verceantur: duplici profectò iniquitate peccantes, quòd & aliena diripiunt, & sacris in suis voluptatibus, & turpitudinibus abutuntur: vide quæ latiùs dixi 1. *Partita, tit. 5. L. 40.*

(6) *A los pobres.* Adde *cap. aurum 70. & cap. gloria Episcopi 71. 12. quæst. 2.*

(7) *Virgines pobres.* Habes hìc, quòd maritare virgines pauperes, dicitur pia causa, *L. cùm is 32. §. mulier 2. ff. de condict. indeb.* Bald. *in authent. nisi rogati, col. 3. C. ad Trebel.* ubi & dicit, quòd executores deputati ad maritandas virgines, non possunt dare quantitatem ad hoc relictam virgini intranti monasterium: & adde in materia quæ notat Bald. novell. *in tract. de dote, chart. 7.* vers. *nunc me transfero, per quatuor col.* ubi vide aliqua notabilia circa ista relicta pro virginibus maritandis.

LEX XIII.

Dicuntur res sacræ, per Pontificem consecratæ: ut Ecclesia, altaria, & calices, libri, thuribula, vestimenta, & alia servitio Ecclesiæ dedicata, quorum dominium non potest alienari nisi in certis casibus notatis 1. *Partit. tit 14. L. 1.* Et loco sacro diruto, remanet solum sacrum: sed si in hostium infidelium potestatem pervenerit, desinit esse sacrum; & cùm à fidelibus recuperatur, restituitur in pristinum statum. Hoc dicit.

(1) *Sagradas.* Concordat *L. in tantum 6. §. sacræ res, ff. de rer. divis. & §. sacræ res, instit. eod. tit.* & loquitur hìc de rebus publicè, id est ad publicum usum consecratis, non de his quæ privatim, Bart. *in L. sacrilegii, ff. ad Legem Jul. peculatus.*

(2) *Obispos.* Ad eos enim ista pertinent, ut hìc, & *in dicto §. sacræ, & in cap. nemo 9. de consecrat. dist. 1.* & *in authent. ut nullus fabric. orat. domos, collat. 5.* & vide *in cap. Abbates, de privil. lib. 6.* per Gloss. & Doctor. & *cap. vel timenti, de consecr. dist. 1.* & Sylvest. *in summ.* in verbo *benedictio*, versic. 2. *utrùm*: neque possunt ista alii delegari, quia sunt Ordinis Episcopalis, Abb. *in cap. aqua, de consecrat. eccles. vel alt.*

(3) *Eglesias.* Istæ antiquitùs non dedicabantur sine licentia Papæ, ut *in cap. præcepta 5. & in cap. basilicas 6. de consecr. dist. 1.* hodie per Episcopum, ut hic, & *in dicto cap. nemo 9. in cap. quidam, 18. quæst 2.* Ecclesia tamen cathedralis consecratur, & erigitur de licentia Papæ, ut *in cap. 1. ne sede vacante.*

(4) *Altares.* In quo cognoscetur altare esse consecratum, vide per Abb. *in cap. 1. de consec. eccl. vel alt.* 1 *Primera Partida, Tit. 14.*

(5) *Se derribe.* Concordat *dicta L. in tantum 6. §. sacræ, & dict. §. sacræ res, instit. & ff. de rer. divis.* & sic, licèt Ecclesia sit diruta, retinebit sua privilegia, & indulgentias, proùt & dicit Ang. *in dicto §. sacræ*, quem vide *in princ. & in fine illius §.*

(6) *Enemigos.* Concordat *L. cum loca 36. ff. de religios. & sumptib. funer.*

(7) *Sagrada.* Id est, erit viduata sacris ministris; ipse tamen locus remanet sacer, ut exponit Glos. *in cap. pastoralis, 7. quæst. 1.* & Gloss. *in cap. in plerisque, de elect.* super verbo *christiano.* Joann. Fab. tamen *in dicto §. sacræ, instit. de rer. div.* dixit, esse in hoc differentiam inter jus Canonicum, & Civile; ut de jure Civili desinat esse sacer, de jure Canonico secùs: & idem tenet Cardin. *in dicto cap. in plerisque, quæst. 2.* dicens, quòd jus Civile ponderavit factum, scilicèt an de facto possint ibi exerceri sacramenta; jus vero Canonicum habuit respectum ad jus: undè nisi auctoritate superioris sit destructa, non desinit esse Ecclesia cathedralis, seu sacra.

LEX XIIII.

Locus Religiosus est, ubi totum corpus hominis, saltèm caput, sepulturæ perpetuæ causa humatum est; nisi fuit homo supplicio damnatus, vel relegatus, & ibi absque Regis præcepto fuit sepultus, aut si est proditor Regis, vel patriæ. Hoc dicit.

(1) *Religioso.* Concordat *§. religiosum 9. instit. de rer. divis. & L. locum 2. & L. cum in diversis 44. ff. eod.* & traditur per Azon. *in sum. C. de relig. & sumpt. funer. in princ.* vers: *est autem locus.* Et quid de jure Canonico? Vide Glos. 13. *quæst. 2. cap. in ecclesiastico*, ubi quòd requiritur auctoritas Pontificis, ut locus sit sacer, vel religiosus.

para nunca mudarlo (2) ende, e si yaze y todo el cuerpo, o a lo menos la cabeça (3); fueras ende, si aquel que soterrassen y, fuesse ome a quien ouiessen justiciado (4) por algund mal fecho; o si fuesse desterrado de aquel lugar o yoguiesse, e lo ouiessen y soterrado sin mandamiento del Rey; o si fuesse prouado, que ouiesse fecho traycion (5) contra su Señor, o contra la tierra do fuesse natural.

LEY XV.

Como los muros, e las puertas de las Cibdades, son llamadas Santas cosas.

SAntas cosas son llamados los muros (1), e las puertas de las Cibdades (2), e de las Villas. E porende establecieron los Emperadores, e los Philosofos, que ningund ome non los quebrantasse, rompiendolos, nin forçandolos, nin entrando sobrellos por escaleras, nin en otra guisa, nin so ellos en ninguna manera, si non por las puertas (3) tan solamente. E establecieron por pena a los que fiziessen contra esto, que perdiessen las cabeças. E porque quien assi entrasse en alguna Cibdad, o Villa, non entraria como ome que ama pro, e onrra del lugar; mas como enemigo, e como malfechor. E este establecimiento fizo Romulo, que fue Señor de Roma.

LEY XVI.

Como Romulus poblo a Roma, e defendio, que non entrasse ninguno sobre los muros de la Cibdad, nin so ellos.

REmus (4), e Romulus, fueron dos hermanos nobles, e onrrados, e poderosos, e ellos poblaron a Roma principalmente, e la cercaron: e despues que la ouieron poblada, e cercada amos de so vno, acaescio contienda entrellos, como auria nombre la Cibdad, e qual dellos seria Señor della; e acordaronse, que echassen suertes sobrella, e al que cayesse por suerte, fuesse Señor della, e el pusiesse qual nombre touiesse por bien. E cayo por suerte a Romulo, e pusole nombre Roma. E de si fizo establecimientos, e posturas, por que biuiessen, e se mantouiessen los moradores della. E entre las posturas que fizo, establecio, que ningund ome non entrasse en la Cibdad, ni saliesse, sino por las puertas della; e quien por otro lugar entrasse, o saliesse, por escalera (5) de otra guisa sobre los muros, nin so ellos en ninguna manera, que perdiesse la cabeça por ello. Onde acaescio, que su hermano mismo quebranto esta postura, e salio de la Cibdad sobre los muros, e descabeçolo (6) porende sobrellos. E por esto dixo Lucano, que los primeros muros de Roma fueron bañados de la sangre del hermano del Señor della (7).

LEY

(2) *Mudarlo.* Vide *L. si necdùm* 10. *C. de relig. & sumpt. funer.* & *ff. eod. L. si quis enim eo animo* 40.

(3) *Cabeza.* Adde *dictam L. cum in diversis* 44. & hoc propter excellentiam attribuitur capiti, in quo est fons rationis, & intellectus, secundùm Bart. referentem Aristotel. *in* §. *ad hoc, col.* 3. *de pace juram. firm.* & sic habes, quòd caput est nobilior, & pretiosior pars hominis; & ubi est caput, fingitur esse totum corpus.

(4) *Justiciado.* Adde *LL.* 1. *&* 2. *ff. de cadaver. punitor.* & Azon. ubi suprà,

(5) *Fecho trayzion.* Concordat *L. minimè* 35. *ff. de relig. & sumpt. funer.*

L E X XV.

Sancti dicuntur muri, & portæ civitatis, aut villæ, quos nisi per januam transcendere nulli licet; aliàs pœna capitis punietur. Nam Romulus fratrem, contra legem per muros quia exivit, & non per portas, decapitavit. Hoc dicit cum L. sequenti.

(1) *Muros.* Concordat *L.* 1. vers. *sanctæ quoque res,* & *L. fin. ff. de rer. divis.* & *instit. eod.* §. *sanctæ* 10.

(2) *De las Cibdades.* Non ergò erit speciale in Civitate Romana, proùt volebat Alber. *in dicta L. fin.* dicens, quæstionem fuisse de facto, & quòd, eo reclamante, Potestas Bergami quendam transcendentem muros decapitavit. Et quid si muri sint de ligamine constructi? Dic idem, secundùm eum, qui allegat *L.* 3. §. *in bello, ff. de re militar.* Et quòd in aliis civitatibus non esset pœna capitis, sed extra ordinem, tenet Bald. post Guilliel. *in L. sacra*, §. *muros, ff. de rer. divis.* & Angel. *in dicto* §. *sanctæ*: ista lex loquitur in omnibus civitatibus, licèt tantùm sit, referendo leges antiquas, & non videtur, quòd aliquid statuendo; licèt satis videatur approbare, ex quo inserit in isto volumine. Fòrtè distinguendum esset de modo violationis murorum, an fiat dolo, vel aliàs; ut si fiat dolo, sit pœna capitis; si cesset dolus, sit pœna extraordinaria, *L. in lege* 7. *ff. ad Leg. Cornel. de sicar.* tenet Joann. Fab. *in dicto* §. *sanctæ*, & faciunt ad hoc verba hujus legis, ibi (*e porque quien assi entrasse, &c.*) Nota etiam, quòd violator fossorum circa muros, ut muri caderent, tenetur pœna capitis, Bald. *in L. pergit, C. de sepulc. viol.*

(3) *Puertas.* Præsumptio mali est contra non intrantes per portas consuetas, sed aliundè, *L.* 2. ubi Joann. de Plat. *C. de cursu publ. lib.* 12. & illud *Evang. Joann.* 10. *cap. vers.* 1. Qui non intrat per ostium, ille fur est, & latro: & *vers.* 8. Omnes quotquot venerunt, fures sunt, & latrones, & non audierunt eos oves: & adde *L. Fori, tit. de las penas.* incipit (*todo ome*) & Bald. *in L. fin. ff. de rer. divis.*

L E X XVI.

(4) *Remus.* Adde *cap. in apibus* 41. 7. *quæst.* 1. Glos. *in dicta L. fin. ff. de rer. divis.*

(5) *Escalera.* De ponente scalas causa violandi castitatem, vide Bald. *in dicta L. fin. ff. de rer. divis.*

(6) *Descabezolo.* Et sic justitia mediante, & publico, & non privato gladio, proùt & dicit Bald. *in dicta L. fin.* In contrarium facit *dict. cap. in apibus*, ubi & Glos. quòd potuit hoc fecisse ex invidia: nam libido dominandi suos consortes non patitur, *L.* 1. *tit.* 1. *Part.* 2. ubi dixi.

(7) *Señor della.* Et sic, ut superior, Romulus interfecit Remum; aliàs par in parem non haberet imperium, *L. ille à quo* 13. §. *tempestivum* 4. *ff. ad Trebel.* ut & notat Bald. *in dicta L. fin. de rer. divis.* post Guiliel. ubi Alber. quòd si sunt duo domini in uno castro, unus non potest punire alium: quod limita, nisi ambo domini non recognoscerent superiorem; vel esset periculum in mora; vel si unus esset major in administratione, quàm alter, ut notabiliter dixit Bald. *in cap. unico, qualiter debeat vassal. jura dom. fidel. in fin.* & præsertim tene menti illud, quando est periculum in mora, nam facit ad multa: & adde alios duos casus per Alberic. *in dicta L. fin.*

LEY XVII.

Como ome gana el señorio de las bestias saluajes, e de los pescados, luego que los prende

BEstias (1) saluajes, e las aues, e los pescados de la mar, e de los rios, quien quier que los prenda, son suyos (2) luego que los ha presos; quier prenda alguna destas cosas en la su heredad misma, o en la agena. Empero, si quando algund ome quisiesse entrar a caçar en heredad agena, estouiesse y el señor della, e le dixesse que non entrasse y a caçar; si despues contra su defendimiento prisiesse y alguna cosa, estonce non deue ser del caçador (3), si non del señor de la heredad. Ca ningund ome non deue entrar en heredad agena para caçar en ella, nin en otra manera contra defendimiento de su señor. Esso mismo seria, si el señor lo fallasse, que anduuiesse ya caçando en su heredad, e ante que y prisiesse ninguna cosa, le defendiesse que non caçasse y. Ca todo quanto y caçare despues que gelo defendiesse, todo deue ser del señor de la heredad, e non del caçador. Mas si ante que gelo defendiesse, ouiesse algo caçado, todo quanto prisiesse deue ser del caçador, e non ha que ver en ello el señor de la heredad.

LEY XVIII.

Por quales razones puede entrar vn ome en la heredad de otro.

ENtrar puede ome en heredad agena contra el defendimiento del señor della, por algunas de las razones (1) que son dichas en esta ley. La primera es, si algund ome ouiesse arboles que diessen fruto de si, que colgassen las ramas dellos sobre la heredad agena, de guisa que cayesse la fruta y. Ca estonce bien podria entrar a coger (2) el fruto de sus arboles. E esto puede fazer en tres dias (3), e non en mas. La segunda es, si algund ome ouiesse escondido dineros (4) en heredad agena. Ca si este atal jurasse que lo non faze maliciosamente, deuelo consentir que entre por aquello que condesso y, e deuegelo dexar leuar sin embargo ninguno. La tercera es, si algund ome ouiesse comprado las vuas de alguna viña, o la fruta de los arboles de alguna huerta, o de otra heredad, e ouiesse pagado el precio: ca estonce pueden entrar a coger (5) el fruto que compro, e el señor de la heredad no le puede defender la entrada, maguer lo quisiesse fazer.

LEY

LEX XVII.

Bestiæ, & aves, & pisces maris, vel fluminis, fiunt capientis: si tamen interveniat prohibitio domini fundi ante ingressum, vel post ante capturam; quod venetur, vel aucupetur, erit domini fundi, non capientis. Hoc dicit.

(1) *Bestias.* Concordat *L.* 1. §. 1. *ff. de acquir. rer. domin.* & §. *feræ, instit. de rer. divis.*

(2) *Suyos.* Ut in dictis juribus: idemque tradit Philosophus *in* 1. *Polytic.* dicens, quòd venatio animalium silvestrium naturaliter est justa, quia per eam homo sibi vindicat quod suum est: & idem dicit B. Thom. 2. *lib. de regim. Principum*, *cap.* 6. dici debere de piscatione, & aucupatione: undè, secundùm eum, & natura aves rapaces providit, & canes ad hujusmodi officium exercendum; quia verò in piscibus non est aptitudo loci ad talia ministeria, loco canum, & avium homo retia adinvenit. Hoc etiam Scriptura Sacra confirmat, quando Deus in mundi creatione dixit: Dominamini piscibus maris, & volatilibus Cœli, & universis animantibus, quæ moventur super terram; ex quo ostendit, quòd naturæ institutæ humanæ talem indidit potestatem: qui enim dixit: Germinet terra herbam virentem, & ex tali dicto data est arboribus potestas germinandi; dixit & nobis similiter: Dominamini piscibus maris, &c. Dominium ergò hominis super cæteras creaturas est naturale: undè & Philosophus probat secundùm eandem rationem, quòd venationes, & aucupia sunt à natura, ut & latiùs tradit B. Thom. 3. *lib. de regim. Princip. cap.* 9.

(3) *Cazador.* Approbat opinion. Glos. *in* §. *feræ, inst. de rer. divis.* & reprobat opin. Glos. *in L. Divus*, *ff. de servit. rust. prædior.* & Glos. *in L.* 3. *ff. de acquir. rer. domin.* & adde, quod ubi de consuetudine tolerantur garenæ, & defensæ, capiens in aliena garena, non facit suum: nam si prohibitio judicis impedit translationem dominii, multo fortiùs lex consuetudinaria, secundùm Joan. Fab. *in dicto* §. *feræ*, & Cardin. Alex. *in cap. jus naturale*, 1. *dist.* & idem, secundùm Joan. Fab. quando prohibitio est facta per judicem, ne quis venetur; & adde Cepol. *in tractatu de servitut. in tit. de aucupatione.*

LEX XVIII.

Domino invito, potest quis intrare in fundo alieno in casibus in hac lege expressis. Hoc dicit.

(1) *De las razones.* Alios casus vide per Gloss. *in cap. omnes leges*, 1. *dist. in glos. fin.* & de examine mearum apium intrante in domum tuam, vide Ang. *in* §. *apium, instit. de rer. divis.* & adde Glos. *in L. per agrum*, *C. de servit.* & text. cum Glos. *in cap. notandum*, 23. *q.* 2.

(2) *A coger.* Concordat *L.* 1. *ff. de glande legenda*, & *L. quod servandarum* 14. §. *fin. ff. de præscript. verbis*, & *L. Julianus* 9. §. *glans*, *ff. ad exhibend.*

(3) *En tres dias.* Idem dicitur in dicta lege: tertio, id est primo, secundo, & tertio die: & intellige secundùm Glos. & Bart. *in dict. L. una*, quando fructus essent tales, quòd in isto triduo corrumperentur; si tamen non corrumperentur in tàm brevi spatio, adhuc & post tertiam diem poterunt colligi. Aliter etiam intelligit Glos. ibi, videlicèt, quòd in qualibet tertia die possit ingredi, & colligere fructus suos in alieno loco jacentes: & uterque est notabilis intellectus. Et dicit ibi Bart. quòd si fructus essent talis qualitatis, quòd una die corrumperentur, potest agi, ut qualibet die liceat sibi intrare ad fructus colligendos. Ista tamen lex vult, ut præcisè teneatur colligere infra tres dies, ut non possint postea, & fortè fuit ejus motivum *L.* 15. *tit.* 4. *lib.* 3. *Foro Legum*; intellectus tamen Glos. & Bart. æquior est, & credo servatur in practica.

(4) *Escondido dineros.* Concordat *L. thesaurus* 15. *ff. ad exhibend.*

(5) *A coger.* Concordat *L. qui pendentem* 25. *ff. de action. empti*: videtur enim actum, ut colligere possit propria auctoritate, & suis impensis, ut declarat ibi Paul. de Cast. & idem videtur, si emerit quis arborem, ut notat Bald. *in rubrica C. de contrah. emption. in fine.*

LEY XIX.

Como pierde ome el señorio que ha en las aues, e en las bestias saluajes.

PIerden (1) los omes el señorio que auian ganado en las aues, e en las bestias saluajes, e en los pescados, en la manera que diximos en la tercera ley ante desta, luego que salen de su poder, e tornan al primero estado en que eran ante que las prisiessen: e aun pierden el señorio, quando fuyen, e se les aluengan tanto, que las non pueden ver; e que las vean, estando (2) ellos tan alongados dellas, que aduro las podrian prender. E en cada vno destos casos gana el señorio dellas, quien quier que las prende primeramente.

LEY XX.

Como ganan los omes el señorio de las cosas que toman de los enemigos de la Fe.

LAs cosas de los enemigos (1) de la Fe, con quien non ha tregua, nin paz el Rey, quien quier que las gane, deuen ser suyas; fueras ende Villa, o Castillo. Ca maguer alguno la ganasse, en saluo fincaria el señorio della al Rey (2), en cuya conquista lo gano. Empero deuele fazer el Rey señalada honrra (3), e bien, al que la ganasse. Otrosi dezimos, que quien quier que prenda ome (4) en tiempo de guerra, que este en tierra de los enemigos, e faga guerra a los Christianos, que sea su catiuo de aquel que lo prisiere, quier sea Christiano, quier Moro; mas luego que saliesse de poder de aquel que lo catiuasse, e tornasse a tierra de los enemigos, perderia el señorio del, el que lo ouiesse catiuado, o el que lo comprasse del; e seria porende libre.

LEY XXI.

Cuyo deue ser el venado que va ferido, e vienen otros, e prendenlo.

VAn los caçadores (1) en pos del venado que han ferido, seguiendolo, e vienen otros, e prendenlo: e porque podria acaecer contienda, quales dellos aurian tal venado como este, dezimos, que deue ser de aquellos que lo prisieren primeramente: ca maguer ellos lo trayan ferido, non es aun en su poder, e podria acaecer muchas cosas, por que non lo aurian: esso mismo dezimos que seria, si algund ome ouiesse parado lazos (2), o cepo, o fecho algunas foyas, o parado otro armadijo, en que cayesse algund venado; que quien quier que venga primeramente, e lo fallare, e lo prisiere, que deue ser suyo: e esto es segund derecho, como quier que en algunos lugares vsen el contrario (3).

LEY

LEX XIX.

Si fera, avis, aut piscis captus sit, evasitque taliter, quòd ejus persecutio est difficilis; perdit, qui eam acceperat, ejus dominium, & efficitur primi occupantis. Hoc dicit. Habuit ortum à §. 12. vers. *planè, cum sequent. instit. de rer. divis.*

(1) *Pierden.* Concordat *L. naturalem* 5. *in princ. ff. de acquir. rer. domin.* & §. *feræ* 12. versic. *quidquid, instit. de rer. divis.*

(2) *Estando.* Melior expositio est ista, quàm Glos. *in dicto* §. *feræ*, versic. *quidquid, instit. de rer. divis.* ubi & Joan. Fab. tenet istam expositionem.

LEX XX.

Res infidelium, cum quibus non est pax, efficiuntur occupantis; nisi sit locus, vel castrum, qui acquiritur Regi. Item homines, quos in guerra capimus in eorum terra, & eos juvantes, efficiuntur servi nostri, sive sint infideles, vel christiani; evadentes tamen à potestate capientium, & ad eorum terram redeuntes, recipiunt pristinam libertatem. Hoc dicit. Concordat cum hac lege *ff. de acquirend. rer. domin. L. adeò quidem* 7. *in princ.* & *L. & servorum* 5. *ff. de statu homin.*

(1) *Enemigos.* Concordat *L. naturalem* 5. §. *fin. ff. de acquir. rer. dom.* & §. *item ea* 17. *instit. de rer. divis.*

(2) *Al Rey.* Adde *LL.* 5. 8. & 19. *tit.* 26. *Part.* 2. & *L. si captivus* 20. §. *expulsis, ff. de captiv.* & Salic. *in L. ab hostibus* 2. *C. de captiv.*

(3) *Honrra.* Bonum verbum est hoc: & tu ideò nota.

(4) *Prenda ome.* Concordat *L. & servorum* 5. *ff. de statu hom.* & *L. adeò* 7. *in princ. ff. de adquir. rer. domin.* & §. *item ea, quæ ex hostibus* 17. *instit. de rer. divis.* & intellige de bello indicto per Regem, sivè indicat Sarracenis, sivè Christianis subditis, ut dicit Bart. *in L. hostes, ff. de capt.* versic. *tertio modo inducitur bellum publicum*, & facit hæc lex, cùm dicit infrà (*quier sea Christiano, quier Moro*) & adde, quod dicit Bald. *in L.* 4. *C. de captiv.* in bellis tamen, quæ sunt inter Reges, & Duces Christianos, non efficiuntur, qui capiuntur, servi, secundùm Bald. ibi, neque quando est bellum inter duas civitates, ut adducit Bart. *in dicta L. hostes, ad fin.* & Bald. *in dicta L.* 4. Joann. de Plat. *in L.* 1. *C. ut armor. usus, lib.* 11. & vide *L.* 13. *tit.* 9. *Part.* 5. ibi: *Fueras ende las personas de los Christianos.*

LEX XXI.

Si quis nondùm feram vulneratam, eam insequendo, ceperat, aut laqueo teneatur; nihilominus de jure primo occupanti conceditur, licèt alibi contrarius usus existat. Hoc dicit.

(1) *Van los cazadores.* Concordat *L. naturalem* 5. §. *illud, ff. de acquir. rer. dom.* & §. *illud* 13. *instit. de rer. divis.* & ut habetur *in dicto* §. *illud*, Trebatius Consultus erat in contraria opinione, & secundùm Gloss. ibi de consuetudine approbatur ejus opinio: quam etiam approbat *L.* 16. *Fori, tit.* 4. *lib.* 3. quæ de consuetudine servatur, & facit pro consuetudine *L.* 15. *tit.* 26. *Part.* 2.

(2) *Lazos.* Concordat *L. in laqueum* 55. *ff. de adquir. rer. domin.*

(3) *Usen el contrario.* Secundùm Azon. *in summa, instit. de rer. divis. col.* 3. qui dicit, consuetudinem generalem esse in contrarium: & hæc opinio, quam dicit Azo probari de consuetudine, fuit Martin. *in dicta L. in laqueum*, quando fera diù luctando, se non poterat expedire; quam opinionem etiam Alberic. ibi dicit, consuetudine rusticana approbari: quæ opinio est, etiamsi ponens laqueum, non sit in conspectu feræ captæ; nam si esset, nullum est dubium, quin & sit ejus, & alius capere non possit: quia per visum oculorum, & affectum adquirit sibi possessionem: si tamen fera, luctando, se poterat expedire, tunc efficitur capientis: vide Alber. *in dicta L. in laqueum.*

LEY XXII.

Como gana ome el señorio de las abejas, e enxambres, o de los panales.

ABejas (1) son como cosas saluajes. E porende dezimos, que si enxambre dellas posare en arbol de algund ome, que non puede dezir que son suyas, fasta que las encierre en colmena, o en otra cosa; bien assi como non puede dezir que son suyas las aues que posassen y, fasta que las prisiesse. Esso mismo dezimos que seria de los panales, que las abejas (2) fiziessen en arbol de alguno; que non los deue tener por suyos, en quanto estouiessen y, fasta que los tome ende, e los lieue. Ca si acaeciesse, que viniesse otro alguno, e los leuasse ende, serian suyos; fueras ende, si estouiesse el delante quando los quisiesse leuar, e gelo defendiesse (3). Otrosi dezimos, que si el enxambre de las abejas bolare de las colmenas de alguno ome, e se fuere; si el señor dellas las perdiere de vista, o fueren tan alongadas (4) del, que las non pueda prender, nin seguir; pierde porende el señorio que auia sobre ellas, e ganalas quien quier que las prenda, e las encierre primeramente.

LEY XXIII.

Como pierde ome el señorio de los pauones, e de los faysanes, e de las otras aues saluajes.

PAuones (1), e gauilanes, e gallinas de Yndia (2), e palomas, e gruas, e ansares, e faysanes, e las otras aues semejantes dellas, que son saluajes segund natura, acostumbraron los omes a las vegadas, a amansar, e criar en sus casas. E porende dezimos, que en quanto acostumbran estas aues atales, de yr, e tornar a casa de aquel que las cria, que ha el señorio por do quier que anden; mas luego que ellas por si se dexen de la costumbre que vsaron, de yr, e de tornar, que pierde el señorio dellas el que lo auia, e ganalo quien quier que las prende. Esso mismo dezimos de los cieruos (3), e de los gamos, e de las zebras, e de las otras bestias saluajes, que los omes ouiessen a criar en sus casas (4): ca luego que se tornan a la selua, e non vsan (5) de venir a casa, o al lugar de do su dueño las tenia, pierde el señorio dellas.

LEY XXIIII.

Como non pierde ome el señorio de las gallinas, e de los capones.

GAllinas (1), e capones, e las ansares, que nacen, e se crian en las casas de los omes, non son de natura saluaje. E por ende dezimos, que maguer buelen, e se vayan de casas de aquellos que las crian, por espanto, o en otra manera, e non tornen y, por esso non pierden el señorio dellas aquellos cuyas son; ante dezimos, que quien quier que las prendiere con entencion de las fazer perder a su señor, que gelas puede demandar de furto; bien assi como las otras cosas que tuuiesse en su casa, e gelas furtassen.

LEY

L E X XXII.

Examen apium domini conspectum effugiens, aut ita longè, quòd insequi nequeat, evolans, priùs includenti quæritur: nec si alterius arbore sederit, etiam favos faciendo, efficitur domini arboris ante inclusionem; imò alius includens efficitur dominus, & potest recipere favos, nisi dominus arboris coram positus eum prohibeat. Hoc dicit.

(1) *Abejas.* Concordat *L. naturalem* 5. §. *apium* 2. *ff. de adquir. rer. domin.* & §. *apium* 14. *instit. de rer. divis.* vide *L. fin. tit.* 4. *lib.* 3. *Foro Legum*: & quid de columbis, qui volant, & revolant in columbariis, vide Joan. Fab. *in* §. *in his*, *instit. de rer. divis.*

(2) *Panales de las abejas.* Brevis in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus illius, *Ecclesiast.* 11. *cap. vers.* 3.

(3) *Defendiesse.* Nam isto casu non essent capientis, sed domini fundi, ut *in L.* 17. *suprà eodem*, & hìc, quidquid dicat Glos. & Doct. *in dicto* §. *apium.*

(4) *Alongadas.* Vide *dictam L. Fori.*

L E X XXIII.

(2) *Concibe, e pare.* Nam licèt partus sit editus penes bonæ fidei possessorem, si tamen fuit conceptus penes furem, est furtivus quoad usucapionem, ut *in L. qui vas* 48. §. *ancilla* 5. *ff. de furtis*, & per Bartol. *in L. ancillæ*, *C. eod.* Et ex ista lege collige, quòd etiam in fœtu vaccæ, vel equæ, vel alterius pecudis, si concipiatur apud furem, licèt edatur apud bonæ fidei possessorem, respectu usucapionis partus erit furtivus, sicùt & partus ancillæ. Angel. tamen *in L. si ego*, §. *fin. ff. de publiciana*, tenet contrarium, distinguendo inter partum ancillæ, & fœtum animalis: dicit etiam, quòd fœtus natus apud bonæ fidei possessorem, licèt fuerit conceptus apud furem, possit usucapi: & assignat rationem diversitatis inter partum, & fœtum, quia partus interest non mutare dominum, quod non interest in fœtu: dictum tamen hoc Angeli non benè jure probatur; imò *L. qui vas* 48. §. *ancilla* 5. *ff. de furtis*, quam ipse allegat, potiùs probat oppositum: erit ergò idem in omnibus in fœtu, quod in partu ancillæ, nisi in eo, quod dixi in gloss. incipienti *in partu*, proxime sequenti.

(3) *Ganar por tiempo.* In partu ancillæ benè procedit, quòd usucapiatur; in fœtu verò vaccæ, vel equæ, videtur, quòd statim sine usucapione sit bonæ fidei emptoris, apud quem conceptus, & editus est, ut declarat Angel. *in L. non solum*, *in princ. ff. de usucap.* & Paul. *in L. si aliena*, §. *Scævola*, *eod. tit.* & per Bartol. *in L. ancillæ ad finem*, *C. de furtis.*

despues que la ouiesse comprada, e ante que concibiesse, supiesse que el que gela vendio la ouiera de mala parte, estonce non podria ganar por tiempo el fruto que la cosa diesse de si. Empero, si despues la cosa concibiesse, seyendo ya en su poder, supiesse que non era de aquel (4) que gela vendio; mas non supiesse, si la ouiera de furto, o de robo, o que la forçara; estonce bien podria ganar el fruto della por tiempo. Mas si supiesse que la ouiera furtada, o forçada, o robada, non podria ganar el fruto della por tiempo; bien assi como non podria ganar la madre. E si por auentura, despues que la cosa ouiesse parido, supiesse que era forçada, o robada, o furtada, e non lo supiesse ante que pariesse; si lo fiziesse estonce saber (5) a aquel cuya era, diziendole, que si algun derecho auia en ella, que lo demandasse; si el otro non lo quisiesse fazer, dende adelante bien podria ganar el fruto de la cosa por tiempo. Esso mismo dezimos que seria, si gelo quisiere fazer saber, e non lo fallasse, porque fuesse tan alongado del logar, que gelo non pudiesse embiar a dezir.

LEY VI.

Como la cosa Sagrada, ni ome libre, non se gana por tiempo.

Sagrada (1), o Santa, o Religiosa cosa, non se puede ganar por tiempo. Esso mismo dezimos, que ome libre (2) non se puede ganar por tiempo quanto quier, que ome lo tuuiesse en su poder por sieruo. Otrosi dezimos, que señorio para fazer justicia (3), non lo puede ganar ningund *Ley 1.* ome por tiempo, maguer vsasse della *tit. 15.* alguna sazon; fueras ende, si el Rey, o *lib. 4. Recop.* el otro señor de aquel logar, que ouiesse *Ley 1. tit. 18.* poder de lo fazer, gelo otorgasse señaladamente. *lib. 9. Recop.* E aun dezimos, que tributos *Ley 2.* (4), o pechos, o rentas (5), o otros derechos *tit. 13.* qualesquier que pertenezcan al *lib. 6.* Rey, e que ayan costumbrado, o vsado *Recop.* de darle, que los non puede ganar ninguno

(4) *Non era de aquel.* Adde *L. justo* 44. §. *& si possessionis* 2. *ff. de usucap.*

(5) *Fiziesse estonce saber.* Concordat *L. si ancillam* 4. *in princ. ff. pro suo.*

LEX VI.

Res sacra, & religiosa, & homo liber, merum imperium, & tributa, vel alia jura Regia praescribi non possunt. Hoc dicit.

(1) *Sagrada.* Id est, res consecrata per Pontificem. Sancta, id est, sanctione firmata, ut sunt muri civitatum, ut *in* §. *sacrae* 8. & *in* §. *sanctae* 10. *instit. de rer. divis.* & de religiosa vide *in* §. *religiosum* 9. *eod. tit.* & concordat cum ista lege *L. usucapionem*, *ff. eodem*, & §. *aliquando* 8. *instit. de usucap.* haec enim cùm sint in bonis nullius, non possunt usucapi; res tamen ecclesiae, quae sunt in dominio ecclesiae, praescribuntur, ut *in authent. quas actiones*, *C. de sacros. eccles.* De decimis dic, quòd non possint per laicos praescribi, ut *in cap. causam quae* 7. *de praescription.*

(2) *Ome libre.* Etiam mile annis, ut dicit Gloss. *in L.* 2. *C. de ingen.* qui modus loquendi non est alibi, secundùm Bald. *in L.* 1. *in princ. C. de annal. exception.* & Angel. *in L. non solum in princ. ff. de usucap.* & adde *L. fin.* cum Gloss. *C. de praescript. longi temp. quae pro libert.*

(3) *Justicia.* Ista lex approbare videtur opinionem illorum antiquorum, qui dicebant merum imperium non posse praescribi, ut tradit Bald. *in repet. L. si lex*, *C. de emancip. liberor.* vide hodie *L.* 6. *tit.* 13. *lib.* 3. *Ordin. Regal.* quae declarat istam legem in suprema superioritate, & jurisdictione Regis, contra quam non potest praescribi, ut ibi: de jure tamen communi magis communis videtur opinio, quòd & illa suprema possit praescribi per tantum tempus, cujus initii non sit memoria, ut latè adducit Felin. *in cap. cum non liceat*, *de praescription.* à *col.* 4. *usque in fin.* & Francisc. Balb. *in tractat. praescript. fol.* 51. *col.* 1. *&* 2. quem vide. Alia verò jurisdictio, excepta suprema, praescribitur contra Regem per tempus, de quo *in L. Ordin.* de qua infrà: & an cum tractatur de praescriptione jurisdictionis inter privatos inferiores dominos, sufficiant decem anni? Vide Alex. *consil.* 16. *vol.* 5. & Balb. *in dicto tractat. praescrip. fol.* 51. *col.* 4. *cum sequenti.*

(4) *Tributos.* Hic habes, quòd tributa, & reditus Regales, sunt imprescriptibilia: & videtur hìc probari, quòd etiam tempore immemoriali non praescribantur, ex quo aequiparat ea rebus sacris, & libero homini: & maximè patet hoc, junctis his, quae notat Bald. *in L. omnes*, *in fin. C. de praescript.* 30. *vel* 40. *annor.* & Joann. de Plat. *in L. si quis decurio* la 2. *C. de decurion. lib.* 10. & Felin. *in rubr. de praescript. col. fin.* & per istam legem videtur, quòd hodie omnia jura, & tributa regalia, sunt in casu *L. comperit* 6. *C. de praescript.* 30. *vel* 40. *annor.* Hoc etiam probari videtur ex *L. quarta*, *in Quaterno gabellar.* ibi, dum dicit (*aunque digan, y aleguen que nunca la pagaron, y estan en possession de no la pagar*) & ut dicit Gloss. *in Clement. secunda*, *in gloss. fin. de rebus eccles. non alienand.* sublata consuetudine a jure per verba generalia, videtur etiam sublata consuetudo immemorialis; quam gloss. ut notabilem allegat ad hoc Jaso *in L. hujusmodi*, *col.* 1. *ff. de verbor. oblig.* & est similis *in cap.* 2. *de consuetud. lib.* 6. quam ibi notat Dominicus: & hoc expresiùs patet ex *L. fin. tit.* 13. *lib.* 3. *Ordin. Regal.* ibi cum dicit (*e las otras leyes que dizen, que las cosas del Reyno non se pueden ganar por tiempo, que se entienda de los pechos, e tributos que a nos son devidos*) ex quibus verbis, & ex praecedentibus *dictae L.* patet, qualiter illa lex vult, quod neque centum annis, neque tempore ulteriori talia jura praescribantur. Praeterea, licèt consuetudo possit prodesse, ut praescribatur contra exactionem vectigalium in praeteritum; tamen non potest operari, ut talis praescribens liberetur à futuris tributis, seu vectigalibus, ut valdè notabiliter dicit Joann. de Plat. *in L.* 1. *C. de excoction. & translat. militar. annon. lib.* 12. ubi notabiliter concludit, quod adversus futuram praestationem non praescribitur, etiam si tempore immemoriali quis non fuerit gravatus in collectis. Neque praedictis obstat *L. omnes* 4. *C. de praescript.* 30. *vel* 40. *annor.* ubi habetur, quòd actiones, quae paucioribus annis non tolluntur, etiam si jus publicum concernant, tollantur 40. annis. Nam (ultra id, quòd de illa lege non reperitur lex Partitae) respondeo, quod illa lex non procedit, quando praescriptio est specialiter prohibita, neque in casibus in quibus est specialiter provisum, ut nulla praescriptio obstet. Ita declarant, & intelligunt illam legem Bald. & Angel. *in L.* 1. *C. ne rei domin. vel templor. & in dicta L. omnes*, *col. fin.* & adde ad praedicta, & signanter ad illud dictum Joann. de Plat. Alberic. *in rubrica ff. de muner. & honor. numero* 10. *&* 11. & adde *L.* 4. *tit.* 4. *lib.* 6. *Ordin.*

(5) *O rentas.* Adde *L. fin. tit.* 13. *lib.* 3. *Ordin. Regal.* & vide quae notat Joann. de Plat. *in L. si quis decurio* la 2. *lib.* 10. *ad fin.* & adde *L.* 1. *in fin. tit.* 17. *Partit.* 2. Quòd tamen reditus salinarum acquiri possint praescriptione immemoriali, vide *L.* 8. *tit.* 1. *lib.* 6. *Ordin. Regal.* quae videnda est in originali.

no por tiempo, nin se pueden escusar que los non den; maguer estuuiessen alguna sazon, que gelos non diessen, o que gelos encubriessen, o porque los diessen a otri (6).

L E Y VII.

Como las plaças, ni los caminos, ni las defesas, nin los exidos, nin los otros lugares semejantes, que son del comun del Pueblo, non se pierden por tiempo, e de las otras cosas.

PLaça (1), nin calle (2), nin camino (3), nin defesa, nin exido, nin otro lo-

(6) *Diessen a otri.* Et sic, neque debitor tributi præscribet liberationem: neque alius præter Regem recipiens præscriberet contra Regem, & videtur Rex possidere tributum, quod alius etiam pro se colligit, juxta notabile dictum Bartoli *in L. sequitur*, §. *si viam*, *ff. de usucap.* & probatur hìc.

L E X VII.

Communi usui civitatis deputata, ut platea, stratæ, viæ publicæ, exitus, & similia, non possunt præscribi: sed alia communia quibus non utitur quilibet de populo, ut servus, navis, grex, aut similia, possunt præscribi spacio 40. annorum; quibus elapsis, potest civitas infra quadriennium implorare restitutionem in integrum adversus præscriptionem, & non postea. Hoc dicit.

(1) *Plaza.* Concordat *L. usucapionem* 9. *ff. de usucap.* & *L. præscriptio* 6. *C. de oper. public.* & *L. viam* 2. *ff. de via public.* ista enim non sunt in commercio, & sic non possunt præscribi: & exemplificat Azo *in summa, C. de usucap. pro empt. col.* 3. de Campo Martio, de theatro, & de arena civitatis Veronensium, vel alterius. Sed an præscriberentur istæ res, quæ sunt in usu publico, præscriptione immemoriali? Videtur, quòd sic, per ea quæ notat Angel. *in L. non solum*, *in princ. ff. de usucap.* ubi dicit, quòd omnia, excepto libero homine, usucapiuntur centum annis; quantuncunquè in civili, vel municipali censura disponatur, ut nulla præscriptione obstante, res valeat avocari: allegat text. *in authent. ut de cætero commutat. non fiant*, *ad fin. col.* 5. & *L. fin. C. de sacros. eccles.* facit etiam *L. usum aquæ* 4. & ibi Gloss. *C. de aquæductu*, *lib.* 11. ubi aquæductus, qui est in usu publico, præscribitur tempore, cujus initii non est memoria. Idem etiam tenet Angel. *in L. fin. ff. de usucap.* ubi limitat illam legem prohibentem præscriptionem in locis publicis maris, aut fluminis publici, quòd non procedat, si præscriptio sit immemorialis: allegat *dictam L. usum aquæ*, & *L. diligenter*, cum Gloss. *eodem tit.* Eandem sententiam tenere videntur Bald. & Angel. *in L.* 1. *C. ne rei domin. vel templor.* & quia exclusa præscriptione, non videtur exclusa immemorialis, ut tradit notabiliter Abb. *in cap. fin. col.* 7. *de præscript.* & tradit Felin. *in cap. accedentes*, *col.* 4. *eod. tit.* & istam sententiam loquens expressè in rebus publicis, & publico usui deputatis, tenet Balb. *in suo tractat. præscript. fol.* 61. *col.* 2. versic. *sextus casus.* In contrarium tamen facit, quòd istæ res non possidentur, neque in eis cadit possessio, ut *in L.* 1. §. *fin. ff. de acquir possess.* notat Gloss. *in L.* 3. *ff. eod. tit.* non ergò potest præscribi, quod non potest possideri, *L. sine possessione* 25. *ff. de usucap.* Hoc etiam tenere videtur Gloss. magna *in L. fin. in fin. C. de sacros. eccles.* quæ relata ad text. tenet, quod neque centum annis præscribi possunt res publicis usibus destinatæ. Hoc etiam in terminis tenet Joann. de Plat. *in dicta L. si quis decurio*, *C. de decurion. lib.* 10. ubi dicit, quòd quando res est affecta à lege, ut sit inusucapibilis, ut es tres sacra, & sancta, & res publica civitatum, quæ est in usu publico, & via publica, tunc neque præscribetur 100. annis: & idem tenet Bald. *in L. omnes in fin. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* & istam conclusionem, quòd ubi lex resistit præscriptioni, non sufficiat præscriptio immemorialis, tenet Felin. *in cap. accedentes*, *col.* 5. versic. *fallit tertio*, *de præscript.* & ista pars fortè est de jure verior: neque obstant adducta in contrarium, quia procederent ubi res non esset à lege affecta, ut sit inusucapibilis; secùs, si à lege fuisset affecta, ut in rebus sacris, vel publicis usibus destinatis: confert, quod tradit Luc. de Pen. *in L. diligenter*, *C. de aquæductu*, *lib.* 11. ubi dicit, quòd aqua necessaria deputata ad usum civium non præscribetur etiam tempore immemoriali. Istam conclusionem limita primò, quando solum deducitur tempus immemoriale: nam si allegaretur aliquis titulus justus, & in ipso fiat fundamentum, & probetur de usu talis temporis; tunc ex tali tempore probaretur titulus: ita limitat, & intelligit singulariter Felin. *in dicto cap. accedentes*, *col.* 6. & sequitur Balb. *in dicto tractat. præscript. fol.* 57. *col.* 2. Secundò limita, ut procedat indistinctè dicta conclusio in via publica, platea, & aliis, quæ non possunt possideri. Si verò quæstio sit de præscribendis terminis civitatis, quæ non sint exitus, neque defesæ, de quibus hìc; tunc procederet in illis præscriptio, licèt sint in usu publico: ita dicit Roderic. Suarez *allegat.* 15. dicens, quòd sic audivit istam legem Partitæ interpretatam fuisse in Consilio Regio, & Audientiis Regiis, dicens, quòd aliàs esset absurdum, quòd ista lex extenderetur ad omnes terminos: neque dicit, quòd obstet verbum hìc positum (*nin otro lugar*) quia secundùm eum debet referri ad id, quod concernat usum pascendi, veluti fontis, aut rivi, aut lacunæ ad aquandum greges, & nihil ad hoc ultra allegat. Ego tamen multùm de hoc dubito, cùm ratio in omnibus sit eadem, scilicèt quia deputata sunt ad publicum usum: fortè tamen hoc procederet, quando non præscribitur ipsa proprietas terminorum; sed aliqua servitus, veluti pascendi, vel cultivandi aliquas terras: nam tunc cùm non præscribatur proprietas, fortè præscribetur talis servitus spatio 40. annorum, & hoc est, quod in Regalibus Audientiis fuit semper pronunciatum in his, quæ à 40. annis citra fuerunt cultivata. Tertiò limita, ut procedat ista lex, quando tractatur de præscriptione proprietatis: si verò tractaretur de possessione in re, in qua caderet possessio, ut in pratis, & pascuis, sufficeret in judicio possessorio fortè præscriptio 40. annorum, ut *in L. omnes* 4. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* nam benè possumus possidere rem, cujus proprietatem habere non possumus, ut *in cap. dilectisimi*, 12. *quæst.* 1. *in gloss.* 1. & adducit Andr. de Iser. *de prohib. feud. alien. per Frederic.* §. *illud quoque*, *col. fin.* sicut patet in uxore, quæ possidet rem donatam à viro, licèt talis donatio sit nulla, *L.* 3. *in fin. ff. pro donato*, & possidet naturaliter, & civiliter, & habet interdictum unde vi, *L.* 1. §. *dejicitur*, *ff. de vi*, *& vi armat.* & dicit Andr. de Iser. ubi suprà, idem esse in rebus sacris, & religiosis, vel publicis, vel libero homine: nam cadit in his possessio, licèt non dominium, *L. acquiritur* 10. & *L. qui bona* 23. *ff. de acquir. rer. domin. L. sed Celsus* 6. *ff. de contrahend. empt. L. liberis* 7. §. *fin. ff. de liber. causa*, facit ad hoc notabile dictum Abb. *in cap.* 1. *col. fin. de restit. spol.* facit *L. naturaliter* 12. §. *nihil commune*, *ff. de acquir. poss.* & videtur etiam pro hoc casus *in cap. volumus*, 16. *quæst.* 4. juncta expositione Gloss. & Card. de Turre Cremat. ibi *dominio*, id est *possessione*, & facit *L. si quisquam* 7. *ff. de divers. & temp. præscript.* Neque obstat text. *in L.* 1. §. *fin. ff. de acquir. poss.* per quem dicit ibi Bart. quod res usui publico destinatæ non possunt possideri: nam loquitur illa lex in foro, & Basilica, & similibus, in quibus non cadit possessio etiam per ipsos municipes, in quorum locis hæc sunt; ubi tamen cadit possessio, in ipsis municipibus cadit, & in aliis, *L.* 1. §. *sicut*, *ff. quod cujusque universit. nom.* & patet ex *L. Toleti* disponenti super terminis, & instructione ad eam data: & ita videntur sentire Ang. & Alex. *in dicto* §. *fin.* & ita videtur tenendum; licèt pro contraria parte posset induci id quod tradit Lucas de Penna *in L.* 1. *col.* 3. *cum sequentibus*, *C. de reis postul. lib.* 10. quòd constitutio disponens de modo probandi contra Baronem, quando ageretur super castris, & bonis ejus, procedat, sivè agatur possessorio, sivè petitorio: & contra id quod dixi, quòd possit præscribi servitus in rebus, quæ sunt in usu publico, obstat *L.* 13. *tit.* 31. *ead. Part.* ubi dicitur, quòd non debet imponi servitus in his; &

logar qualquier semejante destos (4), que sea en vso comunalmente del Pueblo de alguna Ciudad, o Villa, o Castillo, o de otro Lugar, non lo puede ningund ome ganar por tiempo. Mas las otras cosas (5) que sean de otra natura, assi como sieruos, o ganados, o pegujar, o nauios, o otras cosas qualesquier semejantes destas, maguer sean comunalmente del Concejo de alguna Cibdad, o Villa, bien se podrian ganar por tiempo de quarenta años (6). E esto es, porque maguer que sean de todos comunalmente, non vsan comunalmente dellas todos, assi como de las otras cosas sobredichas. Empero si la Ciudad, o Villa, o otro Lugar, que perdiesse alguna destas cosas por tiempo de quarenta años, pidiesse despues deste tiempo fasta quatro años (7) al Rey, o al Adelantado, o al Judgador del logar, que aquel tiempo passado non le empeciesse, e que le otorgasse, que la cosa non se perdiesse por el, deuegelo otorgar (8); e estonce non le empescera ninguna cosa el tiempo de los quarenta años. Mas si los quatro años passassen demas de los quarenta, que lo non pidiessen assi, dende adelante non lo podrian pedir (9); e el que la cosa tuuiesse, ganarla y a por tiempo de los quarenta años.

LEY

& si non potest imponi per pactum, ergò neque per præscriptionem, ut *in §. quid ergo*, & ibi notat Bal. *de investit. de re alien. facta.* Cogita, nam fortè potest responderi, quòd non est semper eadem ratio in præscriptione, quæ in pacto: nam in re ecclesiæ non imponitur servitus sine licentia Papæ, vel Episcopi, cui subest ecclesia, ut tradit Abb. *in cap. constitutis, col. 1. de election.* & tamen potest præscribi servitus in prædio ecclesiæ, quando habet causam continuam, per 40. annos, si discontinuam, per tempus immemoriale, ut dicit Innoc. *in cap. cum dilectus, de consuet. col. fin.* & aliquandò plus operatur præscriptio, quàm pactum, ut *in L. nam satis* 6. §. 1. *ff. quemad. servit. amit.* & dixit aliàs Glos. *in L.* 1. in verbo *cohæredibus, ff. famil. ercisc.* & tradit Oldrald. *consil.* 172. *col. pen.* & Paul. de Castro *in L. sed si inter, ff. de servit. urban. prædior.* & quod fieri debeat ista differentia, seu quòd multum intersit inter acquisitionem proprietatis, vel servitutis, & quòd multo faciliùs acquiratur servitus, quàm ipsa totius rei proprietas; confert, quod notat Bart. *in L. cum de in rem verso, col.* 2. *ff. de usur.* & quia præscriptio servitutis non est ita magni præjudicii: vide ibi per eum.

(2) *Nin calle.* Adde *L. 2. ff. de via publ.* & an via publica possit vendi, vide per Lucam de Penna *in L.* 1. *C. de divers. præd. urban. lib.* 11. ubi dicit, quòd non, si via publica non solùm est necessaria populo distrahenti, sed etiam aliis: & circa materiam hujus legis vide quæ notat Bald. *in L. fin. col. 2. C. de sacros. eccles.* & omninò, quod notat Joan. de Plat. *in L. si quis decurio, C. de decur. lib.* 10. nam est singul. ad intellectum hujus legis, & vide in materia, quæ ipse notat *in L.* 4. *C. de aquæduct. lib.* 11. ubi quid in eo, qui vult præscribere mare, & publica flumina, & *in L. diligenter, eod. tit.* & vide ad istum textum Glos. *in L. in omnibus, ff. de divers. & tempor. præscript.* & *L. fin. C. de sacros. eccles.* & ibi notata: & adde ad intellectum omninò Balb. *in tract. præscript. chart.* 61. *col.* 2. & adde quæ notat Joan. Andr. *in addit. ad Spec. tit. de execut. sentent. §. sequitur*, super versic. *quid si universitas*: & vide ad istam legem Socin. *consil.* 86. *col. fin. part.* 1. & ad intellectum, & limitationem, Roder. Suarez *alleg.* 15. & quæ dixi in glos. præcedenti.

(3) *Nin camino.* Viæ communes sunt omnibus quodam jure naturæ, & legibus gentium, ut tradit B. Thom. 2. *libro de regim. Principum, cap.* 12. propter quod prohibentur à nemine occupari, ut *in L. 2. §. viam* 21. & §. *hoc interdictum* 4. *ff. ne quid in loco publico*, neque præscribi possunt, ut hìc, & in *dicta L. viam publicam*, quocunque temporis cursu: undè ut tradit idem B Thom. *in libro Numerorum, cap.* 20. via publica via regia nominatur, ad significandum ejus communitatem; ubi Augustinus in glos. exponit, pro tanto sic appellari, quia debet esse libera cuilibet transeunti innoxio, ratione humanæ societatis; undè, ut ibi scribitur, Dominus mandavit Amorrhæos deleri, quia noluerunt permittere transitum filiis Israel gradientibus sola via regia, id est, sine læsione regionis: ex quo videtur non rectè dixisse Bald. *in cap* 1. *de forma fidelit.* quod venturis ad patriam alienam benè potest interdici ingressus, argum. *L. Divus, ff. de servit. rustic. prædior.* & similium; nisi dicas dictum Baldi intelligendum, quando volunt intrare ad habendum incolatum, juxta ea, quæ dicit Bald. ibi, & vide per Felin. *in cap. quoniam, de offic. ordin.* vel quando timeretur de exploratione, vel alia justa causa esset prohibendi: vide ad prædicta, quæ notat Bald. *in repet. L. de quibus, col. 10. ff. de legib.* & *in authent. habita, col. 5. C. ne filius pro patre*, & *in L. ex hoc jure, col. 3. ff. de just. & jur.* sic & Andr. de Iser. *in rubr. quæ sunt regaliæ ad fin.* dicit, quòd potest Rex prohibere ingressum, vel meatum per viam publicam, multitudini, & exercitui lascivo, quia lascivus, argum. *ff. locati, L. ex conducto, circa fin.* vel si timeret invasionem terrarum suarum, vel alia pericula: item, quòd & uni possit prohibere ex causa, scilicèt ut non sciantur secreta Regni sui, arg. *L. 3. C. de commerc. & mercator.* vel si nollet alienigenas exteros in Regno suo conversari, vel manere, ne animos subditorum inficiant: ad quod etiam vide S. Thom. 2. *lib. de regim. Princip. cap.* 3. His, vel similibus causis cessantibus, non posset secundùm eum.

(4) *Destos.* Vide suprà *tit. 1. L.* 4.

(5) *Las otras cosas.* Vide Bald. *in L. 2. C. ne rei domin. vel templor.*

(6) *De quarenta años.* Nota hodie expeditum, quo tempore præscribantur res civitatum, quæ non sunt in usu publico: quia de jure communi aliqui dicebant, quòd præscribebantur decennio, ut Jacob. de Raven. Alber. & Ang. *in L. usucapionem, ff. de usucap.* ubi Joan. de Imol. dicebat, quòd 30. annis; Glos. *in L. fin. C. de sacros. eccles.* dicebat de 40. annis, per *L. omnes; C. de præscript. 30. vel 40. annor.* & per *L. fin. C. de fundis patrimon. lib.* 11. nisi in casibus illis, de quibus *in dicta L. fin. C. de sacros. eccles.* Sed ut hìc vides, tàm in illis, quàm in aliis statuitur hìc tempus 40. annorum, & hoc idem de jure communi tenebat Salic. *in auhent. quas actiones, C. de sacros. eccles.* & *in L. 1. C. de quadrien. præscript.* approbans opinionem Placentini, de qua in Glos. *in dicta authent. quas actiones, C. de sacros. eccles.* & de intellectu, & limitationibus *dictæ L. fin.* vide Francisc. Balb. *in tract. præscript. fol. 54. col. 2. & 3.* Et procedit hoc, quando præscribitur contra verum dominium civitatis: nam si tantùm civitas haberet quasi dominium, ut quia usucapiebat; tunc longo tempore præscriberetur, ut notat Bart. *in L. si finita, §. si de vectigalibus, col. 1. ff. de damn. infect.* & Ang. & Imol. *in dicta L. usucapionem.* Et adde quòd idem tempus 40. annorum requiritur in præscriptione servitutum, quas habet civitas, vel respublica, secundùm Ang. & Imol. ibidem, post Innoc. *in cap. cum dilectus, de consuetud. ad fin.*

(7) *Quatro años.* A die notitiæ læsionis, secundùm Bald. *in L. 3. C. si ex fals. instrum.* & vide *in tract. præscript. fol.* 43. *col. 1. & 2.* versic. 2. *quæro.*

(8) *Deuegelo otorgar.* Sic & Ecclesiæ conceditur restitutio adversus præscriptionem, ut notat Glos. *in authent. quas actiones, C. de sacros. eccles.* & adde *L. rempublicam 3. C. de jure reipubl. lib.* 11. & tradit Abb. latè *in cap. 1. col. pen. & fin. de præscript.*

(9) *Non lo podrian pedir.* Etiamsi læsio esset enormissima, neque haberet locum *L. fin. tit. fin. Partit.* 6. in præscriptione; contrarium tamen videtur ibi probari: dic, ut ibi.

LEY VIII.

Como los menores de veynte e cinco años, e los fijos que estan en poder de sus padres, e las mugeres casadas, non pierden sus cosas por tiempo.

LOs menores de veynte e cinco años non pueden perder sus cosas por tiempo, fasta que ayan (1) complida su sedad. Empero, si despues que fuessen de edad complida, començasse alguno a ganar alguna cosa suya por tiempo, poderlo y a fazer, assi como lo ganaria contra otro ome qualquier. Otrosi dezimos, que las cosas del fijo non las puede ninguno ganar por tiempo, demientra que estuuiesse en poder (2) de su padre. Esto es, porque sobre las cosas del fijo, el padre (3) puede mouer pleyto, e non el fijo (4) sin su mandado. E aun dezimos mas, que las cosas que la muger diesse a su marido en dote (5), non se pueden ganar por tiempo, si non despues que el casamiento fuesse partido (6). Empero, si acaeciesse que el marido fuesse desgastador de sus bienes, e ella, despues que lo viesse que era atal, non le demandasse su dote; si dende adelante (7) alguno la ganasse por tiempo, seria ella en culpa dello, e el otro poderla y a ganar.

LEY IX.

Por quanto tiempo puede ome ganar las cosas muebles, e que ha menester para ganarlas.

POr tiempo queriendo ganar algun ome cosa mueble (1), ha menester primeramente, que aya buena fe en tenerla (2), e que la aya por alguna derecha razon; assi como por compra, o por donadio, o por cambio, o por otra razon semejante destas. E aun demas desto, que crea, que aquel de quien la ouo por algunas destas razones sobredichas, que era suya, e que auia poder de la enagenar. E aun le ha menester, que sea tenedor della por si mismo, o por otri que la tenga en su nombre continuadamente tres años a lo menos; e teniendola tanto tiempo, assi como sobredicho es, gana el señorio della: e maguer despues desso viniesse el señor della a demandarla, non deue ser oydo; fueras ende, si el señor de la cosa quisiesse prouar, que le fuera furtada, o robada, o forçada.

Leyes 3. y 6. tit. 15. lib. 4. Recop.

LEY X.

Como el comprador non ha buena fe, si el señor de la cosa le dize que la non compre, porque es suya.

DEsapoderado (1) seyendo alguno de su cosa, si aquel que fuesse tenedor de-

LEX VIII.

Contra minorem 25. annis non currit præscriptio, nec contra filiumfamil. durante patria potestate: nec res dotales possunt præscribi, durante matrimonio; nisi marito dilapidante bona uxoris, & illa hoc sciente, dotem non petiit: tunc alius potest eam præscribere. Hoc dicit.

(1) *Fasta que ayan.* Vide tamen *L. pen. tit. fin. infrà Part.* 6. & quæ ibi dico, quæ concordat cum *L. fin. C. in quibus causis in integr. rest. non sit necess.*

(2) *En poder.* Concordat *L.* 1. *cum authent. nisi tricennale, C. de bonis matern.* & *L.* 1. §. *ne autem, C. de annal. except.* & *L. quæcunque in fin. C. de bon. quæ liber.* & procedit etiam in statutaria præscriptione, secundùm Bald. *in dict. authent. nisi tricennale.*

(3) *El padre.* Sed pone, quòd aliquis occidit possessorem majoriæ, vel fuit causa mortis; vel pone, quòd cautum est in majoria, quòd qui injuriam faceret possessori, non succederet in ea, & sic defertur in sequentem, qui est filius occidentis, vel inferentis injuriam: an poterit nomine filii, qui est in potestate, agere pro majoria? Dic, quòd non, per text. *in L. qui in servitutem* 9. *ff. de bonis libert.* & vide text. & ibi Bart. *in L. Divi Fratres* 17. *ff. de jure patron.*

(4) *E non el fijo.* Istam etiam rationem ponit Bald. *in L.* 1. 21. *oppo. C. qui admitti.* Limita tamen istam legem in casibus, in quibus patri acquiritur ususfructus: nam, ubi non quæritur, cùm filius possit agere sine patre, & cogi facere patrem ad consentiendum, tunc curret præscriptio, secundùm Nicol. de Neapol. *in L.* 3. §. *usuras, ff. de contrar. judic. tutel.* & adde Bald. *in dicta L.* 1. §. *ne autem, C. de annali except.*

(5) *En dote.* Concordat *L. in rebus* 30. §. *omnis, C. de jure dotium*: si tamen esset inchoata præscriptio, per supervenientiam dotis non interrumperetur, ut *in L. si fundum* 16. *ff. de fundo dot.* & Roderic. Suarez *in repetit. Leg. Fori, tit. de las Arras, fol.* 41. Quid autem in paraphernalibus bonis? Vide Joan. Fab. *in L.* 1. *C. de bon. matern.* & quod dicit Abb. *in cap.* 2. *col. pen. de conces. præbend.* super Glos. in verbo *infra sex menses.*

(6) *Partido.* Et tunc non præscriptione 10. vel 20. an-

norum, sed requirerentur 30. anni, ut declarat Paul. de Castro *in L. cum vir, ff. de usucap.* & Joan. de Imol. *in cap. cum non liceat, de præscript.* vide Bald. novell. *in tractatu de dote, fol.* 28. *col.* 3.

(7) *Adelante.* Adde Doct. de Palac. Rub. *in repet. cap. per vestras, super text. col.* 6. & Balb. in *tract. præscript. chart.* 61. *col.* 4. & intellige per præscriptionem 30. annorum, non minori tempore, ut dixi: & vide *in dicto tract.*

LEX IX.

Præscribitur res mobilis per triennium continuatum à bonæ fidei possessore credente, à quo habuit, potestatem habuisse alienandi, & requiritur justus titulus: quibus concurrentibus quæritur ejus dominium; nisi anterior dominus velit probare rem furtivam, vel vi arreptam. Hoc dicit.

(1) *Mueble.* Concordat *L. unica, C. de usucap. transfor.* & §. 1. *instit. de usucap.* & de fructibus, quos etiam bonæ fidei possessor restituere tenebitur, quòd præscribantur triennio, vide Glos. *in L. sequitur*, §. *fructus, ff. de usucap.* & ibi Bart. & Balb. *in tract. præscript. fol.* 40. *per* 3. *col.* ubi vide circa illam glos. *vers.* 35. *quæro*, & quæ notat Socin. *consil.* 251. *pen. & fin. col. vol.* 2.

(2) *Buena fe en tenerla.* Videtur requirere ista lex, quòd tàm tempore contractus, quàm traditionis habeat bonam fidem: quod dic, ut *in L.* 12. *infrà eod.*

LEX X.

Si spoliatus à re mobili denuntiet emere volenti, quòd vendens non habet jus in ea, non usucapiet emens: quia spernendo denuntiationem est malæ fidei possessor. Sed si ei ante emptionem non denùntiatur, præsumitur bonæ fidei possessor, donèc contrarium probetur, ex quo credidit venditorem habere potestatem alienandi. Hoc dicit.

(1) *Desapoderado.* Concordat *L. si fundum* 17. *C. de rei vindic.* & adde *L.* 6. *tit.* 3. & *L.* 8. *tit. fin. Part.* 5. & *L. virilis portio* 8. §. *si adierit, ff. de legat. præstand. contra tab. bon. posses. petit.* & Spec. *tit. de empt. & vend.* §. *nunc dicendum, col. fin.*

della, la quisiesse vender, o cambiar, o dar a otri; si este cuya es, dixere al que la quiere comprar, o auer por alguna destas razones, que aquel que gela quiere vender, o dar, o cambiar, non lo puede (2) fazer, nin ha derecho en ella; si despues desto la comprasse (3), o la ouiesse en otra manera, non auria buena fe en tenerla; e maguer fuesse tenedor della tres años, non la podria ganar. Ca entiendese, que la compraria, o la auria maliciosamente, pues que assi fuesse apercebido. Mas si por auentura, quando el comprasse la cosa, o la ouiesse por alguna derecha razon, cuydasse que era de aquel que la enagenaua, e non fuesse apercebido que era de otri, assi como sobredicho es, estonce entenderse y a, que auria buena fe en tenerla, fasta que se prouasse el contrario.

LEY XI.

Como el que compra los bienes del huerfano, o del loco, o del Personero de alguno, corrompiendolo maliciosamente, non los puede ganar por tiempo.

OMe (1) que comprasse cosa mueble de huerfano, o de loco, o desmemoriado, o de aquel a quien fuesse dado Guardador sobre sus bienes, porque era desgastador (2), o el que lo ouiesse de alguno dellos por razon de donadio, o de cambio, o en otra manera semejante, entiendese que aurie mala fe, en tenerlo, e porende non lo podria ganar por tiempo de los tres años. Otrosi dezimos, que el que comprasse alguna cosa del Personero de algun ome, corrompiendole (3) maliciosamente por alguna cosa que le diesse (4), o le prometiesse a dar, porque le vendiesse aquella cosa por menos precio de lo que valia; si el señor de la cosa esto pudiere prouar, maguer el otro fuesse tenedor de la cosa por tres años, non la podria ganar por tiempo. Ca entiendese de llano, que auia mala fe en tenerla; pues que maliciosamente corrompio al Personero.

LEY XII.

Como deue auer buena fe el que compra la cosa, o la rescibe en cambio.

DAn, o cambian omes ya, algunas cosas que non son suyas, e aquellos a quien passan por algunas destas razones, han buena fe en tomandolas, cuydando que aquellos de quien las reciben, han derecho de las enagenar. E porende dezimos, que si aquella sazon que ganaron possession de las cosas, ouieron buena fe, en auerlas assi como sobredicho es; maguer ante que los apoderassen, o despues, la ouiessen mala (1), cuydando que aque-

(2) *Non lo puede.* Sed an teneatur exprimere causam, scilicèt, quia ipse est rei dominus? Bart. & Salic. tenent, quòd sic, *in dicta L. si fundum.*

(3) *La comprasse.* Quid si facta jam emptione denuntiaret dominus? Vide Glos. *in L. penult. ff. pro emptore*, quæ vult, quòd tunc non constituitur emptor in mala fide: vide ibi Bart. & *in L. naturaliter, col. 2. ff. de usucap.* & Abb. *in cap. 2. de præscript. ad finem.*

LEX XI.

A pupillo, fatuo, vel prodigo curatorem habente, rem (emptionis, permutationis, vel donationis, vel simili titulo) recipiens mobilem, non potest eam triennio usucapere: quia est malæ fidei possessor. Idem de eo, qui malitiosè, pretio dato, vel promisso, induxit procuratorem alicujus ad rem vendendam pretio minori; si malitia probetur. Hoc dicit.

(1) *Ome.* Concordat *L. ubi lex* 24. *ff. de usucap.* & *L. si ab eo* 12. *eod. tit.* & *L. quemadmodum* 7. *C. de agricol. & censit. lib.* 11. Et intellige, quando emitur à pupillo, furioso, vel prodigo, res ipsius, quæ est prohibita alienari. Si tamen esset res aliena, quæ emeretur ab eis bona fide, tunc procederet usucapio, ut *in L.* 2. §. *si à pupillo* 15. *ff. pro emptor.* & *L. pignori* 13. §. *eum qui à furioso, ff. de usucap.* & tenet Angel. *in dicta L. si ab eo.*

(2) *Desgastador.* Sed an contra prodigum, cui est bonis interdictum, currat præscriptio 30. annorum? Vide per Joann. And. *in addition. ad Specul. in rubrica de præscriptionibus, col.* 3. versic. *habetur etiam quæstio Ubertini de Bobio*, ubi videtur concludere, quòd non, & quòd in hoc æquiparetur pupillo; vel quòd saltem concedatur restitutio, licèt currat: vide ibi.

(3) *Corrompiendole.* Concordat *L. qui fundum* 7. §. *procurator* 6. *ff. pro emptore.*

(4) *Que le diesse.* Sed an idem, si non premio, sed ex gratia procurator faciat? Gloss. vult idem esse, *in dicto* §. *procurator* super verbo *bonæ fidei*, & ibi approbat eam Angel.

LEX XII.

Recipiens rem titulo donationis, vel permutationis, sufficit, quòd tempore traditionis habeat bonam fidem, licèt anteà, vel post, habeat malam fidem. Sed titulo emptionis recipiens oportet, quòd habeat bonam fidem tempore emptionis usque ad traditionem inclusivè: nec enocet superveniens mala fides, nec ejus hæredi; sed prædictorum mala fides nocet ei, qui ab eis posteà rem habuit titulo alienationis ante completam usucapionem. Hoc dicit. Habuit ortum ista lex à *L.* 2. *ff. de usucap. pro empt.*

(1) *E la ouiessen mala.* Procedit de jure Civili, secundùm quod sufficit bonam fidem adesse initio præscriptionis; adeò, quòd mala fides superveniens non interrumpit præscriptionem, ut *in L.* 1. §. *hoc tantummodo, C. de usucap. transform.* & *L. sequitur* 4. §. *de illo* 16. *ff. de usucap.* & adde *L.* 2. *in princ. ff. pro emptor.* sed de jure Canonico, cui in hoc est standum, non procedit; imò requiritur bona fides usque ad completam præscriptionem, vel usucapionem, ut *in cap. fin. de præscript.* ubi Gloss. & Doct. & vide Gloss. *in cap. possessor, de regul. jur. lib.* 6. & Abb. & Imol. *in dicto cap. fin.* si verò superveniat mala fides post completam præscriptionem, non nocet etiam de jure Canonico, Gloss. *in dicto cap. fin.* & *in cap. vigilanti, eodem tit.* & Gloss. *in cap. si virgo*, 34. *quæst.* 2. quæ tamen Gloss. *in fine* vult contrarium, imò, quòd teneatur restituere præsertim ecclesiæ, si contra eam præscripsisset: adde etiam Gloss. *in cap. si res*, 14. *quæst.* 5. & quòd sit tutus etiam in foro animæ, etiam ubi post præscriptionem completam superveniat scientia rei alienæ, est communis opinio, prout dicit Felin. qui allegat multos *in dicto cap. vigilanti*, & Balbus *in tractat. præscript. fol.* 17. vers. 8. *quæro*: & adde Bald. *in cap.* 1. *de contention. inter domin. & fidelem*, & *in* §. *si quis per* 30. *col.* 1. & 2. *si de feud. fuer. controv. inter domin. & agnat.* Sed an procedat in eo, qui bona fide ignorans præscripsit contra debitum, ut in foro poli sit tutus? Vide Bald. *in authent. ad hæc, col.* 4. *C. de usur.* ubi dicit, quòd præscribens contra debitum non liberatur ab obligatione naturali, qua tenetur ad debitum, & sic poterit denuntiari ecclesiæ: & idem tenet Bald. *in L.* 2. *C. de fideicom.*

aquellos de quien las ouieron, non eran verdaderos señores, non les empece a ellos, nin a sus herederos. Ca si fasta tres años fueren tenedores de aquello que assi tuuieron, ganarlo han por tiempo. Mas el que quisiesse ganar por este tiempo la cosa que ouiesse comprada, conuiene en todas guisas, que aya buena fe en estas dos sazones; quando la comprare (2), e que dure en ella fasta que sea apoderado en la cosa. Pero si aquel que fuesse apoderado de la cosa agena, por donadio, o por vendida, o por compra, ouiesse mala fe en ella ante que la ganasse por tiempo assi como dicho es, si despues la vendiesse, o la enagenasse a otro, que supiesse (3) que era agena; este atal non la podria despues ganar por tiempo, porque ouo mala fe a la sazon que passo a ella.

LEY XIII.

Como gana, o non, el señor la cosa agena, que su sieruo compra de su pegujar, o otro por su mandado.

PEgujar (1), o tienda de algund menester teniendo el sieruo de su señor, si de aquel pegujar que tuuiesse assi, comprasse alguna cosa, de ome que non fuesse verdadero señor della, e el ouiesse buena fe en comprandola, cuydando que es suya de aquel que gela vende, puedela ganar por tiempo el señor, maguer supiesse (2) que aquel de quien la ouiera el sieruo non auia derecho de la vender; fueras ende, si el señor estuuiesse delante quando la comprasse el sieruo, e non lo contradixesse, podiendolo fazer. Ca estonce non la podria ganar por tiempo. Otrosi dezimos, que si el señor mandasse al sieruo comprar alguna cosa, non en razon de pegujar, e non le diziendo señaladamente, qual fuesse la cosa; mas diziendole: Comprame vn cauallo, o vna bestia, o otra cosa qualquier, non le nombrando aquel cuya fuesse; si el sieruo sopiesse, que la cosa que compra non era de aquel que gela vendiesse; en tal caso como este ganarla y a el señor (3) por tiempo, maguer el supiesse despues, que aquel que gela vendio non auia derecho de lo fazer. Esso mismo deue ser guardado, quando alguno manda a algun Personero comprar alguna cosa, non nombrando señaladamente de quien. Pero si aquel a quien la manda comprar, non fuesse Personero, mas mensagero simple; estonce la buena, o mala fe deste atal, ternia pro, o daño a aquel por cuyo mandado la comprasse. Mas si el señor mandasse al sieruo, o a otro qualquier, que le comprasse alguna cosa, diziendo señaladamente qual; si el sopiesse que aquel de quien la mandaua comprar, non auia derecho de la vender, non la puede ganar por tiempo; maguer aquel que la comprasse por su mandado, ouiesse buena fe en comprandola. E lo que diximos en esta ley del sieruo, ha logar aun en el fijo, a quien el padre ouiesse dado algun pegujar por fazer alguna mercaduria.

LEY XIIII.

Como puede ome ganar por tiempo alguna cosa por suya, cuydando que la ouiera por alguna derecha razon, e non es assi

TEniendo ome alguna cosa mueble por suya, cuydando que la auia comprada (1), o que le fuera dada, o que la auia por otra derecha razon, si despues sopiesse que non era assi, maguer fuesse tenedor dellas tres años (2), non la

(2) *Quando la comprare.* Concordat *L. 2. in princip. ff. de usucap. pro empt.* & *L. si aliena res 10. ff. de usucap. L. si existimans, ff. pro soluto,* & per Gloss. *in L. Celsus, ff. de usucap.*

(3) *Otro, que supiesse.* Concordat *L. 2. §. si eam rem 17. ff. de usucap. pro empt.*

L E X XIII.

Si servus ex causa peculii bona fide emat rem à non domino, præscribit eam dominus, licèt habeat malam fidem. Sed si non ex causa peculii emat mandato domini, inspicitur mala fides domini, si rem emendam specialiter designavit. Si autem generaliter, inspicitur bona fides servi ementis, non tamen scientia domini mandantis; nisi dominus fuerit præsens, nec contradixit: & id dicimus de procuratore; non verò si sit nuncius, quia ejus ignorantia, vel scientia inspicitur. Et quod dixi de servo, idem de filiofamil. habente peculium. Hoc dicit. Habuit ortum ista lex *à L. 2. §. si servus, cum §. seq. ff. de usucap. pro empt.* & vide ibi Gloss. & Bartol.

(1) *Pegujar.* Concordat *L. 2. §. si servus, ff. de usucap. pro empt.* & ista lex habuit ortum à notatis per Azon. *in summa. C. de ædilit. action. col. antepen. ad fin. & col. sequent.* ubi ponit eandem distinctionem de qua in ista lege, & ibi vide Azon. allegantem concordantias.

(2) *Maguer supiesse.* Non procederet de jure Canonico, si dominus sciret ante impletam usucapionem, ut dixi suprà *in L. proxim.*

(3) *El señor.* Limita, nisi daret domino pro pretio libertatis suæ, *dicto §. si servus*, ubi vide Angel.

L E X XIIII.

Error tituli in facto proprio impedit usucapionem; sed in facto alieno non, ut quia credo meum procuratorem emisse, cum non emerit: nam si dominus bona fide triennio possederit, usucapiet. Hoc dicit.

(1) *Que la auia comprada.* Non enim est tolerabilis ignorantia in facto proprio, *L. quamquam 7. ff. ad Vellejan.* & Gloss. *in L. fin. ff. pro suo.* Si tamen ad id credendum induceretur persuasione alterius, dic, ut per Paul. de Castro *in L. Celsus*, quæ huic concordat, & satis habetur in hac lege, quæ hoc declarat.

(2) *Tres años.* Imò, etsi teneret 40. annis, ex quo in facto proprio, ut dixi, non est tolerabilis error: & etiam in tempore de longinquo in facto proprio, cùm tractatur de lucro captando, non est tolerabilis ignorantia, ut tenet notabiliter Bart. *in L. qui fundum, §. servus meus, ff. pro emptor.* & vide Balb. *in suo tractat. præscript. fol. 17. col. 1. & 2. vers. 7. quæro.*

la podria ganar por esse tiempo. Mas si por auentura ouiesse mandado a su Mayordomo, o a su Personero, o a algund otro su ome, que le comprasse alguna cosa, o que gela aduxesse por alguna otra derecha razon, assi como por cambio, o por donadio, o por otra cosa semejante; e aquel a quien lo mandasse, non lo fiziesse assi, mas lo ouiesse por otra razon que non fuesse derecha, diziendole que la auia comprada, o que la auia por aquella razon misma que gela el mandara auer; si tal cosa como esta tuuiesse tres años, poderla y a ganar por tiempo, porque auria buena fe, en tomandola, maguer y errasse (3). Ca pues que el yerro (4) auiene por derecha razon, non le deue empecer.

LEY XV.

Como gana ome por tiempo las mandas de los finados, e las pagas que le fazen de algunas cosas, cuydando que gelas deuian.

MAndas (1) de cosas muebles fazen los omes a las vegadas en sus testamentos, que non son valederas segun derecho; o fazenlas en vn testamento, e despues reuocanlas en otro: e los heredos (2), e los que han de cumplir el testamento, paganlas, cuydando que son valederas. E porende dezimos, que si aquellos que las cosas reciben, son tenedores dellas tres años, que les non sean demandadas, que las pueden ganar por este tiempo. Esso mismo dezimos que seria, si algund ome mandasse en su testamento alguna cosa mueble a vn ome, nombrandolo señaladamente, e viniesse otro que ouiesse aquel nombre mismo, e recibiesse aquella cosa misma, cuydando que a el era mandada. Ca si este tal fuere tenedor della tres años (3), que non sea pedida, puedela ganar por este tiempo; maguer el otro, a quien fuera mandada, quisiesse prouar, que su voluntad fuera del testador, que la ouiesse a el mandada, e non a aquel a quien la dieron. E aun dezimos, que si vn ome cuydasse que deuia a otro alguno alguna cosa, e gela diesse, e aquel que la rescibiesse cuydasse (4) otrosi que la deuia auer, maguer non fuesse assi, si fuesse tenedor della tres años, que gela non demandassen, que la podria ganar por este tiempo.

LEY XVI.

Como puede ome ayuntar el tiempo que el tuuo la cosa, con el tiempo que la tuuo aquel donde la el ouo.

COmiençan (1) a ganar los omes alguna cosa por tiempo, e acaesce que

(3) *Y errasse.* Loquitur ista lex in errore facti credentis habere titulum, quem non habet, quia in facto nullus affuit titulus. Quid ergò si titulus affuit, sed nullus, qui tamen putabatur valere? an tunc præscribat? Text. *in dicta L. Celsus*, secundùm Paulum de Castro ibi, probat, quòd non, quia est error juris; nisi talis error aliqua justa ratione fundetur: & intelligit Paul. ibi, quòd non præscribet talis errans præscriptione longi temporis; nam tempore longissimo benè præscriberet: allegat Gloss. *in cap. de quarta, de præscript.* ex eo, quia talis errans adhuc dicitur habere bonam fidem, & præscribitur tempore longissimo, etiam sine titulo, dummodò adsit bona fides, neque requiritur, quòd isto casu ita sit fundata bona fides, sicùt in præscriptione longi temporis: & ibi exclamat multùm Paul. de hoc dicto, & dicit esse singulare; subdit tamen statim ibi Paul. de Castro (quam tamen dicit Feli. *in cap. de quarta, de præscriptio. col.* 13. dicit, fuisse additionem Angeli filii sui) quòd Canonistæ dicunt, quòd error juris sit injustus, & non excuset à mala fide, si contractus sit à jure reprobatus: & per hoc dicunt, quòd emens rem ecclesiæ sine solemnitate à jure requisita, non potest illam præscribere, licèt crediderit esse suam, & sic errabat in jure: undè intelligit dictum præcedens, quando titulus esset à jure reprobatus, quia lex resistit: tunc enim non sufficeret ad præscriptionem talis bona fides, quia procedit à contractu reprobato: ubi verò contractus non esset reprobatus, sed lex non assisteret; tunc error juris sufficeret cum præscriptione temporis longissimi: vide ibi, nam loquitur obscurè, & fortè fuit propter illam additionem, de qua per Fel. ubi suprà, & vide Fel. *in dicto cap. de quarta, col.* 8. *cum quinque sequent.* & Balb. *in sua repet. L. Celsus, fol.* 2. versic. 4. *noto*, ubi latè per plures col. qui tandem, relatis opinionibus, concludit esse verum dictum Pauli de Castro cum dicta limitatione: & pro isto dicto vide *L.* 8. *tit.* 14. *Partit.* 1. quæ etiam vult, quòd in præscriptione longissimi temporis procedat præscriptio cum bona fide, causata ab errore juris, etiam in contractu à jure reprobato: vide quæ ibi dico.

(4) *Pues que el yerro.* Est enim justissimus error in facto alieno, *L. fin. ff. pro suo.*

LEX XV.

Possidens rem mobilem triennio ex titulo, quem credit verum, cùm non sit, usucapit, ut ex legato, quod erat de jure invalidum, vel in alia dispositione testatoris revocatum, vel non sibi, sed alii ejusdem nominis relictum: idem est in recipienti indebitum, quasi debitum, existimantibus dante, & recipiente, verè debitum. Hoc dicit.

(1) *Mandas.* Concordat *L. pro legato* 4. & *L. fin. ff. pro legato.*

(2) *E los herederos.* Probatur hic, & *in L. pro legato* jam allegata, quòd licèt titulus putativus habeatur ab uno, possessio verò habeatur ab hærede illius, quòd procedat usucapio: cujus contrarium tenet Bart. *in L. cum solus*, per text. ibi, *ff. de usucap.* sed responde, ut declarat Angel. *in dicta L. cum solus*, quod in casu hujus legis etiam ab hærede tradente rem legatam, habetur titulus, ex quo hæres est obligatus ad rem legatam tradendam: & sic ab eodem habetur titulus, & possessio: vide Bald. *in L. super longi, col.* 4. versic. *sed circa ista, C. de præscript. longi tempor.*

(3) *Tres años.* Et sic, licèt aliàs petitio hæreditatis sit perpetua, excluditur hoc casu præscriptione trium annorum, secundùm Glos. *in L. fin. ff. pro legato*, & vide quod notat Alex. *consil.* 89. *col. penult. vol.* 5.

(4) *Cuydasse.* Concordat *L. si existimans, ff. pro soluto.*

LEX XVI.

Incepta usucapione, si res ad alium titulo singulari, vel universali, transeat, continuatur tempus prædecessoris cum tempore successoris, si habet bonam fidem successor. Item computantur tempora, quibus res usucapi cœpta est, penes creditorem, cui data est pignori. Hoc dicit.

(1) *Comienzan.* Concordat *L. id tempus* 14. *ff. de usucap.* & prosequitur ista lex dicta Azon. *in summa, C. de usucap. pro empt. col. penult.* & adde *L. Pomponius* 13. §. *quæsitum* 4. *ff. de acquir. posses. cum sequenti*, & *L. usucapio, ff. de usucap.*

(5) *O de auenidores.* De arbitro non est dubium, ut *in L. cum antea* 5. & ibi notat Bald. *circa fin. C. de arbitr.* de arbitratore dicebat Oldral. *consil.* 176. quòd non interrumpebatur præscriptio per litis contestationem factam coram eo, & idem tenet Joann. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de litis contestat.* §. *fin.* Abb. *in cap. illud*, *de præscript.* 3. *col.* Ista lex videtur velle contrarium in istis verbis, juncta *L.* 23. *tit.* 4. *suprà eadem Partita*, & procedit hodie, maximè stante ordinatione *de Madrid*: & sic hodie per leges Regni per libellum datum coram arbitratore, & executoris missione, seu citatione, interrumpitur præscriptio, sicut si fieret coram arbitro, ut *in dicta L. cum antea*, §. *fin.*

LEX XXX.

Si præscribens haberi non potest, vel incidit in furorem, aut moritur, infante relicto hærede, qui tutorem non habet; vel si adversarius est persona potens, contra quam non est ausus litigare, denuntiet hoc coram judice, vel Episcopo loci, vel in ejus defectum ad præscribentis domum coram vicinis, & ex hoc interrumpitur præscriptio. Hoc dicit.

(1) *Yendose.* Concordat *L. ut perfectius* 2. *C. de annal. except.* & vide Felin. *in cap. cum M. Ferrariensis*, *col.* 15. vers. *fallit* 3. *de constitut.* & est registrata *in* §. *potest*, 16. *quæst.* 3. & procedit ista lex tantùm in actione reali, ut ex ea patet, & tenet Bartol. & Salicet. *in dicta L. ut perfectius*, ubi Angel. post Odofred. tenet, quòd etiam in personali procedit illa lex. Et nota, quòd licèt quis habeat remedium hujus legis, habebit etiam remedium *L.* 28. *suprà eodem*, & *tituli*, *ex quibus caus. major.* ut notat Gloss. & ibi Bartol. *in L. is qui reipublicæ* la 1. *ff. ex quibus caus. majores.*

los omes de la vezindad de la casa en que moraua (2), a aquel que començara a ganar la cosa por tiempo; diziendo, que el de grado lo demandaria en juyzio, mas que lo non podia fazer por alguno de los embargos sobredichos. Ca por tal afrenta como esta, destajase, e pierdese el tiempo en que el otro auia començado a ganar la cosa, bien assi como si le ouiesse mouido pleyto en juyzio sobre ella. Esso mismo dezimos que deue ser guardado, quando aquel que auia començado a ganar la cosa por tiempo, fuesse algund ome tan poderoso, a quien non osasse mouer pleyto en juyzio sobre ella.

TITULO XXX.

En quantas maneras puede ome ganar Possession e tenencia de las cosas.

COmo ganan, o pierden los omes el señorio de las cosas por tiempo, assaz cumplidamente lo auemos mostrado en las leyes del Titulo ante deste. E porque tal ganancia non se puede fazer a menos que el ome aya la possession (1), e la tenencia dellas; porende queremos aqui fablar de la possession. E mostraremos primeramente, que cosa es possession. E quantas maneras son della. E quien la puede ganar. E como. E despues diremos, como la puede perder el que la a ya ganada.

LEY I.

Que cosa es Possession.

POssession tanto quiere dezir, como ponimiento de pies. E segun dixeron los Sabios antiguos, possession es, tenencia (1) derecha que ome ha en las cosas corporales con ayuda del cuerpo, e del entendimiento. Ca las cosas que non son corporales, assi como las seruidumbres que han las vnas heredades en las otras, e los derechos por que demanda vn ome sus debdas, e las otras cosas que non son corporales semejantes destas, propriamente non se pueden posseer (2), nin tener corporalmente; mas vsando dellas aquel a quien pertenece el vso, e consintiendolo (3) aquel en cuya heredad lo ha, es como manera de possession (4).

LEY II.

Quantas maneras son de Possession.

CIertamente dos maneras (1) y ha de possession. La vna es natural, e la otra es por otorgamiento de derecho, a que

(2) *En que moraua.* Quid si esset vagabundus, ita quòd non haberet domicilium? Dic, quòd non procedit ista lex, ut tenet Gloss. & ibi Bart. & Paul. *in L. cum hæreditas ex Trebelliano, ff. ad Trebell.* & illam Gloss. dicit Bald. singularem *in L. cum notissimi*, §. *pen. C. de præscript. 30. vel 40. annor.*

TITULUS XXX. DE ACQUIRENDA possessione. In summa.

(1) *Possession.* Ut *in L. sine possessione 25. ff. de usucapion.*

LEX I.

Possessio est justa detentio rerum corporalium cum corporis intellectu, & adjutorio. Incorporalia enim non possidentur, sed quasi possidentur. Hoc dicit.

(1) *Possession es, tenencia.* Ista est diffinitio Azon. posita *in L. 1. ff. de acquir. posses. in glos. 1. per eundem, C. de acquir. posses. in summa*, & vide latissimè per Bart. & Doct. de hac diffinitione, & aliis, *in L. 1. ff. eod.*

(2) *Posseer.* Ut *in L. possideri 3. in princ. ff. eod.* & *L. servus 43. §. incorporales, ff. de acquir. rer. domin.* & *L. sequitur 4. §. si viam 27. ff. de usucap.*

(3) *Consintiendolo.* Adde *L. quotiens 20. ff. de servit.*

(4) *Manera de possession.* Hæc dicitur quasi possessio: appellatione tamen possessionis, sive à lege, sive à statuto, veniet etiam quasi possessio, ut tradit Francis. de Are. *in rubrica ff. de acquir. possess. col. fin.* & *consil. 30.* incipit, *viso themate, col. 4.*. Contrarium tamen voluit Anton. *in repet. cap. fin. de caus. posses. & propriet. col. 2.* & propriè loquendo in statuto, quem refert Alexand. *in dicta L. 3. in princ. col. 1. ff. de acquir. possess.* sustentatur tamen libellus, quando quis dicit se possidere aliquid incorporale: quia intelligitur de quasi possessione, secundùm Joann. de Plat. *in L. ad reparationem, C. de aquæductu, lib.* 11. Et qualiter acquiratur, & per quos actus, ista quasi possessio, vide per Abb. *in cap. cum Ecclesia Sutrina, col. 4. & 5. de caus. posses. & propriet.* & Bald. *in L. 1. col. 2. C. de servit.* & *in L. licet, C. de acquir. possess.* & Abb. *in cap. bonæ* el 2. *col. 6. de postul. prælator.* & vide plures remissiones per Alexand. *in L. 1. in princ. col. 21. ff. de acquir. possess.* Et ex quibus actibus acquiratur quasi possessio juris patronatus, vide *in tract. præscript. fol. 47. col. 2.* & Socin. *consil. 89. col. 2. vol. 1.* & quæ idem Socin. dicit *consil. 258. in princ. vol. 2.* Et qualiter acquiratur quasi possessio in jurisdictionalibus, vide Baldum *de consuetud. recti feudi, in princ.* & qualiter in his probetur: adde Socin. *consil. 187. vol. 2. col. 4. & 5.* & quòd probetur per juramentum fidelitatis subditorum, vide Alexand. *consil. 94. vol. 5. col. 2.* Et de effectu quasi possessionis in juribus personarum, & in juribus officiorum, vel obligationum, vide Baldum *in L. non ignorat, col. 2. & fin. C. qui accus. non poss.* ubi videbis multa notabilia: & qualiter probetur quasi possessio juris canonicalis, vide Abbatem *in cap. in Genesi, de elect. col. 3.* Et nota, quòd quasi possessio jurisdictionis jam formatæ non potest acquiri, nisi sciente, & patiente illo, qui erat in quasi possessione jurisdictionis, & non sufficeret scientia, & patientia illius, qui erat verè dominus, & cui verè jurisdictio competebat, secundùm Alexand. *dicto consil. 94. col. 4. vol. 5.* Et nota, quòd quasi possessio in jure incorporali competit illi, qui verè nullum jus habebat in tali jure: vide Alexand. *in L. naturaliter, in princ. ff. de acquir. posses. in fin.* Et an per ingressum possessionis rei corporalis, cui adhæret servitus, vel jurisdictio, seu aliud jus incorporale, acquiratur quasi possessio juris incorporalis? Vide Socinum *in L. 3. in princ. in primo notabili, & in fine, ff. de acquir. posses.* & quando relevet ab onere probandi ista quasi possessio. Adde Paul. de Castro *in L. sicuti, §. sed si quæratur, ff. si servit. vindic.* & Bald. *in L. eam quæ, C. de liberali causa.*

LEX II.

Duplex est possessio, una naturalis, quando corporaliter quis possidet; alia civilis, quando recedit à re non animo derelinquendi eam, neque possessionem ejus: & hæc animo retinetur, & valet tantùm, sicùt si in re ipsa staret detinens illam corporaliter. Hoc dicit.

(1) *Ciertamente dos maneras.* Approbat opinionem Joann. de qua per Gloss. *in L. 1. in princ. ff. de acquir.* pos-

que llaman en latin ciuil. E la natural es, quando ome tiene la cosa por si mismo corporalmente, assi como casa, o su Castillo, o su heredad, o otra cosa semejante, estando en ella. E la otra que llaman ciuil es, quando algund ome sale de casa, de que el es tenedor, o de heredad, o de Castillo, o de otra cosa semejante, non con entendimiento de la desamparar, mas porque non puede ome siempre estar en ella. Ca estonce, maguer non sea tenedor de la cosa corporalmente, seerlo ha en la voluntad, e en el entendimiento, e valdra tanto (2), como si estuuiesse en ella por si mismo.

LEY III.

Como puede el ome ganar tenencia de las cosas.

TEnencia, e possession de las cosas puede ganar todo ome (1) por si mismo, que aya sano entendimiento. Otrosi los fijos (2), e los sieruos que tiene en su poder, la pueden ganar por el; e sus Personeros (3). Ca en qual cosa quier que alguno destos sea apoderado en nombre del padre, o del señor, o de aquel cuyo Personero es, gana la tenencia el otro, en cuyo nombre lo apoderaron della, tan bien como si el mismo la tuuiesse. Otrosi dezimos, que si el fijo gana en su nombre tenencia de alguna cosa, de mientra que esta en poder de su padre, que non sea de aquellas que son llamadas castrense, vel quasi castrense peculium, que non tan solamente gana el fijo tal tenencia como esta, mas aun el padre (4) por razon del vsofructo que ha de auer en su vida, en las ganancias atales que el fijo faze, segun dize en el Titulo (5) que fabla del poderio que han los padres sobre los fijos.

LEY IIII.

Como el Guardador del huerfano, o del loco, o el Oficial del Comun de algun Concejo, gana la tenencia a ellos.

GVardador (1) de huerfano, o de loco, o desmemoriado, o de ome que fuesse desgastador de sus bienes, bien puede ganar la tenencia de toda cosa que ouiere en nombre de aquel que tuuiere en guarda. Esso mismo dezimos, que si el Oficial del Comun (2) de alguna Cibdad, o Villa, que aya a amparar, o a recabdar los derechos della, gana tenencia de alguna cosa en nombre del Comun cuyo Oficial es, que la gana para aquel Comun cuyos bienes auia de recabdar, tan bien como si a todos comunalmente (3) ouiesse apoderado della. *Ley 4. tit. 15. lib. 4. Recop.*

LEY V.

Como los labradores, e los yugueros, e los que tienen las cosas arrendadas, o alogadas, non ganan la tenencia.

LAbradores, o yugueros, o los que tienen arrendadas, o alogadas cosas agenas, como quier que ellos sean apoderados de la tenencia dellas; pero la *Ley 4. tit. 15. lib. 4. Recop.*

posses. & per Dinum *in regul. sine possessione, de regul. jur. lib.* 6. qui allegat *L.* 2. §. *quod vulgò, ff. pro hærede.*

(2) *Valdra tanto.* Imò dignior, & superior est naturali, Bald. *in L. data opera, col. fin. C. qui accus. non poss.* & ista, finito feudo, vel emphytheosi, trahit ad se naturalem possessionem, Bald. *in summa rerum, col.* 6. *ff. de rer. divis.*

LEX III.

Quilibet sanæ mentis per se, vel per filiumfamilias, aut per servum suum, vel procuratorem nomine domini recipientem, acquirit possessionem. Sed in rebus extra castrense peculium, vel quasi, filio traditis ipsius filii nomine, non solùm filiofamilias, sed etiam patri ratione ususfructus quæritur possessio. Hoc dicit.

(1) *Todo ome.* Concordat *L.* 1. §. *adipiscimur* 2. *ff. eodem.*

(2) *Los fijos.* Adde §. *item acquirimus* 5. *eadem L.*

(3) *Personeros.* Adde §. *per procuratorem* 20. *ead. L.*

(4) *Mas aun el padre.* Approbat opinionem Glos. *in L. possessio*, §. 1. *ff. de acquir. posses.* super verbo *habere.*

(5) *Titulo.* 4. *Partita, tit.* 17.

LEX IIII.

Tutor, vel curator, seu syndicus civitatis adipiscuntur possessionem nomine eorum, quorum administrationem gerunt. Hoc dicit.

(1) *Guardador.* Concordat *L.* 1. §. *per procuratorem,* 2. *ff. eodem.*

(2) *Oficial del Comun.* Adde *L.* 1. §. *fin. ff. eod.* cum *L. sequenti,* & *L. municipibus* 97. *ff. de condit. & demonstr. L. municipes* 14. *ff. ad municipal.*

(3) *A todos comunalmente.* Et sic ipsa universitas civium acquirere posset possessionem; sed non ita de facili reputatur possibile, ut *in dicta L.* 1. §. *fin.* & adde *L. tigni,* §. *item municipes, ff. ad exhibend.* & extende etiam si sit universitas reprobata: nam adhùc poterit acquirere possessionem, cùm sit facti, secundùm Bald. post Jacob. de Aret. *in L.* 1. §. *quibus, ff. quod cujusque universit. nom.* de quo tamen dubitat Socin. *in dicto* §. *fin.* per media, de quibus ibi per eum: sed modò placet opinio Baldi, argum. *L.* 1. §. *si vir uxori, ff. eod.* & intellige istam legem, quando, communicato consilio, acquirunt cives possessionem; & sic quòd consentiant ut universi, non ut singuli, ut vult Gloss. *in dicto* §. *fin.* quod tamen limitat ibi Socin. sub dubio fortè, nisi pro executione juris jam quæsiti, data licentia apprehendendi, per ea, quæ notat Innocent. & Anton. *in cap. eam te, de rescript.* & Bald. *in L. sicut*, quem vide, *ff. quod cujusque universit. nom.* secundùm Aretinum *in dicto* §. *fin.* & refert, & sequitur Socinus. Si unus possideat, scientibus, & patientibus aliis civibus possidet: nam tunc tacito quodam mandato, ipsa universitas acquirit possessionem.

LEX V.

Licèt inquilinus, colonus, aut conductor corporaliter rem retineat, non tamen possidet, sed qui sibi locavit, aut conduxit; ideò eam præscribere non valet: feudatarius

la verdadera possession es de aquellos, en cuyo nombre (1) tienen el heredamiento. E porende, quanto tiempo quier que ellos las tuuiessen assi, non ganarian el señorio por ello. Pero aquellos que tienen a feudo algund heredamiento, o han ende el vsofructo dello, o lo tienen a censo, dando cosa cierta por ello cada año, si fueren apoderados de aquellos heredamientos, ganan la possession (2) dellos; pero en saluo finca el señorio a sus dueños: de manera, que estos atales por tal tenencia como esta non ganan la propriedad dellas, quanto tiempo quier que las tengan.

LEY VI.

Que cosa ha menester de fazer el que quiere ganar tenencia.

GAnar queriendo algund ome alguna possession de Castillo, o de casa, o de otra cosa qualquier, ha menester que faga dos cosas (1). La vna, que aya voluntad de la ganar. La otra (2), que la entre por si corporalmente, e la tenga, o otro alguno por el en su nombre. E si alguna destas dos cosas le falleciesse, non la podria ganar. Empero, si vn ome vendiesse a otro alguna cosa, o gela diesse, o gela enagenasse en alguna otra manera; e estando la cosa delante (3), dixesse el que la enagenaua al otro, que lo apoderaua en ella, veyendola ambos a dos; maguer este atal non la entre, nin la tenga corporalmente, abondale tal apoderamiento de vista, para ganar la tenencia della.

LEY VII.

Como gana ome la tenencia de las mercaderias, si es apoderado de las llaues.

ENagenando, o vendiendo vn ome a otro, trigo, o vino, o olio, o algunas otras mercadurias que estuuiessen en Alfondiga, o Almazen, o en otra casa qualquier, dandole las llaues de aquel lugar do estuuiessen las cosas, e estando y delante (1); por tal apoderamiento como este, que le faze dandol las llaues, entiendese que

rius autem, vel emphyteota, aut usufructuarius possidet rem, in qua illud jus habet; non tamen potest eam tempore contra proprietarium præscribere. Hoc dicit.

(1) *En cuyo nombre.* Adde *L.* 22. *suprà tit.* 1. & *L. si id quod* 25. §. *& per colonos*, *ff. de acquir. posses.*

(2) *Ganan la possession.* De naturali intellige, nam civilis est apud proprietarium, & directum dominum, ut notat Gloss. *in L. si ut certo*, §. *si duobus vehiculum*, *ff. commod.* & *in L.* 3. §. *ex contrario*, *ff. de acquir. possess.* & vide quod dixi suprà *eodem L.* 2. & idem dic de conductore ad longum tempus, ut dixit Gloss. *in L. si quis ante*, super verbo *novissimè*, *ff. de acquir. posses.* & vide *L.* 1. *& fin.* cum Gloss. *ff. si ager vectigal. vel emphyt. petat.* & *L.* 1. §. *quia autem* 6. *ff. de superficiebus.*

LEX VI.

Ad adipiscendam possessionem requiritur animus acquirentis, & actus corporalis ejus, aut alterius pro eo tenentis, vel intrantis; aliàs non quæritur possessio. Acquiritur etiam possessio, si vendo tibi fundum, quem præ oculis habemus, & per aspectum ejus trado possessionem: nam licèt in eam corporaliter non ingrediaris, acquiris ejus possessionem. Hoc dicit.

(1) *Dos cosas.* Concordat *L. possideri*, §. 1. & *L. quemadmodum* 8. *ff. eod.* & *L. licet* 4. *C. eod.*

(2) *La otra.* Aliqui tamen casus sunt, in quibus acquiritur possessio sine corporali apprehensione, ut videbis in ista lege cum 3. sequent. & alios casus vide per Alexand. *in L.* 3. *in princ. ff. eod.* & benè potest induci consuetudine, vel satuto, quòd possessio transeat sine apprehensione, ut *in cap.* 2. *de consuetud.* sicut de consuetudine Gallicana tradit Paul. de Castro *in L. qui universas*, §. 1. *ff. de acquir. posses.* quòd hæres succedat in possessione defuncti: & adde quod habetur *in Ordin. Tauri*, *L.* 45. & quæ tradit Alex. *in dicta L.* 1. *col.* 15. *&* 16. *ff. de acquir. possess.* & adde Baldum *in L.* 1. *col.* 3. *C. si plures una sentent. fuer. condemn.* & *in L. ex hoc jure*, *col. pen. ff. de just. & jure*, & *in L.* 1. *C. commun. de legat.* & *in authent. defuncto*, *C. ad Tertull.* & *in L. cum antiquioribus*, *col.* 6. *C. de jure deliber.*

(3) *Estando la cosa delante.* Vide quæ dico *in gloss.* 1. *L. proxima sequent.*

LEX VII.

Per clavium traditionem in conspectu horrei, ubi sunt merces comparatæ, acquiritur possessio mercium, licèt non sint in conspectu. Hoc dicit.

(1) *Estando y delante.* Concordat *L. clavibus* 74. *ff. de contrah. emptione*, & *L.* 1. §. *si jusserim* 21. *in fin. ff. de acquir. possess.* & *L. pecuniam* 79. *ff. de solution.* & benè probatur hìc declaratio Bart. *ad dict. L. clavibus*, quam dat *in L.* 1. *in princ. ff. de acquir. possess.* scilicèt, quòd ad hoc ut per traditionem clavium transferatur possessio, debet esse in conspectu domus, vel horrei, cujus sunt claves; quod & voluit Gloss. *in dicto* §. *jusserim*, in verbo *traditæ*: Glos. tamen *in L.* 1. *in princ. in glos.* 2. voluit sufficere, si de proximo posset ingredi locum, cujus traditæ sunt claves, licèt non sit in conspectu; & tenet Alex. *in dicta L.* 1. *in princ. col.* 20. *&* 21. subdens, quod alias nihil specialitatis esset in traditione clavium: sed re vera adhuc est specialitas, propter res clausas, quæ non videntur, neque sunt in conspectu, proùt etiam tetigit Jaso *in dicta L.* 1. *in princ. col.* 22. ideò tene, quod dicit Bart. quia approbatur per istam legem. Et nota, quòd ad hoc ut per traditionem clavium acquiratur possessio, requiritur quòd tradantur per illum, qui habeat possessionem, & quòd sint principales claves rei, cujus est transferenda possessio, secundùm Alberic. *in dicto* §. *si jusserim*, *in fine*, ubi ponit quæstionem notabilem, quæ fuit de facto in Curia Romana. Nota tamen, quòd licèt non tradantur claves in conspectu horrei, tamen videtur data licentia ingrediendi rem propria auctoritate, secundùm Azon. *C. eod. in summa*: & vide in materia *L. pecuniam* 79. *ff. de solution.* & vide etiam *L.* 1. §. *si jusserim* 21. *ff. de acquir. possess.* & intellige, quando possessio erat vacua ab alio præter tradentem, ut *in L. quod meo* 18. §. *si venditorem*, *ff. eod.* & per Joan. Andr. *in cap. transmissam*, *de election.* Abb. *in cap.* 2. *de consuetud.* & an idem sit in nuntio, qui de mandato judicis vadit ad inducendum aliquem in possessionem? Vide Bart. *in L.* 1. *in princ. col. penult. ff. eodem*, distinguentem, an fuit facultas corporaliter immittendi, vel non, & ibi latè per Alexandr. tenentem cum opinione Bartoli, *col.* 22. & adde Alberic. *in dicto* §. *si jusserim*, dicentem, se consuluisse cuidam amico, qui propter guerram non audebat accedere ad adipiscendam possessionem beneficii sui, quòd iret super quodam monte, undè videre poterat Ecclesiam, & terras beneficii, & quòd eam acciperet per aspectum oculorum: allegat *dictum* §. *si venditorem*, 2. *respons.* & *cap. contingit*, *de dolo, & contum.* vide ibi Jas. volentem contrarium, & dicentem, quòd ista jura non faciunt pro consilio Alberici, ex quo non concurrit voluntas tradentis, & possessio non est vacans, & quia *cap. contingit* loquitur in casu speciali: sed fortè dictum Alberici potest defendi, quia ipse non loquitur, quando

que le apodera tambien de las mercadurias que son en la casa, maguer non las vea, como de las llaues que le da a paladinas: e gana la tenencia de las mercadurias, bien assi como si le apoderasse dellas corporalmente veyendolas.

LEY VIII.

Como gana ome la tenencia de la cosa, por la Carta que le dan della.

DAndo algun ome a otro heredamiento, o otra cosa qualquier, apoderandole de las cartas (1) por que la el ouo, o faziendo otra de nueuo (2), e dandogela, gana la possession, maguer non le apodere de la cosa dada, corporalmente.

LEY IX.

Que si alguno enagena su cosa, o la arrienda de otro, pierde la possession della.

ENagenan los omes los vnos a los otros sus heredamientos a las vegadas, a tal pleyto, que retienen para si en toda su vida el vsofruto (1) dellos; o despues (2) que los han enagenado, ante que apoderen dellos a aquellos a quien los enagenaron, arriendanlos de los compradores (3). E en qualesquier destos casos dezimos, que gana la possession de la cosa aquel a quien es enagenada; e aun ha el señorio en ella, bien assi como si fuesse apoderado corporalmente della. Esso mismo seria, si aquel que enagenaua la cosa, dixesse: Otorgo, que de aqui adelante tengo la possession della en vuestro nombre (4).

LEY

do beneficium erat ab alio occupatum; imò præsupponit esse vacans, sed propter guerram non audebat accedere; item præsupponit voluntatem Episcopi, vel collatoris volentis eum ingredi possessionem. Adverte etiam, quòd etsi quis accipiat possessionem villæ, vel castri, non videtur accipere possessionem fundorum, seu rerum, quæ sunt separatæ ab universitate castri, ut sunt molendina, quæ alio titulo habita sunt, *L. certa forma*, & ibi Bald. *C. de jure fisci*, *lib.* 10.

L E X VIII.

Per traditionem litteræ emptionis, vel donationis rei, vel faciendo litteram novam, & tradendo talem litteram emptori, vel donatario, quæritur possessio litteram recipienti. Hoc dicit.

(1) *De las cartas.* Concordat *L.* 1. *C. de donation. cum concord. ibi alleg. in glos.* & nota hìc, dum dicit (*qualquier*) nam per hoc vult, quòd ista lex procedat, sive tradantur instrumenta rerum corporalium, sive jurium incorporalium, veluti nominum debitorum; cujus contrarium tenuit Joan. de Imol. *in L. fin. in princ. ff. de donation.* qui tamen non fuit memor decisionis Bart. in contrarium, *in L. Labeo, ad fin. ff. de pactis*, & Bald. *in L. fin. C. quando fisc. vel privat.* & Anton. *in cap. ecclesia* el 2. *ut lite pendent.* qui intelligit, ubi apparet de mente donantis instrumentum, velle donare: nam ubi de tali mente non constaret, videretur velle constituere procuratorem ad agendum, ut & tradit Alex. *in L.* 3. *in princ. col.* 3. *ff. de acquir. possess.* & extende etiam istam legem, etiamsi instrumenta non tradantur in re præsenti, secundùm Cin. Angel. & Salic. *in dicta L.* 1. & Alexand. *ubi suprà.* Et nota etiam, quòd sicùt per traditionem instrumenti videor tradere tibi possessionem fundi, de quo fit mentio in instrumento; sic si posteà donatarius incidat tale instrumentum de voluntate donantis, per hujusmodi incisionem videtur translata possessio in donantem, Glos. singul. *in L. ab emptione, ff. de pactis*, Bald. *in prælud. feudor.*

(2) *O faziendo otra de nueuo.* Nota hoc, nam contrarium dicebat Guiliel. de Cug. *in L. licet, C. de acquir. posses.* & Joan. de Imol. *in dicta L.* 3. *in princ. ff. eodem*, & *in cap.* 2. *de consuetud.* & sequitur Alex. *in dicta L.* 3. scilicèt quòd *dicta L.* 1. *C. de donation.* procedat in traditione instrumenti, per quod fuit acquisita res ipsi tradenti; non de novo instrumento, quod fit à donante, vel vendente, ipsi recipienti: & adde *LL.* 17. & 44. *in Ordin. Tauri.*

L E X IX.

Si alieno tibi rem meam, mihi retento usufructu, vel conduco à te fructus ejus, aut constituo me eam tuo nomine possidere; quæritur per hoc tibi possessio, licèt corporaliter eam non apprehendisti. Hoc dicit.

(1) *El vsofruto dellos.* Concordat *L. quisquis* 28. & *L. si quis argentum* 35. versic. *sed si quidem* 5. *C. de donation.* & intellige in donatione expressa, & non procederet in donatione ficta, secundùm Bald. *in cap. unico, col.* 5. *de capitan. qui cur. vend.* & *in L. unica, C. de suffrag.* vers. *sed quæ est ratio*: & dicit Bald. quòd ubi est suspicio fraudis, vel simulationis, ficta traditio præsumitur simulata, & non sufficeret, *L. sicut* 8. §. *supervacuum* 7. *ff. quibus mod. pignor. vel hypot. solv.* Sed an retentio proprietatis inducat traditionem in usufructu? Vide Bald. quòd non, *in cap.* 1. *col.* 2. *quid sit investitura*, & Alex. *in dicta L.* 3. *col.* 3. *in princ. ff. de acquir. posses.* si tamen habens proprietatem, concederet alicui usumfructum, & constitueret se ejus nomine possidere, per hoc transferretur possessio naturalis in usufructuarium, secundùm Bart. *in L. quod meo*, & ibi Alexand. *col.* 5. *ff. de acquir. posses.* Et quid si vendens rem, retineat eam loco pignoris pro pretio? an ex hoc videatur translata possessio, vide Gloss. notabilem, quòd sic, *in L.* 1. *in fine, ff. de reb. eorum*, quam pro notabili allegat ad hoc Socin. *consil.* 20. *col.* 4. *vol.* 3.

(2) *O despues.* Nota hoc verbum, nam ex eo videtur, quòd solus actus conductionis, etiam in sciente rem quam conducit esse suam, non operetur translationem dominii in locatorem: præcedere namque debet titulus donationis, vel alterius contractus, locationem, ut possessio, & dominium per hoc transferatur, ut hìc vides: & hoc tenetur communiter *in L. si aliquam rem, ff. de acquir. posses.* Quid tamen si in ipso actu locationis, seu conductionis, conducens dicat, quòd volens transferre illam rem in locatorem, & recognoscere ab eo dictam rem, conducit? Bartol. & Alexand. *in dicta L. si aliquam rem* volunt, esse idem, ut non transferatur dominium, neque possessio: Glos. tamen ibi in verbo *an quasi meam*, &c. vult contrarium, & Angel. ibi *col.* 2. & etiam Joan. de Imol. & Aret. cui etiam sententiæ adhæret Carolus Molineus *in comment. consuetud. Parisiens. tit.* 1. §. 1. *in glos.* 5. *in tertio notabili.* Ista lex Partitarum facit pro opinione Bartoli, & Alexandri.

(3) *Arriendanlos de los compradores* Et sic per locationem transfertur possessio: quod limita, ut per Bart. *in L. si rem aliquam, ff. de acquir posses.* & per Alex. *in L.* 1. §. *si vir uxori, eodem tit.* & limita etiam, ut per Bart. *in L. quod meo, in princ. eodem tit.* & concordat *L. quædam mulier* 77. *ff. de rei vindic.*

(4) *En vuestro nombre.* Concordat *L. quod meo* 18. *in princ. ff. eodem*, & *dicta L. quædam mulier* 77. *ff. de rei vindic.* Et quid si ista clausula constituti poneretur, tam in bonis præsentibus, quàm futuris? an eo ipso quòd constituens acquirit aliquid in futurum, possessio adquiratur ei, cui est factum constitutum? Vide Bald. notabiliter *in rubr. C. de contrahend. empt. col.* 1. versic. 21. *quæro*, ubi concludit, quòd non, nisi ea intentione quærat, ut illum possessorem faciat: allegat textum notabilem *in L. actione*, §. *si quis post, ff. pro socio*, de quo dicto vide Alexandr. *in dicta L.* 3. §. *incertam, ff. de acquir. possess. col.* 2. & licèt non addatur verbum *precario*, sufficit,

LEY X.

Como ome gana la tenencia, apoderandole della el señor.

SEyendo algun ome apoderado (1) de casa, o de heredamiento, o de otra cosa qualquier, por aquel que la tiene, o por su mandado, gana la tenencia verdadera della. Esso mismo seria, si lo apoderasse el Judgador (2), o su mandado, por razon de paga, o porque auia vencido en juyzio la cosa, prouando que era suya. Mas si el fuesse apoderado della por mengua de respuesta, o porque el la entrara por fuerça (3), o la robara, como quier que el sea tenedor, non ha porende la verdadera possession (4). Ca viniendo su dueño, puedela cobrar, assi como diximos en las leyes (5) que fablan en esta razon.

LEY XI.

Como el comprador gana la tenencia de la cosa comprada por si, o por su Procurador.

VEndida, o enagenada seyendo alguna cosa a algun ome, si aquel a quien la enagenassen, fuesse metido en la tenencia de la cosa, sabiendolo el señor (1), e non lo contradiziendo, ganaria estonce el otro la tenencia, tambien como si el señor gela ouiesse entregado por si mismo: esso mismo dezimos que seria, si aquel que enagenasse la cosa, diesse la tenencia della al Personero (2) del comprador; o si el comprador la diesse a alguno, despues que la ouiesse comprada, que la tuuiesse en su nome. Ca en qualquier destos casos se gana, e se retiene la possession de la cosa.

LEY

cit, ut hìc vides, & tenet Bald. *in L. 2. C. de acquir. possess.* imò aliquandò melius est, ut non ponatur istud verbum *precario* in clausula constituti: nam per constitutum transfertur naturalis, & civilis possessio; per precarium transfert civilem, & retinet naturalem, ut declarat Alexand. *in L. interdùm, col. 3. ff. de acquir. possess.* & Thomas Ferrarius *cautel.* 48. vide Alexand. ibi ponentem casum, ubi utilius esset precarium, quàm constitutum: & si ponatur precarium, & constitutum simul, utraque possessio transfertur, ut tradit Bart. *in dicta L. interdùm*: & de forma hujus constituti, vide Gloss. *in dicta L. 2.* & ibi, quòd requiratur, quòd constituens possideat: & an liceat ei, cujus nomine precariò possidetur, revocare precarium, & invito alio, possessionem apprehendere? Vide Bald. *in L. neque ex vera, C. de acquir. posses.* ubi dicit, quòd non potest, eo invito, & resistente, ingredi possessionem. Et quid si quis in judicio dicat, & confiteatur adversarium suum possidere, cùm non ille, sed ipse possideat? an videatur in adversarium transferre possessionem? Vide Bald. *in L. unica, col. 19. C. de confessis*, quòd non, & allegat Gloss. singul. *in L. ab emptione, ff. de pactis*: nam licèt constitutum sit actus fictus, per eum transfertur vera possessio, ut *in L. certè 6. §. 1. ff. de precar.* & vide Abb. *in cap. 2. col. fin. de consuetud.* Et nota, quòd clausula constituti, vel precarii, transit passivè in hæredes constituentis, & censentur, & finguntur tenuisse eo modo, quo defunctus; imò, etsi hæredes proprio nomine ut domini possiderent post mortem defuncti, etiam 30. annis non præscriberent, ut singulariter dixit Paul. de Castro *in L. neque, C. de usufructu*, adde *L. cum precario 12. §. 1. ff. de precar.* Et an executor judicis, tutor, vel similes possint tradere possessionem per actus fictos? Vide Bart. *in L. 1. in princ. col. penult. ff. de acquir. posses.* Et quid si constitutum fuit conditionale, & ante conditionis implementum constituens alteri vendat, vel tradat? Vide Decium *in regul. contractus, de regul. jur.* Et an si non teneat principale, vitietur constitutum, vel precarium? Vide Bald. *in cap. 2. de feudo dato in vicem Leg. Commissor.* & Jason. *in L. 1. §. si quis ita, fin. col. ff. de verbor. oblig.* quòd sic; & adde Alexand. *in L. 1. §. si vir uxori, ff. de acquir. posses.* & Carol. Molin. *in comment. consuet. Parisiensium, in tit. 1. de materia feudali, in gloss. 5. num. 31. §. 1.* & *in §. 13. in gloss. 5. col. 2.* Et quid si quis dicat, constituo me tuo nomine possidere, donec possessionem intres, & postquàm intraverit, iterùm constituens intret possessionem? an videatur intrare suo nomine, vel alieno? Vide Baldum *in §. si facta, si de fuedo fuer. controv. inter domin. & agnat.* ubi dicit, quod nomine alieno: & sic non præscribet; quod nota. Et adde, quòd in factis antiquissimis, ubi in instrumentis antiquis reperitur clausula constituti, præsumitur, quòd constituens tunc temporis possidebat: neque de hoc exigetur probatio, ut tradit Socin. *consil. 187. col. 4. vol. 2.* & vide Paulum de Castro *consil. 10. vol. 1.* Et quid si post mortem suam constituat precariò se ab aliquo possidere? Dic, quòd nihil operabitur, ex quo constitutum dirigitur in tempus mortis, quando possessio defuncti est penitùs interempta: undè nihil operabitur respectu possessionis, licèt respectu dominii benè operaretur, quia ipsum dominium non moritur, sed in hæreditate manet: ita notabiliter dicit Angelus *in L. quamvis, §. si conductor, ff. de acquir. posses.* de quo vide per Oldral. *consil. 114.* & Alexand. *consil. 82. col. 3. vol. 2. & consil. 40. col. 3. vol. 3.* Et an per constitutum juris incorporalis transeat quasipossessio talis juris? Vide Bartol. *in dicta L. quod meo*, ubi per Alexand. *col. 6.*

LEX X.

Per traditionem possessoris, vel alterius ejus mandato, vel judicis mandato ex causa solutionis, seu quia eam judicialiter evicit, quæritur accipienti possessio vera; sed non acquiritur per missionem ex primo decreto, nec per vim, furtum, aut rapinam. Hoc dicit. Habuit ortum à *L. 1. §. si jusserim 21. cum §. sequent. ff. de acquir. posses.*

(1) *Ome apoderado.* Concordat *L. 3. §. genera 21. ff. eodem.*

(2) *El Judgador.* Adde *L. justè possidet. 11. ff. eodem.*

(3) *Entrara por fuerza.* Vide *L. rem quæ nobis 15. ff. eodem.*

(4) *La verdadera possession.* Adde *L. si finita 15. §. Julianus 16. ff. de damn. infecto.* & *L. 3. §. fin. ff. de acquir. posses.* & quæ dixi *in L. 2. tit. 8. suprà ead. Partit.*

(5) *En las leyes.* Ut suprà *ead Par tit. dicto tit. 8. L. 2. & 6.*

LEX XI.

Si domino venditore sciente, rem occupat emptor sine contradictione, aut venditor tradat eam emptoris procuratori, quæritur emptori possessio vera. Hoc dicit.

(1) *Sabiendolo el señor.* Concordat *L. 2. C. de acquir. posses.* & *L. si à te 16.* & ibi vide Paulum de Castro, *ff. si servit. vendicet.* & quid si domino absente, & non invito, intret, vide Angelum *in L. eum qui, ff. de furtis, in princ.*

(2) *Al personero.* Adde *L. qui mihi donatum 13. ff. de donation.* & *L. 1. §. per procuratorem 20. ff. de acquir. posses.*

LEY XII.

Como despues que ome ha la tenencia de la cosa, siempre se entiende que es tenedor della, fasta que la desampare con intencion de la non tener.

DEspues que ha ome ganado la tenencia de alguna cosa, siempre se entiende que es tenedor della, quier la tenga corporalmente, quier non, fasta que la desampare (1) con voluntad de la non auer: ca como quier que todavia non la tenga corporalmente la cosa, siempre puede ser tenedor della en su voluntad (2). E non tan solamente se entiende, que es ome tenedor de la cosa por si mismo, despues que es apoderado; mas aun lo es por su Personero, o por su labrador (3), o por su amigo, o por su huesped, o por su fijo, o por su sieruo, o por qualquier destos que la tengan, e vsen della en su nombre.

LEY XIII.

Como el señor de la cosa non pierde la tenencia della por la desamparar el que la tuuiesse arrendada.

DEsamparando (1) algun ome maliciosamente la cosa, (2) que tuuiesse arrendada, o alogada, porque otro alguno se apoderasse della; tal engaño como este non le empece al señor de la cosa, nin pierde porende la tenencia della (3): ante dezimos, que todo quanto daño, o menoscabo le viniesse por tal razon como esta, que seria tenudo de gelo emendar aquel a quien auia alogada, o arrendada (4) la cosa. Mas si el que tuuiesse la cosa ar-

LEX XII.

Postquàm quis semel adeptus est possessionem alicujus rei, præsumitur, quòd semper possideat, saltem animo, nisi eam habeat pro derelicto: & non solùm per seipsum præsumitur possidere, sed etiam per procuratorem, vel colonum, seu inquilinum, vel amicum, vel per hospitem, vel filium, seu servum, qui nomine domini rem retineat, seu possideat. Hoc dicit.

(1) *Fasta que la desampare.* Ex istis verbis videtur, quòd quando quis possidet corpore, & animo, non amittit possessionem solo animo, sed oportet, quòd exeat etiam corpore à fundo: & idem habetur *in L. fere* 153. *ff. de regul. jur.* & *in L. quemadmodum* 8. *ff. de acquir. posses.* In contrarium tamen est text. *in L.* 3. §. *in amittenda* 6. *eodem tit.* ubi Gloss. signat ista contraria, & dat quamplures solutiones; & opinio Joann. ibi posita, quòd utrumque requiratur, quando quis incipit à corpore, & animus tantùm, quando incipit ab animo, communiter approbatur per Bartolum, & Doctor. ibi. Tu adverte, quia ista lex videtur requirere, quòd utrumque interveniat qualitercunquè incipiat: & etiam de jure communi hæc videbatur verior opinio, quam tenebat Angel. *in dicto* §. *in amittenda*, ita intelligens *dictum* §. supplendo, scilicèt, postquàm exierit; quæ fuit una ex solutionibus Gloss. Et quid in possessione, quam corpore per alium retineo, vide *L.* 1. §. *si quis me vi* 45. *ff. de vi, & vi armata*, & *L. peregrè* 44. §. *quibus, ff. de acquir. posses.* & aliàs incipit *non alii* ille §. *L.* 1. *ff. de vi, & vi armata.*

(2) *En su voluntad.* Adde *L. clam possidere* 6. §. *qui ad nundinas, ff. de acquir. posses.* ubi vide Angel. an hoc procedat in habente detentationem, ut exiens à fundo eam retineat; & concludit, quòd non.

(3) *Por su labrador.* Adde *L. generaliter* 9. *ff. isto tit.* & vide infrà *L. proxim.*

LEX XIII.

Si colonus, vel conductor meus malitiosè rem meam deserat, non perdo possessionem. Sed si rem alii tradat, vel expellatur à re, possum per judicem rem meam recuperare; & colonus tenetur ad damna, & interesse. Hoc dicit.

(1) *Desamparando.* Concordat *L. fin. C. de acquir. posses.* & ibi Gloss. & opinio Joann. ibi posita aprobatur hìc, & adde *L.* 3. §. 8. vers. *quod si servus, ff. de acquir. posses.* & *L. peregre* 44. §. *quibus, ff. eod.* Et tene menti istam legem: nam ex ea constat, quòd neque naturalem possessionem perdet dominus, licèt colonus deserat possessionem; cujus contrarium tenuerunt Bartol. & Doct. communiter *in L. si de eo*, §. *si forte, ff. eod.* & hoc, quando deserit possessionem proditoriè, ut alius accipiat, ut dicit lex ista: nam si non derelinquat proditoriè, sed aliàs recedit animo deserendi possessionem; tunc fortè procederet communis opinio, quòd amittatur naturalis, non verò civilis, etsi alius occupaverit possessionem, quia lex ista Partitarum solùm disponit, quando recessit animo prodendi possessionem: benè tamen est verum, quòd *dict. L. fin.* loquitur etiam in casu, quo non proditoriè deseruit possessionem, & dicit, quòd nullum præjudicium domino generetur; & certum est, quòd si dominus tali casu amitteret naturalem, pateretur vexationem propter lites, ut tradit Alex. *in L. si colonus, ff. eod.* quia tamen ista lex non est loquuta in isto casu, fortè non esset recedendum à communi opinione: cogita, quia & multi Doctor. antiqui, & moderni tenent, quòd neque naturalis perdatur, quando etiam non proditoriè deserit possessionem, quos refert Alex. & sequitur *in dicta L. si colonus*, & pro se habent casum *dict. L. fin.* Et quid si colonus responderet alii de fructibus? an per hoc privaretur dominus possessione? Vide Bald. *in L. cum nemo, C. de acquir. posses.* dicentem, quòd ex hoc immutat causam possessionis, & alium constituit possessorem, & idem tenet Angel. ibi, & allegat notata per Innocent. *in cap. cum venissent, de in integr. restit.* & est dictum singulare, secundùm Alexand. *in L. quamvis*, §. *si conductor, ff. de acquir. posses.* ubi Alex. in rebus corporalibus saltim vult, quòd hoc non sit verum; imò, si sciente domino primo possessore, alii respondeat colonus de fructibus, non privabitur possessione, nisi suspicetur se posse repelli; & dicit de hoc esse casum *in dicto* §. *si conductor*, qui tamen non probat dictum Alexandri, quia, ut ibi habetur, in casu *dicti* §. colonus utrique mercedes præstitit: undè ex quo primo possessori respondebat de mercede, non est, cur privetur possessione, etsi alii etiam de ea respondeat; quod non est in casu Baldi, & Angeli, qui loquuntur, quando non primo, sed alii respondere cœpit de fructibus: & nota benè, & vide, quæ tradit Rodericus Suarez *in repet. L. post rem judicatam*, quæ est conjuncta *cum repet. L. quoniam in prioribus, fol.* 131. *col.* 1. & 2.

(2) *La cosa.* Etiam si sit mobilis, per text. *in L. fin. C. eodem*, & nota benè ad limitationem *L. si rem mobilem* 47. *ff. isto tit.* secundùm Angel. *in dicta L. fin. C. de acquir. posses.*

(3) *La tenencia della.* Intellige etiam de possessione naturali, ut dixi: quando verò colonus discessit sponte, non proditoriè, & non animo deserendi possessionem, seu culturam; neque perditur ipsa naturalis, ut *in L. si colonus* 31. *ff. eodem*: aut discessit animo deserendi possessionem, & possessio occupatur per alium; perdit dominus naturalem, ut *in L. clam possidere* 6. *in princ. ff. de acquir posses.* & *in* §. *qui ad nundinas, ead. L.* retinet tamen civilem, & sic propria auctoritate poterit recuperare naturalem, antequàm suspicetur, se posse repelli: si tamen possessio non sit occupata per alium, tunc non perdit dominus naturalem, ut hìc, & *in dicta L. fin.*

(4) *O arrendada.* Secùs esset, si tradens possessionem, vel qui ab ea expellitur, possideret non nomine alieno, sed sibi, ut est in usufructuario, qui possidet naturaliter sibi: quia si ille expellatur, vel alii tradat possessionem, dominus non perdet suam civilem, quia non est fundata su-

arrendada, o alogada, metiesse a otro (5) en tenencia della, con intencion que la perdiesse el señor, o lo echassen (6) a el della por fuerça; en qualquier destos dos casos pierde el señor la tenencia que auia en la cosa, como quier que non pierde el señorio; e non la puede (7) el despues entrar por si mismo, nin echar al otro della. Empero puedese querellar al Judgador del lugar, de aquel a quien el arrendo la cosa, o la alogo, si el apodero della a otro, que le torne la cosa con todos los daños, e los menoscabos que le vinieren por esta razon; e del forçador que la forço, quel faga emienda porende, segund mandan las leyes (8) deste nuestro libro.

LEY XIIII.

En quantas maneras ome pierde tenencia de las cosas.

BIen assi como son ciertas maneras, por que los omes ganan tenencias de las cosas; assi son otros casos ciertos, por que las pueden perder, despues que las ouieren ganadas. E son estos. El primero es, por auenidas de rios, o por acrescimiento de mar, que se apoderassen de la cosa de que alguno fuesse tenedor, de manera que la cobriesse toda (1), assi que el, nin otro por el non pudiesse fincar en la tenencia. El segundo es, si la cosa de que ouiere la tenencia, fuere mueble, e cayesse en la mar (2), o en algun rio. Empero, como quier que pierde la tenencia por alguna destas dos maneras sobredichas, en saluo le finca el señorio al que la pierde, para poderla demandar a quien quier que la falle. El tercero caso es, quando alguno sotierra (3), o consiente soterrar a algund ome en el lugar de que era tenedor, con entencion que finque y soterrado para siempre. Ca por tal soterramiento fazese luego aquel lugar religioso, e pierde porende la tenencia aquel cuyo era. E esto es, porque de ningun lugar religioso, nin santo, nin sagrado, non puede ningun ome auer possession, assi como de las otras cosas.

LEY XV.

Como deuen fazer a la casa que se quiere caer, e los vezinos se temen della.

CAsa (1), o torre, o otro edificio auiendo algund ome, que se quisiesse derribar, e los vezinos, temiendose de recebir daño de aquel lugar, le fiziessen afruenta, que lo derribasse, o lo endereçasse, o que diesse fiadores para endereçar el daño que de aquel lugar viniesse; si este cuyo fuesse non lo quisiesse fazer, e por razon de su rebeldia fuessen los vezinos apoderados de aquel edificio por el Judgador; por tal apoderamiento como este, pierde la tenencia aquel cuyo era el edificio, si durare en la rebeldia.

LEY

super illa naturali usufructuarii: quod cessat in possidente nomine alieno: quia tunc civilis possessio domini est fundata super illa naturali coloni, secundùm Odof. *in dicta L. fin.* & Abb. *in cap. olim* el 1. *col.* 6. *de restit. spol.* item, si possidens nomine alieno traderet sub conditione, si domino placuerit, non amitteret dominus civilem, *dicto cap. olim*, & vide Socin. *in regul.* 297. Alexand. *in L. peregrè*, §. *quibus*, *ff. eod.*

(5) *Metiesse a otro.* Tradendo realiter possessionem, & non per actus fictos, ut *in L. quamvis* 32. §. *si conductor*, *ff. eodem*, & ibi Bart. & isto casu perdit dominus civilem, & naturalem possessionem, ut hìc, & est communior opinio de jure communi, secundùm Abb. *in cap. olim* el 1. *col.* 5. *de restit. spol.*

(6) *O lo echassen.* Isto casu perdit dominus naturalem, & civilem possessionem, *L.* 1. §. *dejicitur* 9. & §. *quod servus* 22. *ff. de vi, & vi armata*, & hìc: & quæ sit ratio, vide per Bart. *in dicta L. peregrè*, §. *quibus*, *ff. eodem*: si tamen dejiciatur dominus, & non colonus, non perdit dominus possessionem, ut *in L.* 1. §. *non alii autem* 45. *ff. de vi, & vi armata.*

(7) *E non la puede.* Posset tamen agere condictione ex lege ad recuperandam possessionem, ut *in L. fin. C. eodem*, & posset etiam dominus illam recuperare incontinenti, si is, cui fuit per colonum tradita possessio, sciebat ad alium pertinere, secundùm Abb. per text. *ibi in cap. olim* el 1. *col.* 5. *de restit. spol.*

(8) *Segund mandan las leyes.* Vide *L.* 18. *tit.* 8. 5. *Partit.* & *L. conductores* 34. *C. locati.*

LEX XIIII.

Amittitur possessio per inundationem cooperientem terram possessam. Item, si res possessa projicitur in mare, vel in flumen. Sed dominium ejus non perditur. Item si corpus humanum sepelitur in terra possessa: quia efficitur locus religiosus. Hoc dicit.

(1) *Cobriesse toda.* Concordat *L. cum unus* 12. §. *fin. ff. de reb. auctor. judic. possid.* & *L. qui universas* 30. §. *item, quod à mari* 3. *ff. de acquir. posses.* ubi Alexand. dicit, hoc utilissimum ad interrumpendam præscriptionem quoad prædia circa flumen existentia: adde *L.* 3. §. *Labeo* 17. *eodem tit.* ubi vide Alexand. ad declarationem, & limitationem.

(2) *En la mar.* Concordat *L. Pomponius* 13. *in princ. ff. eodem*, & adde *L.* 3. §. *Nerva* 13. *eod. tit.*

(3) *Sotierra.* Concordat *L. qui universas* 30. §. 1. *ff. eodem.*

LEX XV.

Per missionem in possessionem ex causa damni infecti, quæritur misso possessio, & non cavens amittit eam. Hoc dicit. Habuit ortum à *L. dies cautioni* 4. §. 1. *ff. de damno infecto.*

(1) *Casa.* Concordat *L. qui universas* 30. §. *item cum prætor* 2. *ff. eod.* & intellige in missione ex secundo decreto, ne obstet *L. si quis ante* 10. *ff. eod. tit.* & nota hìc, quòd judex potest quem possessione privare, & assignare eam alteri: & intellige, nisi possessio sit alterius tertii, & non illius, contra quem judex procedit, ut ibi per Angel. & Alexand.

LEY XVI.

Como los aforrados pierden la tenencia de las sus cosas, si caen en catiuo otra vez.

AForran los omes a las vegadas sus sieruos, e contece, que despues que los han afforrados, que ganan tenencia de algunas cosas; de guisa, que contece que fazen tales yerros contra sus señores, por que los han tornar a seruidumbre, o catiuan a otra parte andando por libres. E porende dezimos, que estos atales pierden la tenencia de las cosas que ante auian. Ca pues que ellos son tornados sieruos, e non han poder de si mismos, non pueden auer tenencia (1) en las otras cosas.

LEY XVII.

En quantas maneras se pierde la tenencia de las cosas que son rayz.

EN perder tenencia de las cosas, ha departimiento entre las que son muebles, e las que son rayz. Ca si ome es tenedor de alguna cosa que sea rayz, non pierde la tenencia della, si non por vna destas tres maneras. La primera es, si lo echan della por fuerça (1). La segunda es, si la entra (2) otro alguno non estando el delante, e quando viene despues, non lo reciben dentro en ella (3). La tercera es, quando oye que alguno entro la cosa de que el era tenedor, e non quiere yr alla, porque sospecha (4), que non lo querran dexar entrar en ella, o que lo echarian ende por fuerça, si la entrasse. Empero, como quier que pierde la tenencia por alguna destas tres maneras, en saluol finca poder para la demandar en juyzio (5), e avn el señorio della. Mas si la cosa fuesse mueble, puede perder la tenencia della, maguer el que tenia la possession, non lo sepa a la sazon que la pierde. E esto seria, como si gela furtassen (6). Empero, si algund ome perdiesse la cosa mueble, de que el fuesse tenedor, o que la ouiesse en su guarda (7), con todo esso siempre se entenderia, que es tenedor della en quanto la andouiere buscando. Mas si la cosa non touiesse el señor en su guarda, que la ouiesse prestada, o logada, o encomendada a otri, si la perdiesse aquel que la touiesse por el en alguna destas maneras, pierde el porende la tenencia. Fueras ende, si la cosa que se perdiesse assi, fuesse sieruo. Ca

LEX XVI.

Libertus per servitutem perdit omnium rerum suarum possessionem: quia non potest possidere, qui ab alio possidetur. Hoc dicit.

(1) *Tenencia.* Concordat *L. qui universas* 30. §. 3. *ff. eodem.*

LEX XVII.

Rei immobilis possessio perditur per dejectionem, aut occupationem, si postea veniens possessor, non admittitur, aut suspicatur se repellendum, si iret; sed potest eam per judicem recuperare. Mobilis autem possessio perditur, si fuerit furata, vel perdita possessori, nec potest inveniri cum diligenti inquisitione, si teneatur sub perdentis custodia. Si autem tenebatur sub alterius custodia, ut commodatarii, statim perditur ea amissa; nisi sit servus, qui quocunquè pergat, dominus possidet eum. Hoc dicit.

(3) *Contradiziendo.* Intellige, interveniente scientia illius contra quem præscribitur, ut *in dicta L.* 2. *C. eod.* & *L. si quis diuturno* 10. *ff. si servit. vendic.* & si ante impletam præscriptionem fuerit sibi contradictum, & præstitum impedimentum utendi, seu non præstita patientia utendi, interrumpitur præscriptio, ut *in dicta L.* 2. & ibi notatur, *C. de servit.* & *in L. sequitur* 4. *§. si viam* 27. *ff. de usucap.* notat Bartol. *in L. naturaliter, fin. col. eod. tit.* versic. *quæro, qualiter interrumpatur præscriptio incorporalium*, Angel. *in L. cum notissimi, §. imò & illud, C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* non enim datur quasi possessio incorporalium sine patientia adversarii, *L. quotiens* 15. & *L. penult. ff. de servitut.* limita tamen, nisi haberet titulum à tertio, ut *in L. fin. C. de præscript. longi temp.* & tenet Paul. *in dicta L. servitutes*, vers. 4. *requiritur*: vide ibi.

(4) *A buena fe.* Sequitur Azon. ubi suprà, & Glos. *in L. fin. ff. quemadm. servit. amit.* & licèt hoc præsumatur, tamen debet allegari, *L. si adulterium cum incestu, §. iidem Pollioni, ff. de adulter.* secundùm Angel. *in L. eum qui, §. fin. ff. de Publiciana.*

(5) *Derecho.* Adde *L. fin. ff. quemadm. servit. amit.* & ex exercitio actus, quod è facili non solet gratiosè concedi, presente, & sciente eo ad quem pertinet, constituitur quis in quasi possessione, & videtur uti jure suo: vide textum notabilem, & ibi Abb. 4. *notab. in cap. cum ecclesia Sutrina, de caus. posses. & propr.* undè si vassallus, vel emphytheota ex torrente, vel fossato domini directi duxit aquam in proprium prædium vassalli, licèt longissimo tempore, non præscribet: quia hoc fecit ratione dominii utilis, ex quo divertere poterat aquam de fundo in fundum, non ratione præscriptionis, secundùm Bald. *in dicto §. si quis de manso, col.* 4. versic. *pone.*

(6) *Non por fuerza.* Adde *L.* 1. *C. eod.*

(7) *Por este tiempo.* Si tamen præscriberetur contra ecclesiam, requirerentur quadraginta anni, etiam si servitus haberet causam continuam: vide Paul. de Cast. *in dicta L. servitutes* la *fin. ff. eod.* & Abb. *in cap. de quarta, de præscript. col.* 4. *&* 5.

(8) *Cayesse.* Nam sufficit, quòd potentialiter possit cadere, licèt actualiter non cadat semper, *L. foramen* 28. *ff. de servit. urban. prædior.* quam legem inducit ibi Alb. ad quæstionem de nobili habente merum, & mixtum imperium, & omnimodam jurisdictionem in quodam castro, & habentem ibi furcas erectas, & stent 30. annis, quòd non usus est mero imperio, quia casus non venit, tamen furcæ semper erectæ steterunt; quòd ex hoc retineat merum imperium.

(9) *Sin obra.* Et est ratio, secundùm Doct. quia illæ servitutes, ex quibus recipitur commodum facto naturæ, dicuntur habere causam continuam, vel quasi; sed illæ, ex quibus non potest recipi commoditas sine facto hominis, dicuntur habere causam discontinuam: quia homo non potest esse semper in actu, & operatione: ita Bald. *in L.* 2. *col.* 2. *C. eod.*

(10) *En agua.* Adde Joann. de Plat. *in L.* 4. *C. de aquæduct. lib.* 11. & *in L. diligenter, eod. tit.* & ibi Gloss. ubi vide, an hæc distinctio etiam procedat in aqua, quæ extrahitur de aquæductu publico.

(11) *Puedan acordar.* Et quod dicatur tempus, cujus initii non sit memoria, decidit textus notab. *in L. si arbiter* 28. *ff. de probation.* multi tamen Doct. & maximæ auctoritatis voluerunt, quòd centum anni dicantur tempus cujus initii memoria non sit: hoc tenet Cyn. *in L.* 2. *quæst.* 9. *C. de servitut.* Anton. de Butr. *in cap. veniens, de testib. col. fin.* ubi etiam hoc tenet Innoc. *col.* 2. versic. *item dicunt quidam*: hoc etiam tenet Cepol. referens hos, & alios *in dicto suo tract. parte* 1. *cap.* 19. versic. *quando autem dicatur.* Sed contrarium, imò, quòd tempus centum annorum non dicatur immemoriale, tenet Cardin. *in cap. si diligenti, in fin. de præscript.* per rationem, de qua ibi per eum: & refert, & sequitur Felin. *in cap. ad audientiam, col. fin. eod. tit.* versic. *limita* 5. & idem videtur tenere Francisc. Balb. *in tract. præscript. fol.* 43 *col.* 1. versic. *et circa præmissa*, ubi & addit aliam rationem, quia etiam elapsis centum annis, potest haberi memoria per auditum, vel per famam, seu communem opinionem, & sic non potest dici tempus immemoriale, ut *in dicta L. si arbiter*; idem tamen Balbus *in dicto tract. fol.* 16. *col.* 2. versic. *quòd autem*, referens Felin. & Cepol. in locis præallegatis, sub dubio fortè tenet contra Felin. imò, quòd centum anni dicantur tempus immemoriale. Et istam partem crederem veriorem, & moveor per text. *in L. fin. tit.* 13. *lib.* 3. *Ordin. Regal.* nam licèt merum imperium non possit præscribi contra Principem supremum, nisi spatio tanti temporis, cujus in contrarium non sit memoria, ut tradunt Doct. signanter Paul. de Castro, & Jaso, *in L. imperium, ff. de jurisd. omn. judic.* tamen per centum annos præscribitur merum imperium contra Regem, ut *in dicta L. fin.* & sic dicta lex Regni voluit, centum annos dici tempus immemoriale: quod tamen crederem esse verum cum tali temperamento; dùm tamen non sit memoria eorum qui viderunt, & audierunt dicentes,

los omes, quanto ha que lo començaron a vsar (12).

LEY XVI.

Por quanto tiempo pierde ome la Seruidumbre, non vsando della el, o otri por el.

PEreza (1) auiendo los omes, en non querer ellos vsar, nin otri en nome dellos, de las seruidumbres que ouiessen ganadas, puedenlas perder porende. Pero departimiento ha en esto entre aquellas que pertenescen a los edificios, e las otras que pertenescen a las heredades. Ca si alguno ouiere seruidumbre en casa de otro, que pueda tener viga metida en su pared, o auer finiestra en ella, por do entre la lumbre a su casa; tal seruidumbre como esta, o otra semejante della, se puede perder por diez años, non vsando della aquel a quien pertenesce, estando en la tierra, o veynte, seyendo de fuera. E esto se entiende, si aquel que deuia la seruidumbre, tirasse (2) la viga de su pared, o cerrasse la finiestra por do entraua la lumbre, o embargasse la seruidumbre en otra manera, a buena fe (3), creyendo que auia derecho de lo fazer. Ca si el non embargasse assi la seruidumbre, maguer el otro non vsasse della en este tiempo sobredicho, non la perderia porende. Mas las seruidumbres, que han los omes en los heredamientos, o en los otros lugares, si son de tal manera, que fiziessen seruicio sin obra de aquel que las recibe, estas atales non se pueden perder, si non desque estuuieren tanto tiempo, que non vsen dellas, que los omes non se puedan ende acordar. E si fuessen de tal natura, que vsassen dellas a las vezes, e non cada dia, segund diximos en la ley ante desta, pierdense, non vsando dellas por tiempo de veynte años (4), quier sea (5) en la tierra, quier non, aquel a quien pertenescen.

LEY

tes, se vidisse contrarium; & sic, quòd non adsint de præsenti testes deponentes, eos vidisse, & audivisse homines dicentes, se vidisse aliud in contrarium; & hoc per textum *in dicta L. si arbiter* 28. & dicta lex finalis procedet in casu suo; & sic, ubi essent 100. anni, non sufficeret fama, vel opinio de contrario, nisi adsint testes deponentes de prædictis: & hoc suadetur, quia aliàs nunquàm probaretur, saltem ita de facili, tempus immemoriale, cùm ex scripturis, vel aliàs, aliquandò constet de contrario, jam sunt mille anni, vel plures: & nota hæc benè, quia Doct. non ita tangunt, & adde ad prædicta Innoc. *in cap. veniens, col. 2. de verbor. signific.* & pro prædicta declaratione benè facit ista lex ibi: *Acordar los omes.*

(12) *A vsar.* Limita tamen, quando quis haberet titulum verum à tertio, & hoc probaret: nam tunc, etiamsi servitus haberet causam discontinuam, acquireretur longo tempore, ut *in L. fin. in fin. C. de præscript. longi temp.* & *in L. si ego* 11. §. 1. *ff. de Publiciana*, & est singulare secundùm Paul. de Cast. *in dicta L. servitutes.* Limita. 2. in servitutibus personalibus, quæ debentur à re personæ, ut ususfructus, usus, jurisdictio, & similis: quia, licèt ad eorum usum requiratur factum hominis, non dicuntur habere causam discontinuam: quia animo possideri possunt, qui continuus est, secundùm Paul. de Cast. *in dicta L. servitutes*; requiritur tamen tunc titulus, saltem habitus à non domino, quia istæ servitutes habent similitudinem cum dominio, ut *in dicta L. fin.* & adde Abb. *in cap. cum ecclesia Sutrina, col. 9. de causa posses. & propriet.* Tertiò limita in juribus spiritualibus, vel annexis spiritualibus: nam ista præscribuntur spatio 40. annorum, non attento, an causa sit continua, vel discontinua, secundùm Bald. *in L. 2. col. 2. C. de servit.* & vide Balb. *in dicto tract. præscript. chart.* 47. *col.* 2. vide tamen Abb. *in cap. de quarta, de præscript. col.* 5. versic. 2. *est dubium.* Quartò limita, quando quis allegaret titulum concessionis ab eo, contra quem præscribitur: nam tunc, si usus est servitute, domino sciente & patiente, longo tempore, præsumitur servitus constituta ex causa, quæ prætenditur præcessisse: ita dixit gloss. singul. *in dicta L. servitutes*: vide Cepol. allegantem alia *in dicto cap.* 19. Adverte tamen, quòd, ut hoc procedat, debet allegari causa formis, & non informis, ut dicit Bald. *in cap. si quis per* 30. *col.* 2. *si de feud. fuer. controv. inter domin. & agnat.* & vult Bart. *in L. cum de in rem verso, ff. de usur.* Angel. *in §. novissimè, instit. de usucap.* & probatio usus debet esse qualificata, videlicèt, quod possedit vigore tituli prætensi, secundùm Salic. *in L. si certis annis, in fin. C. de pactis*, de quo vide *in dicto tract. præscript. fol.* 10. *col.* 3. ubi videbis multa, & pulchra in ista materia: & vide eundem Balbum *in dicto tract. fol.* 47. *col.* 4. & Alex. *in dicta L. si certis annis, in fin.* & *consil.* 108. *ad fin. vol.* 2.

LEX XVI.

Urbana servitus perditur per non usum decem annorum inter præsentes, vel viginti inter absentes, si dominus ea non utitur hoc tempore. Et hoc, si bona fide quis fenestras claudat, trabes amoveat de suo pariete. Servitutes autem rusticæ non perduntur, nisi ex non usu tanti temporis, cujus memoria in contrarium non existit, si habent causam continuam; aliæ autem, causam discontinuam habentes, per viginti annos, sive inter præsentes, sive inter absentes, perduntur. Hoc dicit.

(1) *Pereza.* Adde *L.* 18. *infrà eod.* & *L. sicut* 13. & *L. fin. C. eod.* & Azon. *in summa, eodem titul. col. penult.*

(2) *Tirasse.* Concordat *L. hæc autem jura* 6. *ff. de servitut. urban. prædior.* ubi vide per Angel. ponentem quatuor requisita, ut procedat præscriptio libertatis urbanæ servitutis.

(3) *A buena fe.* Procedit hoc in servitute urbana, ubi requiritur factum impedientis uti; in rusticis tamen servitutibus, vel personalibus, ubi tantùm consideratur negligentia non utentis, non requireretur bona fides, ut *in L. sequitur* 4. §. *si viam* 27. *ff. de usucap.* etiam de jure Canonico, secundùm Bartol. ibi, & vide Angel. *in dicta L. hæc autem jura.*

(4) *Veynte años.* Concordat *L. si sic* 7. ubi vide gloss. notab. *ff. quemadm. servit. amit.*

(5) *Quier sea.* Vide *L. pen. & fin. C. de servitut.* & Cepol, *in suo tract. in cap.* 24. qualiter servitutes amittantur: & videtur, quòd hæc lex Partitæ corrigat disposita de jure communi: nam libertas servitutis habentis causam continuam, præscribitur longo tempore, ut *in dicta L. sicut* 13. & *in dicta L. fin.* & *in dicta L. si sic* 7. ubi omnes Doct. & tamen hic dicitur, quòd requiratur tempus immemoriale.

LEY XVII.

Como se desata la Seruidumbre, quando se ayunta con aquella cosa a que sirue, comprandola alguno dellos.

PErderse podrian (1) avn las seruidumbres en dos maneras, sin aquellas que de suso diximos. La vna es, quitandola (2) el señor de aquella cosa, a quien deuian la seruidumbre, si fuere toda suya; mas si a casa, o heredad de muchos deuiessen la seruidumbre, non la puede el vno quitar tan solamente, sin otorgamiento de los otros. La otra manera por que se pierde, es esta; assi como quando aquel cuya es la cosa que deue la seruidumbre, compra (3) la otra en que la auia ganada. Ca por razon de la compra, que se ayunta la vna cosa con la otra en su señorio, pierdese la seruidumbre. E maguer la enagene despues, o la tenga para si, de alli adelante nunca deue ser demandada, nin es obligada la cosa, que assi es comprada, a aquella seruidumbre. Fueras ende, si despues desso fuesse puesta nueuamente.

LEY XVIII.

Como el vno de los compañeros puede ganar la Seruidumbre para si, vsando della sin su compañero.

COmunalmente (1) auiendo algunos omes casa, o heredamiento, a quien deuiesse otro edificio, o heredad, seruidumbre; si partiessen entre si aquella cosa que ouieren de consuno, e despues el vno dellos vsasse de aquella seruidumbre, que auian ante amos, e el otro non vsasse della por tanto tiempo, como diximos en las leyes (2) ante desta, por que pierden los omes las seruidumbres; perderla y a porende. E non se podria aprouechar del tiempo que el otro vsara: porque non era su Personero, nin vsaua de aquella seruidumbre por el: mas si non partiessen la cosa, que era comunal entre ellos, en que auian la seruidumbre, bien ternia pro el vso del vno al otro (3). E esto es, porque ante que sea partida la cosa, es la seruidumbre vna. E vsando el vn compañero della, en saluo fincaua al otro (4) su derecho; mas despues que la cosa parten, non es assi. E porende el que non vsa de su parte, assi como dicho es de suso, pierdela.

LEY XIX.

Como pierde ome la Seruidumbre que ha vna casa en otra, que non sea mas alta, si la dexa alçar.

OBligada seyendo a seruidumbre vna casa a otra casa, de manera que non la deuiesse alçar; o solar de algun ome auiendo a recebir las aguas que cayessen del tejado de otro; si aquel señor a cuya casa deuiessen tal seruidumbre, como es alguna destas, otorgasse (1) poder al otro, cuya era la casa, o el suelo que la deuia, que alçasse la casa mas de como estaua en ante, o que fiziesse alguna lauor en el suelo, o cayessen las aguas, pierde porende la seruidumbre que auia en aquel lugar: ca entiendese, que quando le otorga y poder de fazer lauor, que le quita la seruidumbre que auia en aquel lugar. *Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.*

LEY

LEX XVII.

Perditur servitus per remissionem domini prædii dominantis; nec potest unus sociorum sine aliis eam remittere. Item perditur, si prædium serviens efficitur domini prædii dominantis, vel è contra. Nec si posteà illud alienet, servitus extincta reviviscit, nisi noviter constituatur; & tunc non ut antiqua, sed ut nova servitus acquiretur, & possidebitur ab eo, qui antiquitùs habuit illam.

(1) *Podrian.* Vide etiam *L.* 19. *infrà eodem tit.*

(2) *Quitandola.* Concordat *L. si ædes meæ* 32. & *L. si dominus* 21. *ff. de servit. urb. præd.* & *L. si stillicidii* 8. *ff. quemadm. servit. amit.*

(3) *Compra.* Concordat *L. si quis ædes* 30. *ff. de servit. urb. præd.*

LEX XVIII.

Per usum socii retinet socius non utens servitutem communem indivisam. Si tamen fundus communis dominans dividatur; tunc utens pro parte sua, retinet sibi servitutem, & non utens tempore statuto præscriptionis, perdit servitutem suam. Hoc dicit.

(1) *Comunalmente.* Concordat *L. nam satis* 6. §. 1. *ff. quemadm. servit. amit.* & ibi vide etiam, quid in casu, quando fundus serviens dividatur; & vide ibi notabiles quæstiones, quas ponit Alberic. post Jacob. de Raven.

(2) *Leyes.* Suprà *eod. L.* 16.

(3) *Al otro.* Adde *L. aquam* 16. *versic. quòd si plurium, ff. quemadm. servitut. amit.*

(4) *Fincaua al otro.* Sic & aliàs in individuis retinet quis per socium, quod per se non potest, ut *in L. si communem* 10. *ff. quemadm. servit. amit.* & videas Abb. *in cap. de quarta, de præscript. col.* 6. & quod notat Bald. *in L. fratres, C. de inofic. testam. col.* 2. & Bart. *in L. duobus, ff. de testam. tutela,* & vide *L. alterius,* & ibi Bart. *ff. de admin. tut. & curat.* & *L.* 1. & ibi Bald. *C. si in communi, eademque causa in integr. restit. postul.* & vide in materia, quod notat Bald. *in authent. nisi rogati, col. fin.* versic. *item quæro, C. ad Trebell.* & quod notabiliter dicit idem Bald. *in cap.* 1. *col.* 3. *in princ. quib. mod. feud. amittat.* & Gloss. & ibi Bald. *in cap.* 1. *de duobus fratribus de benefic. invest.* & quod habetur *in L.* 3. §. *ibidem, ff. de Carbon. edicto,* & quod notat Gloss. & ibi Bart. *in L. ubi autem, ff. de condict. ob turpem causam,* & videas, quod ratione connexionis habetur *in cap. nolite,* ubi Gloss. 11. *quæst.* 3. & vide Franciscum Balbum *in tractatu præscript. fol.* 43. *col.* 3. versic. *quarto quæro,* & Felin. *in cap.* 1. *col.* 3. *de præscript.* & de clerico habente bona communia cum laico, vide Speculat. *tit. de cleric. conjugat.* versic. *quid si clericus,* & vide etiam, quæ notabiliter accumulat Alexand. *consil.* 122. *col.* 3. *vol.* 4. & in his remissionibus, longo studio collectis, multa pulchra in ista materia reperies.

LEX XIX.

Concedens licentiam ædificandi contra debitam servitutem, perdit eam. Hoc dicit.

(1) *Otorgasse.* Vide *L.* 17. & quæ ibi dixi, *suprà eodem.*

LEY XX.

De las Seruidumbres que son llamadas vsofruto, e vso tan solamente.

COmplidamente auemos mostrado en las leyes que son ante desta, de las seruidumbres que deue vna casa a otra, o vn edificio a otro, o vna heredad a otra. E agora queremos aqui mostrar de la tercera manera, de que fezimos emiente en la segunda ley deste Titulo; que es de la seruidumbre, que ha vn ome en casa, o en heredad que es de otro, por pro de su persona, e non a pro señaladamente de su heredad. E dezimos, que la persona del ome en tres maneras puede auer tal seruidumbre en las cosas agenas. La primera es, quando vn ome otorga a otro para en toda su vida, o a tiempo cierto, el vsofruto (1) que saliere de algun su heredamiento, o de alguna su casa, o de sus sieruos (2), o sus ganados, o de otras cosas de que pudiesse salir renta (3), o fruto. E tal otorgamiento como este puedese fazer por postura (4), e en testamento. Pero aquel a quien fuere otorgado poder de esquilmar alguna destas cosas sobredichas, deuela esquilmar a buena fe, dando primeramente recabdo (5), que la cosa (6) en que ha el vsofruto, non se pierda, nin se empeore por su culpa, nin por cobdicia quel mueua a esquilmarla mas de lo que conuiene. E que quando el finare, o se cumpliere en otra manera el tiempo a que la deuia esquilmar, que la cosa sea tornada (7) a aquel que otorgo el vsofruto della, o a quien el mandare, o a sus herederos si el fuere finado. E este, a quien es otorgado tal vsofruto, gana todos los frutos (8), e las rentas de la cosa en quel fue otorgado, e puedese aprouechar de los frutos della, e venderlos si quisiere; mas la cosa en que ha el vsofruto, non la puede enagenar, nin empeñar. La segunda manera es, quando vn ome otorga tan solamente en su casa, o en su heredad, o en otras sus cosas, el vso. E de tal otorgamiento como este non se puede aprouechar del tan llenemente, aquel a quien es fecho, como del vsofruto. Porque este que ha el vso (9) tan solamente, non puede esquilmar la cosa, si non en lo que ouiere menester ende para su despensa; assi como si

LEX XX.

Caveat usufructuarius, & usuarius, quòd finito usufructu, vel usu, restituet rem, & de utendo bono modo, salva rerum substantia. Usufructuarius enim lucratur omnes fructus, & potest eos vendere, vel alienare, sed non proprietatem. Usuarius autem potest recipere necessaria pro se, & sua familia, & animalibus suis; sed non potest vendere, nec extraneis donare. Debent etiam usufructuarius, & usuarius fidejussores dare, antequàm incipiant uti, de utendo, ut supra. Hoc dicit.

(1) *El vsofruto.* Quid, si testator leget alicui fructus talis fundi? an intelligetur legare ut usumfructum, & sic pro quolibet anno? an fructus unius anni tantùm? Dic, quòd pro quolibet anno? & sic usumfructum, ut est textus notab. & ibi Gloss. *in L. defuncta*, §. *fin. ff. de usufructu*, & dicit notandum Alberic. *in L. Mela*, *in fine princip. ff. de alim. & cibar. legat.*

(2) *O de sus sieruos.* Vide *in* §. *constituitur* 2. *instit. de usufructu.*

(3) *De que pudiesse salir renta.* Intellige juxta notata per Gloss. *in L. si quis ita*, *ff. de usufruct.* & per Bart. *in L. fundi Trebatiani*, in distinctione, quam ibi facit, *ff. de usufructu legato.* Et facit ista lex in argumentum, quòd majoria tantùm posset constitui in rebus, ex quibus posset percipi annuus reditus, & sic non in pecunia, ut *in* §. *constituitur* 2. *instit. de usufructu*: & intellige, nisi jubeatur, ut pecunia convertatur in emptione prædiorum, seu rerum, ex quibus reditus percipiatur, ut in simili dicit Bartol. *in L. si fortè*, *ff. de castrens. pecul.*

(4) *Por postura.* Concordat *L. ususfructus pluribus* 6. *ff. de usufructu*, & §. 1. *instit. de usufructu.*

(5) *Recabdo.* Vide *L.* 1. *cum sequent. ff. usufruct. quemadm. cav.* Et nota, quòd ista cautio non est de substantia, nisi petatur caveri, ut tradit Azo *C. de usufructu*, *in summa*, & Gloss. *in* §. 1. *instit. de usufructu*, & per Bald. *in L. hac edictali*, §. 1. *C. de secund. nuptiis.* Et non potest ista cautio remitti per testatorem, ut *in L. scire* 7. *C. ut in possess. legator. vel fideicom.* Et si ista cautio non possit præstari, an res sit sequestranda? Vide Gloss. & ibi Doct. *in L.* 5. *C. de usufructu*, & Bald. *in L. fin. C. de ord. cogn.* Et non habet locum ista cautio in eo qui donavit, reservato sibi usufructu; de quo vide Decium *consil.* 256. *col. fin.* Et cùm cautio non sit de substantia ususfructus, si usufructuarius agat, cautione non præstita, tenet judicium: & condemnatio fieri debet sub conditione, si præstiterit satisdationem, ut dicit Paul. de Cast. *in L.* 1. *in fin. C. de usufructu*, & Decius *consil.* 408. *in quinto dubio.* Et de hærede, quòd remittere potest istam satisdationem, vide Bart. *in dicta L.* 1. post Gloss. ibi, & quod testator non possit remittere istam cautionem: & procedit etiam respectu rerum mobilium, secundùm Bald. & Salicet. *in dicta L.* 1. licèt Cynus ibi tenet contrarium; sed prima pars est verior, & probatur *in dicta L.* 1. & tenet Alexand. *consil.* 58. *col.* 3. *vol.* 3. Et quid si ususfructus relinquatur alicui pro se, & hærede suo? an hæres debeat præstare novam cautionem? Vide Bald. *in L. unica*, *versic. excepto*, *C. de caduc. tollend.* versic. *sed quid si concedo.* Et casus, ubi non præstatur ista cautio, vide per Gloss. *in L. si ususfructus*, *ff. usufruct. quemadm. caveat.*

(6) *Que la cosa.* Sed an faciat fructus suos, non præstita satisdatione? Vide Bartol. *in L. usufructu*, *C. de usufructu*, & textum cum Gloss. & ibi per Bartol. *in L. hac edictali*, §. *his illud*, *C. de secundis nuptiis.*

(7) *Que la cosa sea tornada.* Quid si testator permisit usufructuario, ut possit, durante usufructu, vendere de bonis ususfructus usque ad certam quantitatem? an finito usufructu, tenebitur ipse, vel hæres ejus ad pretium rerum alienatarum? Est pulchrum dubium, & distingue, ut per Alexandrum *in dicto consilio* 58. *col.* 3. *vol.* 3. Et confert ad quæstionem majoriæ, ut si Rex dedit licentiam ad vendendum ex rebus majoriæ usque ad certam quantitatem, teneatur qui vendidit, pretium ut maneat in majoria.

(8) *Gana todos los frutos.* Sed an ille, cui relictus fuit ususfructus fundi, possit uti bobus aratoriis fundi? Dic, quòd sic, per *L. item si fundi* 9. §. *seminarii* 6. & ibi Bald. *ff. de usufructu*, ubi etiam Angel. & Florianus: & etiam videtur legatus ususfructus seminis, seu frumenti, ad seminandum deputati: videas ibi. Et quid si ususfructus non duravit, nisi parùm? Vide *L. defuncta* 58. *ff. de usufructu.* Et an usufructuarius possit facere pingere, vel sculpere arma sua in domo in qua habet usumfructum? Vide textum notab. quòd sic *in L. si cujus* 13. in verbo *sigilla*, *in* §. *sed si ædium* 7. *ff. de usufructu*, & ibi notat Angel. & Florianus, & Cepol. *in tit. de servit. urban. prædior. parte* 1. *cap.* 4.

(9) *Este que ha el vso.* De isto videas *ff. de usu*, & *habitat. per totum*, & *instit. eod. per totum*, & in specie,

si le otorgan vso en alguna huerta, que deue tomar de la fruta, o de la ortaliza, lo que ouiere menester para comer el, e su compaña; mas non para dar ende a otri, nin para vender (10). Esso mismo dezimos que seria, si vn ome otorgasse a otro vso en su prado, o en su viña, o en otra su cosa. Otrosi dezimos, que non puede ome enagenar, nin empeñar la cosa en que ha el vso. E avn dezimos, que deue dar buenos fiadores, que vsara (11) de la cosa a buena fe, assi como buen ome, non faziendo daño en ella, por que se empeorasse, e se perdiesse, por su culpa.

LEY XXI.

Como deue ome vsar del vso que le es otorgado en casa agena, o en sieruos, o en bestias.

VSo tan solamente auiendo algund ome en casa agena, bien puede y morar el, e su muger (1), e sus fijos, e su compaña, e puede y avn recebir huespedes si quisiere. E si por auentura otorgasse vn ome a otro vso en sus sieruos (2), o en sus bestias, puede el mismo vsar dellas para sus lauores, o para otro seruicio tan solamente; mas non puede logar (3), nin emprestar a otro los sieruos, nin las bestias. Otrosi dezimos, que si vn ome otorgasse a otro vso en sus ganados (4), que aquel a quien es otorgado, que puede traer aquellos ganados por sus heredades, porque se engruesse la tierra, del estiercol que sale dellos, para dar mejor fruto; e puede tomar de la leche, e del queso, e de la lana, e de los cabritos, lo que ouiere menester para despensa de si, e de su compaña; mas non deue tomar ende, para dar, nin para vender a otri ninguna cosa.

LEY XXII.

Que deue fazer el ome en las cosas en que le es otorgado vsofruto: e como las deue guardar, e aliñar, reparar, e labrar.

GVisada cosa es, e derecha, que qualquier a quien fuesse otorgado el vsofruto de alguna casa, o de alguna heredad, o en algunos ganados, que assi como quiere auer la pro en que le es otorgado este derecho, que pune quanto pudiere, de la aliñar, e de la guardar, e de la endereçar bien, e lealmente; de manera, que si fuere casa (1), que la repare, e la enderece, que non caya (2), nin se empeore por su culpa. E si fuere heredad, que la labre bien, e la aliñe. E si

cie, quid contineat in se usus domus, vide *LL.* 1. & 2. *ff. eod. tit.* & *in L. Divus*, §. 1. ubi casus notabilis, & *in L. filiofamilias* 17. *ff. eod. tit.* & *in L. si domus* 18. & *in L. si ædium* 7. *ff. de usufructu*: *in L. si cujus* 13. §. *sed si habitatio* 10. §. *si usus* 4. & *L.* de usu fundi vide *L. si habitat.* de usu servi vide *L. per fundi* 15. *ff. de usu*, & *habitat.* & *L. servus* 20. & *L. si ita legaservum* 14. *in princ.* & *ff. eod.* de usu pecoris vide *in L. pletus* 16. §. *servo* 2. *ff. eod.* & de usu boum, *num* 12. §. *sed si pecoris* 2. *ff. eod.* & de usu boum, vide *eandem L.* §. *sed si boum* 3. & equi, & armenti, de usu aquæ videas *in L. Divus Adrianus* 22. §. *equitii* 4. de usu ministerii, & operarum servi videas *in dicta L. plenum* 12. §. *si usus* 5. & §. *operas* 6. cum *L. sequenti*, & videas infrà *L. proxima.*

(10) *Para vender.* Limita in usu sylvæ remotæ, quia aliàs usus esset inutilis, ut *in L. Divus*, *in princ. ff. eod.* postquàm tamen usuarius percepit fructus ex usu, potest illos vendere, secundùm Albericum ibi, post Jacob. de Raven. argumento *L. ex meo*, *ff. de servit. rustic. prædior.*

(11) *Que usara.* Adde *L. huic* 5. §. *sed si usus*, & *L. usu* 11. *ff. usufruct. quemadm. caveat.*

LEX XXI.

Habens usum domus alienæ, potest hospites recipere: & si habeat usum servorum, potest uti eorum servitio in rebus suis; sed non potest eos aliis commodare, nec locare. Idem, si habet usum in bestiis. Habens verò usum in pecore, potest illud in suo fundo, causa stercorandi, ponere; & lacte, lana, & caseo, & fœtu, in necessariis pro se, & familia sua, uti; vendere autem, vel dare extraneo, non potest. Hoc dicit.

(1) *El, e su muger.* Adde *L.* 2. §. 1. *ff. de usu*, & *habitat.* & *L. cæterum* 4. §. *mulieri*, *eod. tit.* & §. *item is qui ædium* 2. *instit. eod* & an uxor, cui fuit relictus usus domus, possit ibi habitare cum viro, quem secundò ducat? Vide Alberic. *in dicto* §. *mulieri*, quia Gloss. *in dicto* §. *item is* voluit, quod etiam possit habitare cum marito secundo; Alberic. tamen vult, hoc esse contra voluntatem testatoris, quæ si ex aliquibus conjecturis colligeretur, sarvanda esset, ut adducit Socin. *consil.* 56. *vol.* 3. incip. *viso testamento Francisci*, & vide Jas. *in L. ambiguitates*, 1. *notabil. C. de indict. viduit. tollend.* & dicta glos. loquitur, quando non fuit relictus usus domus à marito, sed ab alio: & adde quod notat Bald. *in L.* 1. *ad fin. C. de legatis.* Et an possit hæres habitare cum usuario domus, quando domus est ampla? Glos. *in L. Divus*, *in glos. fin. ff. eod.* vult, quòd non: vide ibi Alberic. *in* §. *licet*: quæ dicit aliquos dixisse, & fortè non malè, quòd quando domus esset ita ampla, quòd sufficiat utrique, quòd possit etiam hæres habitare: & videtur probari infrà *L. proxima*, *in fin.*

(2) *Sieruos.* Concordat *L. plenum* 12. §. *si usus* 5. *ff. de usu*, & *habitat.*

(3) *Logar.* Quid si ipse servus locavit operas suas? an merces quæratur usuario? Alber. dicit, quòd sic, post Jacob. de Raven. *in L. per servum*, *ff. de usu*, & *habitat.*

(4) *Ganados.* Concordat *dicta L. plenum* 12. §. *sed si pecoris.* 2.

LEX XXII.

Licèt usufructuarius tenetur rem colere, & reparare, & loco demortuorum pecorum, vel arborum, alias nutrire, tributa, & decimas solvere; usuarius tamen nihil eorum præstat, nisi in usu suo fructus omnes expendat. Hoc dicit.

(1) *Casa.* Concordat *L.* 7. §. 2. *ff. de usufructu*, & intellige de non magna expensa, nam ad hanc non tenetur usufructuarius, ut ibi habetur: & ibi Glos. dicit, quæ sit magna impensa, relinquendum esse arbitrio judicis, qui tamen non poterit arbitrari ad libitum, secundùm Alber. ibi, sed ex qualitate rei, & fructuum: & quid si usufructuarius velit renuntiare usufructui? Vide *L. cum fructuarius* 64. *ff. eodem.*

(2) *Non caya.* Nam si vetustate ædificia corruerint, non tenetur usufructuarius ad refectionem, ut *in dicta L.* 7. §. 2. quod intellige secundùm Alber. ibi post Jacobum de Butri. si expensa sit magna: nam si esset modica, ad illam tenetur, etiam si vetustate corruerint.

si fuere viña, o huerta, que faga esso mismo. E si se secaren algunas vides, o arboles, que planten otros (3) en su lugar. E si fueren ganados, e se murieren algunos, que de los fijos ponga, e crie otros (4), en su lugar de aquellos que assi murieren. E si diezmo (5), o otro tributo, o pecho alguno ouiere a salir de la cosa, en quel otorgaron el vsofruto, el lo deue pagar del fruto que lleuare ende; de manera que la cosa de que sale, finque salua, e segura, e sin embargo, a aquel cuya es. Mas el que ouiesse vso tan solamente (6) en la cosa, segund diximos en la ley ante desta, non es tenudo, nin obligado, a fazer ninguna cosa destas sobredichas, en aquella cosa en que lo ouiere. Fueras ende, si fuesse tan pequeña, que el solo se lleuasse todo el esquilmo, por razon del vso que auia en ella. Ca estonce tenudo seria de la aliñar, e de la guardar, e de pechar por ella, assi como sobredicho es.

LEY XXIII.

Que gana ome del sieruo, o de la sierua, en que le es otorgado el vsofruto, o las obras del.

VSofruto, o las obras auiendo ome en algund sieruo, o sierua de otri, gana por ellas todo quanto que el sieruo, o la sierua ganaren (1) por obra de sus manos, o con dineros, o con cabdal de aquel, a quien es otorgado alguno destos derechos. Mas la ganancia que fiziesse alguno destos sieruos, de cosas que le fuessen dadas, o dexadas en testamento, deuen ser solamente del señor del sieruo, o de la sierua. Fueras ende, si la donacion, o la manda fuesse fecha a los sieruos con tal entencion (2), que la ganassen aquellos que auian el vsofruto, o el vso. Ca estonce ellos lo ganarian, e non el dueño de la cosa. Otrosi dezimos, que si la sierua, de quien fuesse otorgado el vsofruto a otri, ouiesse fijo, o fija (3), maguer naciesse despues en poder del vsofrutuario, non deuen ser del, mas del señor cuya es la sierua; fueras ende, si el señor gelo ouiesse otorgado señaladamente, que lo ouiesse. E esto es por esta razon: porque como quier que todos los frutos, que nacen de las bestias, e de los ganados, deuen ser de aquellos a quien es otorgado el vsofruto dellos; empero en el parto de la sierua non es assi: porque, segund natura, los frutos de todas las cosas fueron dados, e otorgados para seruicio del ome. E porende aquel para cuyo seruicio (4) fueron fallados los frutos de las otras cosas, non seria guisado, nin derecho, que el fuesse contado por vsofruto de otri.

LEY

(3) *Planten otros.* Concordat *L. agri* 18. & *L.* 7. §. 2. *ff. eod.*

(4) *Crie otros.* Concordat *L. vetus* 68. *ff. eod.* & §. *in pecudum* 37. *instit. de rer. divis.* versic. *sed si gregis.*

(5) *Diezmo.* Vide *in dicta L.* 7. §. 2. & ibi pulchras quæstiones per Alberic. & adde in materia *L. fin. C. sine censu, vel reliquis fundum*, & *L. hi penes* 4. cum ibi notatis, *C. de agricol. & censit. & colon. lib.* 11. & *L.* 2. & ibi Salic. *C. de jure emphyteot.* & *cap.* 1. & ibi Bald. *per quos fiat investitura*, & *L. obsistere* 10. & ibi Bart. & Joan. de Plat. *C. de annon. & tribut. lib.* 10. & textus cum Glos. & ibi Bart. *in L.* 1. *eod. tit. de annon. & tribut.* ubi Glos. quærit, quid in conductore, qui solvit pensionem in pecunia? De quo víde per Alexand. *consil.* 4. *vol.* 5. & vide Bald. *in L. prædia*, *C. de fideicommiss.* & videas in materia omninò per Bart. *in L. cotem*, §. *qui maximos*, *col. penult. ff. de publican.* & vide Socinum *consil.* 119. *per totum.*

(6) *Ouiesse vso tan solamente.* Rectè dicit *tan solamente*, nam secùs, si simpliciter usus domus esset relictus: nam tunc hæres excluderetur ab habitatione, ut *in L. si habitatio* 10. *in princ.* juncta *L. cæterum* 4. *ff. de usu, & habitat.* & his, quæ adducit Decius *consil.* 355. & ita in terminis istis locuta est *L. si domus* 18. *ff. eod.* de qua ista sumpta est: dicit enim: *Si domus usus legatus sit sine fructu*, &c. & ibi Glos. quæ hoc idem vult, per textum *in L. Divus* 22. §. 1. *ff. eod. tit.* Adverte tamen, quòd *L.* 21. *suprà eodem*, quæ est proxima huic, & etiam ista vult, idem esse, si simpliciter usus domus esset relictus; & hoc verbum (*tan solamente.*) est, ut excludat usumfructum, sicùt & *dicta L. si domus*: & videtur velle ista lex, quòd si domus esset ampla, etiam hæres possit habitare, seu recipere fructum ex ea; quod & probatur *in dicta L. si domus*, & dixi suprà *L. proxima*: cogita tamen.

L E X XXIII.

Cui ususfructus, vel opera servi conceditur, lucratur quicquid servus ex re fructuarii, vel ex suis operibus quærit. Legatum tamen servo relictum quæritur proprietario, nisi specialiter dicat testator, quòd fructuario, vel usuario quæratur. Item partus ancillæ non quæritur usufructuario, licèt quæratur sibi fœtus pecorum: quia absurdum est, hominem (cujus causa cæteri fructus sunt) in fructu contineri. Hoc dicit.

(1) *Ganaren.* Concordat *L. si servi* 21. *cum sequenti*, & *L. ex re* 31. *ff. de usufructu*, & *L. si ita* 16. §. *servo*, & *L. servus* 20. *ff. de usu, & habitat.*

(2) *Con tal entencion.* Et isto casu institutus contemplatione fructuarii, licèt non sit de restituendo gravatus, seu rogatus, compelletur officio judicis adire, ut restituat: Glos. est singularis, quam ibi dicit Angel. notatu dignissimam, *in dicta L. si servi*, *ff. eod.* & sic habes, quòd sicùt institutus hæres, & de restituendo gravatus, cogitur adire, & restituere, ut *in L. non est cogendus* 53. juncta Glos. *ff. ad Trebell.* & *in L. et sine*, *C. ad Trebell.* ita institutus contemplatione alicujus, licèt non sit rogatus de restituendo: tene menti.

(3) *Fijo, o fija.* Concordat *L. vetus fuit quæstio* 68. *ff. de usufructu*, & §. *in pecudum* 37. *instit. de rer. divis.* undè in venditione gabellæ fructuum non veniet ususfructus hominum, qui nascuntur, pro quibus aliquid in civitatibus tyrannorum solvitur, secundùm Angel. *in dicta L. vetus.*

(4) *Para cuyo servicio.* Concordat *L. in pecudum* 28. *ff. de usuris.* Est enim homo dignissima creaturarum, *L. justissimè* 44. *ff. de ædilitio edicto.*

LEY XXIIII.

En quantas maneras se puede desatar el vsofruto que ome ha en las cosas agenas.

CVrso natural es, que todas las cosas, que los omes otorgan por palabra, o fazen de fecho, ayan maneras ciertas, por que se pueden desatar, quanto quier que sean firmadas. E porende, pues que en las leyes de suso mostramos, en que manera se establesce el vsofruto, o el vso tan solamente; queremos aqui dezir, como se puede toller, o desatar (1). E dezimos, que si aquel a quien fue otorgado vsofruto en alguna cosa, o vso tan solamente, se muere (2), o lo destierran (3) para siempre en alguna ysla; o si era aforrado, e despues desso lo tornaron con derecho en seruidumbre, por algund yerro que fizo; o seyendo libre, consintiesse el mismo de ser vendido como sieruo; que por qualquier destas razones se pierde, o se dasata el vsofruto, o el vso que auia en la cosa, e torna al señor cuya era la propiedad de la cosa. Otrosi dezimos, que si aquel a quien fuere otorgado el vsofruto, o el vso en alguna cosa, non vsasse del, nin otro en su nome, por diez años (4), estando en la tierra, o veynte, seyendo en otra parte; que por tanto tiempo se pierde el derecho del vsofruto, o del vso que auia en la cosa, e tornase al señor de la propiedad. Otrosi dezimos, que si aquel a quien fuesse otorgado el vsofruto, o vso en la cosa, otorgasse despues a otro alguno, el derecho (5) que el auia en ella; que se desata porende el vsofruto, o el vso, e tornase porende al señor de la propiedad; e de alli adelante non lo deue auer, nin el otro a quien lo el otorgo. Ca como quier que este atal que ha el vsofruto en la cosa, lo podria arrendar a otri, si quisiesse, con todo esso, el derecho que el en ello auia, non lo puede enagenar. Esso mismo dezimos, que si aquel que ouiesse el vsofruto en la cosa, comprasse (6) la propiedad della, que se desata porende el vsofructo, porque se ayunta todo despues en vn señor la propriedad con el vsofructo.

LEY XXV.

Como se desata el vsofructo, quando se quema, o se cae la casa en que es otorgado.

QVemandose (1) toda la casa, o el edificio, en que fuesse otorgado a algun ome el vsofructo, o el vso tan solamente, o derribandose toda, por terremoto, de rayz, o de otra guisa; pierdese porende el vsofructo que auia en ella. E maguer aquel que auia el vsofructo, o el vso, quisiere fazer despues desso la casa, o el edificio en aquel suelo mismo, non ha poder de lo fazer. Fueras ende, si el señor de la propiedad le otorgasse poder de lo fazer.

LEY

LEX XXIIII.

Finitur usufructus morte usufructuarii, vel usuarii, naturali, vel civili. Item per non usum decem annorum, vel viginti inter absentes. Item, si usufructuarius jus usufructus alienet: quia statim revertitur ad proprietatem, nec quæritur ei, cui alienavit. Vendere autem, vel locare fructus potest. Item finitur, si proprietas quæritur usufructuario, & consolidatur cum proprietate. Hoc dicit.

(1) *Desatar.* Concordat §. *finitur* 3. *instit. de usufructu.*

(2) *Se muere.* Extende etiam si fructuarius conduxisset usumfructum, ut est textus *in L. si domina* 10. *C. de usufr.* secundùm secundam lecturam Glos. quæ est magis notabilis, ubi Bart. & Bald. & adde *L.* 3. *tit.* 8. *Partita* 5. Et sicùt morte finitur usufructus jam constitutus, ita etiam finitur spes usufructus constituendi, *L. Sempronius* 26. & ibi Bart. *ff. de usufructu legato.* Et quid si usufructus relinquatur monacho? Videas Bald. *in L. quicquid, C. de bonis maternis, & materni gen.* Et quid si consentiente proprietario usufructuarius alienavit in alium? cujus mors inspiciatur? Videas Bald. *in L.* 1. *C. si pignus pignori datum sit.*

(3) *O lo destierran.* Videas *L. Stichum* 95. §. *usumfructum* 6. & ibi Bart. *ff. de solution. & liberation.* & *L. corruptionem* 16. *C. de usufructu.*

(4) *Por diez años.* Concordat *L. penult. C. eod.* & dictus §. *finitur.*

(5) *El derecho.* Quid autem, si creditor habens usumfructum in pignus, vendat illud jure crediti? Dic, quòd potest, & talis usufructus nunquàm revertetur ad illius dominium: videas Bald. *in dicta L.* 1. *C. si pignus pignori datum sit*: & distingue tres casus, secundùm Bald. *in L. res quorum, C. de jure dotium*, nam aut vendidit ipsam rem, in qua habet usumfructum, & non perdit usumfructum; aut ipsam commoditatem fructuum, & non perdit similiter; aut ipsum jus fruendi, & tunc perdit, si tradiderit possessionem; non verò, si non tradiderit: videas ibi: & in dubio potiùs videtur alienasse commoditatem, quàm ipsum jus, secundùm Bald. *in L.* 1. *C. si pignus pignori datum sit*, & tradit Socin. referens hoc dictum *in consil.* 66. *col.* 3. *vol.* 3.

(6) *Comprasse.* Concordat *L. si servus* 27. *ff. quibus modis usufruct. vel usus amitt.* & *dictus* §. *finitur* 3. *instit. de usufructu.*

LEX XXV.

Finitur usufructus, vel usus, per destructionem totius proprietatis. Hoc dicit.

(1) *Quemandose.* Concordat *L. repeti* 5. §. *fin.* cum *L. quid tamen* 10. §. 1. *ff. quibus mod. usufr. amit.* & vide exempla illius *L. quid tamen*, ubi quid de usufructu agri, vel sylvæ, & de aliis: & limita istam legem in usufructu omnium bonorum, ut *in L. quotiens* 34. §. *fin. ff. de usufr.* & adde ad istam legem *L. qui usumfructum areæ* 36. & *L. usufructuarius novum tectorium* 44. *ff. de usufructu*, qui sunt casus notabiles, & vide Angel *in dicto* §. *fin. ad fin.*

LEY XXVI.

Quanto tiempo dura el vsofructo, que es otorgado a Cibdad, o a Villa, si non es señalado el tiempo.

A Cibdad, o Villa seyendo otorgado vsofructu en algun edificio, o en heredad, o en otra cosa agena; tal otorgamiento deue durar cien años (1), e non mas, si tiempo señalado non fuere y puesto: e de los cien años en adelante tornase el vsofructo al señor de la heredad, o a sus herederos. E esto es por esta razon: porque el vsofructo que es otorgado señaladamente al Comun de algun lugar, por la muerte de todos se pierde. E asmaron los Sabios (2), que en el tiempo de los cien años pueden ser muertos, quantos eran nascidos el dia que fuesse otorgado el vsofructo. E aun dezimos, que si aquella Villa, o Lugar, a quien fuesse otorgado tal vsofructo como este sobredicho, se hermasse, de manera que fuesse arado el suelo (3), o fincasse todo el lugar yermo, que se destaja porende el vsofructo. Pero si todos los moradores de aquel Lugar, o alguna partida dellos poblassen despues (4) de so vno en otro lugar; en saluo les fincaria el derecho que auian en aquel vsofructo, maguer desamparassen el suelo de la Villa, do estauan poblados a la sazon que ganaron el vsofructo.

LEY

LEX XXVI.

Ususfructus civitatis, vel villæ quæsitus, finitur centum annis elapsis: quia præsumitur homines, qui constitutionis tempore vivebant, tanto tempore mortuos esse. Finitur etiam, si locus patitur aratrum, vel totaliter depopuletur: sed si omnes habitatores alibi causa habitandi se transferant, salvus remanet ejus ususfructus. Hoc dicit.

(1) *Cien años.* Concordat *L. an ususfructus* 56. *ff. de usufr.* ubi Angel. dicit, non idem esse in emphyteosi, & feudo, cùm in eis proprietas sit utilis, cùm pro feudo præstetur servitium, & pro emphyteosi canon anniversarius: & vide ibi Glos. quòd idem sit in Ecclesia. Quid tamen, si adderetur verbum *perpetuò*? an tunc durabit ultra centum annos? Vide ibi per Alber. ubi ponit varias opiniones: mihi placet illa, quòd duret ultra centum annos in perpetuum; quæ fuit opinio Jacob. de Rave. & aliorum, per *L. pen. & antepen. ff. de annuis legat.* Et an ista lex procedat in legato annuo facto civitati, Glos. tangit *in L. si ususfructus municipibus, ff. de ann. legat.* Alberic. *in dicta L. an ususfructus* dicit, communiter vidisse, servari opinionem Rogerii, quòd non habeat locum in legato annuo; imò quòd duret ultra centum annos. Et de usu sylvæ concesso civitati, an sit usus, vel ususfructus? Vide *L. Divus Adrianus* 22. *in princip. ff. de usu, & habit.* & Alberic. *in dicta L. an ususfructus* inclinat, quòd sit ususfructus, per illam legem, & quòd videtur concessa servitus realis ipsi loco civitatis; & an tunc expiret centum annis, remittit se ad notata per Guillel. *in L. antiquitas, C. de usufructu*: videtur dicendum, quòd finiretur centum annis, ut hìc habetur.

(2) *Los Sabios.* Vide *in dicta L. an ususfructus* 56. & *in authent. ut Ecclesia Romana* 100. *annor. gaud. præscr.* & *L. fin. C. de sacros. eccles.* undè dixit Glos. *in L.* 2. §. *si dubitetur, ff. quemadm. testam. aper.* quòd præsumitur quis vivere usque ad centum annos: quam Glos. limita 1. ut procedat in reo excipiente; secùs in actore agente, & fundante se in vita alicujus, argumento *L. spadonem*, §. *qui absolutus, ff. de excus. tutor.* & est de mente Bart. & ibi expressè Socin. *in L. si inter, ff. de reb. dub.* Secundò limita, ut procedat, quando non constaret de morte; si verò constaret, quem esse mortuum, & agens dicat vixisse usque ad tale tempus, debet id probare: vide Bart. *in dicta L. si inter*, & ibi Socin. & in practica ista sunt notabilia: & adde Alexand. *consil.* 175. *vol.* 5. *col. penult.* & *in L. sed si de sua, ff. de acquir. hæred.* Et de teste dicente, se scire aliquem vivere, & in causa scientiæ dicit, quòd vidit eum, plures sunt menses, quòd non probet; vide ibi per Socin.

(3) *Arado el suelo.* Concordat *L. si ususfructus civitati* 21. cum Glos. ibi, *ff. quibus mod. ususfruct. amitt.* & adde Glos. *in L. in singulis, ff. de annuis legat.*

(4) *Poblassen despues.* Nam fortunæ caput sequuntur, *L. qui liberis*, §. *testamento, ff. de secund. tabul.* Joan. Andr. *in cap.* 1. *de relig. dom. in novella*, Bald. *in L. monumenta, C. de legat.* Facit ad quæstionem de nobili habente castrum, ad cujus custodiam quidam rustici tenebantur, quòd rustici teneantur, si dirupto illo castro, alibi ædificetur: de quo vide per Albericum *in dicta L. si ususfructus*, qui dicit, ita fuisse determinatum; sed allegat in oppositum aliqua jura, quæ dicit multùm cogere: & adde *L.* 3. *primo respons. ff. de colleg. illic.* Quid autem, si cives non simul se alibi alio in loco transtulerant, sed quilibet separatim recessit, vendens possessiones suas domino fortè villæ vel castri, seu alii; & sic separatim cives omnes recesserunt ad diversa loca, loco primæ habitationis deserto? quid erit tunc de territorio, & terminis loci sic deserti, qui fuerunt publica, & in publico usu? Et videtur, quòd quæstio ista decidi possit ex notatis per Bart. *in L. fin. ff. de colleg. illicit. col. pen.* versic. *quæro quid fiet de rebus collegii, dissoluto collegio*, & per glos. final. *in L.* 1. *eodem tit.* videlicèt, quòd si tales termini fuerunt empti ex pecunia civium, quòd & tales cives possint vendere tales terminos, & habere partem ex pretio, proùt quisque contulit in terminorum emptione; vel pro virili, quando non potest constare pro qua parte quisque contulerit. Si verò termini, seu pascua fuerunt acquisita titulo lucrativo, vel ex largitione Regis, seu aliàs, & tunc non possunt vendere tales terminos; imò remanebunt universitati, quæ in locum recedentium subrogaretur, & uno tantùm cive ibidem remanente, in illo remanebit jus totius universitatis, *L. sicut* 7. *ff. quod cujusque universit. nom.* Glos. & ibi Abbas, *in cap. gratum, de postul. prælat.* & nullo remanente, videtur, quòd tales termini, & pascua redeant ad Regem, sive ipse donaverit terminos, sive non, cùm apud eum sit publicarum rerum administratio, *L. prohibere* 3. §. *plane* 4. *ff. quod vi, aut clam*, & quia bona vacantia deferuntur fisco: & ut tradit Socin. *in L.* 1. *col.* 4. *ff. de acquir. possess.* à dominis rerum publicarum, & dominiorum, fuerunt data dominia, & termini appositi; per quorum distinctionem, & terminorum appositionem, fuit vel dominis, vel particularibus possessio quæsita, & per consequens dominium, *L. ex hoc jure, ff de justitia, & jur.* & *in dicta L. prohibere* 3. §. *plane* 4. *ff. quod vi, aut clam*, *L.* 2. *tit.* 1. 2. *Partita*: undè, quando pascua publica, & termini universitatis sunt à civibus derelicta, & non apparet esse privatorum, præsumuntur esse domini, cujus est territorium, sumpta præsumptione à prima dominiorum distinctione. Item, sicùt non possent cives alienare, inconsulto Principe, pascua, terminos, & alia eorum bona publica, ut tradunt Bart. & Paul. de Castro *in L. continuus*, §. *cum quis, ff. de verbor. obligat.* sic, neque habendo talia bona pro derelicto: nam videtur quædam donatio occupanti fieri, cùm dominus habet rem suam pro derelicto, *L. quod servus* 36. & ibi Bart. *ff. de stipulat. servor.* & quòd remaneant bona habita pro derelicto apud superiorem, vult etiam Abbas *in cap. recolentes, de statu monachor.* ubi reasumit distinctionem Bartoli *in dicta L. fin. ff. de collegiis illicitis*: & adde in materia, quæ habentur per Glos. & Doctores *in dicta L. sicut*, & quandam Cedulam Regis Henrici, quæ habetur impressa apud Auditores Chancellariæ Regiæ Vallisoleti, quæ disponit circa tributa, & superindicta, quæ cives loci deserti præstare solebant, à quibus in posterum solvi debeant? & videas B. Gregorium *in libro* 1. *Epistolarum*, *Epistol.* 8. ubi reditus cujusdam ecclesiæ desolatæ concessit Episcopo, & Ecclesiæ Formiensi.

LEY XXVII.

Quanto tiempo deue durar, si es otorgada a alguno la morada de alguna casa.

Si serva contrahit cum libero, eo ignorante, nullum est matrimonium: si tamen servus contrahat cum libera matrimonium, putando eam servam, non potest ab ea discedere, cùm sit melioris conditionis effectus: sed si libera ignoranter contrahit cum servo, quandocunquè hoc ipsa sciat, est in ejus electione, an velit à matrimonio resilire, vel cum viro servo remanere. Si verò servus credendo contrahere cum libera, contraxit cum serva, non potest ab ea discedere, quia contraxit cum æquali suæ conditionis. Hoc dicit.

(1) *De mejor.* Adde Gloss. 29. *quæst.* 2. *in sum.*

(2) *Quier que lo sepa.* Vide *cap. proposuit* 2. & *cap. ad nostram* 4. *eod. tit.*

(3) *Como el mismo era.* Joann. Andr. post Gofr. *in cap. ad nostram, de conjug. servor.* & quod in ista lege disponitur est communis sententia Theologorum, & Canonistarum, licèt quidam tenuerint contrarium, ut refert Abb. *in cap. proposuit, eod. tit.*

LEX IIII.

Matrimonium inter liberum ignorantem, & ancillam, non validatur prætextu manumissionis postea secutæ: sed mota conjugii status quæstione, alter conjugum, sciens eum servilis conditionis, non commisceatur ei; aliàs non dirimetur matrimonium, licèt servilis pronuncietur conditionis: & si conjux ob matrimonium dividendum, se servum fieri patiatur, non debet valere sic actum; imò propter conjugis ignorantiam, & filiorum, revocabit eum ad libertatem. Hoc dicit.

(1) *Non es assi.* Etiamsi eam cognoscat post manumissionem: nam cùm invenerit post, eam esse servam, potest illam relinquere, secundùm Gloss. *in cap. si quis ingenuus*, 29. *quæst.* 2. & *in cap. fin. de conjug. servor.* quia semper ei se commiscuit ex primo consensu, qui nullus fuit per errorem servilis conditionis.

(2) *O de fecho.* Vide suprà *eod.* L. 1.

(3) *Que el marido sopiere.* Et sic non sufficit sola motio litis facta à domino ancillæ.

(4) *Departir della.* Quid si ad mandatum Ecclesiæ, lite pendente super nullitate matrimonii, reddat debitum uxori? An sibi præjudicet? Glos. vult, quòd non, *in cap. proposuit, eod. tit.* quod intelligit, quando non erat benè certus de servili conditione, licèt aliàs audiverit, uxorem esse servam; secùs si esset certus de hoc. Tancretus tamen, ut refert ibi Gloss. dicit, quòd ex quo credit eam servam, movendo sibi quæstionem libertatis, si redderet debitum, etiam de mandato Ecclesiæ, fieret sibi præjudicium; quæ opinio tenetur ibi per Inn. Vincent. Philip. Gofred. & Joan. Andr. & etiam Abb. & in quæstione ista sic proposita hæc opinio videtur verior, & communior. Quid tamen, si ipse non moveret litem super servili conditione, sed eam moveret dominus servæ, ut evenit in casu hujus legis? Tunc videtur distinguendum inter motiva, ad credendum eam servam, vel non credendum: nam si esset levis, & temeraria causa, debet obedire Ecclesiæ præcipienti sibi, ut debitum præstet, & tunc sibi non præjudicaretur: quod est de mente Doct. *in dicto cap. proposuit*, & procedit opinio Gloss. ibi: si tamen dubitatio esset probabilis, tunc sibi præjudicaret, cognoscendo illam, secundùm communem opinionem Doct. *in dicto cap. proposuit*; & tunc potiùs debet pati excommunicationem, si per viam juris ab eo uxor debitum petat, quàm ipsam cognoscere.

(5) *A sabiendas.* Maximè scilicèt: nam, etsi non fiat hac occasione, non posset ex hoc præjudicium fieri uxori, cùm eadem sit ratio, propter jus, quod habet uxor in eo, ut hìc subdit, & ob evitandam injuriam sui, & filiorum, argum. *LL.* 1. 2. & 3. *ff. de liber. causa.*

razon de se partir de su muger, non deue valer, nin se departira el casamiento porende; ante lo puede la muger demandar, e sacarle avn de la seruidumbre (6), si quisiere. E esto es, porque ha derecho en el, e porque nasce ende muy grand deshonrra (7) a ella, e a sus fijos, si los ouiere. E la manera por que el ome libre se puede tornar sieruo, muestrase adelante en el Titulo de los Sieruos (8).

TITULO VI.

Del Parentesco, e de la Cuñadia, por que se embargan los Casamientos.

PArentesco de linaje, es cosa que ata los omes en grand amor, porque son como vnos por sangre naturalmenre: empero, como de vna parte son ayuntados por esta manera, por essa misma son departidos por razon de casamiento. Ca maguer antiguamente (1) los del linaje casauan vnos con otros, los Santos Padres que vinieron despues, tambien en la vieja Ley, como en la nueua, lo defendieron. E mostraron muchas razones (2), por que non touieron que era guisado, que fuesse. Primeramente, porque los parientes se criassen, e biuiessen en vno, non se amando por otro amor, si non por el debdo del linaje. Otrosi, porque si entendiessen, que podrian casar, e ayuntarse sin pecado, mas ayna lo harian alli do se criassen en vno, que en otro logar; e avn en ante que el casamiento fuesse: demas, sin todo esto, nacerian muchas contiendas entre los parientes, queriendo cada vno auer la parienta, para casar con ella, e heredar lo suyo: e sobre esto vernian entre ellos muchos desacordamientos, e muchas enemistades: assi que lo que de vna parte cuydarian ayuntar su sangre por matrimonios, de la otra despartirian por enemistades. E sin todo esto, porque todos los omes biuirian apartadamente, por si cada vno, en su linaje, como en manera de vandos (3), pues que a los estraños non se ouiessen de ayuntar por casamiento. Onde, pues que en el Titulo ante deste fablamos de los embargos que vienen en los casamientos por razon de la seruidumbre; queremos aqui dezir, de los otros que vienen por razon de parentesco, o de cuñadez. E mostrar primeramente, del parentesco natural: que cosa es, e onde tomo este nome. E que cosa es linaje. E por do deciende, o sube el parentesco: e quantas lineas son. E que cosa es el grado, por que se cuenta el parentesco. E quantos son. E en que manera deuen ser contados. E fasta que grado non se pueden ayuntar por casamiento. E despues desto mostraremos de la cuñadez, fasta en aquel grado que embarga el casamiento.

LEY I.

Que cosa es el parentesco naturalmente: e onde tomo este nome.

COnsanguinitas (1) en latin, tanto quiere dezir en romance, como parentesco; que es atenencia, o aligamiento de personas departidas, que descienden de vna rayz. E este ligamiento nasce del en-

(6) *Sacarle avn de la seruidumbre.* Ortum habuit *à cap.* 2. & ibi Gloss. 29. *quæst.* 2. & nota multùm istam legem, nam S. Thom. *in* 4. *sent. dist.* 36. limitabat hoc, quatenùs servitus impediret redditionem debiti, & non aliàs: & Præpos. Alex. *in cap.* 1. *de conjug. servor.* (ubi movet istam quæstionem) loquitur ambiguè, & videtur inclinare, quòd tunc sit retractanda venditio ad petitionem uxoris, si separatio impediret usum matrimonii; Gloss. etiam *in* §. *fin. instit. de jur. person.* dicit, quòd facta ista venditione ad pretium participandum, non possunt parentes, vel cognati venditionem retractare; licèt ante factam possent: ista tamen lex in casu isto contrarium decidit in uxore; ideò tene menti. Sed an uxor retractans venditionem teneatur solvere pretium emptori, ut aliàs habetur in patrono *in L.* 2. *ff. si libert. ingen. esse dicatur?* Et voluit Joan. Fab. & Ang. *in dicto* §. *fin.* quando parentes, vel cognati retractant venditionem, etiam quòd uxor non teneatur ad pretium, cùm retractet ob ejus præjudicium, & quia maritus non potuit se servituti subjicere, & quia ista lex dicit indistinctè retractandam venditionem: & facit *cap.* 1. & *cap. quidam* 3. *de convers. conjugat.* De uxore autem, quòd non possit se vendere in ancillam, nolente viro, est magis dubium, cùm vir sit caput mulieris, 32. *quæst.* 6. *cap. fin.*

(7) *Deshonrra.* Adde *LL.* 1. 2. *&* 3. *ff. de liber. causa*: & facit ista lex ad quæstionem, an maritus posset juxta leges Regni torquatus ad collum cum circulo ferreo creditoribus suis in præjudicium, & ignominiam uxoris tradi.

(8) *De los sieruos. Tit.* 21. L. 1. *ead. Partit.*

TITULUS VI.

(1) *Ca maguer antiguamente.* Ut 35. *quæst.* 1. *in summa*, & per totum.

(2) *Muchas razones.* Et nota istas, quæ hìc ponuntur.

(3) *En manera de vandos.* Ex istis rationibus, de quibus hìc, videtur improbari quoddam fundamentum Anton. de But. *in cap. super eo, de condit. appos.* quo movetur ad tenendum, quòd teneret matrimonium contractum sub conditione, *si Papa dispensaverit*, ita quòd adveniente conditione non sit opus novo consensu, & cogantur ex primo consensu; de qua quæstione dixi suprà *tit.* 2. L. *fin.* & dicit Ant. quòd matrimonium inter consanguineos potiùs prohibetur inspecto effectu, id est commixtione sanguinis, quæ fit per copulam, quàm inspecto contractu verborum; nam, ut hìc vides, hæ rationes ita benè militant ratione consensus, sicut ratione copulæ.

LEX I.

Consanguinitas est debitum sanguinis inter aliquos ex una radice descendentes: & dicitur à sanguine parentum, quorum commixtione generatio processit. Hoc dicit.

(1) *Consanguinitas.* Ortum habet ab his, quæ Joan. Andr. adducit *in glos.* super arbore consanguinitatis, quæ ponitur communiter *in princ.* 6. *lib.* ubi dicit, quòd consanguinitas est attinentia personarum, ex eo proveniens, quia una descendit ab altera, vel ambæ ab eadem, vel est vinculum personarum ab eadem stirpe descendentium, carnali propagatione contracta.

engendramiento que faz el varon, e la muger, quando se ayuntan en vno. E por esso dize, personas departidas; porque parentesco non puede ser en vn ome solo, mas entre muchos. Otrosi dize, que descienden de vna rayz; por dar a entender, que aparta ende las cuñadias. Ca maguer aya entre ellos ligamiento de atenencia, non y ha parentesco natural. E esto es, porque los cuñados non descienden de vna rayz, assi como los parientes. E aquel es llamada rayz (2), donde decendieron los otros omes; assi como Adam, de que vinieron Cayn, e Abel, sus fijos, e de si todos los otros. E parentesco natural toma este nome, de padre, e de madre: porque de la sangre de amos a dos nascen los fijos. E por esso llaman el parentesco en latin, consanguinitas, porque del ayuntamiento de la sangre del padre, e de la madre, se engendran los fijos.

LEY II.

Que cosa es linea, por do desciende, o sube el parentesco: e quantas lineas son.

Linea de parentesco, (1) ès ayuntamiento ordenado de personas, que se tienen vnas de otras, como cadena, descendiendo de vna rayz; e fazen entre si grados departidos. E porque algunos dubdarian, o non entenderian este encadenamiento en estos grados; a menos de los ver por vista, touimos por bien, de fazer pintar el Arbol (2) que lo demuestra abiertamente, e ponerle en este libro, porque los omes lo entiendan mejor. Ca las cosas que los omes veen, mas de ligero (3) las aprenden, que las otras que han de aprender por oyda. E como quier que en el començamiento desta ley diximos, que cosa es linea; queremos que sepan los omes, que tres maneras son della. La primera es, vna linea que sube arriba; assi como padre, o abuelo, o visabuelo, o trasabuelo, o dende arriba. La otra, que desciende; assi como fijo, o nieto, o visnieto, o trasuisnieto, e dende ayuso. La otra es, que viene de trauiesso. E esta comiença en los hermanos, e de si desciende, por grado, en los fijos, e en los nietos dellos, e en los otros que vienen de aquel linaje. E por esso es llamada esta linea de trauiesso; porque los que son en los grados della, non nascen vno de otro.

DE-

(2) *E aquel es llamada rayz.* Nota hoc ad foros municipales, de quibus fit mentio in legibus Tauri *L.* 6. ut intelligas, quando bona revertantur ad radicem: & vide in materia bonum textum *in cap. unico, de succes. fratr.* & alium *in cap. unico, de natur. succes. feudi.*

L E X II.

Linea consanguinitatis est conjunctio ordinata personarum, quasi catena de una radice procedens, habens gradus certos: & sunt triplices lineæ, ascendentium, & descendentium, & collateralium. Hoc dicit.

(1) *Linea de parentesco.* Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium, gradus continens, & numeros distinguens, ut hìc, & tradit Joan. Andr. *in dicto commento arbor. consanguin.* est enim linea nomen comprehensivum, secundùm Bald. *in cap. unico, de nat. succes. feud.* Et nota, quòd linea masculina incipit à filio masculo stipitis, seu radicis, & linea fœminina à filia fœmina ejusdem stipitis, ut declarat Paul. de Cast. *in L. maritus, C. de procur.* ubi ponit quæstionem de recipiente emphyteosim pro se, & liberis descendentibus per lineam masculinam, de quo & per Alex. & Socin. *in L. Gallus, §. nunc de Lege Velleja, ff. de liber. & posthum.* & per eundem Alex. *consil.* 43. 3. *vol.* Et adverte, quia cùm fit mentio de linea simpliciter, & absolutè, comprehenduntur indistinctè omnes descendentes ab eo, qui est caput lineæ, tam masculi, quàm fœminæ, ut hìc, & tradit Bald. *consil.* 331. *vol.* 1. ubi & dicit notabile verbum, quòd in dubio appellatione lineæ intelligimus de linea recta, non de inflexa, vel obliqua; si verò in dispositione fit mentio de linea masculina, seu de descendentibus ex linea masculina, tunc etiam venit fœmina descendens ex masculo per virilem sexum, & ita Glos. *in dicto §. nunc de Lege Velleja*, procedit, ubi vide Socin. aut fit mentio de descendentibus per lineam masculinam, & tunc non venit fœmina, etsi descendat à masculo, & ita loquitur Paul. de Cast. *in dicta L. maritus*, quia ille dicitur descendere per lineam, qui est in linea: facit L. *urbana* 166. §. *pernoctare, ff. de verb. signif.* & tenet Socin. *in dicto §. nunc de Lege Velleja*, & probatur *in* L. *Lège duodecim tabularum* 14. *C. de legit. hæred.* & *in L.* 2. §. 1. *ff. illo eod. tit.* quòd fœmina descendens per lineam masculinam dicitur ex linea masculina, & dicitur agnata, ut *in L. pronunciatio* 195. *ad fin. de verb. sig.* & sic multùm refert, an dicatur in dispositione de descendentibus per lineam, an ex linea, secundùm Socin. ibi: & ista intellige, nisi ex aliis verbis dispositionis appareret, non sensisse de filia, seu de fœmina, sed de filiis masculis; quod ex præcedentibus, vel sequentibus colligi potest: talia enim sunt subjecta, qualia prædicata demonstrant, L. 9. §. *qui interrogatus* 5. *ff. de interrog. action.* L. *qui filiabus* 17. *in princ. ff. de legat.* 1. *cum simil.* nam verba generalia restringuntur ex adjuncto præcedenti, *cap. sedes* 15. *de rescript. L. fin. §. cui dulcia, ff. de vino, trit. & oleo legato*, circa quæ vide quæ adduxit Alexand. *consil.* 173. *col.* 2. *vol.* 7. Decius *consil.* 38. *col.* 4. & 5. *in* 2. *dub.* & quæ dicit *consil.* 13. *col.* 1. & Joann. de Annani. *consil.* 4. Socin. *cons.* 37. *col.* 4. *vol.* 3. Et licèt sint opiniones inter Doctor. quando testator, vel disponens vocat descendentes per lineam masculinam, nam Alexand. Jas. & Claudius tenuerunt, quòd & tunc comprehendatur fœmina (quo casu Socin. tenuit contrarium *in dicto §. nunc de Lege*) tamen, si testator, vel alius disponens utatur aliis terminis, non dicendo ex linea, vel per lineam, sed vocaret ad fideicommissum lineam virorum, seu diceret, fideicommissum vadat per lineam virorum, qui est casus diversus à traditis per Doct. *in dicto §. nunc de Lege*; tunc sine aliquo scrupulo fatendum esset, nullatenùs comprehendi fœminam, cùm ipsa non sit in linea virorum: in fœmina enim linea virorum non continuatur, imò extinguitur, & incipit in ea linea fœminina: casus est *in L. pronuntiatio* 195. §. *fin. ff. de verbor. sign.* ibi, cùm dicit, *mulier autem familiæ suæ, & caput, & finis est*, id est, in fœmina extinguitur linea masculorum, & incipit fœminina: bonus etiam text. *in §. cæterum* 3. *instit. de legit. agnat. succes.* ad quod vide quæ tradit Paul. de Castro *consil.* 300. *vol.* 2. & Nicol. de Ubal. *in tract. de succes. ab intest. col.* 26. & nullus scribentium *in dicto §. nunc de Lege* huic conclusioni adversatur; imò de mente omnium comprobatur hæc assertio: item, & de isto verbo *linea* vide etiam quæ adducit Bald. *consil.* 334. *in quæst. quæ vertitur*, 3. *vol.* & *consil.* 339. incipit, *quæritur utrum*, *eod. vol.*

(2) *Pintar el arbol.* Vide Joan. Andr. *in princ.* 6. *lib. Decret.* & Præpos. *in cap. non debet, de consang. & affin.*

(3) *Mas de ligero.* §. *hactenus* 7. *instit. de grad.* oculi enim fidem faciunt dictis; neque ita exprimitur affectus digito, sicut vultu, ut dicit. B. Bernard. *epist.* 66.

DECLARACION

DEL ARBOL,

Que trata de la Consanguinidad, segund derecho Canonico, é Ciuil, por estas reglas.

Segun derecho Canonico se declara por tres reglas.

LA primera regla es, que por la linea derecha de los ascendientes, quantas son las personas, de quienes se quiere, computadas las intermedias, quita vna, tantos grados hay entre ellas. Como, si quisieres saber, quanto dista el trasauuelo, del Petrucio (que es aquel orbe vacuo) computando el vno, & otro, & los de medio, fallaras cinco personas. Pero quita vna, seran quatro grados: & por el semejante en las demas.

La segunda regla es, que por la linea egual de los colaterales, por quanto distan del comun tronco, tanto distaran entre sí. Como si faziendo al trasauuelo, tronco, entre Petrucio, é el bisnieto, hermano de bisauuelo. Ca estos son en linea egual, cada vno dista del tronco quatro grados; onde distaran lo mesmo entre sí.

La tercera regla es, que en la linea desigual de los Colaterales por quantos grados distaren del comun tronco, por tantos distarán entre sí. Como si fagamos tronco al trasabuelo, Petrucio, é los fijos de hermano del bisauuelo, son en linea desigual; computando, pues, de Petrucio, este dista del tronco en quarto grado; onde lo mesmo de los sobredichos.

Segund derecho Ciuil.

LA primera regla es, que por la linea derecha de los ascendientes, e descendientes, quantas son las personas, de quienes se quiere, computadas las de medio, quitada vna, tantos son los grados entre ellas.

La segunda regla es, que por la linea colateral, que sea egual, por quantos grados vno dista del comun tronco, por tantos doblados dista entre sí: porque, segund derecho Civil, cada vna persona faze grado en los colaterales.

La tercera regla es, que por la linea desigual de los colaterales, quantas son las personas, quitando al tronco, tantos son los grados. E quien mayor declaracion quisiere, recurra á Joan Andres.

DECLARACION
DE LA AFFINIDAD,

Segund derecho Canonico, é Ciuil.

AFfinidad, segund derecho Canonico, es proximidad de personas, prouieniente de ayuntamiento carnal, careciente de toda parentela. E es assi dicha, affinidad, casi vnidad de dos á vn fin: porque dos diuersas cognaciones se copulan en ella, ó por desposorio, segund Leyes, ó por coyto, segund Canones.

E es de saber, como el affinidad es perpetuo impedimento: el qual dura, muerta la persona, por la qual mediante se contraxo, como dize el decreto *Fraternitatis*, 35. q. 5.

Por carnal ayuntamiento entre los consanguineos de la muger, é el marido, é los del marido, e la muger, se contrae affinidad del primer genero, de aquel grado que es la consanguinidad: onde, si tu consanguineo conociere á tu muger, si quieres saber en que grado te atiene de affinidad este atal; mira, en quanto grado está aquel tu consanguineo, que tanto te será affin tu muger; é siempre en el primero genero.

Entre los consanguineos de la muger, é el varon, é entre los consanguineos del varon, é la muger, por tanto se dize contraerse affinidad, porque entre essos, marido, é muger, non se contrae; pero son causa del affinidad.

Item, entre los consanguineos del varon, é los consanguineos de la muger, ninguna affinidad ay: onde, dos hermanos contraen con dos hermanas, é padre, é fijo, con madre, é fija. Sinó, que la affinidad es entre el marido, é los consanguineos de la muger; é por el contrario.

Regla infalible para conoscer la affinidad.

QUando quiera que entre vna de las personas, de quienes se quiere, é la muger de otro, non es, ó no fué consanguinidad dentro del quarto grado, ninguna prohibicion ay; como entre mí, é la muger de mi nieto, non puede ser matrimonio, porque aquel es consanguineo dentro del quarto grado.

Otro exemplo.

MI hermana ouo marido, é ella muerta, aquel casa con otra muger; el qual defunto, yo podré contraer con la que dexa: porque entre mí, é ella, ni ay, ni fué consanguinidad, &c.

LEY

LEY III.

Que cosa es el grado, por que se cuenta el parentesco: e quantas maneras son del.

GRados de parentesco se cuentan en dos maneras. La vna es, segund Fuero (1) de los legos. La otra, segund los establecimientos de Santa Eglesia. E aquella que es segund Fuero seglar, se dize assi. Grado es (2) manera de personas departidas, que se ayuntan por parentesco: por la qual manera de departamiento se demuestra, en quanto grado sea llegada la vna persona de la otra; asmando todavia la rayz, onde ouieron comienço. E segund el Fuero de los legos, los fijos de este atal, que es llamado rayz, fazen el segundo grado, quier sean dos, o mas: e los nietos del fazen el quarto grado: e los visnietos fazen el sexto. E segund esto pueden contar adelante. E la otra manera, que es segund los establecimientos de Santa Eglesia (3), se dize assi. Grado es conueniente manera, e guisada, de personas ayuntadas por parentesco, que decienden egualmente de vna rayz, por departidas lineas. E segund los establecimientos de Santa Eglesia, los fijos deste tal, que es dicho rayz, fazen el primero grado; como quier que sean en las lineas departidas: e los nietos del fazen el segundo grado: e los visnietos el tercero. E los trasuisnietos el quarto: e assi adelante. E la razon por que cuenta el Fuero seglar los grados del parentesco de vna guisa, e de otro la Eglesia, es esta: porque el Fuero seglar cuenta tan solamente, en que manera deuen heredar (4) los vnos a los otros, quando mueren, e non fazen testamento. E la Eglesia cato, en que manera deuen casar. Pero estos dos departimientos, que son entre los grados de estos Fueros, han lugar en las personas que descienden por las liñas de trauiesso, e non en las que suben, o decienden derechamente. Ca en estas amos los Fueros acuerdan.

LEY IIII.

En que manera deuen ser contados los grados del parentesco: e fasta que grado non se pueden ayuntar, para casar.

CVenta, e departe Santa Eglesia, que son quatro grados en el parentesco; e muestra, que se deuen contar en esta manera: en la liña derecha, que sube arriba, son el primero grado, padre, e madre. E en el segundo, auuelo, e auuela. En el tercero, visauuelo, e visauuela. En el quarto, trasauuelo, e trasauuela. E en la liña que deciende derecha ayuso, son en el primero grado, fijo, e fija. E en el segundo, nieto, e nieta. El tercero, visnieto, e visnieta. E en el quarto, trasnieto, e trasnieta. E en la liña de trauiesso, son en el primero grado, hermano, e hermana. En el segundo, fijos de hermano, e de hermana. E en el tercero, nietos, e nietas de hermanos. En el quarto, visnietos, e visnietas, de hermano, e de

LEX III.

Secundùm jus Civile aliter considerantur gradus, & aliter secundùm jus Canonicum: nam jus Civile computavit circa successiones, & jus Canonicum circa matrimonium: jus autem Civile computat fratres in secundo gradu, nepotes in quarto, pronepotes in sexto inter se differentes: sed secundùm jus Canonicum fratres sunt in primo, & nepotes in secundo, & pronepotes in tertio: & ita dicendum est in lineis transversalibus; sed in ascendentibus, & descentibus, utrunque jus concordat. Et secundùm primam computationem, gradus dicitur connumeratio singularium personarum, cognatione, vel affinitate sibi conjunctarum, quo gradu una ab alia distat, indicans radicem à qua principium habuerunt designandum; secundùm aliam, dicitur gradus enumeratio personarum, cognatione, vel affinitate conjunctarum æqualiter ex una radice, quæ per separatas lineas descendunt. Hoc dicit.

(1) *Segund Fuero.* De hac computatione secundùm jus Civile, & Canonicum, vide *cap. ad sedem* 35. *quæst.* 5. ubi latè, & *L. jurisconsultus* 10. *ff. de gradib.* & *instit. de gradib. cognat. per totum.*

(2) *Grado es.* Gradus est habitudo differentium personarum, qua cognoscitur quota agnationis, vel cognationis distantia duæ personæ inter se differant, ut definit Jo. And. *in comment. arbor. consanguinit.* & dicuntur gradus ad similitudinem scalarum, vel locorum, quia ita gradimur de proximo ad proximum, ut *in dicta L. jurisconsultus* 10. §. *gradus* 10. *ff. de gradib.* & ista lex non tendit hìc ad istam diffinitionem, sed ad ostendendam differentiam computationis inter utrunque jus.

(3) *De Santa Eglesia.* Et differentia, seu diversitas hujus computationis oritur, quia Legistæ respiciunt personas propter quas fit computatio adinvicem, ut patet in computatione quam facit Gloss. *in L. fin. C. de succes. edict.* Canonistæ vero computant, habito respectu ad cypum, sive truncum, & stipitem, qui est in medio, quem Joan. And. vocat Petrucium; & quantum distat à centro, sive medio, ille qui longinquior est, tantum distat ab eo, de quo quæritur, secundum Bald. *in dicta L. fin.*

(4) *Heredar.* Concordat *cap. ad sedem*, 35. *quæst.* 5. & Gloss. *instit. de grad. in princ.* & super verbo *generata*, notat Joann. And. *in addit. ad Specul. tit. de succes. ab intest.* super verbo *vocantur*, & ibi dicit, quòd si statutum laicorum imponat pœnam contrahenti matrimonium in 4. gradu, vel proximiori; quòd tunc ratione subjecti debet intelligi secundùm computationem juris Canonici; si autem in materia communi fiat statutum uniforme per Episcopum, & Commune populi; quod tunc quodvis statutum recipiat computationem secundùm forum suum in quolibet foro. Si tamen statutum diceret, quod computatio fiat secundùm jus Canonicum, statutum valeret, secundùm Bald. *in L.* 2. *C. de succes. edict. in fin.* & ex dicta additione Joan. And. colligitur, quòd pœna per leges apposita contrahenti incestas nuptias, imponatur secundùm computationem juris Canonici, & non juris Civilis; quod etiam voluit Joan. Fab. *in authent. incestas, C. de incest. nupt.* & Decius *consil.* 158.

LEX IIII.

Non potest contrahi inter consanguineos matrimonium in linea ascendentium, & descendentium, quantuncunquè distent: sed in transversalibus contrahitur ultra quartum gradum. Hoc dicit.

de hermana. En los grados de las liñas que suben, o descienden derechamente, nunca pueden casar (1); quanto quier que sean alongados vnos de otros: mas en las liñas que son de trauiesso, pueden casar los de la vna parte con los de la otra, quarto grado passado (2) en adelante.

LEY V.

Que cosa es cuñadez, e fasta que grado embarga el Casamiento.

AFfinitas en latin tanto quiere dezir en romance, como cuñadez. E cuñadez es allegança de personas (1), que viene del ayuntamiento del varon, e de la muger (2). E non nasce della otro parentesco ninguno. E esta cuñadez nasce del ayuntamiento del varon, e de la muger tan solamente, quier sean casados, o non (3): ca maguer algunos fuessen desposados, o casados, non nasceria cuñadez dellos, a menos de se ayuntar carnalmente (4). E antiguamente fueron tres maneras de cuñadez, e guardaronlas en algund tiempo. Mas agora non manda Santa Eglesia guardar mas de la primera. E esta es, como quando alguno se ayunta carnalmente con alguna muger, quier sea casado con ella, o non. Ca por tal allegança como esta todos los parientes della se fazen cuñados (5) del varon, e otrosi los parientes del se fazen cuñados de la muger; cada vno dellos en aquel grado en que son parientes (6). E por razon de tal cuñadia como esta, si acaesciere que muera alguno de aquellos por cuyo ayuntamiento se fizo, nasce ende embargo; que el otro que fincare biuo, non puede casar con ninguno de los parientes del muerto, fasta al quarto grado (7) passado, bien assi como en el parentesco. *Ley 7. tit. 20. lib. 8. Recop.*

LEY VI.

De los Moros, e de los Judios, que casan segund su Ley con sus parientas, o sus cuñadas; que non los embargue despues que fueren Christianos.

PRimos hermanos, e los otros parientes que diximos en las leyes ante desta, que non deuen casar fasta el quarto grado, e si casaren deue ser desfecho tal casamiento; e los otros embargos, que diximos otrosi, que vienen en los casamientos por razon de cuñadia, segund dize en la ley ante desta, entiendese en los casamientos que son fechos entre los Christianos. Mas si algunos seyendo Moros, o Judios, casando segund su Ley, seyendo parientes, o cuñados, e despues desto se tornassen Christianos algunos de aquellos que assi fuessen casados, non deue ser desfecho (1) el casamiento por esta razon; maguer que sean parientes, o cuñados, fasta el quarto grado. Esto otorgo San-

(1) *Nunca pueden casar.* Reprobat opinionem Gofred. *in summa, de consang. & affin.* §. *item quæritur*, & approbat opinionem communem, de qua per Joan. Andr. *in comment. arb. consanguin.* & adde §. 1. *instit. de nup.* ubi Gloss. dicit, quòd si Adam hodie viveret, non posset invenire uxorem, & idem habetur *in L. nuptiæ* 53. *ff. de ritu nuptiar.*

(4) *Quarto grado passado.* Ut *in cap. non debet* 8. *de consang. & affin.*

LEX V.

Copula carnalis per matrimonium, vel sine matrimonio, facit virum affinem consanguineis fœminæ in eo gradu, in quo tangunt eam per consanguinitatem, & idem & è contra: & uno eorum mortuo, supervivens non potest contrahere matrimonium cum consanguineis defuncti, infra quartum gradum tangentibus. Hoc dicit.

(1) *Es alleganza de personas.* Ista definitio affinitatis est secundùm Canones, secundùm quos affinitas est personarum proximitas ex coitu proveniens, omni carens parentela: sed secundùm Leges affinitas est personarum proximitas ex nuptiis proveniens: nam nisi legitimæ nuptiæ contrahantur secundùm Leges, non contrahitur affinitas, *L. non facile* 4. §. *sciendum* 8. *ff. de gradibus*, notatur *in* §. *affinitatis* 6. *de nupt.* & dicitur affinitas, quasi duorum ad unum finem unitas, ut *ead. L.* §. *affines*, & notat Joan. Andr. *in comment. arbor. affinitat.* & an concessa ratione affinitatis durent soluto matrimonio, vide Glos. *in L. sed hoc ita* §. *de re judic.* Bal. *in L.* 1. *C. de verbor signif.* text. Glos. & Doct. *in L. cui eorum, ff. de postulando.*

(2) *Del varon, e de la muger.* Inter virum tamen, & uxorem non est affinitas; sed ipsi sunt initium, & causa affinitatis aliis, glos. 1. *in dicto* §. *affinitatis, inst. de nupt.* Bald. *in L.* 1. *C. unde vir, & uxor.*

(3) *Quier sean casados, o non. Cap. discretionem* 6. *de eo qui cognov. consang. uxor. suæ*, & *cap. per tuas* 10. *de probat. cap. præterea* 12. *de sponsal.*

(4) *Carnalmente.* Et non sufficeret extraordinaria polutio extra claustra pudoris, ut *in cap. extraordinaria*, cum Glos. 35. *quæstione* 3. & intelligitur, si semen viri non inter claustra pudoris: nam si subintraret, contraheretur affinitas, & esset matrimonium consummatum, de quo vide Cardin. & Præpos. Alex. post Innoc. *in cap. fraternitatis, de eo qui cognov. consang. uxor. suæ.* Sylvest. *in summa*, in parte *matrimonium* la 8. versic. 15. ubi vide, an requiratur seminum conmmixtio ad causandam affinitatem, vide etiam Abb. *in dicto cap. fraternitatis.*: probatio tamen in hac materia verecundosa, & difficillima est, licèt in foro pœnitentiali ex ore pœnitentis possit aliqualiter probari.

(5) *Cuñados.* An autem affinis accuset de injuria affinis, vide Bald. *in L.* 1. *col.* 12. *C. qui accus. non pos.*

(6) *Son parientes.* Viri scilicèt: & adde Gloss. *in dicto* §. *non debet.*

(7) *Quarto grado.* Ut *in dicto cap. non debet*: inter ascendentes tamen, & descendentes affines esset perpetua prohibitio, sicut in consanguinitate dicitur suprà *L. proxima*, secundùm Joan. Andr. *in comment. arbro. affinit.*

LEX VI.

Licèt matrimonium inter consanguineos, vel affines infra quartum gradum dirimatur; hoc non fit inter infideles post conjugium ad Catholicam Fidem conversos. Hoc dicit.

(1) *Non deue ser desfecho.* Concordat cum *cap. de infidelibus* 4. *de consang. & affinit.* & cum *cap. gaudemus* 8. *de divort.* & intellige, quando contraxerunt contra Legem Canonicam; nam si contra Legem Divinam, non teneret eorum matrimonium, ut per Gloss. & Doct. ibi.

Santa Eglesia por honrra, e por acrecentamiento de la Fe: porque los que non fuessen de nuestra Ley, non les embargasse de se tornar Christianos, el pesar que aurian de se partir de sus mugeres, con quien estouiessen casados segund su Ley (2).

TITULO VII.

Del Compadradgo, e del Profijamiento, porque se embargan los Casamientos.

COmpadradgo es embargo spiritual (1), por que se destoruan muchas vegadas los casamientos. E pues que en los Titulos ante deste fablamos de los embargos naturales, que pueden acaescer por razon de parentesco, e de cuñadia, queremos aqui dezir deste. E mostrar primeramente, que cosa es Compadradgo, e quantas maneras son del. E por quales maneras se faze. E quales fijos, o fijas de los compadres, o de las comadres, pueden casar en vno. E despues desto diremos del Porfijamiento, por que se embargan otrosi los casamientos.

LEY I.

Que cosa es Compadradgo, e quantas maneras son del.

SPiritual parentesco, es compadradgo que nasce entre los omes por los Sacramentos que se dan en Santa Eglesia. E esto es, como quando algun Clerigo (1) baptiza (2) algun niño. Ca estonce aquel que le baptiza, e todos los otros que le sacan de la Pila (3), quier sean varones, o mugeres (4), todos son padres spirituales de aquel niño. Esso mismo de aquel que tiene el niño delante el Obispo, quando lo confirma, crismandolo (5). E son tres maneras del parentesco spiritual. La primera es compadradgo, que auiene entre aquel que baptiza, e el padre, e la madre del baptizado. E avn si acaesciesse, que aquel que baptizasse ouiesse muger a bendicion, seria ella esso mismo comadre del padre, e de la madre, de aquel a quien baptizassen. La segunda es, aquella que auiene entre aquel a quien baptizan, e el que le baptiza; e otrosi, entre si, e entre aquellos quel sacan de la Pila. Ca ellos son llamados padres spirituales, e el fijo spiritual. Esso mismo es, que las mugeres (6) que ouieren a bendiciones (7) es-

(2) *Casados segund su Ley.* Ex hoc innuitur, quòd tenet matrimonium inter Sarracenos contractum, licèt Sarraceni, secundùm ritum suum, plures habeant uxores, scilicèt, quot alere possunt: dicebat tamen Vincent. quem refert Joan. Andr. *in dicto cap. de infidelibus*, quòd si Sarracenus, quando contraxit, intendebat contrahere secundùm ritum suum, quòd non tenet matrimonium, cùm non habeat matrimonialem affectum: quod dictum intelligit ibi Cardin. quando hoc expressit; nam si non expressit, in foro contentioso erit matrimonium; si tamen expressit, quia est contra naturam matrimonii, non teneret, *cap. fin. de condit. appos.* ritus enim Gentilium in habendo plures uxores, non toleratur à Lege Divina, neque de jure gentium, *cap. gaudemus* 8. cum ibi notat. *de divort.*

TITULUS VII.

(1) *Es embargo spiritual.* Et an pater spiritualis, de quo in isto titulo, possit testificari pro filio spirituali, vide Bald. quòd sic, *in L. parentes, C. de testib.* & an possit contrahi ista compaternitas per procuratorem, vide Bald. *in L. unica, §. ne autem, C. de caduc. tollend.* & *in L. si quis, C. de nupt.* & ibi dicit, quòd ista cognatio est quædam animorum conjunctio, mediante Deo: & nexus iste spiritualis potentior est temporali, quod asserit ipse ibi 2. *lectur.* & vide Gloss. *in cap. qui dormierit*, 27. *quæst.* 2. & *cap. pietatium*, 30. *quæst.* 3. & ibi traditur, cui potiùs tenetur quis subvenire, patri spirituali, an carnali: & an iste filius spiritualis excludat substitutum, si sine liberis decessisset, vide Bald. *in authent. nisi rogati, col. fin. C. ad Trebel.* ubi vide, an iste filius ali debeat à patre spirituali: & an ista cognatio trahatur ad temporalia judicia, vide eumdem Bald. *in L.* 1. *col.* 12. *C. qui accus. non poss.* Et adde, quòd inter Judæos non contrahitur cognatio spiritualis, secundùm Joan. Andr. *in regula ex eo, de regul. juris in Mercurial. in* 6. & secundùm Cardin. *in rubr. hujus tit.* & Alex. *consil.* 157. *vol.* 5. inter Christianum tamen, & Judæum, cujus filium Christianus suscipit de sacro fonte, benè contrahitur compaternitas, Glos. *in cap.* 1. 30. *q.* 1. Item secundùm Gloss. ibi, inter se, & patrem suscepti de sacro fonte, benè contrahitur compaternitas, licèt sit hæreticus, si aliquandò fuit baptizatus. Et quòd in eodem genere delicti plùs peccant, qui delinquunt contra parentes spirituales, quàm qui contra carnales, vide Gloss. *in cap. qualis*, 2. *quæst.* 7. Et an sit compater, qui levat de sacro fonte puerum Titii, quem credit esse filium Seji, vide Abb. *in cap. si vir, isto tit.* & de aliis quæstionibus in materia vide per eundem *in cap. veniens, eod. tit.*

LEX I.

Cognatio spiritualis est compaternitas, & est duplex: una, quæ contrahitur per Baptismum, alia per Confirmationem: per Baptismum contrahitur inter baptizantem, & baptizatum, & de sacro fonte levantes, & patrem, & matrem baptizati; & efficitur per hoc commater uxor baptizantis parentibus baptizati. Item contrahitur per Confirmationem inter confirmantem, & præsentantem, seu tenentem eum coram confirmante, & patrem, & matrem confirmati; non autem per cathechismum. Hoc dicit.

(1) *Clerigo.* Idem, si baptizans esset laicus: nam & tempore necessitatis laici baptizare possunt, ut *in cap. ad limina*, 30. *quæst.* 1. & infrà *L. proxim.*

(2) *Baptiza.* Concordat *cap.* 1. *de cognat. spirit. lib.* 6. & *cap. fin. de cognat. spirit.*

(3) *Que le sacan de la pila.* Concordant jura proximè allegata, & habetur *in dicto cap.* hoc procedere, & si plures sint tenentes in baptismo.

(4) *O mugeres. Cap. veniens* 6. *de cognat. spirit.* & *in cap. fin.* 30. *quæst.* 4.

(5) *Crismandolo.* Adde *cap.* 1. §. *fin. de cognat. spirit. lib.* 6.

(6) *Que las mugeres.* Intellige de carnaliter à maritis cognitis ante susceptionem, ut *in cap.* 1. ubi Glos. & *in cap. Martinus*, 4. *eod. tit.*

(7) *A bendiciones.* Nota benè, quia in his verbis videtur ista lex approbare opinionem dicentium, quòd per coitum fornicarium non inducatur ista compaternitas; & sic, si quis tenet filium alicujus in sacro fonte, licèt transmittat istam compaternitatem ad ejus uxorem legitimam, non tamen transmittit ad concubinam; quæ fuit opinio illorum, de quibus in Glos. *cap. si quis ex uno conjugio*, 30. *quæst.* 4. & tenet Glos. *in cap.* 1. *de cogn. spirit. lib.* 6. ubi & Joan. Andr. *in novella*, & Archid. *in dicto cap. si quis*, & Abb. qui dicit, istam commu-

estos sobredichos, son llamadas madres spirituales del baptizado, maguer non se acierten y quandol baptizaren. La tercecera es, hermandad que auiene entre el fijo spiritual, e los fijos carnales (8) de los padrinos, e de las madrinas.

LEY II.

Por quales maneras se faze el Compadradgo, de que nasce parentesco spiritual.

CONfirmacion, e Baptismo son dos Sacramentos, de que nasce el compadradgo, que es parentesco spiritual. E de la Confirmacion, que fazen los Obispos (1) con crisma en la frente, segun dize en el Titulo de los Sacramentos, nasce compadradgo desta manera; que tambien los Obispos que los confirman, como aquellos que los tienen al crismar, son padrinos del crismado. E estos padrinos son compadres de los padres, e de las madres, de aquellos que tuuieron, quando los confirmaron los Obispos. Esso mismo auiene en el Baptismo; quier sea el que baptiza Obispo, o Clerigo, o lego, o varon, o muger. E de todas las otras cosas que auienen ante del Baptismo, assi como quando soplan a la puerta de la Eglesia al que quieren baptizar, o le fazen renegar al diablo, e a sus obras, non nasce ende compadradgo, nin parentesco spiritual, por que se embarguen (2) los casamientos, que entre atales, o con tales fueren fechos; o con sus padres, o con sus madres, de los soplados.

LEY III.

Quales fijos, e fijas de los Compadres, e de las Comadres, pueden casar en vno.

FIjos, o fijas (1) de dos compadres bien pueden casar de so vno; fueras ende aquel afijado, o afijada, por quien fue fecho el compadradgo. Ca estos atales non pueden casar con los fijos (2), nin con las fijas de sus padrinos, nin de sus madrinas, porque son hermanos spirituales. E esto se deue entender, tambien de los fijos, e de las fijas, que fuessen nascidos ante del compadradgo, como de los otros que nascieron despues. E bien assi como ninguno non deue casar con su hermano, nin con su hermana carnal, bien assi defiende Santa Eglesia, que non case ninguno con su hermano, nin hermana spiritual, que es afijado, o afijada, de su padre, o de su madre. E otrosi, como ninguno, nin ninguna, non deue casar con su padre, nin con su madre carnal, que lo engendro; bien assi non deue casar con su pa-

munem opinionem, *in dicto cap. Martinus, de cogn. spir.* Glos. tamen *in dicto cap. si quis* videtur tenere contrarium, imò quòd ex coitu fornicario inducatur ista compaternitas, sicut inducitur affinitas, ut *in cap. discretionem* 6. *de eo qui cogn. consang. uxor. suæ*, & suprà *tit.* 6. *L.* 5. & eandem opinionem videtur tenere Innoc. *in dicto cap. Martinus*, licèt primò referat tenentes contrarium, & hæc opinio videtur probari *in cap. contracto* 5. *de cogn. spir.* secundùm lecturam illorum, quam reprobat ibi glos. 2. Istam etiam opinionem tenet S. Thom. relatus à Sylvestr. *in summa*, parte *matrimonium* la 8. versic 7. *quæritur*, & eandem tenet ibi ipse Sylvester, dicens audacissimè, quòd qni tenent opinionem contrariam, falluntur ex ratione turpitudinis peccati, rationem legis non aspicientes; & ibi profert alia verba audaciæ plena contra supplementum, & ejus motiva, quæ ibi videbis: undè cùm quæstio ista sit dubitabilis, & posita in conflictu opinionum, multùm est notanda ista lex, quæ interpretans jura Canonica, tenet primam opinionem; quam & in puncto juris credo esse veram, quia omnia jura Canonica loquuntur in uxore, & non in concubina, nisì tantùm *in dicto cap. contracto*, ubi hoc non probatur, sed refertur illud, quod erat in opinione eorum qui impedimentum asserebant, & non secundùm veritatem: & glos. secunda ibi reprobans illorum lecturam, quam prædixi, tenet istam partem, dicens, quòd si ita fuerat casus, ibi nulla esset quæstio, sentiens, quòd erat indubium, non induci talem compaternitatem per fornicarium coitum; & sic Bernardus, quem pro se allegat Sylvest. tenet oppositum. Tene ergò, quòd jus Canonicum induxit hoc, duobus concurrentibus, scilicèt consensu matrimoniali, & concubitu etiam matrimoniali, & sic cessant rationes Sylvestri: & ad illud de affinitate respondetur, quòd illud expressè est statutum, quòd inducatur affinitas ex eoitu carnali; & est vinculum carnale, non spirituale, & sic per canalia contrahi potest, quod non est in spirituali; & ista opinio quæ favet matrimonio est tenenda, prout alias dicit Hostiens. & sequitur Joan. Andr. *in cap. si vir, de cogn. spirit.* Trado tibi istud pro regula certa; quòd ubicunquè magistri per suas glossas solvunt matrimonium, nec jus expressum ad hoc adducunt, si invenias aliquem contrarium scribentem, quòd illi adhæreas; quanto magis tot Doctoribus stantibus pro ista parte, & insuper ista lege Partitæ, cùm edictum de contrahendo matrimonium sit prohibitorium, *cap. cum apud* 23. cum ibi not. *de sponsal.*

(8) *E los fijos carnales.* Inter filium ergò spiritualem, & filiam carnalem uxoris ipsius patris spiritualis ab alio viro susceptam, matrimonium contrahi potest, cùm inter eos non sit ista cognatio, ut expressè dicit Ant. *in dicto cap. Martinus*, ubi refert, se ita consuluisse: sequitur Dec. *consil.* 502. *col. fin.*

LEX II.

Per Confirmationem, quam facit Episcopus cum chrismate in fronte, contrahitur cognatio spiritualis, quæ impedit, & dirimit eisdem modis, sicut per Baptismum. Hoc dicit.

(1) *Que fazen los Obispos.* Hæc fit à solis Episcopis, ut *in cap. manus* 4. *de consecrat. dist.* 5. & tradit Glos. *in dict. cap. de cognat. spirit. lib.* 6.

(2) *Porque se embarguen.* Intellige, id est ut dirimatur matrimonium contractum; nam contrahendum impedit, *cap.* 2. *de cognat. spirit. lib.* 6. & *in cap. contracto* 5. *eod. tit.* & patet hìc, dum dicit, *que fueren fechos.*

LEX III.

Filii duorum compatrum possunt in matrimonio copulari, dum tamen cum illo non contrahatur, per quem compaternitas intervenit: & sicut inter fratres spirituales natos, & nascituros, non contrahitur matrimonium, ita nec inter filiam spiritualem, & patrem. Hoc dicit.

(1) *Fijos, o fijas.* Concordat cum *cap.* 1. & *cap. super, eod. de cognat. spirit.* & 30. *quæst.* 3. *cap. super quibus.*

(2) *Fijos.* Etiam si sint illegitimi, ut *in cap. fin. eodem tit.* & notat Abb. *in dicto cap. Martinus, eod. tit.*

padre, nin con su madre spiritual, quel baptizo, o lo touo (3) quandol baptizaron, ol saco de la Pila, nin con el quel confirmo, ol touo quando lo confirmaron.

LEY IIII.

En que manera puede vn ome casar con dos mugeres, que fuessen ellas comadres entre si; o vna muger con dos omes, que fuessen compadres: e non se embarga porende el Casamiento.

MArido, e muger, desque fuessen ya casados, si acaesciesse que el marido ouiesse ante fijo (1) de otra muger, o ella de otro marido, aquellos que fuessen padrinos deste atal, serian compadres del padre, e de la madre del, e non del otro. E en tal razon como esta podria acaescer, que vn ome podria casar con dos mugeres, que fuessen comadres la vna de la otra. Ca si acaesciesse que se le muriesse la vna muger, podria despues (2) casar con la otra: e non se embargaria el casamiento por esta razon, porque ellas fuessen comadres. Esso mismo seria de la muger, que podria casar con dos compadres, en la manera que dize de suso, que podria casar vn ome con dos comadres. E esto auiene, por quel fijo es tan solamente del vno, e non de amos a dos. Otra razon y ha, por que podria vn ome casar con dos mugeres, que fuessen ellas comadres. E esto seria, como si algun ome fuesse desposado, e su esposa, ante que se allegasse a ella carnalmente, fuesse madrina de alguno que sacasse de Pila, o quel touiesse quandol confirmassen: ca en tal razon como esta la comadre de la esposa non es comadre del esposo. E esto es, porque avn non se ayuntaron (3) carnalmente. E porende, si esta esposa muriesse, maguer despues que fuesse fecho el compadradgo ouiesse que veer con ella, bien podria por esso el esposo, o el marido, casar con la comadre de su esposa. Esso mesmo seria del esposo, si ouiesse alguno por afijado, en la manera que dize de suso de la esposa.

LEY V.

Que departimiento ha entrel parentesco spiritual, e el carnal, e de cuñadez, para non se embargar el Casamient .

NOn ha semejança el parentesco spiritual con el parentesco carnal, e de cuñadia. Esto es, porque en el parentesco carnal, e cuñadia, ha quatro grados, fasta que non puede ningun ome, nin muger casar con su pariente, nin con su parienta, nin con su cuñado, nin cuñada. Mas porque en el parentesco spiritual non ha grado ninguno, porende bien puede el padrino, o la madrina, casar con el fijo (1), o con la fija de su afijado. Otrosi bien puede casar el padrino, o la madrina con hermano de su afijado. E esto es, porquel padrino, nin la madrina, non han parentesco con fijos de sus compadres, nin de sus comadres, si non con aquellos que son sus afijados; nin otrosi con los hermanos de sus afijadas. Mas solamente con sus afijados, o con sus compadres, o con sus comadres. E porende ningun ome, nin muger, de los sobredichos, non pueden casar con aquel, o con aquella, con quien ouiessen parentesco spiritual.

LEY VI.

De los que se mueuen engañosamente a ser compadres de sus mugeres, para se departir dellas; que les non deue valer.

MAlquerencia (1) faze algunos omes fazer tales cosas, que son contra derecho. E porende touo por bien Santa Egle-

(3) *O lo touo.* Isti, qui vulgò dicuntur patrini, tenentur instruere baptizatos in Symbolo, & Oratione Dominica, & admonere ut castimoniam custodiant, justitiam diligant, charitatem teneant: sunt enim pro eis fidejussores apud Deum: vide text. notab. *in cap. vos ante omnia* 105. *de consecrat. dist.* 4.

LEX IIII.

Commater uxoris meæ ex filio ante nato, antequàm esset mea uxor alterius patris, aut commater sponsæ meæ, antequàm eam carnaliter cognoscam, non est commater mea: imò mortua uxore mea, vel sponsa mea, copula post carnali subsecuta, licitè possum ducere in uxorem talem ejus commatrem: idem & è converso. Hoc dicit.

(1) *Ante fijo.* Idem videtur, etsi post contractum matrimonium etiam uxore cognita, maritus habuisset filium ex adulterino coitu: nam qui levaret istum filium de sacro fonte, non efficeretur compater uxoris, quia eadem est ratio hoc casu, quæ erat in casu hujus textus, & tenet Glos. *in cap.* 1. *eod. tit. lib.* 6. & Abb. *in cap. Martinus, eod. tit.* Glos. *in summa*, 30. *quæst.* 3.

(2) *Podria despues.* Concordat *cap. post uxoris obi-*

tum, 30. *quæst.* 4. & *cap. qui spiritualem*, & Glos. *in dict. cap. Martinus, isto tit.*

(3) *Aun non se ayuntaron.* Vide *in dict. cap. post uxoris*, & Glos. ibi *in summa*, & Glos. & Abb. *in dict. cap. Martinus.*

LEX V.

In cognatione spirituali non sunt gradus, sicut in consanguinitate, & affinitate: ideò pater spiritualis potest licitè cum filia, vel sorore sui filii spiritualis, matrimonio copulari. Hoc dicit.

(1) *Con el fijo.* Vide text. & Glos. *in cap. fin.* 30. *q.* 3. & Glos. *in cap.* 1. *de cognat. spir. lib.* 6. qui concordant cum ista lege.

LEX VI.

Pater proprium filium malitiosè prætextu compaternitatis, ut ab uxore separetur, de sacro fonte levans, aut illum confirmandum præsentans, & etiam si incautè credens ei licere, graviter peccat; sed ob hoc ab uxore non separatur: sed si in casu necessitatis baptizet, nec peccat, nec separabitur. Hoc. dicit.

(1) *Malquerencia.* Odio enim quandoquè homines fla-

(2) *Por palabras de presente.* Et sic jure isto Partitarum, si donaretur sponsæ de præsenti, non tenebat donatio, licèt sponsa non fuisset ducta ad domum sponsi: hoc & probatur de jure communi *in L. pen. ff. de donat. inter vir. & uxor.* & per illam legem ita tenet Joan. de Imol. *in L. Mævia*, *ff. solut. matrim.* corrigens se ipsum ab eo, quod in contrarium dixerat *in L. si socer*, §. *Lucius*, *eod. tit.* & de jure communi ista erat communis opinio, ut attestatur Socin. *consil* 123. *primo vol.* incipit *supra scripti.* Azo tamen *in summa*, *C. de donat. ante nup.* sub dubio fortè tenet, donationem factam sponsæ de præsenti ab sponso ante ductionem ad domum sponsi, tenere, motus per text. *in dicta L. pen.* §. 1. cujus opinio hodie est approbata jure hujus Regni, ut patet ex *L.* 52. *in LL. Taurinis.*

(3) *Por su culpa finca.* Concordat *L. cum veterum* 15. *C. de donat. ante nupt.*

(4) *Besasse la esposa.* Concordat *L. si à sponso* 16. *C. de donat. ante nupt.*

(5) *Besado.* Et si matrimonium consummatur carnali copula, lucratur totum, ut *in dicta L. Tauri*: si tamen ea, quæ dat sponsus sponsæ de præsenti ante ductionem, darentur jam consummato matrimonio, non fierent sponsæ, ut colligitur à contrario sensu *in dicta L. Tauri*, & ibi tenet Gloss. & idem, si post ductionem ad domum, quia ex ductione præsumitur copula, ut ibi per eum, & facit *cap. litteris* 12. *de præsumpt.* & quod habetur *in L. cum fuerit*, *de condit. & demonstr.* & *in L. mulierem* 5. *cum L. sequenti*, *ff. de ritu nupt.* & adde etiam Azon. *ubi suprà.*

(6) *La metad.* Idem, si sponsa post osculum ingrederetur religionem: vide Corne. *consil.* 228. *primo vol.*

(7) *Cobdiciosas.* Adde *L. si stipulata* 33. §. *si uxor*, *ff. de don. inter vir. & uxor. L. sed si ego*, *ff. ad Vellejan.*

(8) *Es esta.* Fuit Azon. originaliter *in summa*, *C. de donat. ante nupt.* & Gloss. *in dicta L. si à sponso*, *C. de donat. ante nupt.* ubi Cynus assignat aliam.

LEY IIII.

Quales donaciones non valen, que el marido e la muger fazen entre si, despues quel matrimonio fuere acabado, e en que manera se pueden desfazer.

DVrando el matrimonio, fazen a las vegadas donaciones, el marido a la muger, o ella al marido, non por razon de casamiento, mas por amor que han de consuno vno con otro. E tales donaciones como estas son defendidas (1), que las non fagan, porque non se engañen, despojandose el vno al otro, por amor que han de consuno: e porque el que fuesse escasso, seria de mejor condicion, que el que es franco en dar. E porende, si las fizieren, despues que el matrimonio es acabado, non deuen valer (2), si el vno se fiziere por ello mas rico (3), e el otro mas pobre (4); fueras ende, si aquel que fiziesse tal donacion, nunca la reuocasse (5), nin la desfiziesse en su vida (6): ca estonce fincaria valedera. Mas si reuocasse la donacion en su vida el que la fiziesse, diziendo señaladamente: Tal donacion como esta, que fize a mi muger, non quiero que valga; o si callasse, non diziendo nada, e la diesse despues (7) a otro, o

LEX IIII.

Prohibitæ sunt donationes inter virum, & uxorem, matrimonio durante, ex quibus unus ditior, & alter pauperior efficitur: si tamen donans eas in vita non revocaverit, hoc exponendo, aut res donatas alii vendendo, vel donando, & præmoritur, confirmatur. Hoc dicit.

(1) *Son defendidas.* Concordant *LL.* 1. 2. *&* 3. *ff. de don. inter vir. & uxor.* & plenissimè de istis donationibus vide per Palac. Rub. *in sua eleganti repet. in rubr.* versic. *sunt & aliæ*, *col.* 18. ubi per multas cartas istam materiam enucleat, & ibi vide quatuor ampliationes, & 7. limitationes; & ad id, quod tradit in 3. limitatione, an ista donatio confirmetur juramento, adde Bald. Novel. *in tract. de dote*, *charta* 49. *col.* 3. & Dec. *consil.* 202. *&* 232. & Alex. *consil.* 157. 2. *vol.* ubi asserit, communem opinionem esse, quòd firmatur juramento, & non speratur confirmatio per mortem mariti. Et nota, quod licèt donatio sit prohibita inter conjuges, reliqui tamen contractus sunt permissi, sicut inter cæteros contrahentes, ut tradit Alex. *consil.* 86. 5. *vol.* ubi allegat bonas leges, tam in contractu depositi, quàm in contractu societatis omnium bonorum, & in contractu emptionis, & venditionis, mutui, & pignoris: vide ibi, & adde in ista materia notabile dictum Bald. *in L. pro oneribus*, *C. de jure dot.* quòd si uxor ex avaritia non consumpsisset fructus sibi donatos, quos vir prodigus dissipasset, quod vir non potest illos repetere, ex quo vir non est effectus pauperior, & ex quo illi fructus essent perituri apud eum consumptione: & satis ego dubito de veritate hujus dicti, maximè cùm Bald. nihil pro hoc alleget; propter Baldi tamen auctoritatem nota benè: & ibi vide per eum de ratione diversitatis, cur uxor licitè habeat fructus, quos percepit ex re sibi donata, ut *in L. de fructibus* 17. *ff. eodem tit.* & non quando fructus donantur de per se: adde etiam, quòd donatio reciproca benè valet inter virum, & uxorem, Bald. *in L. si pater*, *C. de inof. testament.*

(2) *Non deue valer.* In tantum, quòd neque ex ea oritur naturalis obligatio, Bart. *in L. quod meo*, *in princ.* & ibi Alex. *col.* 3. *ff. de acquir. posses.*

(3) *Mas rico.* Ut *in L. si sponsus* 5. §. *concessa* 8. & *in L. quod autem* 7. §. *si maritus*, *ff. de donat. inter vir. & uxor.* & *in L. Marcellus* 45. *eodem tit.* & adde Joan. Lupi. *in dicta sua repetit. fol.* 215. versic. *requiritur etiam.* Et debet esse locupletior tempore mortis mariti: undè, si donata sunt centum, & uxor consumpsisset 50. tantùm, restituentur quinquaginta; & illa tenetur hæres uxoris restituere, licèt ea ipse consumpserit, quia uxor potest præjudicare marito consumendo, non tamen ejus hæres, ut *L. quod de bonis* 15. §. *ex donationibus* 5. & ibi Paul de Cast. *ff. ad L. Falci.* & vide *L. quod autem* 7. *in princ. ff. de donat. inter vir. & uxor.* quod inspiciatur, an sit locupletior tempore litis contestatæ.

(4) *El otro mas pobre.* Hoc declaratur *in L.* 5. *&* 6. *infrà eod.* & *ff. eod. L. si sponsus* 5. §. *si maritus* 13. *&* §. *si quis* 15. per quam legem Socinus *consil.* 114. *vol.* 1. dicit, quòd maritus potest renuntiare pacto de lucranda dote, vel statuto sibi deferenti hoc lucrum: & vide quæ tradit Joan. Lupi. de Palac. Rub. *in dicta repet.* §. *sunt & aliæ*, *in* 1. *limitatione.*

(5) *Nunca la revocasse.* Nam si revocasset priùs, & postea approbasset, non videretur revocata, sed confirmaretur morte: quia ultima pœnitentia debet inspici, *L. cum hic status* 32. §. *ait* 2. *&* §. *pœnitentia* 3. *ff. de don. inter vir. & uxor.*

(6) *En su vida.* Nam si non revocatur, morte confirmatur, ut hìc, & *in L. donationes quas parentes* 25. *C. de donat. inter vir. & uxor.* & *dict. L. cum hic status* 32. §. 1. *&* §. *ait oratio* 2. Adverte tamen, quod requiritur traditio, ut ista donatio morte confirmetur, & non sufficit sola donatio, nisi aut res sit tradita tempore donationis, aut postea, vivo donante, ut *in L. Papinianus* 23. *ff. eod. tit.* & arg. *L.* 2. *C. si quis alt. vel sibi*, & notat Bald. *in cap.* 2. *in fin. de feud. dato in vic. leg. commissor.* ubi vide per Additionat. quòd sufficeret traditio per constitutum, vel precarium, & adde Gloss. & ibi Bart. *in fin. in L.* 2. *C. de dote caut. non num.* & Dec. qui alia allegat *consil.* 296. *col.* 1. *in princ.* ubi concludit, quod sufficit traditio ficta, adde etiam Jason. *in L. si divortio*, *ff. de verb. oblig. col.* 3. Et confirmatur hæc donatio etiam per mortem accidentalem gladii, ut *in L. si tibi* 11. ubi Bald. *C. de donat. ante nupt.* & an confirmetur per mortem civilem, vide Bald. quòd sic, *in L. executorem*, *col.* 9. versic. *quæro quidam*, *C. de execut. rei judic.* & hoc respectu fisci, ne donationem invadat; ipse tamen maritus vivens poterit revocare, per text. quem dicit unicum *in L. sed si mors* 13. *ff. de donat. inter vir. & uxor.* & est similis, & ibi notat Bald. *in L. res uxoris* 24. *C. eod. tit.* subdit Bald. verbum notab. quòd si maritus revocaverit, tunc res donatæ erunt suæ, & non fisci: quia non fuerunt inclusæ in confiscatione, *L. si deportati servo* 7. *ff. de legat.* 3. & de isto dicto, ut singulari meminit Jaso *in L. si stipulatus fuerim*, §. 1. *in fin.* 2. *col. ff. de verb. oblig.* Et an donatio quæ confirmatur morte indigeat insinuatione, vide *dict. L. donationes* 25. *C. eod.* & Bald. *in L. fin. C. de usuc. pro donat.* Et ista donatio sic morte confirmata, retrotrahitur quoad fructus, non verò quoad dominium, ut notat Gloss. *in dicta L. donationes*, reprobatis Gloss. quæ contrarius voluerunt *in L. sequens quæstio*, *ff. de legat.* 2. & *in L. si sub conditione*, *ff. de solut.* ut reprobat eas Bart. *in dicta L. sequens quæstio*, dicens, quòd singularitas *dictæ L. sequens quæstio* non est in hoc, ut talis donatio trahatur retro quoad dominium, sed in hoc, ut ipsa donatio sit extra causam bonorum tempore mortis viri, nec requirat ad sui confirmationem aditionem hæreditatis: & quòd non trahitur retrò quoad dominium, patet, quia respectu usucapionis non inspicitur tempus traditionis, sed confirmationis, secundùm Bald. *in dicta L. fin. C. de usucap. pro donat.* Paul. de Cast. *in L.* 1. *ff. pro donat. in* §. *si pater*, ubi & Angel. Et nota, quod hæc donatio, morte confirmata, est quædam tertia species de per se, separata à donatione, & à legato, seu relicto in testamento, secundùm Bart. *in dicta L. sequens*, & tradit Alex. *consil.* 26. 2. *vol.* nam, ut dixi, non requiritur in ea aditio hæreditatis, ut confirmetur: vide etiam Bald. *in L.* 1. *C. de don. inter vir. & uxor.*

(7) *E la diesse despues.* Adde *cap. fin. de donat. inter vir. & uxor.* & *L. si maritus* 12. *C. eod. tit.* & Azon. *in sum. col.* 6. vers. *revocatur*, ubi ponit, quid si pignori dedit, & vide Bart. *in L. rem legatam*, *ff. de adit. leg.* ubi distinguit inter pignorationem generalem, & in specie: adde Bart. Bald. & Doct. *in dicta L. si maritus* 12. legando tamen rem donatam, non videtur revocare donationem: quia ante aditionem desinit esse in bonis per solam mortis con-

o la vendiesse; o si muriesse aquel (8) que rescibiera la donacion, ante de aquel que la fizo; desatarse y e por qualquier destas razones la donacion primera.

LEY V.

Por que razones valen las donaciones que el marido, & la muger se fazen vno a otro.

Ley 5. tit. 2. lib. 5. Recop. CAsos y a, e razones, en que valdria el donadio que fiziesse el marido a la muger, o ella al marido, durando el matrimonio. E esto podria acaescer en dos maneras. La vna es, assi como quando el que da la donacion, non se faze por ella mas pobre, e aquel a quien la da, se faze por ella mas rico. E esto seria, como si algun (1) ome, o muger, fiziesse su heredero algun ome casado, diziendo assi: Yo fago mi heredero a tal ome (nombrandole señaladamente) e mando, que quando el finare, que este heredamiento quel yo do, que finque a su muger. Ca si el marido della, ante que entrasse en tenencia de aquella heredad, la diesse a su muger, valdria tal donacion. E esto es, porque non seria el porende mas pobre; pues que non era avn en tenencia del heredamiento, e non se le mengua ninguna cosa del patrimonio que auia ante. Esso mismo seria, si alguno en su testamento mandasse al marido alguna cosa, assi como casa, o viña, o heredad, en la manera sobredicha; e despues la diesse a su muger, ante que fuesse apoderado della. Otro tal seria, si el marido diesse a la muger alguna cosa que non fuesse suya (2): ca valdria la donacion, para poderla ganar la muger por tiempo. Esso mismo seria, ca valdria la donacion que fuesse fecha en alguna otra manera (3) semejante destas entrel marido, e la muger.

LEY

confirmationem *L. cum pater* 77. §. *pater filiæ* 17. & ibi Paul. de Castro, *ff. de legat.* 2. *L. antepen. C. de donat. inter vir. & uxor.*

(8) *O si muriesse aquel.* Adde *L. à marito* 18. *C. eod.* & vide Dec. *consil.* 240. ubi vult, quòd hoc procedat etiam in donatione jurata; de quo multùm dubito, & contrarium tenere videtur Bald. Novel. *in tractat de dot. fol.* 49. *col.* 3.

LEX V.

Si maritus instituatur hæres, & rogatur, quòd post mortem uxori hæreditatem restituat, vel quod ei, ut sic restituat, legatur, & ipse causa donationis, antequàm ipse quærat, restituit uxori; valet donatio talis, quia nihil de his primo diminuitur, cùm nondùm acquisiverat possessionem: idem si rem alienam ei donet, quia potest mulier eam præscribere. Hoc dicit.

(1) *Como si algun.* Concordat *L. si sponsus* 5. §. *si maritus* 13. & §. *si quis* 15. *ff. de donat. inter vir. & uxor.* & adde Azon. *in sum. C. eod. col.* 2. & istos casus, in quibus valet donatio inter virum, & uxorem, constante matrimonio, cumulat Lucas de Penna *in L. mulieres C. de incol. lib.* 10.

(2) *Que non fuesse suya.* Concordat *L. sed & si constante* 25. *ff. eod.*

(3) *Otra manera.* Exemplifica, ut per Azon. ubi suprà, & per *L. si sponsus* 5. §. *concessa* 8. & *L. quod autem* 7. §. *si maritus*, *ff. eodem*, & *Cod. eod. L. si maritus* 10. sed ista sunt exempla *L. sequentis*; undè pone, ut in casu *L. sed si vir* 31. §. *quod legaturus* 7. *ff. eod.* Et facit ista lex Partitæ, & etiam dictæ leges juris communis, quòd, etsi uxor renuntiet constante matrimonio lucris quærendis pro sua parte, quòd valeat talis renuntiatio, neque vitietur eò, quia prohibita est donatio inter virum, & uxorem; & per ista jura ita reperio decisum inter decisiones Rotæ antiquas *decisione* 842. incipienti *consuetudo est in quodam loco*, & in hoc se inclinat Roder. Suar. *in comment. L.* 1. *in tit. de las ganancias, lib.* 3. *Foro Leg.* ubi in prima limitatione illius legis Fori allegat dictam decisionem Rotæ; pro quo etiam facit regula *L. si unus* 27. §. *pactus* 2. *ff. de pactis*, quòd de facili prædicta lucra ad virum totaliter revertentur, ad quem integraliter de jure communi spectabant, ut *in L. Quintus Mutius* 51. *ff. de donat. inter vir. & uxor. L. etiamsi* 6. *C. eod* Addè etiam, quòd per prædictas leges consulit Socinus 1. *vol. consil.* 114. incipit *viso testamento dominæ Marianæ*, tenere renuntiationem factam per virum pacto de lucranda dote, ex quo vir non donat aliquid de proprio patrimonio, sed renuntiat lucrum quærendum, & facit *L. fin. in fin. C. de codicil.* & *L. quod autem* 6. *in princ. ff. quæ in fraud. credit.* quando enim renuntiatio obviat initio acquisitionis, non est donatio inter virum, & uxorem, ut in dictis juribus, & notat Bald. *in L. illud col.* 3. *C. de sacros. eccles.* Ego vero, quando ipsa renuntiatio fieret in ipso contractu matrimonii ante ductionem uxoris ad domum, crederem dictam conclusionem esse veram; si tamen fieret postea, crederem contrarium verius esse ex multis, quibus moveor. Primò, quia ex tali conclusione esset dare materiam perfidiæ, & inimicitiæ inter virum, & uxorem, si uxor nolit talia lucra renuntiare; quod jura abhorrent, ut *in L.* 1. *&* 2. *ne fidejus. dot. dent.* Secundò, quia non potest negari, quin jus spei ad ista lucra sit jam causatum, & acquisitum uxori, ex legis dispositione; & remittere talem spem, est donare jus jam quæsitum, & in ejus persona firmatum *L. spem* 3. *cum simil. C. de donation.* Tertiò, quia si hæc conclusio esset vera, oporteret dicere, idem esse dicendum, si maritus renuntiaret istis lucris, seu conquæstis, ut sic totaliter acquirerentur uxori; quod tamen evidenter videtur esse iniquum, & absurdum: nam cùm ex operis, & industria viri ista lucra proveniant, videretur maritus perdens operas ita donando, seu remittendo, esse pauperior, cùm magnus respectus habeatur ad tales operas, & industriam in istis lucris: ad hoc facit *L. si non fuerint* 29. §. 1. *ff. pro soc.* & §. *de illa* 2. *Inst. de societ. L.* 4. *tit.* 10. *infrà* 5. *Part.* Similiter moveor, quia ex parte uxoris habetur magnus respectus ad istas operas in custodiendo res: cùm æqualis virtus sit quærere, & parta tueri, & gubernare familiam, & educare liberos, ut & adducit idem Roderic. Suarez in alio proposito *in dicta L.* 1. 3. *limitatione, tit. de las ganancias, lib.* 3. *Foro Leg.* Item, & 4. licèt sint opiniones, an uxor contrahere cum marito valeat, quia ex hoc maritus videtur dare consensum, juxta notata per Bart. *in L. cum pater*, §. *libertis, de legat.* 2. & per Abb. *in cap. cum in veteri, col.* 3. *de election.* hoc tamen non caret scrupulo, cùm ista licentia videatur quædam auctoritas quæ non potest præstari in facto proprio, *L.* 1. & ibi Bart. *ff. de auctor. tutor.* & dicit Bald. *in L. si quando*, §. *illud*, *C. de inoffic. testam.* quòd si filia per statutum non potest contrahere sine auctoritate patris; pater non potest præstare auctoritatem ad celebrandum contractum cum ea: & quia istud statutum de præstanda viri licentia, necdùm est favore mariti, ut dicit Bald. *in L.* 1. *C. unde vir. & uxor*, sed etiam propter imbecillitatem mulieris, & ne fragilitate decipiatur, arg. *L. cum multæ* 20. *C. de donat. ante nupt.* & tradit Ludov. Rom. *in L. pactum, C. de collat. col.* 6. & sic durum videtur, & iniquum, quòd talis contractus permittatur geri cum marito. Quintò moveor, quia dicta jura loquuntur in casu multùm diverso, scilicèt, ubi nullum jus erat radicatum in persona uxoris; quod hìc cessat, cùm jam erat legitima spes habendi ista lucra sibi quæsita: & facit in arg. *L.* 3. *in fin.* cum *L. seq. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Neque

obs-

LEY VI.

De que cosas podrian fazer donacion el marido, e la muger, vno a otro; maguer el matrimonio fuesse acabado.

EMpobresciendo el que fiziesse la donacion, por razon della, e non enriquesciendo mas por ella aquel a quien la diessen, es la otra manera, de que fizimos emiente en la ley ante desta, que valdria la donacion que fiziesse el marido a la muger, o el vno al otro, durando el matrimonio. E esto seria, como si vno dixiesse al otro, quel daua alguna sepultura (1) suya, en que se soterasse, ol diesse, ol comprasse logar en que la fiziesse; ol diesse heredad alguna, en que fiziesse alguna Eglesia, o Monasterio; ol diesse renta de alguna heredad, o dineros, o otra cosa, quel diesse por luminaria a alguna Eglesia: tales donaciones como estas, o otras semejantes dellas, deuen valer, porque aquel a quien las dan, non se aprouecha dellas en su vida; otrosi, porque son dadas en manera que se torna en seruicio de Dios.

LEY VII.

Que las donaciones, e las dotes, que son fechas por razon de Casamientos, deuen ser en poder del marido, para guardarlas, e aliñarlas.

EN possession (1) deue meter el marido a la muger, de la donacion quel faze; e otrosi la muger al marido, de la dote quel da: e como quier quel vno meta al otro en tenencia dello, todavia el marido deue ser señor (2), e poderoso de todo esto sobredicho, e de rescebir los frutos de todo comunalmente, tambien de lo que da la muger, como de lo que da el marido, para gouernar a si mismo, e a su muger, e a su compaña; e para mantener, e guardar el matrimonio bien, e lealmente. Pero con todo esto non puede el marido vender, nin enajenar (3), nin malmeter, mientra que durare el matrimonio, la donacion que el dio a la muger, nin la dote que recibio della; fueras ende, si la diere apreciada (4). E esto deue ser guardado, por esta razon: porque si acaesce que se departa el matrimonio, que finque a cada vno dellos libre, e quito (5) lo suyo, para fazer dello lo que quisiesse (6); o a sus herederos, si se departiesse el matrimonio por muerte.

LEY

obstat, quòd iste actus renuntiandi potest se habere ad commodum, sicut & ad damnum, eò quia non tenebitur, renuntiatis lucris, uxor ad debita, prout & tetigit Roder. Suarez *in dicta L. 1. 1. limit.* facit *L. si pater puellæ, C. de inoffic. testam.* quia respondetur, hoc semper redundare in damnum uxoris, in cujus potestate est, si viderit sibi expedire, soluto matrimonio, renuntiare lucris, ut non teneatur ad debita: talis igitur actus durante matrimonio communiter, & in plurimum potest operari damnum, nunquàm lucrum, seu commodum: facit, quod notat Decius *in L. de fideicommisso C. de transact.* & istud videtur tenendum, quicquid in hoc dixerit Palac. Rub. *in dicta repet. rubr. de donat. inter vir. & uxor. col. mihi* 211. *cum sequent.* Confirmantur etiam prædicta ex his quæ tradit Franciscus de Ripa *in L. si unquam, quæst.* 11. *C. de revoc. donat.* ubi dicit, quòd quando jus acquirendum est radicatum de præsenti, & spe certa, & probabili, renuntiatio talis juris est donatio, & revocatur ex dispositione text. *in dicta L. si unquam*; licèt dictum Ripæ non sit sine scrupulo quoad casum *dictæ L. si unquam*, ut tradit Carol. Molinæus *in comment. consuet. Parisiens.* §. 1. *in gloss.* 3. *col.* 8.

LEX VI.

Si ex donatione non efficiatur recipiens ditior, ut si detur conjugi campus pro sepultura, vel pro ecclesia ædificanda, vel pro luminaribus, aut similibus; licèt donans efficiatur pauperior, tenet donatio. Hoc dicit.

(1) *Sepultura.* Adde *L. si sponsus* 5. §. *concessa* 8. & *L. sive uxor* 34. *ff. eod.* & Azon. *in summa, ubi suprà.*

LEX VII.

Debet maritus rei donatæ propter nuptias uxori tradere possessionem, & ipsa viro dotem: sed utrobiquè debet maritus esse dominus, & potens prædictorum. Hoc dicit.

(1) *En possession.* Taliter enim debet fieri donatio propter nuptias, ut mittat vir uxorem in possessione rerum donatarum: & approbatur hìc opinio Azon. *C. de donat. ante nupt. in summa*, quia in mulierem debet transire dominium, ut rei vendicare possit, ut *in authent. permissa, C. de donat. ante nupt.* & *authent. donationem, C. de jure dotium*, & dixi suprà *eod.* L. 1. & licèt non tradatur possessio, datur mulieri utilis in rem, ut dicit Glos. *in dict. authent. donationem*, & ibi Salic. & Doct.

(2) *Deue ser señor.* Intellige respectu administrationis, dispositionis, & receptionis fructuum, ut statim subdit: & approbatur opinio Azon. ubi suprà, licèt Doctor de Pal. Rub. aliter intelligit istam legem *in repet. cap. per vestras, in rubr. col. mi* 69. ubi vide.

(3) *Nin enagenar.* Adde text. *in authent. sive à me, C. ad Vellejan.* & *cap. pervenit* 6. *de empt. & vendit.*

(4) *Apreciada.* Intellige de tali æstimatione, quæ facit emptionem, ut *in L. plerumque* 10. §. *si ante* 4. *ff. de jur. dot.* & vide quæ dixi infrà *eod. tit. LL.* 18. *&* 19. Et intellige etiam, quando æstimatio facta fuit à principio, cùm data fuit dos; secùs, si fuit ex post facto, nam tunc non facit emptionem, secundùm Bald. Salic. & Jas. *in L. ex conventione, C. de pactis*; rationem vide ibi per Salic. Intellige etiam, ut tunc teneat venditio rei dotalis æstimatæ, quando maritus sit solvendo æstimationem; aliàs mulier poterit habere recursum ad rem æstimatam, etiam contra extraneos possessores, ut *in L. in rebus* 30. *in princ. C. de jure dot.* Bald. & Salic. *in L. interest, C. de usufr.* Bald. Novellus *in tract. de dote, charta* 35. *col.* 1. *in princ.* Quid autem, si soluto matrimonio uxor recipiat pretium rei dotalis alienatæ? an confirmetur alienatio, etsi res non fuerit data æstimata, videtur, quòd non, sed adhuc duret res dotalis, & talia privilegia sortiatur, & peti posset per mulierem, ex notatis per Bald. *in L.* 1. *C. sine censu, vel reliq.*

(5) *Libre, e quito.* Adde *cap. fin. de donat. inter vir. & uxor.* & an requiratur, quòd priùs sit soluta dos, ut sic donatio propter nuptias redeat ad virum, Bald. post Nicol. de Math. tenet, quod sic, *in auth. sive à me, C. ad Vellejan.* vide ibi Salic.

(6) *Lo que quisiesse.* Ex hoc verbo videtur, quòd istæ leges Partitarum, cùm loquantur de donatione propter nuptias, quæ in Hispania dicuntur arræ, ut suprà *eod.* L. 1. non senserunt de arris, quæ hodie dantur juxta leges Fori: quia illæ sunt lucro mulieris, & non revertuntur ad virum; imò

LEY VIII.

Quien deue dar las dotes.

Ley 8. tit. 9. lib. 5. Recop.

Establescidas pueden ser las dotes en maneras muchas: ca tales y a, que las establescen de su voluntad; assi como la muger, que la puede dar por si misma a su marido, o otro qualquier (1) que la de en esta manera en nome della. E otros y ha, que son tenudos de las dar por premia, maguer non quieran; assi como el padre (2), quando casa su fija que tiene en su poder. Ca, quier aya ella algo de lo suyo, o de otra parte, o non, tenudo es el padre de la casar, e de la dotar (3). Otrosi el abuelo de parte de padre (4), que ouiere su nieta en poder, tenudo es de la dotar quando la casare, maguer non quiera; si ella non ouiere de lo suyo, de que pueda dar la dote por si. Pero si ella ouiere de que la dar, non es tenudo el abuelo de la dotar, si non quisiere, de lo suyo: mas deuela dotar de lo della. Esso mismo seria del visabuelo que touiesse visnieta en su poder.

LEY

imò ipsa mulier liberè disponit de eis, juxta formam *L.* 1. *tit. de las arras*, *lib.* 3. *For. Leg.* & habetur *in L.* 51. *in Ordin. Tauri*; quod facit ad quæstionem, quam dixi suprà *in dict. L.* 1. an arræ possent constitui durante matrimonio, licèt à principio non fuerint promissæ.

LEX VIII.

Pater tenetur filiam, quam habet in patria potestate, in matrimonium collocare, & dotare, sive ipsa teneat de suo, sive non: idem de alio ascendente, si habeat eam in potestate, & ipsa non habeat de suo dotem; nam si habet, non cogitur eam ipse dotare de suo. Hoc dicit.

(1) *O otro qualquier.* Qui, si non stipuletur dotem sibi reddi, dos, soluto etiam matrimonio, pertinebit ad mulierem, ut *in L. una*, §. *accedit*, *C. de rei uxor. act.* nam donare videtur mulieri, *L. cum is* 32. §. 2. *ff. de condict. indeb.* quod procedit etiam, si extraneus promittat dotem pro incerta persona, ad quam nullam habeat affectionem, ut *in L. à Titio* 108. *in princ. ff. de verb. oblig.* secundùm Paul. de Castr. Alex. Aret. & Jas. ibi, & adde *L.* 30. *infrà eod.* & quæ ibi dicam: si tamen iste extraneus, qui dat, vel promittit dotem pro muliere; fuisset negotiorum gestor ipsius mulieris, tunc videtur dotare de bonis mulieris, secundùm Doct. *in L. fin. C. de dot. promis.* super Gloss. ibi, quæ posuit istam quæstionem: vide ibi Salic. & Bart. *in L. uxorem*, §. *pater naturalis*, *ff. de leg.* 3. Et quid si pater erat absens, vel in carceribus, vel fortè perfidia detentus nolebat dotare filiam? an tunc, si aliquis conjunctus, vel alius dotet filiam, repetere possit à patre, vide Bald. Novell. quòd sic, *in tract. de dote*, *fol.* 9. *col.* 2. *in princ.*

(2) *El padre.* Concordat *L. capite* 19. *ff. de ritu nupt.* & *L. fin. C. de dot. promis.* & procedit, licèt ipsa filia sit dives, ut probatur *in dict. L. fin.* & ibi Angel. notat, & etiam Bal. & Bal. Novell. *in tract. de dote*, *fol.* 9. *col.* 1. versic. 3. *privilegium*; & ibi ampliat, etiam si pater dotet ultra congruentiam, nam talem excessum etiam videtur dare de suo, & non de bonis filiæ; & sic non ambulant in hoc pari casu dos, & alimenta, ut ibi latiùs per eum: & istud est tenendum, quidquid aliàs dixerit Bart. *in L. mulier*, §. *cum proponeretur*, *ff. ad Trebel.* & Jo. Lup. *in sua repet. cap. per vestras*, *super text. col. mi* 286. qui & alibi, scilicèt *col.* 296. tenet primum, quod firmavit; & hoc approbat ista lex ibi, *ca quier aya ella algo*, &c. Item procedit, etsi pater sit administrator bonorum filiæ, secundùm Joan. de Imol. & alios communiter, *in L.* 1. *ff. solut. matr.* ubi Socin. salvat dictum Bart. *in L. Nesennius*, *ff. de negot. gest.* qui in hoc videtur voluissse contrarium, quando scilicèt pater non tenebatur dotare, vel non poterat: sunt enim aliqui casus, in quibus pater non tenetur filiam dotare, ut si filia esset naturalis, vel spuria, vel aliàs, ut tradunt moderni *in dicta L.* 1. Item procedit, etsi pater protestetur, quòd dat dotem filiæ de bonis suis, & de bonis filiæ: nam si ad dotem sufficiunt vires patrimonii patris, intelligitur, quòd dotat de suo, & in eo, quod non sufficeret, quòd dotat de bonis filiæ, ut est casus *in L. fin. C. de dot. promis.* undè consulit illa lex, ut pater in hoc se declaret, videlicèt, exprimendo quantitatem, quam dat de bonis filiæ, ibi: *Ne dum effuso se jactet*, &c. non tamen intelligas, quòd velit illa lex, quod si pater exprimat, quòd dotat filiam de propriis bonis filiæ, quòd ex hoc ipse liberetur ab onere dotandi de proprio juxta legis dispositionem: quia adhuc remanet obligatus, etsi filia consentiret assignationem dotis de ejus propriis bonis; quia non potest pater per talem protestationem se liberare ab ista obligatione: ita declarat Socin. *in L.* 1. *ff. solut. matrim.* & satis benè, quem latiùs in hoc ibi poteris videre: & ita intelliges istam materiam, & *dict. L. fin.* Item procedit, etsi pater protestetur, quòd dotat filiam de bonis filiæ, & non de propriis: cùm enim pater lege sit obligatus ad dotandum de proprio, non potest se liberare per protestationem talem; quod limitat Aret. & moderni Senenses, & etiam Ripa *in dict. L.* 1. nisi filia consensisset tali protestationi: vide ibi per eos: & certè in filia, quæ est sub potestate patris, & facit quidquid sibi jubeatur à patre, non videtur tuta hæc limitatio, neque ex hoc pater liberaretur ab onere dotandi de proprio, quando pater secundùm vires sui patrimonii teneretur ad talem dotem; si verò non teneretur ad tantam dotem, tunc benè stat, quòd filia consentiat, ut de proprio solvatur id, quod erat ultra obligationem patris: imò, & tunc sine consensu filiæ ita deberet fieri, quando pater exprimeret, quòd dotabat de bonis suis tantam summam, & de bonis filiæ tantam; vel si dicat in promissione, *computato eo*, *quòd filiæ de bonis suis ex parte matris*, *vel aliàs pertineat*: & ita vult Socin. *in dict. L.* 1. declarans benè text. *in dict. L. fin. C. de dot. promis.* Et quid si filia sit naturalis, vide Bart. *in L. uxorem*, §. *pater naturalis*, *ff. de leg.* 3. & Bald. Novel. *in dict. tract. fol.* 12. *col.* 3. & 4. & Bald. *in L. neque mater*, *C. de jur. dot.* & idem Bald. Novel. tractat, an mortua filia naturali dos redeat ad hæredes patris: vide ibi, nam tangit multa alia notabilia in ista materia: & *in eo fol.* vers. *decimum quintum speciale*, dicit notanter, quòd non liberaretur, si assignasset in dotem alimenta de tempore in tempus, vel usumfructum alicujus fundi, imò tenetur assignare dotem filiæ legitimæ & naturali in plena proprietate, sicut dicimus in legitima, per *L. scimus* 36. *vers. repletionem*, *C. de inoffic. testam.* Et quid si filia dotetur ab alio? an adhuc pater teneatur dotare illam de suo? Vide eundem Bald. Novell. *in dicto tract. fol.* 21. *col.* 4. versic. & *hoc erit*, *in fine*, ubi vult, quòd sic, si filia adhuc non sit maritata: si tamen sit jam maritata, & congruenter dotata, pater non tenetur; secùs, si incongruenter: vide ibi, & de hoc ultra ea, quæ notat Bart. post Glos. ibi *in L. obligamur*, *ff. de act. & oblig.* vide Franc. Curt. *consil.* 27. *col.* 15. & Jas. *in authent. res quæ*, *col.* 5. *C. communia de legat.* Gui. Bene. *in repet. cap. Raynutius*, *de testam. fol.* 192. *col.* 3. & 4. & Alex. *consil.* 7. *vol.* 2. & *consil.* 33. *vol.* 4. ubi vide quæ infert ex hoc: licèt tamen pater ad hoc teneatur, non tamen potest negari, quin dotando filiam exerceat liberalitatem, ut *in L.* 2. *C. de bon. quæ liber.* & *in L. Mæuia* 49. §. 1. *ff. solut. matrim.* & tenet idem Bald. *in dict. tract. fol.* 17. *col.* 2. Tenetur etiam pater dotare filiam, si ingrediatur religionem, Glos. *in authent. sed quamvis*, *C. de rei uxor. action.* de quo per eundem Bal. Novel. *in dict. tract. in princ. ejusd. col.* 2. Et quid si nupsisset sine consensu patris? Vide Joan. de An. *in cap.* 1. *col.* 2. & 3. *de adult.* & Bal. Novel. ibidem, *fol.* 13. *col.* 1. & 2. & Palac. Rub. *in dict. repet. cap. col.* 287. *cum multis sequent.* & Alexandr. *in L.* 1. *col.* 9. *ff. solut. matrim.*

(3) *Dotar.* Et in taxanda dote meta est legitima, ut dixi *in L.* 8. *tit.* 4. *Part.* 5. *in glos.* super parte *a otro.*

(4) *El abuelo de parte de padre.* Ex ista lege colligitur, de jure Partitarum nullam esse differentiam inter avum paternum, & maternum, circa onus dotandæ neptis: quia sicut avus maternus non tenetur dotare neptem, si ipsa habet aliundè, undè se posset dotare, licèt ipse sit dives; *sic* ne-

LEY IX.

Quales deuen ser apremiados, de dar dotes a las mugeres, quando las casaren, e quales non.

Ley 8. tit. 9. lib. 5. Recop.

COnstreñir, nin apremiar, non deuen a la madre (1), que dote a la fija; como quier que lo pueden fazer al padre, segund dize en la ley ante desta: mas puedela ella dotar de su voluntad, si quisiere. Pero si la madre fuesse Hereja, o Judia (2), o Mora, puedenla apremiar que dote su fija, aquella que fuesse Christiana (3). Otrosi, qualquier ome que tenga en su poderio, o en su guarda alguna manceba, con todo lo suyo, que fuesse ya de edad para casar, puedenlo apremiar que la case, e quel establezca dote, segund fuere (4) la riqueza que auia ella, e la nobleza de aquel con quien la casa. Ca si mas establesciesse por dote, de lo que ouiesse la manceba, non valdria (5). E qualquier de los sobredichos (6) en esta ley, e la ante della, que defendiesse (7) que non casasse alguno de los que touiesse en poder, e queriendo el casar, e seyendo de edad (8) que lo pudiesse fazer; o maliciosamente mouiendose, porque se siruiesse del, e de lo suyo, e nol quisiesse catar casamiento; a tal como este deuel apremiar el Juez (9) de aquel logar, quel case, e quel dote, segund que es sobredicho.

LEY X.

En quantas maneras se pueden dar las dotes.

Leyes del titul. 2. lib. 5. Recop.

EStipulacion (1) es llamada en latin, prometimiento: e es otra manera por que se puede establescer la dote. Esto seria, como si dixesse alguno a la muger con quien casasse: Prometedes, de me dar en dote tal viña vuestra, o tal heredad, o tantos marauedis, que vos ha de dar tal ome? diziendo ella: Prometo: en tal manera, o por tales palabras, se establesce la dote por estipulacion. E avn se establesce la dote por otra manera, que es llamada en latin pollicitatio; que quiere tanto dezir, como prometimiento simple, que se faze en vno con la donacion. E esto seria, como si dixesse la muger al marido: Estos marauedis, o esta casa, o es-

neque avus paternus, ut hìc vides: de jure tamen communi Doct. tenebant contrarium in avo paterno, per *L. dedit dotem, ff. de collat. bonor.* ita Bart. Angel. & Doct. *in L. 1. ff. sol. matrim.* & *in L. fin. C. de dotis promis.* ubi Glos. ibi intelligit in avo materno, non paterno: ideò nota tu multùm istam legem, quia de jure communi, ut dixi, communiter tenebatur contrarium in avo paterno. Adde etiam, quòd si filius habeat undè posset dotare filiam, non tenetur avus etiam paternus: ita tenet Bal. *in authent. res quæ, C. commun. de legat.* si ergò avus filio, qui erat in ejus potestate, promisit administrationem adventitiorum, etiam quoad fructus, ut *in L. cum oportet 6. §. non autem 2. C. de bon. quæ lib.* vel si est emancipatus, prout hodie per leges Regni per contractum matrimonii, ut *in L. 47. in Ordin. Tauri*, si filius sit sufficiens, ipse, & non avus tenetur dotare neptem: & ita est communis opinio, prout attestatur Socin. *consil. 33. col. fin. vol. 3.* & tenet Alexand. *in L. 1. col. 7. ff. solut. matr.* Et nota, quod hìc habetur, quòd si neptis non habeat undè dotetur, avus paternus tenetur dotare eam: & procedit etiam de jure Regni, quo per matrimonium filius liberatur à patris potestate, quidquid dixerit Palac. Rub. *in cap. per vestras, col. 371. in formis minoribus.*

LEX IX.

Mater non cogitur filiam dotare, nisi sit infidelis, & filia fidelis: sed administrator bonorum minorum compellitur per judicem, nubili ætate adveniente ei nuptias quærere, & secundùm ejus divitias, & nobilitatem dotem constituere: sed si det plùs quàm habet, non valet. Hoc dicit.

(1) *A la madre.* Intellige, nisi filia sit inops; nam tunc, sicut tenetur alimentare illam, ita & dotare, secundùm Bald. *in L. neque mater pro filia, C. de jure dotium.* Sed quid si pater, & mater insimul promittant dotem? Vide Bald. Novel. *in dicto tract. de dot. fol. 9. col. 2.* vers. *vidi etiam de facto*, & *L. 53. in Ord. Tauri.*

(2) *Hereja, o Judia.* Gloss. Bald. & Doct. *in dict. L. neque mater*, & Gloss. *in L. fin. C. de dotis promis.* & an procedat, si filia catholica sit dives, Bald. Novell. sub dubio fortè *in dicto tract.* dicit, quòd non, *fol. 12. col. 3.* vers. *& ex illa L. qui liberos.*

(3) *Que fuesse Christiana.* Nam si esset hæretica, etiam pater Christianus non tenetur illam dotare, Gloss. *in L. si vero, ff. de in rem verso*, & *in L. fin.* ubi & Salic. *C. de dot. promis.*

(4) *Segund fuere.* Vide *L. pen. C. de Episcop. audient.* & Gloss. *in cap. 1. de adulter.* & text. ibi, & *L. quæro 60. ff. de jure dotium.*

(5) *Non valdria.* Intellige, ut *in L. cum post mortem 43. §. 1. ff. de admin. tutor.* & *in L. sive generalis 61. ff. de jure dotium.*

(6) *De los sobredichos.* Quid de fratre, an teneatur dotare sororem? Vide *L. cum plures 12. §. pen. ff. de administr. tutor.* & Gloss. *in L. non omni, C. eod. tit. de administr. tutor.* & per Alexand. & Doct. *in L. 1. ff. solut. matrim.* ubi etiam quid de patruo.

(7) *Que defendiesse.* Quid si pater, vel tutor, vel alius qui tenetur dotare, recipiat aliquid, ut filiam, vel pupillam alicui in matrimonium collocet? an possit repeti per puellam, vide Joan. Andr. referentem in hoc quæstionem Pillei *in addition. ad Spec. tit. de judic. §. generalia, col. 7. in addit.* super parte *per totum*, ubi concludit, & benè, quòd turpiter recipit, & tenetur restituere; de quo vide Joan. Lup. *in dict. sua repet.* super text. *fol. mi* 247. *cum sequentibus.*

(8) *E seyendo de edad.* In hoc inspicienda est consuetudo patriæ, ut notat Bald. Novellus *in tractat. de dote, fol. 13. col. 3. in princ.* & vide Alexand. *consil. 20. col. 2. vol. 2.*

(9) *Apremiar el Juez.* Et sic officio judicis, ut *in L. capite 19. ff. de ritu nuptiar.* Bart. *in L. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebel.* & *in L. obligamur*, ubi Glos. *ff. de action. & obligat.*

LEX X.

Constituitur dos per stipulationem, & etiam per pollicitationem, ut *promitto talem rem in dotem, & trado eam statim tibi*, item per nudum pactum: & alio pro marito eam recipiente, tenetur maritus ad eam. Hoc dicit.

(1) *Estipulacion.* Habuit ortum à notatis per Azon. *C. de dotis promis. in summa*, & *C. de jure dot. col. 2. ad fin.* & adde *L. ad exactionem 6. C. de dotis promis.* & hodie semper fingitur tacita stipulatio in dote, ut *in L. 1. §. 1. C. de rei uxor. actione.*

esta viña (o otra cosa qualquier quel diesse) vos prometo por dote, e dovoslas luego (2). E avn se establesce la dote en otra manera, diziendo la muger assi; que promete al marido, de dar alguna cosa en dote (nombrandola señaladamente) e que la dara a el, o a otro alguno (3) en nome del. E en tal manera, maguer la de al otro, el marido se entiende que la rescibe. E porende es tenudo de responder por ella, si menester fuere.

LEY XI.

Como las dotes se pueden dar llanamente, con postura, o sin ella.

Leyes del tit. 2. lib. 5. Rec. Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

PVramente (1) se puede establescer la dote, o con condicion. E puramente se entiende que es establescida, quando dize la muger al marido, o a otro en nome del (2), que faze pleyto, de darle por dote cient marauedis, o otra cosa, nombrandola señaladamente. E con condicion se faze, quando dize la muger al marido, o otro por ella (3), que promete, o faze pleyto, de darle alguna cosa por dote, si se compliere (4) el matrimonio. E tal condicion como esta siempre se entiende (5), quier sea nombrada, o non.

LEY XII.

Que los que han de dar las dotes, deuen señalar plazo a que las den.

Ley 8. tit. 9.

SEñalar (1) pueden dia, o tiempo cierto, en que den la dote, aquellos que fazen pleyto para darla; o establescer pueden, que sea dada en tiempo non cierto. E cierto dia pueden señalar, como si dixesse el que promete de la dar, que faze pleyto, que la dara en tal dia, nombrandolo señaladamente. E avn tiempo cierto seria, como si dixesse, que promete de la dar en esse año mismo, en que faze el pleyto. E este año, entiendese, que deue ser començado a contar (2), en el dia que fazen las bodas, e non ante; maguer fuesse el pleyto fecho, ante que las fiziessen. E en tiempo non cierto seria, como si dixesse alguna muger, o otro por ella: Prometo de dar, a la sazon que muriere, por dote cient marauedis. E en esta ha departimiento (3): ca si la muger establesciesse dote a su marido en esta manera, non valdria. E esto es, porque prometio de la dar en tal tiempo, que non ternia ya estonce el matrimonio; nin otrosi non se podria el marido della aprouechar. Mas si otro qualquier la establesciesse, diziendo assi: Prometo de vos dar en nome de dote, para vuestra muger, tantos marauedis, a la sazon que yo finare; estonce valdria tal prometimiento. Ca podria ser, que aquel que los prometio, que moriria en tal sazon, que ternia el matrimonio entre aquellos a quien la manda.

lib. 5. Recop. Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

(2) *E dovoslas luego.* Et fortè hoc dicit, quia ex pollicitatione non oritur obligatio, nisi cœpisset solvere, ut *in L.* 1. §. *cœpisse*, *ff. de pollicit.* & tradit Bald. Novel. *in tract. de dote*, *fol.* 8. *col.* 1. Vel dic, quòd hìc sumatur pollicitatio pro pacto nudo, ex quo pollicitatio fiebat in præsentia mariti; nam pollicitatio propriè dicitur, quando fit absenti, & nullus recipit promissionem pro ipso: vide ibi latè Bald. Novel. Ista tamen sunt parvi momenti propter dispositionem *L.* 3. *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordinam.*

(3) *A otro alguno.* Adde *L. si mulier ita dotem* 59. *ff. eod. titul.*

LEX XI.

Dos potest purè, vel sub conditione constitui, scilicèt, si matrimonium impleatur: & ista conditio semper intelligitur, licèt non exprimatur. Hoc dicit.

(1) *Puramente.* Prosequitur notata per Azon. *C. eod. in summa*, *col.* 3.

(2) *O a otro en nome del.* Vide infrà *eod. L.* 13.

(3) *O otro por ella.* Sed an isto casu si extraneus solvat dotem pro muliere, si nuptiæ non sequantur possit ipse dotem repetere, vide text. notab. *in L. qui se debere* 7. *ff. de condict. causa data*, & vide latè, & eleganter ad intellectum illius legis, & *L. si extraneus* 6. *ff. eodem tit.* Bald. Novel. *in dicto tract. de dote*, *fol.* 27. *col.* 2. & 3. versic. 79. *speciale.*

(4) *Si se compliere.* Vel sub alia conditione expressa, ut dicit Azo ubi suprà.

(5) *Siempre se entiende.* Ut *in L. stipulationem* 21. & *L. licet* 43. *in princ.* & *L. dotis promissio* 68. *ff. eodem tit.* non enim potest esse dos sine nuptiis, *L.* 3. *ff. eodem*: & procedit etiam si solutio dotis prommittatur infra certum tempus, veluti infra annum: nam intelligitur à die nuptiarum, ut *in L. tali* 48. *ff. eodem*, *in princ.* imò, etsi in promissione dotis dicatur, quòd solvet ad omnem petitionem, & voluntatem sponsi, seu viri futuri, semper intelligitur ista conditio, scilicèt, ut sequutis nuptiis teneatur, & non aliàs, ut probatur *in dicta L. tali*, & tenet Bald. *in L. qui se debere* 7. *ff. de condict. causa data*, *in lect. Florent.* & sequitur Alex. quem vide *consil.* 145. *vol.* 5. versic. *neque ad hoc obstat*; quod est singulare: valeret tamen pactum, quòd ista conditio non intelligatur apposita, ut notat Gloss. *in dicta L. qui se debere*, vel si ex mente contrahentium intelligatur, quòd non sit speranda ista conditio, secundùm Bald. *in L. si cui legetur*, *in princ. ff. de legat.* 1. Alex. *consil.* 61. *vol.* 5.

LEX XII.

Dos potest ad diem certam promitti; ut promitto dotem isto anno solvere: debet tamen annus iste non à tempore promissionis, sed à tempore solemnitatis nuptiarum incipere: & etiam potest promitti ad diem incertam, quæ potest advenire ante mulieris mortem. Hoc dicit.

(1) *Señalar.* Prosequitur dicta Azon. *C. eod. in summa*, *col.* 3.

(2) *A contar.* Concordat *L. tali* 48. *in princ. ff. eod.* & vide quæ dixi suprà *L. proxima*: & quid in relicto facto pro dote, an statim debeatur, vel speretur tempus nuptiarum, vide Cin. & Salic. *in L. sancimus* la 1. *C. de nupt.* & Bart. *in L. Titio centum*, §. *Titio genero*, *ff. de condit. & demonstr.* Bald. *in L. cum mota*, *col.* 2. *C. de transact.* & *in L. si plures*, *col.* 8. *C. de condit. insert.* & Bald. Novel. *in tract. de dote*, *fol.* 14. *col.* 1. & *fol.* 25. *col.* 3. & 4. ubi vide omninò.

(3) *Departimiento.* Concordat *L. si pater mulieris* 75. & *L. Julianus* 20. *ff. eod.*

LEY XIII.

Quales dotes se pueden dar de mano, sin postura, e sin plazo ninguno.

TRadere en latin, tanto quier dezir en romance, como dar (1). E esta es otra manera en que se establesce la dote. E esto es, como si la muger, o otro por ella, diesse luego de mano a su marido, o a otro en nome del, alguna cosa por dote, quier fuesse mueble, o rayz; non gela prometiendo, nin faziendo pleyto dotra manera, de gela dar, mas dandogela luego de mano (2), o apoderandolo della. E lo que dezimos de suso, que si la diesse a otro en nome del marido; entiendese, si el lo ouiere por firme. Ca en tal razon, si el marido non lo ouiesse por firme, e se perdiesse la dote, el peligro seria de la muger, e non del marido. En otra manera se establesce avn la dote; e esto seria, como si el marido fuesse debdor (3) de la muger, e le dixesse: Otorgades, que me dedes en dote tantos marauedis, o tal cosa, que vos yo auia a dar; e dixesse ella: Otorgolo, e helo por firme, e soy pagada, assi como si los ouiesse recebido. E esso mismo seria, si el marido fuesse debdor a otro ome (4) qualquier, e el quitasse el debdo en esta manera sobredicha, dandogela por dote en nome de aquella muger con quien casa. Ca estonce finca aquella debda al marido por dote de su muger.

LEY XIIII.

De que cosas se pueden dar las dotes.

ASignada, o establescida puede ser la dote, tambien en las cosas que son llamadas rayz (1), como en las que son dichas mueble (2), de qual natura quier que sean. Pero si la muger quisiesse dar dote a su marido, de cosa que fuesse rayz; si ella fuesse menor de veynte e cinco años, non lo puede fazer por si, maguer ouiesse guardador, a menos de lo fazer saber al Juez de aquel logar, que gelo otorgue. Mas si quisiesse dar la dote de las cosas muebles, puedelo fazer, con consentimiento de aquel que ha en guarda a ella, e a sus cosas; e non ha por que lo dezir al Juez del logar.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Rec. Leyes del titul. 2. lib. 5. Recop.

LEY XV.

Que la muger puede dar en dote a su marido la debda quel deuen.

OBligado seyendo algun debdor a debdo que deua a alguna muger; si ella quisiere casar, bien puede mandar aquel su debdor, que de en dote a su marido, aquello que deuia a ella. E esto se entiende; si el otro conosciere el debdo, e prometiere al marido, que gelo

Leyes del titul. 2. lib. 5. Recop. Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

LEX XIII.

Potest constitui dos per traditionem, vel debiti viri liberationem: & cùm alii dos nomine viri traditur, non est viri periculum, nisi ratum ipse habeat. Hoc dicit.

(1) *Como dar.* Nam respectu realis traditionis facti, nihil interest inter tradere, & dare; sed respectu juris ipsius obligationis interest, ut *in L. si rem tradi* 28. & *in L. ubi autem non apparet* 75. §. 1. *ff. de verb. oblig.* declarat Bart. *in L. stipulationes non dividuntur*, 8. *oppo. col.* 10. *ff. illo tit.*

(2) *Dandogela luego de mano.* Concordat *L. quemadmodum* 46. *vers. traditione*, *ff. eod.* & adde Azon. *C. eod. in summa*, *col.* 3.

(3) *Debdor.* Concordat *L. quemadmodum* 46. §. *si debitori*, *ff. eod.*

(4) *A otro ome.* Concordat *L. promittendo* 41. §. *acceptilatione*, & *L. licet* 43. 1. *respon. ff. eodem.*

LEX XIIII.

Potest mulier minor 25. annis per se dotem dare de bonis mobilibus curatoris auctoritate; sed de immobilibus non potest sine judicis auctoritate. Hoc dicit.

(1) *Rayz.* Expressum est hìc, posse dari bona minoris immobilia in dotem cum decreto judicis: quod non erat ita expressum de jure communi, licèt Gloss. & Doct. *in L. lex quæ tutores*, *C. de administr. tutor.* ita teneant communiter.

(2) *Mueble.* Adde *L. mulier* 28. *C. de jure dotium.* Sed an procedat etiam in mobilibus, quæ servando servari possunt, ut sufficiat auctoritas curatoris sine decreto judicis, ista lex non aperit. Cin. & Salic. *in dicta L. mulier* tenent, quòd requiratur decretum in talibus rebus, & idem videtur velle Bart. *in L.* 1. *C. si advers. donat.* & probari videtur *in dict. L. lex quæ tutores* 22. *C. de administr. tutor.* & sic, cùm pecunia sit de rebus, quæ servando servari non possunt, ut dicit Glos. *in L.* 1. §. *fuit quæsitum*, *ff. ad Trebellian.* poterit adulta cum auctoritate curatoris constituere dotem in pecunia, & etiam adultus constituere arras cum auctoritate curatoris, ut tenet Roder. Suar. *in comment. L. Fori*, *tit. de las arras.* Adverte tamen, quia ista lex loquitur generaliter, & indefinitè, & tantùm requirit decretum in immobilibus, & in mobilibus tantùm exigit auctoritatem curatoris; undè fortè generaliter esset intelligenda etiam in rebus, quæ servando servari possunt; & isto argumento etiam utitur Bald. Novel. *in tract. de dot. fol.* 23. *col.* 1. *in* 6. *speciali*, ubi tenet contra Bart. qui voluit, *L.* 1. *C. si advers. donat.* procedere in rebus, quæ servando servari non possunt, & non in his quæ servari possunt: & fortè posset dici, quòd si dos, quæ constituitur in pecunia, sit in maxima quantitate, vel res mobiles sint valdè pretiosæ, quòd tunc exigatur etiam judicis decretum; si verò sint in parva, seu moderata quantitate, vel res mobiles non ita pretiosæ, quòd tunc sufficeret auctoritas curatoris: quando enim est maxima pecunia, judicatur de ea, sicut de re immobili, *cap. licet Heli* 31. & ibi Joan. de Annan. *de simon.* facit *L.* 3. & §. *usuras*, *ff. de contrar. judic. tutel.* declarat aliàs Roman. *consil.* 287. & de mobilibus pretiosis dicit Glos. *in cap. tua*, in verbo *tractatu*, *de his quæ fiunt à prælat. sine consensu capit.*

LEX XV.

(1) *El casamiento.* Approbare videtur ista lex opinionem Doct. antiqui Francisci Vercelen. quæ recitatur per Joan. Andr. *in cap.* 1. *de sponsal.* & reprobari videtur opinio Bart. & aliorum, *in L. exigere dotem, ff. de judic.* dicentium per textum illius legis, quod inspicienda esset consuetudo, vel statutum loci domicilii mariti, ubi uxor erat ducenda: adverte tamen, quia Roder. Suarez *in commento L.* 1. *tit. de las ganancias, lib.* 3. *For. Leg. chart.* 19. *col.* 2. allegans istam legem, vuit, quòd intelligatur hæc lex, quando maritus, & uxor intendebant commorari in loco contracti matrimonii; si verò statim uxor erat ducenda in domicilium viri, non attenditur consuetudo loci contractus, sed domicilii viri, per *dict. L. exigere dotem*, & doctrinam Bart. Angel. & aliorum ibi, & Bart. *in L. cunctos populos, col.* 6. *C. de Summa Trinit. & Fide Cathol.* de qua restrictione, & limitatione ego multum dubito, tùm propter varios intellectus *dictæ L. exigere dotem*, tùm quia illa lex non loquitur in lucris, sed in facultate conveniendi, quæ oritur post contractum matrimonii, tùm etiam propter generalia verba hujus legis, quæ non sunt limitanda per dicta Doct. moventium se per dictam legem juris communis, arg. *L. fin. tit.* 14. *Part.* 3. & eorum quæ dixi *in L.* 6. *tit.* 4. *ead.* 3. *Part.* & quia judicio meo esset maxima absurditas, ut si fortè in loco contractus matrimonii nulla est consuetudo, vel statutum de lucranda dote, esset tamen in domicilio mariti, quòd mulier astringeretur tali statuto, & sic deciperetur; & ita tenet Bald. notanter in muliere ignorante statuta domicilii viri, *in cap.* 1. *§. fin. de investit. de re alien. fact.* cujus dictum nititur summa æquitate, & veritate, quicquid in contrarium consulendo dicat Decius *consil.* 19. motus ex eo, quia mulier contrahens cum alienigena, debuerat inquirere diligenter leges vigentes in domicilio mariti, & quod alioquin culpa sibi attribuitur; quod fortè militaret, quando esset alienigena alterius patriæ, vel Regni; alioquin non videtur in culpa mulier, quæ contrahens cum regnicola, non advertit ad particulares consuetudines domicilii mariti, & justè potuit credere leges Regni, quæ in suo domicilio servantur, servari etiam in domicilio mariti: culpa est enim ignorare leges communes Regni, ut *in L. leges* 3. & *in L. leges sacratissimæ* 9. *C. de legibus*, non consuetudines particulares locorum Regni, arg. *cap.* 1. *de constit. lib.* 6. & Bald. sequitur Præpos. *in dict. cap.* 1. *§. fin. col.* 5. & Fel. *in cap.* 1. *de sponsal.* Jas. *in L.* 1. *C. de Summa Trinit. & Fid. Catholica*, 2. *lect. num.* 60. Alex. *in consil.* 100. 3. *vol.* Moveor etiam, quia ista lex voluit se conformare cum legibus disponentibus, locum contractus debere attendi, ut *in L. si fundus* 6. *ff. de eviction. cap. illa*, 12. *dist.* Tu tamen adverte, quia intellectus Roder. sustineri potest per istam legem, cum superiùs dicit: *E despues que son casados acaesce, que vienen a morar a otra tierra*; & sic sentit de his, qui à principio animo commorandi in loco contractus matrimonii contraxerunt, & posteà mutato proposito recesserunt; non verò quando contraxerunt animo se transferendi statim in aliud domicilium, per rationem Doctor. quia tunc maritus contrahit tanquàm advena: hoc etiam patet ex eo, quod & hìc dicitur: *O la costumbre de aquella tierra do se mudaron*; & sic sentit de translatione domicilii utriusque, viri scilicèt, & uxoris; & ideò iste intellectus videtur sustinendus cum limitatione Bald. de qua suprà, & in isto sensu Roderici videtur etiam intellexisse hanc legem Jo. Lupi. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, & uxor. super rubr. col. mi* 273. *in formis minoribus in* 7. *limitatione, in materia donationis inter vir. & uxor.* allegat Bald. *in dicta L. fin. in princ. C. si à non compet. judic.* ubi Bald. ita intelligit dictum Joan. Andr. *in novella, in dict. cap.* 1. *de sponsal.* ubi retulit dictum Francisci, & ita etiam intelligit Anton. & Abb. *in dicto cap.* 1. *ad fin.* & vide in materia elegans consil. Decii 283. 2. *dub.* & quod notat Barba *consil.* 4. *vol.* 2.

(2) *Ganancias.* De lucris constante matrimonio loquitur, ut patet ex superioribus, cùm dixit: *Lo que ganaren de consuno*: & videtur intelligenda hæc lex quoad bona lucrata in loco, quo fuit contractum matrimonium, non tamen in bonis acquisitis in alio territorio, ubi se transtulerunt, si sumus in terminis consuetudinis, & ubi nulla conventio esset expressa de hoc (quia tunc illa esset ubique servanda, ut hìc habes) quia consuetudo non extendit effectum ultra territorium, in quo est introducta, ut *in cap. fin. de constit. lib.* 6. *L. fin. ff. de jurisd. omn. jud.* neque potest causa finita producere effectum infinitum; sed sicut limitatur potentia causæ, sic & effectus debet limitari, *L. si arrogator* 22. *§.* 1. *ff. de adopt. L. jurisperitos* 30. *§. cum oriundus, ff. de excusat. tut.* sed auctoritas, & potentia consuetudinis non se extendit ultra proprios terminos, seu ultra locum, ubi est introducta, *L. duumvirum* 53. *C. de decurion. lib.* 10. ergò neque ejus effectus ultra protrahi potest; & semper est inspicienda consuetudo loci, ubi res sitæ sunt, arg. *L. pupillo* 27. *ff. de tut. & curat. dat. ab his*, *L. Titium* 47. *§. tutores* 2. *ff. de administr. tut. L. certa forma* 4. *C. de jure fisci, lib.* 10. & in simili hoc videtur decidere Joan. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de instrum. editione, §. compendiosè, col.* 7. *in additione* super verbo *opponunt*, ubi post Guillel. de Cuneo tractat de quadam consuetudine Gallicana, quod uxor supervivens lucretur partem bonorum mariti; & concludit, quòd talis consuetudo non extendatur ad bona, quæ sunt extra territorium, ubi est consuetudo; & idem tenet Oldrald. *consil.* 248. incipit, *præsupposita consuetudine, in* 1. *quæst.* & Petrus de Anch. post eos, *consil.* 163. incipit, *visis diligenter, & inspectis*, & Joan. Cirier latè *in suo tractatu primogenituræ, lib.* 2. *quæst.* 7. *col.* 7. Undè pro evidentiori declaratione hujus materiæ videtur dicendum, quod, aut maritus, & uxor contraxerunt matrimonium in certo loco, non animo ibi commorandi, sed recedendi statim in domicilium viri, seu uxoris, seu aliud, quod de novo vir constituit; & tunc quoad ista lucra inspicietur consuetudo

LEY XXV.

Quantas cosas a menester el marido para poder ganar los frutos de la dote de su muger.

NEcessarias son al marido tres cosas (1), e conuiene por fuerça que las aya, para ganar el fruto de la dote que le dio su muger. La primera es, que el matrimonio sea fecho (2). La segunda es, que sea metido en tenencia (3) de la dote. La tercera, que sufra el embargo del matrimonio, gouernando (4) a si mismo, e a su muger, e sus fijos, e a la otra compaña que ouieren: e auiendo el marido por si estas tres cosas sobredichas, deue auer los frutos (5) de la dote que le diere su muger, quier sea estimada, o non; fueras en la manera que de suso es dicho, en la ley (6) que fa-

loci, in quem se transferunt, & non consuetudo loci, in quo matrimonium contraxerunt, ex notatis per Bald. *in dicta L. fin. C. si à non compet. judic.* & ex his, quæ dixi in glos. præcedenti circa lucra dotis, & arrarum: neque in istis lucris distinguerem, ignoret, vel sciat mulier statuta, vel consuetudines patriæ, in qua se transferunt, prout distinxi in lucro dotis, vel arrarum; ex eo quòd in illis lucris militat diversa ratio, scilicèt, quia mulier aliàs in proprio patrimonio damnificaretur; in his verò acquisitis, licèt amitteret lucrum, non perderet proprium patrimonium; & non est par ratio amittere propria, vel lucrum non capere, *L. fin. C. de codicill.* & in isto casu militant rationes, & dicta Decii *in consil.* 19. de quo in præcedenti glos. non enim dicitur pati damnum, qui amittit spem futuri lucri, *L. liberto octoginta 26. ff. de bon. libert.* & favorabilior est causa illius, qui certat de damno, quàm illius, qui certat de lucro, *L.* 1. & ibi Joan. de Plat. *C. pœnis fiscal. cred. præfer. lib.* 10. Aut contrahitur matrimonium in loco uxoris, vel viri, animo ibidem commorandi, & ita ibi permanserunt per aliquod tempus; posteà verò mutato proposito, in aliud domicilium se transtulerunt, qui est propriè casus hujus legis, ut dixi suprà; & tunc inspiciatur quoad ista lucra, constante matrimonio, consuetudo loci in quo contraxerunt, & non consuetudo illius loci, in quem posteà mutato animo diverterunt: & ita voluerunt Anton. & Abb. *in cap.* 1. *de sponsal.* Rodericus, & Joannes Lupi. ubi suprà: & secundùm hoc, si maritus, & uxor contraxerunt matrimonium Cordubæ (ubi non est consuetudo de istis lucris communicandis) animo ibi commorandi; si posteà domicilium constituant Granatæ, vel alibi, ubi lucra ista communicantur inter virum, & uxorem, inspicietur consuetudo Cordubæ, secundùm quam mulier nihil habebit de istis lucris: & si contrahant Granatæ, vel Salmanticæ, ubi lucra communicantur, & posteà Cordubæ constituant suum domicilium, etiam bona quæsita Cordubæ dividerentur inter virum, & uxorem; & ita Joann. Lupi. ubi suprà dicit, multotiens vidisse judicari in Cancellaria. Ego tamen hoc intelligerem, & limitarem istam legem quoad lucra quæsita in loco contractus matrimonii, ut in illis consuetudo talis loci inspiciatur, non in acquisitis in loco, ubi posteà mutato animo diverterunt, & domicilium constituerunt: in talibus enim inspici debet consuetudo loci, ubi sic diverterunt, & acquisierunt: undè si Cordubæ contraxerunt animo ibi commorandi, & posteà transtulerunt domicilium Granatam, vel alibi, ubi sunt ista lucra communicanda; in talibus conquæstis, mutato domicilio factis, inspicietur consuetudo Granatæ, seu illius loci ubi se transtulerunt; quod videtur consonum juri, & æquitati, per dicta superiùs: nam & si Cordubæ, ubi contraxerunt, permanerent, consuetudo Cordubæ non extenderetur ad bona immobilia, sic alibi extra Cordubæ territorium quæsita; quod patet, quia verba hujus consuetudinis de lucris communicandis scripta sunt in rem, seu disponunt circa rem, ut patet ex *L.* 1. *tit.* 3. *lib.* 3. *Foro Leg.* ubi hæc consuetudo est scripta, cùm dicit: *Toda cosa que el marido, y la muger ganaren, o compraren de consuno, ayan lo ambos por medio*: & quando verba consuetudinis, vel statuti disponunt circa rem, tunc de bonis judicandum est secundùm consuetudinem loci, ubi res sunt situatæ: quia consuetudo afficit res ipsas, sive possideantur à cive, sive à forensi, *L. rescripto* 6. §. *fin. ff. de muner. & honor.* quod non esset, ubi consuetudo disponit in personam, ut tradit Bart. *in L. cunctos populos*, *col.* 17. vers. *sed posset dubitari*, *C. de Sum. Trin. & Fid. Cathol.* & Alex. ubi vide *consil.* 128. incipit *consideratis verbis intrumenti*, ubi respondet ad dicta Salic. qui voluit contrarium *in dicta L. cunctos populos*: à fortiori ergò translato domicilio, ubi militat major ratio, quo casu & idem volebat Salic. ubi suprà. Si verò contraxerunt matrimonium in loco, ubi lucra communicantur, animo ibi commorandi, & posteà mutato animo se transferant Cordubam, in bonis quæsitis ante talem translationem domicilii, inspicietur consuetudo loci, ubi contraxerunt; in bonis verò posteà Cordubæ quæsitis, inspicietur consuetudo Cordubæ; cùm ista videatur communis opinio, quòd consuetudo cujuslibet loci inspiciatur in istis terminis, seu similibus, ut tradit Socin. *consil.* 288. *col.* 1. incipit *circa primam quæst. vol.* 2. Petrus de Anch. *in repet. cap. canonum statuta, de constit. charta* 14. *col.* 4. Joan. Cirier *in suo tract. primogen. lib.* 2. *quæst.* 7. & 8. & 9. ubi ponit, quid de quæsitis extra territorium domicilii in quo commorantur: & post hæc scripta vidi Aymo. *consil. suo* 30. idem tenentem: idem tenet Bald. *de pace Constant.* versic. *si qua* dicens, quòd concessio facta Tusco castri Alemaniæ, intelligitur secundùm consuetudinem Alemaniæ, & si Alemanico in Tuscia, secundùm consuetudinem Tusciæ: ex quo inferas ad mercatorem alienigenam constituentem majoriam in Hispania de rebus Hispan. ut circa omnia reguletur secundùm consuetudinem Hispaniæ.

LEX XXV.

Ut fructus dotis maritus lucretur, tria sunt necessaria: scilicèt matrimonium esse contractum, & dos tradita, & quòd sustineat de facto onera matrimonii: & acquisita per servos dotales non æstimatos, ita ut sit mors, vel deterioratio periculo viri, si acquirantur ex re viri, vel ex eorum operis, pertinent viro; si verò aliàs, veluti ex donatione, vel legato, pertinent uxori.

(1) *Tres cosas.* Quæ etiam ponit Gloss. referens Azon. *in princ. in L. dotis fructus, ff. eod.*

(2) *Que el matrimonio sea fecho.* Nam si ante nuptias percipiat, convertuntur in dotem, ut *L. si ante nuptias 6. ff. solut. matrim.* & *in L. dotis fructum 7.* §. 1. *eod. tit.* & infrà *eod. L.* 28.

(3) *En tenencia.* Vide *L. de divisione* 5. & ibi Gloss. & Doct. *ff. solut. matrim.* & vide Alexand. *consil.* 147. *vol.* 15.

(4) *Gouernando.* Adde *dict. L. dotis fructum*, & *L. pro oneribus* 20. *C. eod. tit.*

(5) *Frutos.* Concordat *dict. L. dotis* & *L. pro oneribus* 20. *C. eod.* & suprà *eod L.* 18. Nota tamen, quòd in matrimonio potiùs præsumitur uxorem alimentari, quia uxor, quàm contemplatione dotis, Bald. *in L. fin. C. eod.* quod tamen reprehendit Ludov. Roman. & benè, ut ibi habetur *in addition.* & an soluto matrimonio, aliquo casu vir alimentetur ex dote, vide Bald. *in L. ubi adhuc*, 2. *lect. C. eod.* potest tamen maritus ex pacto istos fructus dare uxori pro sui, & servitiorum suorum sustentatione, neque posset repetere, ut *in L.* 2. *C. de pact. convent.* Et nota, quòd si maritus expellat à se uxorem, tenetur illi restituere fructus, quos percepit, Bald. *in L.* 1. *in fin.* 1. *col. C. de privil. fisci*: & an valeat pactum, quòd uxor alat se ipsam, & maritus habeat dotem, & ejus fructus, dic, quòd sic, ut *in L. fin. in princ. ff. de doli except.* de quo vide per Bald. Novel. *in tract. de dote, fol.* 4. *col.* 2. *cum princ. sequentis*, ubi vide, an valeat pactum, quòd fructus in dotem convertantur, & latiùs *charta* 38. *col.* 3. vers. 42. *privilegium*: & quid in conjugibus putativis, an vir qui subiit onera, habere debeat fructus, vide latè per eundem Bald. Novel. *charta* 57. *col.* 3. & 4. *cum seq.* & quid, si mulier det usumfructum alicujus fundi in dotem, an vir lucretur fructus, *L. dotis fructum* 7. §. *si ususfructus*, *ff. de jure dot.* quòd sic: quod intellige, quando ipsum jus ususfructus fuit datum in dotem; secùs si fructus provenientes ex usufructu, ut probatur *in L.* 4. *ff. de pactis dotal.* & ibi Bald. Adverte tamen, quòd hodie per legem Fori respectu lucrorum, fructus ex quibuscunque bonis habiti, viri, vel uxoris, communicantur.

(6) *En la ley.* Suprà *eod. L.* 20.

fabla de los fijos de la sierua que fuesse dada en dote: o dize, que non deue ser del marido, si non recibiere sobre si el peligro del empeoramiento, e de la muerte. Nin otrosi non deue ser del marido, lo que ganasse tal sierua como esta, o otro sieruo qualquier que le diesse la muger en dote; si lo ganasse por donacion quel diesse alguno, o le mandasse en su testamento. Mas lo que tales sieruos ganassen por obra de sus manos (7), o con dineros del marido; tales ganancias como estas deuen ser del, e non de la muger. E esto que deximos de los sieruos, entiendese, si lo non tomo el marido apreciado, e si non rescibio sobre si el embargo del empeoramiento, e de la muerte.

LEY XXVI.

Como deuen ser partidos los frutos de la dote, quando el Casamiento se departe por juyzio.

Ley 5. tit. 9. lib. 5. Recop.

Aviendo tal embargo, entre algunos que estuuiessen casados, que non fuesse adulterio, por que ouiessen a partir el matrimonio en vida, deue ser entregada la dote a la muger, segund de suso diximos (1). E esto se entiende, si non fuere apreciada al tiempo que fue dada. Ca estonce seyendo apreciada, deue auer la estimacion (2) della, e non mas. E porque podria acaescer duda sobre los frutos de la dote que es dada al marido sin apreciamiento, cuyos deuen ser los de aquel año en que se departe el matrimonio, queremoslo aqui mostrar. E dezimos, que los deuen departir desta manera: que deue el marido tomar tanta parte de los frutos de la dote del postrimero año, quantos meses (3), e quantas semanas duro el matrimonio en aquel año; e todos los otros deuen fincar en saluo a la muger, e a sus herederos si se ella finasse; sacadas las despensas (4) de aquel año, que fizo el marido en labrar la cosa (5), que le era dada en dote. E este año se deue començar a contar, desde el dia que se cumplio el matrimonio por palabra de presente, e fue entregada la dote al marido; quando acaesciesse, que en aquel mismo año (6), que fuera fecho el casamiento, se departiesse. E la parte sobredicha, que diximos que deue auer el marido fasta el dia que fue departido el matrimonio, entiendese tambien de los frutos que fuessen ya cogidos al dia del diuorcio, como los que fincassen por coger adelante en esse mismo año. Esso mismo seria, si fuesse la dote de tal natura, que lleuasse dos vegadas (7) en el año fruto; o si fuesse atal, que en tres años non diesse mas de vn fruto.

LEY

(7) *Manos.* Vide *L. unicam*, §. *cunque ex stipulatu* 9. *de rei uxor. actione.*

LEX XXVI.

Soluto matrimonio, dos debet solvi mulieri, vel ejus æstimatio, si sit æstimata, ut in legibus istius tituli continetur: fructus tamen anni, quo solvitur matrimonium, dividuntur pro rata temporis, ut vir habeat fructus pro tempore illius anni, quo solutum est matrimonium. Et incipit annus à die contractus matrimonii, & dotis traditæ, si primo anno matrimonium solvitur: et debent dividi fructus, tàm percepti, quàm percipiendi, sive semel, sive bis in anno fructus afferant res dotales, aut si esset res dotalis talis, quòd semel duntaxat daret fructus in triennio: & deducit vir expensas factas in illius anni cultura. Hoc dicit.

(1) *Segund de suso diximos.* Adde suprà *eod. L.* 7.

(2) *La estimacion.* Adde *L. cum dotem* 10. *C. eod.*

(3) *Quantos meses.* Quid si clericus renuntiavit suo beneficio, fructibus jam maturis? an debeant dividi pro rata temporis, sicut hìc inter renuntiantem, & subrogatum? Vide Joan. de Plat. post And. de Baru. ubi latè examinat, *in L.* 1. *C. de annon. civil. lib.* 11. & tandem concludit, quòd omnes fructus pertineant ad subrogatum, & dicit esse casum pro hoc *in authent. ut cler. qui rebus alien. subrog. in rubro*, & *in nigro*, *usque ad* §. *illud.* Et quid si ad certum tempus deputentur alicui certo operi reditus beneficiorum vacantium infra decennium? an si beneficium vacet in fine decennii, debeantur illi operi, vel loco fructus talis beneficii pro tempore assignato, licèt lapsum sit decennium? Vide Oldr. quòd sic, & quòd non debeat fieri distinctio de rata temporis, *consil.* 112. ubi vide. Et de emptore, & legatario, quo tempore cedant eis pensiones, vide Bald. *in* L. 1. *C. de usur.* & *fruct. legat.* 3. *col.* & de fructibus feudi vide *in* §. *his consequenter*, *hic fin. lex, deinde consuet. regni incip.* ubi Bald. de hoc: & quid de fructibus emphyteotici prædii, vide Bart. *in L. qui Romæ in fin. princ. de verb. oblig.* & ex istis etiam colliges in fructibus bonorum majoriæ, videas Theo. Bald. *in dicto* §. *his consequenter* & Paul. de Cast. *in L. in fideicommissaria*, *in princ. ff. ad Treb.* & Jason. *in L. divortio*, *ff. solut. matrim.* Quid autem, si tempore, quo decessit conditor majoriæ, reliquit fundum cum fructibus pendentibus priùs vocato? an ipse similiter teneatur ita relinquere suo successori? Videtur, quòd non; imò eos lucrifecit primus vocatus, neque reputantur bona majoriæ: benè confert ad hoc, quod tradit Socin. *in L. qui Romæ*, *in princ. col. pen.* & *fin. ff. de verbor. oblig. vers. postremo*, Cuman. hìc *in quæst. pact. de revendendo.*

(4) *Sacadas las despensas.* Nullus enim est casus, qui hoc genus deductionis impediat, *L. fundus qui* 51. *ff. famil. ercisc.* & vide plenè *in L. fructus* 7. *ff. solut. matrim.* & per Bald. *in L.* 1. *C. de fruc.* & *lit. expens.* 1. & 2. 3. & 4. *col.* ubi colligit multas limitationes ad istam regulam, & etiam plures ampliationes, & quod dicit Specul. & ibi Joan. Andr. *in addition. in tit. de locato*, §. *postquam*, *col.* 3. versic. *quid si tibi locavi*, & quod dicit Bart. & Paul. *in L. quantitas*, *ff. ad Leg. Falcid.*

(5) *En labrar la cosa.* Adde *L. fructus* 7. §. *impendi* 16. *ff. solut. matrim.*

(6) *Que en aquel mismo año.* Sic intelligit Azo *in summa C. eod. col. pen. L. de divisione* 5. & *L. fructus* 7. *in princ.* & §. 1. *ff. solut. matrim.*

(7) *Dos vegadas.* Adde *L. fructus* 7. §. *quod in anno* 6. *ff. solut. matrim.* & adverte, quòd materia hujus legis cessat hodie in isto Regno per *LL. Fori* disponentes, fructus, & alia lucra dividi debere inter virum, & uxorem, solutis capitalibus tàm viri, qnàm uxoris. Cordubæ tamen ubi non servantur *dictæ LL. Fori*, vel si renuntiatum esset lucris acquisitis constante matrimonio, procederet hujus legis materia: nam teneret ta-

LEY XXVII.

De los arboles, que cortan, o se arrancan, en alguna heredad que es dada en dote, cuyos deuen ser.

TAjando el marido algunos arboles, de aquellos que non son costumbrados de tajar, que estouiessen en alguna heredad, que le ouiesse dado su muger en dote que non fuesse apreciada, non los deue el marido auer, mas la muger. Ca non puede tomar, nin contar por fruto el arbol; como quier que podria lleuar el fruto del, ante quel cortasse. Esso mismo seria, si tales arboles como estos arrancasse (1) viento, o los derribasse, o los tajasse otro alguno: ca de la muger deuen ser, e non del marido. Otro tal seria, si la muger diesse al marido en dote alguna heredad, en que fuesse fallada pedrera (2), despues (3) que gela ouiesse dado: ca si la pedrera fuesse de natura que non cresciesse, despues que tajassen della, que deue ser de la muger, e non del marido. Mas si la pedrera fuesse de tal natura, que cresciesse, assi como auiene en algunos logares; de tal como esta, deue ser el fruto della del marido, mientra durare el matrimonio.

LEY XXVIII.

De los frutos que resciben los esposos de la dote ante de las bodas.

Ley 5. tit. 9. lib. 5. Recop. Leyes del titulo 2. lib. 5. Recop.

DEsfrutan los esposos a las vegadas ante de las bodas, las dotes que les dan las esposas: e los frutos que de esta manera resciben, non los ganan ellos, mas acrescen (1) la dote; porque deuen ser ayuntados con ella, e contados con ella. E como quier que despues que han fecho las bodas, deuen ser en poder del marido tales frutos como estos, en vno con la dote, e los deue desfrutar, para sostener el matrimonio; con todo esso, si se departiere el casamiento, en saluo fincan a la muger. Pero si el esposo gouernasse, e diesse de vestir, ante de las bodas, a su esposa, los frutos que rescibiesse de la dote en aquella sazon, non deuen ser contados con ella, nin demandados al esposo. E esto es de egualdad (2), mas non por fuerça de derecho. E podria acaescer que seria assi, quando alguno se desposasse con alguna que non fuesse de edad (3), e la ouiesse de atender fasta que lo fuesse.

LEY

talis renuntiatio, & pactum, cùm matrimonium contrahitur, juxta dicta Joan. Fab. *in rubr. instit. de nup.* & tradit Roder. Suar. *in commento L.* 1. *tit. de las ganancias, Foro Leg. lib.* 3. vers. *quæritur*: & fortè etiam procederet materia hujus legis, si renuntiasset lucris soluto matrimonio, in casu in quo mulier nullum aliud prædium, nisi dotale haberet. An autem constante matrimonio possit fieri talis renuntiatio, vide quæ dixi *in L.* 5. *in gloss. fin. in fin. sup. eod. tit.*

LEX XXVII.

Arbores fundi dotalis à marito scissæ, vel vi ventorum evulsæ, constante matrimonio, de re dotali inæstimata sunt uxoris: idem de lapidicinis scissis, nisi lapidicina excrescat; quia tunc est in fructu pro marito. Hoc dicit.

(1) *Arrancasse.* Idem si arbor desiccaretur, quia eadem est ratio, secundùm Joan. de Imol. *in L. divortio,* §. *si fundum, ff. solut. matrim.* nisi fortè secundam aliam subrogasset vir, *L. arboribus* 12. *ff. de usufruct.*

(2) *Pedrera.* In fundo alterius nullus potest fodere lapides, nisi consuetudo esset in contrarium, ut *in L. venditor* 13. §. *si constat, ff. communia prædior.* & satis probatur hìc: in contrarium tamen facit *L. quosdam* 6. *C. de metallar. lib.* 11. cui respondet Paul. de Cast. *in* §. *si constat*, quòd loquatur de saxis, quæ sunt in profundo fundi, & in paucis locis reperiuntur; undè licet cuilibet (propter publicam utilitatem) subtus fundum alterius privati fodere, & venas apperire, quia hoc non nocet domino fundi superioris, cùm non tangatur aliquid de superficie; secùs, si noceret, & faceret labefactari: procedet ergò primum dictum, quando lapides essent in superficie fundi: vide ibi per Paul.

(3) *Despues.* Nam si antea essent ibi lapidicinæ, & fundus, in quo sic lapis cæditur, daretùr in dotem, commodum lapidicinarum indistinctè spectaret ad virum, *L. si fundus* 8. *ff. soluto matrim.* secundùm opinionem Azon. quæ approbatur per Bart. ibi: quod limitat ibi Joan. de Imol. quando ex fundo alius fructus perciperetur præter lapides; secùs, si nullus alius fructus perciperetur, quia tunc lapides pertinerent ad uxorem, & pretium intelligitur datum fuisse in dotem, si non renascuntur; nam aliàs, si multo tempore durasset matrimonium, posset maritus cædere omnes lapides, & cùm non renascantur, mulier maneret indotata: & est bona consideratio, licèt Alexand. de Imo. ibi dicat, quòd ista investigatio Joan. de Imol. non mediocriter violat illum textum, & quòd ideò non recedit ab intellectu Bart. & communi, ut illa lex generaliter intelligatur.

LEX XXVIII.

Fructus rei dotalis, percepti ab sponso ante nuptiarum celebrationem, augent dotem. Si tamen sponsus ex fructibus alat sponsam, de æquitate acquiruntur sponso. Hoc dicit.

(1) *Acrescen la dote.* Concordat *L. si ante nuptias* 6. *ff. soluto matrim.* & *L. dotis fructus* 7. *ff. de jure dot.*

(2) *Esto es egualdad.* Approbat opinionem Azon. *in summa C. de jure dot. pen. col.* vers. *si autem ante nuptias percipiantur fructus*; & Glos. *in L. si ante nuptias* dicit, hanc æquitatem per legem municipalem servari Bononiæ: & cùm ista æquitas sit scripta in ista lege, servari debet, & non rigor, argum. *L. placuit* 8. *C. de judic. L.* 1. *C de legibus*: vide Bald. Novell. *in tract. de dote, fol.* 58. *col.* 3. *ad fin. col.* 4. *& fol. sequenti*, nam loquitur latè in ista materia: & nota istam legem, quæ istam quæstionem, in qua de jure communi erant opiniones contrariæ, decidit, ut hæc æquitas scripta servetur; licèt de jure communi conmmunis opinio adhæreat rigori.

(3) *Que non fuesse de edad.* Quid si esset in ætate legitima, sed matrimonium non teneret propter consanguinitatem, vel aliud impedimentum? Vide Bald. Novel. *in tract. de dote, fol.* 57. *col.* 3. *&* 4. *& fol. sequent.*

LEY XXIX.

Si puede la muger demandar la dote que dio al marido, mientra durare el Matrimonio.

BAratador, e destruydor seyendo el marido de lo que ouiere (1), de manera que entendiesse la muger, que venia el marido a pobreza por su culpa; assi como si fuesse jugador (2), o ouiesse en si otras malas costumbres, por que destruyesse lo suyo locamente; si temiere la muger, que le desgastara, o le mal metera su dote, puedele demandar por juyzio, quel entregue (3) della; o quel de recabdo (4), que la non enajene; o que la meta en mano de alguno, que la guarde, e que gane con ella derechamente, e de las ganancias guisadas, e honestas (5), que les de dellas onde biuan. E esto puede fazer en esta manera, maguer dure el matrimonio. Mas si el marido fuesse de buena prouision, en aliñar, e endereçar lo que ouiesse, e non malmetiesse lo suyo locamente, segund que es sobredicho, maguer viniesse a pobreza (6) por alguna ocasion, nol podria la muger demandar la dote mientra que durasse el matrimonio. E en tal razon como esta se entiende lo que dize el derecho (7): que la muger que mete su cuerpo en poder de su marido, que nol deue desapoderar de la dote quel dio.

LEY

LEX XXIX.

Potest mulier, durante matrimonio, dotem exigere, si ex mala viri administratione mulier timet dotis dissipationem, vel ut maritus de ea idoneè caveat, aut in alterius manum ponat, ut de dotis fructibus ambo sustententur; sed si malè non administrat, non potest ab eo exigere, licèt casu ad paupertatem deveniat. Hoc dicit.

(1) *De lo que ouiere.* Et sic inchoat malè uti substantia sua: & ista lex sequitur remedium pinguius in hoc datum mulieribus per jus Authenticorum, ut *in authent. de æqualitate dotis*, §. *fin. collat.* 8. erant enim prodita alia remedia, scilicèt sequestrationis, ut *in L. si cum dotem* 22. §. *sin autem* 8. *ff. soluto matrim.* & remedium etiam *L. si constante* 24. *in princ. eod. tit.* remedium quoque *L. ubi adhuc* 29. *C. de jure dot.* de quo vide per Bart. & Doctor. *in dicta L. si constante*, *in princ.* ubi vide, quòd unum ex istis remediis non excludit aliud, & tradit latè Jo. Lup. de Palac. Rub. *in repet. cap. per vestras*, *super text. charta* 1. & 2.

(2) *Si fuesse jugador.* Nota hoc exemplum ad probandum, quòd quis malè utatur substantia sua, si est, videlicèt, lusor; & non ita benè expressum vidi de jure communi hoc: & quando quis dicatur uti malè substantia sua, tradit Bart. *in dicta L. si constante*, *in princ. col.* 4. vers. 1. *quæro*, & *vers. sequent.* & latè per Joan. Lup. de Pal. Rub. *in dicta repet. super text. col. mihi* 50. vers. *ex multis*, *cum multis sequentibus*.

(3) *Entregue della.* Sivè consistat in mobilibus, sivè in immobilibus, vel in pecunia, ut tradit Joan. Lup. *in dict. repet. super text.* versic. *ampliabis* 15. *col. mihi* 140.

(4) *De recabdo.* Approbat opinionem Anton. *in cap. per vestras*, *de donat. inter vir. & uxor.* & Ludov. Rom. *in L. si constante*, *in princ. ff. solut. matrim.* & Bald. Novell. *in tract. de dote*, *fol.* 15. *col.* 4. versic. 5. *limita*, ut vir vergens ad inopiam, vel malè utens substantia sua, evitet restitutionem dotis, si offerat idoneam cautionem; quod & probari videtur *in dicto cap. per vestras*: de jure tamen communi in contrarium est communis opinio Glos. & Doctor. *in dicta L. ubi adhuc*, *C. de jure dot.* & tenet Bart. *in L. si constante*, 10. *quæst.* ubi attestatur Alex. quòd est communis opinio, *ff. solut. matrim.* & Palac. Rub. *in repet. super text. col. mihi* 12. eodem fundamento, scilicèt, quia non est æquum, ut mulier se committat fragilitati cautionis: & dicendum videtur, prout & dicit Abb. *in dicto cap. per vestras*, quòd cùm lex loquatur alternativè, quòd detur electio judici, ut ipse decernat unum ex istis remediis, secundùm quod magis mulieri sit consultum. Adverte tamen, quòd Abb. movetur per *dict. cap. per vestras*, eò quia ibi verba diriguntur ad judicem; in ista autem lege verba diriguntur ad partem, undè partis videtur esse electio, ex eo quod notat Bart. *in L. cum proponas*, *C. de transact.* quòd quando actori conceduntur plura remedia alternativè, vel simpliciter, electio est actoris, *L. quod in hærede* 9. §. *eligere*, *ff. de tributor.* & tradit Doct. de Palac. Rub. *in repet. cap. per vestras, super text. col. mihi* 12. *in formis minoribus.* Sed adhuc videtur, quòd semper versetur arbitrium judicis, ut si videat non benè provisum per cautionem, provideat, ut dos detur mulieri, vel deponatur apud mercatorem honestum, secundùm quod magis mulieri expediat: vide Bald. *in dicta L. ubi adhuc* 29 *col.* 3. vers. *pone quod vir*, *C. de jure dot.* Nota tamen, quòd si evidens est ipsum esse dilapidatorem, etiam cum satisdatione non admittitur, §. *novissimè*, *instit. de suspect. tutor.* tenet Joan. Andr. *in dicto cap. per vestras.*

(5) *Ganancias guisadas, e honestas.* Concordat text. *in dicto cap. per vestras*, ibi, *de parte honesti lucri*, per quem Joan. de Plat. *in L.* 4. *C. de susceptor. & archar. lib.* 10. dicit, quòd hodie potest dari licitè pecunia mercatori, ut indè percipiatur ille quæstus, qui honestè percipi potest: & ibidem ponit verbum notabile, scilicèt, quòd mercator peritus in negotiationis exercitio, præsumitur lucrari, nisi infra annum protestetur, & probet per verisimilia indicia, & argumenta de opposito: & ita dicit Ang. consuluisse, per text. *in L.* 2. *in princ. C. de navicul.* & per *L. tutor qui repertorium*, §. *qui autem*, *ff. de administr. tutor.* Sed an cum mercatore possit pacisci, ut capitale semper sit salvum viro, & uxori, sunt opiniones; Abb. *in dicto cap. per vestras*, tenet, quòd non, contra Joan. And. ibi, & idem Abb. *in cap. naviganti*, *col.* 2. *de usuris*; & est communis opinio cum Abb. prout refert Joan. Lup. de Palac. Rub. *in dict. sua repet. super text. col. mihi* 482. §. 8. *infertur*, ubi vide, nam latè hoc prosequitur.

(6) *Maguer viniesse a pobreza.* Approbat opinionem Glos. *in dicto cap. per vestras*, super verbo *ad inopiam*, *in fine*, quam opinionem etiam tenet Jacob. de Aret. Cin. Joan. Fab. & multi alii, *in L. ubi adhuc*, *C. de jure dot.* & Cardin. *in dicto cap. per vestras*; licèt communis opinio Legistarum sit in contrarium, videlicèt, quòd etiamsi maritus sine culpa sua incidat in paupertatem, competat mulieri repetitio dotis, prout attestatur Abb. *in dicto cap. per vestras*, & Alexand. *in L. si cum dotem*, §. *si maritus*, *ff. soluto matrimonio.* Nota ergò istam legem, quæ etiam in foro ecclesiastico servari debet, secundùm Palac. Rub. *in dict. repet. super text. col. mihi* 100. Et procedit ista lex etiam si maritus esset pauper tempore contractus matrimonii: si tamen esset homo diligens, & non uteretur malè substantia sua, ut etiam lex ista vult, à fortiori procedit, cùm sit major ratio, quàm si post efficeretur pauper: & sic non procedet opinio Bart. & aliorum, *in L. si constante*, *in princ.* 6. *quæst.* 1. *partis*, de quo & per eundem Palac. Rub. *ubi supra*, *col.* 99. ubi allegat istam legem.

(7) *El derecho.* Ut *in cap. per vestras* 7. *de donat. inter vir. & uxor.*

LEY XXX.

A quien deue ser entregada la dote, si muriere la muger.

Ley 3. tit. 2. lib. 5. Recop. Leyes 4. y 5. tit. 8. lib. 5. Recop.

MVerta seyendo la muger, en tal tiempo que durasse el matrimonio entre ella, e su marido, si fijos non dexare (1), que hereden lo suyo, deue ser entregada la dote a su padre della (2). E esto se entiende, quando la dote fuesse profeticia, que quier tanto dezir, como quando es dada de los bienes del padre; fueras ende, si el marido la ouiesse auer por alguna de las tres razones, que dize en la ley que comiença: Gana el marido. Mas si el matrimonio se partiesse, biuiendo la hija, por algund embargo derecho; si fuere la dote profeticia, deue ser entregada al padre, si fuer biuo, e a la fija, a amos (3) de so vno. E si el padre fuere muerto, deue ser entregada a la fija (4), quier aya fijos, o non. E si la dote fuere aduenticia (5), e fuesse fecho diuorcio biuiendo la fija, otrosi deue ser entregada a ella, e non al padre, maguer fuesse biuo. E si la dote ouiere dada otro qualquier (6), que non fuesse padre de la muger, e la diesse simplemente sin otra postura; si ella muriere sin fijos (7), deue ser entregada la dote a los herederos de la muger. E si algun pleyto pusiesse, el que la establescio, quando la daua, deue ser guardado (8) se-

LEX XXX.

Dos profectitia restituitur patri, filia sine liberis in matrimonio defuncta, nisi vir lucretur eam, juxta *L. 22. supr. eod.* si autem filia viva solvitur matrimonium, restituetur patri, & filiæ simul; vel patre mortuo, filiæ tantùm: si autem dos est adventitia, soli filiæ est restituenda; nisi extraneus, qui dedit, aliter pactus fuit in ejus constitutione, quia tunc pactum servandum est. Hoc dicit.

(1) *Non dexare.* Ergò à contrario sensu, si filii supersint, dos profectitia pertinebit ad filios, & non ad patrem mulieris; quæ fuit opinio Martin. *in L. dos à patre profecta, C. solut. matrim.* quam dicit Glos. ibi, de consuetudine approbari, sed non esse veram de jure: & de jure communi, cessante consuetudine, quæstio erat multùm dubia, ita ut plurimi Doct. maximè Ludov. Rom. *in L. post. dotem, ff. solut. matrim.* dixerunt, Cæsarea decisione indigere, & tradit etiam Socin. 1. *parte, consil.* 9. incipit *prosequendo ordinem*; quod & latissimè deduxit Salic. *in d. L. dos à patre profecta.* Habes hic hoc expeditum de jure istius Regni. Et quid si pater stipuletur dotem sibi reddi, liberis non existentibus soluto matrimonio, & liberi tunc existant? an tales liberi habeant dotem ex tacito pacto, velut ex hæreditate materna, vide Bald. *in L. quod scitis, col.* 2. & 3. *C. de bon. quæ liber.* & vide infrà in ista lege, ibi, *si ella muriere sin fijos.*

(2) *Su padre della.* Concordat *L. dos à patre profecta* 4. *C. soluto matrim.* & intellige, ut Glos. ibi, si habeat filios in potestate, non aliàs. Quid tamen, si pater stipuletur dotem sibi reddi soluto matrimonio? Dic, quòd tunc, etsi filia emancipetur, dos debetur patri soluto matrimonio, Bart. & Doctor *in L. post dotem, ff. solut. matrim.* & *in L.* 1. §. *videamus, C. de rei uxor. act.* & limita, ut per Bart. *in dicta L. post dotem, col.* 5. & 6. Frater tamen non posset sic pacisci, cùm dotat sororem, cui pater jussit dotem dari in testamento, Bald. *in L. avia, col.* 3. *C. de jure dotium.*

(3) *Amos.* Concordat *L.* 2. §. *voluntatem*, & *L. dotem* 37. & *L. si pater sine* 4. & *L. non solum autem* 3. *ff. soluto matrim.*

(4) *La fija.* Adde *L. unicam*, §. *videamus* 11. *C. de rei uxor. actione.*

(5) *Fuere adventicia.* Adde text. *in authent. quod locum, C. de collat.* & *L.* 2. §. *quod si in patris, ff. solut. matrim.* ubi Glos.

(6) *Otro qualquier.* Concordat *L. unica*, §. *accedit* 13. *C. de rei uxor. action.* Et si extraneus promittit dotem marito mulieris, an agat maritus tantùm, vel etiam mulier, vide *L. si pro te* 2. & ibi Doctor. *C. de dot. promis.* Et extende istam legem etiamsi dos promittatur pro incerta persona, cui promissor nullam habet affectionem, ut & tali casu etiam ei donare videatur, ut est casus notabilis, & ibi Paul. de Castr. & Jas. *in L. à Titio, ff. de verbor. oblig.* Extende etiam, etsi mulier, pro qua extraneus dotem dat, vel promittit, sit dives, cùm hæc lex non distinguat, neque etiam *dictus* §. *accedit*, & tenet Bald. Novell. *in tract. de dote, charta* 21. versic. 45. *privilegium.* Extende etiam, secundùm eum, etiamsi subesse posset alia ratio, seu causa, quàm donationis, eò quòd si alia causa non subesse posset, quàm donationis, nullus favor dotis esset in hoc. Per quod infert, posse attentari, quòd si debitor mulieris dat, vel promittit dotem pro ea, si non exprimit, quòd animo se liberandi faciat, præsumitur quòd facit magis animo donandi, quàm se liberandi; quod est notabile, sed dubitabile, & vide ibidem per eum, *col.* 2. & 3. Quid si debitor mulieris solvit dotem constitutam, vel promissam à muliere? an videatur solvisse animo donandi, vel se liberandi? Vide distinctionem ibi per eum. Extende etiam, etsi dicat, quòd dat, vel promittit dotem pro tali muliere, vel nomine talis mulieris; ut non intelligatur, ut negotiorum gestor, sed animo donandi, ut tenet ipse Bald. Novell. ibi, *col.* 3. Limita tamen singulariter istam legem, & *d.* §. *accedit*, quando onus dotandi spectabat ad ipsam mulierem, si tamen ipsa mulier haberet patrem, cui incumberet istud onus, qui fortè esset absens in remotis, vel perfidia detentus nollet dotare filiam: nam tunc non præsumitur animus donandi, neque donatio; sed poterit talis extraneus dotans repetere à patre, cujus negotium gessit, arg. *L. si quis à liberis* 5. §. *si mater* 14. *ff. de liber. agnosc.* vide Bald. Novell. *in dicto tract. fol.* 9. *col.* 2. qui hoc tenet, & reputat benè notandum. Limita secundò, nisi extraneus det dotem jussu, vel rogatu mulieris: nam tunc recurrendum est ad distinctionem Bart. & notata ibi per eum, *in L. si donaturus*, §. 1. *ff. de condict. ob caus.* Limita tertiò, quando matrimonium fuit sequutum: nam non sequuto matrimonio; extraneus posset repetere per condictionem ob causam, *L. si extraneus* 6. & ibi Bart. *ff. de condict. ob causam*, vide etiam eundem Bart. *in L. dominus testamento, ff. de condict. indeb.* Limita quartò, nisi dotans frater, vel alius extraneus (cùm gereret negotia mulieris) dotaret; de quo per Glos. Bart. Cin. Bald. & Salicet. *in L. fin. C. de dot. promis.* ubi & vide, quid de fratre dotante sororem de bonis communibus.

(7) *Si ella muriesse sin fijos.* Istud verbum non est *in dicto* §. *accedit*, ex quo lex ista habuit originem: & videtur velle ista lex, quod existentibus filiis, dos ista data per extraneum, matre moriente, ex tacito pacto debeatur filiis illius matrimonii, licèt non sint hæredes matris. Undè resultant duo. Primum, extensio ad opinionem Martini, de qua *in dicta L. dos à patre profecta*, & dixi suprà. Secundum, quòd, etsi filii non sint hæredes matris, ex tali tacito pacto, & istius legis providentia, succedent in ista dote; & sic deciditur quæstio, de qua per Bald. *in dicta L. quod scitis, C. de bonis quæ liber.* & *in dicta L. dos à patre.* Cogita tamen, quia est nova consideratio.

(8) *Deue ser guardado.* Quid si simpliciter extraneus stipuletur dotem reddi, non addito, sibi, vel mulieri? Dic, quòd favore dotis actio erit mulieris, & non extranei; & adhuc militat dispositio hujus legis, ut videatur donatum mulieri, ut est casus *in L. post dotem* 40. *secundùm tertiam lecturam, ff. solut. matrim.* & idem dic, si extraneus stipuletur dotem sibi, aut mulieri reddi; vel reddi sibi, aut cui de jure debetur; ut hæc omnia videbis per Bart. *in L. Cajus, ff. solut. matrim.* & per Bald. Novel. *in tract. de dote, charta* 18. *col.* 1. & 2. Si tamen stipularetur dotem sibi reddi, & mulieri, tunc pro

segund que le puso aquel que la dio (9).

LEY XXXI.

Quando deue ser entregada la dote a los herederos de la muger.

Leyes del tit. 8. lib. 5. Recop. Desatado seyendo el matrimonio por alguna razon derecha; luego que el diuorcio sea fecho, deue ser entregada la dote a la muger, o a sus herederos, si fuere de cosa que sea rayz (1). Mas si fuere la dote de cosa mueble (2), deue ser entregada fasta vn año (3), desde que el diuorcio fue fecho. Esso mismo seria, si el matrimonio se partiesse por muerte. Ca deue ser entregada la dote, o la donacion (4) a aquel que la deue auer; si fuere cosa que sea rayz, luego quel matrimonio se departe; e si fuere de cosa mueble, fasta vn año: fueras ende, si la ouiesse de entregar a los fijos, que non fuessen de edad; que la puede tener el padre (5), o la madre (6), fasta que sean de edad. E esto se entiende que deue ser fecho, de guisa que gouierne los fijos, e los crie; e que les non enajene (7), nin malmeta la dote.

LEY XXXII.

Que despensas puede contar, e auer el marido, quando entregare a su muger, e a sus herederos la dote, partiendose el Matrimonio por juyzio, o por muerte.

Mejorando el marido la cosa que le dio su muger en dote, non seyendo apreciada, assi como si la refiziesse, o *Ley 5. tit. 9. lib. 5. Recop.*

pro dimidia parte competeret cuilibet, ut per Bart. ubi suprà. Et an cùm extraneus stipulatur dotem sibi reddi, mulier posset agere in casu legis suprà proximæ, vide Gloss. *in L. si constante*, *in princ.* ubi Bart. *ff. solut. matrim.* Alex. *in L. si extraneus*, *ff. de condict. ob causam.*

(9) *Que la dio.* Sed an hoc casu extraneus paciscens habeat tacitam hypothecam pro restitutione dotis, vide Bald. Novel. quòd non, *in tract. de dote*, *fol.* 9. *col.* 3. Et adde, quòd si mater, vel frater divites dotarent filiam, vel sororem inopem, non possent, sibi de restitutione dotis pacisci: tenet idem Bald. Novel. ibi *charta* 23. *col.* 4. quod tene menti.

LEX XXXI.

Soluto matrimonio res dotales immobiles sunt statim restituendæ, mobiles verò post annum; nisi pater, aut mater habeant restitutionem filiis minoribus facere, quia potest dotem retinere usque ad legitimam filiorum ætatem, eos gubernando, & alendo, non tamen alienando, neque dissipando. Hoc dicit.

(1) *Que sea rayz.* Idem dic, si bona immobilia perierunt culpa viri, & sic deventum est ad æstimationem: nam statim debet solvi, secundùm Cinum, & Alberic. *in L. unica*, §. *exactio*, *C. de rei uxor. action.* secùs, si sine culpa viri, ut *in L. cum in fundo* 78. §. *si fundus* 4. *ff. de jure dot.*

(2) *De cosa mueble.* Etiam si data fuit æstimata, vide Bald. *in L. cum dotem*, *C. de jure dot.* post Gloss. ibi: & quid si data fuit in juribus, vide *L. licet* 43. §. *fin. ff. de jure dot.*

(3) *Vn año.* Etiamsi maritus, & ejus hæredes statim possent solvere, & licèt pecuniam habeant præ manibus, secundùm Bartol. *in L. divortio*, §. *interdum*, *ff. solut. matrim.* licèt Jacobus de Aret. & Cinus *in dicto* §. *exactio*, tenuerunt contrarium, ubi & Alberic. undè procedit hæc lex, etiamsi maritus sit dives: si tamen uxor esset pauper, tenetur eam alere infra istum annum, ut notat Glos. *in dicto* §. *exactio*, cujus opinio communiter approbatur, ut tradunt Doct. *in L. divortio*, *in princ. ff. solut. matrim.* & Alex. *consil.* 127. 4. *vol.* & licèt pro dote restituenda interveniat expressa stipulatio, adhuc datur iste annus, ut dicit Paul. de Castr. *in L.* 2. *in princip. ff. solut. matrim. col. fin.* licèt contrarium voluit Bart. *in L. divortio*, *ff. de verbor. oblig.* ubi vide Jas. Habebit etiam locum ista dilatio in extraneo dotante, & stipulante dotem sibi reddi, Gloss. & ibi Bart. & Doct. communiter *in dicta L.* 2. *ff. solut. matrim.* licèt Alber. tenuerit contrarium *in dicta L. unica*, §. *accedit*, *C. de rei uxor. action.* Sed quid si dos non erat soluta viro? an possit soluto matrimonio dotem petere, ut gaudeat commodo hujus dilationis? Gloss. quòd non, nisi quando intervenit pactum de lucranda dote, *in authent. de nupt.* §. *dotes*, *collat.* 4. & tenet Alber. *in dicto* §. *exactio.* Et si dos legaretur uxori per virum, non haberet locum ista dilatio, ut *in L.* 1. *in princ. versic. verum*, *ff. de dote præleg.* & possent, si vellent, hæredes mariti statim restituere, non expectata hac dilatione, & liberarentur ab alimentis præstandis uxori, secundùm Bald. *in authent. ei qui jurat*, *C. de bonis auctor. judic. possid. col.* 15. imò possent, secundùm eum, statim restituere, detracto interusurio medii temporis, per *L. si constante* 24. §. *quotiens*, *ff. solut. matrim.* quod ultimum reputat admirabile Alexand. *in L. divortio*, *in princ. ff. solut. matrim.* Et quid si vir non subiit onera matrimonii, & sic fructus immobilium (qui fuerunt dati in dotem) debeant restitui mulieri una cum ipsis bonis? an pro illis fructibus, seu eorum æstimatione vir habeat istam dilationem, vide Bald. Novel. quòd non, *in tract. de dote*, *fol.* 4. *col.* 1. Gloss. tamen singular. voluit contrarium *in dicta L. divortio*, §. *interdum*, *ff. solut. matrim.* Et nota benè, quòd elapso anno tenebuntur hæredes viri restituere ipsi mulieri pretium fructuum, quos habuerunt ex mobilibus, ita sicut ipsa mobilia dotalia, ut probatur *in dicto* §. *exactio*, *versic. similique modo.* Fructus ergò intrinseci sunt ipsius mulieris interim, licèt eorum interusurium in restituendo sit viri, vel ejus hæredum, ut *in L. si constante* 24. §. *quotiens*, & ibi Bart. & Doct. *ff. solut. matrim.* notat Bald. Novel. *in dict. tract. de dote*, *fol.* 41. *col.* 2. & tenet Bald. ubi vide bonum exemplum, quod in hoc ponit *in dicto* §. *exactio*: quod videtur intelligendum ita, ut in pretio istorum fructuum computentur alimenta, quæ præstita fuerunt mulieri pendente ista dilatione, arg. *L. fructus* 7. *ff. solut. matrim.*

(4) *La donacion.* Propter nuptias intellige, quæ est penes uxorem pro securitate dotis, ut non teneatur uxor restituere statim, sed usque ad annum, si consistat in mobilibus. Quod fortè debet intelligi, nisi dos sibi statim restituatur: nam tunc etiam ipsa statim deberet restituere donationem propter nuptias, ut est de mente Bald. *in authent. sive à me*, *C. ad Vellejan.* versic. *item quæro.*

(5) *El padre.* Ut legitimus administrator bonorum filii, *L.* 1. *C. de bon. matern.*

(6) *La madre.* Si velit esse tutrix filiorum, ut *in authent. matri*, *& aviæ*, *C. quando mul. offic. tutor. fungi potest.*

(7) *Enajene.* De patre loquitur; nam mater posset alienare sua bona dotalia, & nihil in eis habent filii ea vivente, *L.* 1. §. *impuberi*, *ff. de Carbonian. edicto.*

LEX XXXII.

Expensas necessarias, vel utiles dotem augmentantes, recuperat maritus, computatis fructibus dotis perceptis; voluntarias autem minimè: gaudebit tamen vir, vel eo mortuo ejus filii, si conveniantur ad dotem restituendam, ne conveniantur ultra quàm facere possunt; & sic deducto, ne egeant. Hoc dicit.

o la acresciesse, porque fuesse mejor (1), e rendiesse mas; si las despensas que en ella metiere, fueren atales, que se mejora la dote por ellas, puedelas contar, e auerlas aquellas que fiziere, ademas (2) de quanto montare el esquilmo, que lleuo de los frutos, e de las rentas de la dote. Mas si fiziere el marido despensas en la dote de su voluntad (3), que se tornasse mas en apostura, que en pro della, assi como si fuessen casas, e las pintasse, o en otra manera semejante destas; non las deue contar, nin las puede demandar, quando entregare la dote. Pero si acaesciesse, que el marido non podiesse luego entregar toda la dote, a los plazos que dize en la ley ante desta; deue el Juez de aquel lugar, catar que le faga que pague aquello que pudiere (4), de manera quel finque alguna cosa de que biua todavia, tomando tal recaudo (5) del, que la pague quanto mas ayna pudiere. Esso mismo se entiende, que deue ser guardado en los fijos (6), si acaesciere que ayan de entregar la dote a su madre, por razon de su padre.

TITULO XII.

De los que casan otra vez, despues que es partido el primero Matrimonio.

(12) *Muger legitima.* Adde *L. si quis officium* 38. & *L. eos* 65. *ff. de ritu nupt.* & *L. & si contra* 6. *C. de nupt.* & ideò dicit hìc, *de nueuo*, quia veterem sponsam benè uxorem ducere potest, ut *in dicta L. si quis, vers. veterem*, & *in L. 1. C. si Rect. prov.* Istæ tamen leges correctæ sunt de jure Canonico, ut notat Joan. And. post Gofr. *in cap. fin. de secund. nupt. in fine*, Host. *in summa, qui filii sint legit. §. qualiter, & à quo*, versic. *illegitimos*, Alb. *in rub. C. si Rector provinc.* & Abb. *in dicto cap. fin.* vide tamen Salic. *in dicta L. & si contra*, qui dicit, quòd cùm hæ leges, & similes fundentur, ne matrimonium contrahatur metu, & matrimonium metu contractum sit ipso jure nullum etiam jure Canonico, videtur, quòd sit alia ratio: sed tenenda est opinio Canonistarum, nisi adesset probatio metus aliter, quàm ex præsumptione terroris officii; coadjuvaret tamen ista præsumptio alias probationes; & ad hoc nota dictum Salic. Cum enim matrimonium debeat esse liberum, iste terror officii coadjuvaret alias probationes.

(13) *Podria y rescebir.* Adde *L. fin. ff. eod.* & *L. si quis officium* 38. *ff. de ritu nupt.*

(14) *Muchas barraganas.* Non enim licet habere plures concubinas, ut *in authent. quib. mod. nat. effic. sui, cap. discretis* 12. *§. si verò effusa* 5. & ibi notat Glos. *collat.* 7. & *in authent. de triente, & semis. cap. consideremus* 5. *collat.* 4. & Glos. *in L. 1. C. isto tit.*

(15) *Vna sola.* Ut enim concubinatus sit licitus, requiruntur plura de jure Civili; quia de jure Canonico nullo modo potest esse, quia est contra præceptum Decalogi, *non mæcaberis, &c.* Primò, matrimonii possibilitas; undè debet esse solutus, & soluta, ut hìc, & in principio istius legis. Secundò, concubinæ unitas, id est quòd sit una, & non plures, ut hìc in verbo *otrosi*, de quo etiam hodie vide *L. 11. Tauri.* Tertiò, secundùm aliquos, cohabitatio simultanea; alii tamen non requirunt cohabitationem, sed dicunt sufficere prædicta duo, ut refert Bald. *in authent. licet, C. de natur. liber.* & idem Bald. *in L. eam quam, C. de fideicommis.* dicit, quòd licitus concubinatus quoad leges sæculi est inter solutum, & solutam; debet tamen intervenire verbum protestantis, se tenere in concubinam, & etiam factum, scilicèt quòd retineatur in domo, ita quòd non possit vagari circa plurimorum concubitus: & Glos. *in L. penult. ff. isto tit.* requirere etiam videtur cohabitationem: respectu tamen legitimationis filiorum non est necessaria cohabitatio, quando subsequeretur matrimonium, ut dixi suprà *tit. prox. in L. 1.* & adde *L. 1. infrà tit. 1.* ibi, *de fuera de sus casas*, & quod ibi dixi: sed an requiratur ista cohabitatio in concubinatu, vide Roder. Suar. *in comment. L. 1. tit. 6. lib. 3. Foro Leg. fol.* 3. ubi concludit, quòd in his Regnis, etiam ante legem Tauri, semper vidit pronuntiatum, quòd licèt in concubinatu non adessent solemnitates cohabitationis, filii essent naturales, & quòd etiam talibus possit relinqui.

(16) *Que pueda casar.* Adde *in authent. ut liceat matri, & aviæ, cap. ad hoc 2. collat.* 8.

L E X III.

Illustres non possunt in concubinam habere, nisi ingenuam, non libertinam, aut cauponam, regatariam, lenam, aut alicujus earum filiam, neque alias vilis conditionis; aliàs filii non erunt naturales, nec succedent patri, nec tenentur alimentare, quia sunt spurii: & illustres dicuntur de genealogia Regali, aut Comites, vel sui descendentes, vel similes. Hoc dicit.

(1) *Illutres.* Habes hìc expressum, qui dicantur illustres: de jure verò communi, vide glos. notabil. *in auth. ut ab illustrib. & qui super eos sunt, collat.* 7. & vide Joan. de Plat. *in L. fin. C. de decurion. lib.* 10. & superillustris est Papa, Imperator, Patricius, Consul: Glos. *in L. quotiens, C. ubi senat., vel claris.* vide Abb. *in cap. solitæ, 1. notabil. de major. & obed.*

(2) *E los Condes.* Nota hìc, quòd Comites sunt illustres; Bald. verò *in L. 1.* versic. *his cunabulis, ff. de offic. præf. prætor.* dicit eos spectabiles: ideò tu nota istam legem, qui sunt illustres: & dicit ibidem Bald. quòd Cardinales, & Patriarchæ, qui sunt ad instar Regum, & regunt multas provincias, sunt illustres; Archiepiscopi verò, & Episcopi sunt spectabiles. Specul. *tit. de jurisd. omn. judic. col.* 4. Metropolitas vocat illustres, Episcopos spectabiles: vide per eum latè: hodie tamen in his nominibus nimis exceditur per abusum.

(3) *Semejantes destos.* Et idem multo fortiùs Duces, & Marchiones sunt illustres.

tales mugeres y a, que non deuen rescebir (4), assi como la sierua, o fija de sierua. Nin otrosi la que fuesse aforrada, nin su fija; nin juglaressa, nin sus fijas; nin tauernera (5), nin regatera (6), nin alcahueta, nin sus fijas; nin otra persona ninguna de aquellas que son llamadas viles (7), por razon de si mismas, o por razon de aquellos do descendieron. Ca non seria guisada cosa, que la sangre de los nobles fuesse embargada, nin ayuntada a tan viles mugeres. E si algunos de los sobredichos fiziesse contra esto, si ouiesse de tal muger fijo, segund las leyes (8), non seria llamado fijo natural; ante seria llamado spurio, que quier tanto dezir, como fornezino (9). E demas, tal fijo como este non deue partir (10) en los bienes del padre, nin es el padre tenudo de criarle (11), si non quisiere.

Ley 7. tit. 8. lib. 5. Rec.

TITULO XV.

De los Fijos que non son legitimos.

Fijos han a las vegadas los omes, que non son legitimos, porque non nascen de casamiento segund ley. E como quier que Santa Eglesia non tenga, nin aya por fijos derechureros, atales como estos; pero pues que acaesce que los omes los fazen, ya que en el Titulo ante deste fablamos de las barraganas, queremos dezir en este, de los fijos que nascen dellas. E mostrar primeramente, que quier dezir fijos non legitimos. E por quales razones son atales. E quantas maneras son dellos. E que daño viene a los fijos, por non ser legitimos. E como se pueden legitimar. E que bien, e pro nasce a los fijos, por ser legitimos.

LEY I.

Que quier dezir fijo non legitimo, e por que razones son atales: e quantas maneras son dellos.

Leyes 7. y 9. tit. 8. lib. 5. Recop.

Naturales, e non legitimos, llamaron los Sabios antiguos a los fijos que non nascen de casamiento segund ley; assi como los que fazen en las barraganas (1). E los fornezinos, que nascen de adulterio (2), o son fechos en parienta (3), o en mugeres de Orden (4). E estos non son llamados naturales: porque son fechos contra ley, e contra razon natural. Otrosi fijos y a, que son llamados en latin manzeres (5), e tomaron este nome de dos partes de latin; manua, sce-

(4) *Que non deuen rescebir.* Licèt ergò possint contrahere nuptias cum istis vilibus personis isti illustres, ut *in authent. ut liceat matri, & aviæ, cap. quia vero* el 1. *collat.* 8. & *in authent. sed novo jure, C. de natur. liber.* non tamen etiam hodie possunt viles personas, de quibus hìc, habere concubinas; & sic remanet incorrecta *L.* 1. *C. de natur. liber.* in concubinis, ut declarat ibi Azo *in summa, col.* 2. vers. *neque prætereundum,* & idem tenet Alb. *in dicta L.* 1. *in fin.* & probat ista lex. Sed an hodie per *L. Tauri* 11. filii, de quibus in ista lege, sint naturales, & sic corrigatur ista lex? Cogita: quia videtur, quòd in isto casu speciali, propter rationem hìc positam, ista lex manet incorrecta; sed fortè propter generalitatem illius *L. Tauri* in practica servaretur contrarium.

(5) *Nin tauernera.* Intellige de ea, quæ ministrat in taberna, & dat vinum potantibus; non verò in domina cauponæ, ut *in L. quæ adulterium* 29. *C. de adult.* quia & honestæ fœminæ, seu dominæ aliquando faciunt vendi vinum in taberna, neque ibi ministrant, vel assistunt, & ideò non dicentur viles personæ, secundùm Alber. *in L. humilem, C. de nupt.*

(6) *Nin regatera. In dicta L.* 1. dicitur ea, quæ mercimoniis præest publicè, & videbatur contrarium per *L. eos* 12. *in princ. ff. de decurion.* & intelligerem de ea quæ, secundùm communem usum loquendi, vulgò ita appellatur.

(7) *Viles.* Potest intelligi de aliis, qui alia vilia exercerent officia, ut dicit Glos. *in cap. qui contra,* 24. *quæst.* 1. vel hi de quibus habetur in text. & Glos. *in authent. de testib.* §. *sancimus, collat.* 4. & vide *L.* 9. *tit.* 1. *lib.* 4. *Ordin. Regal.*

(8) *Las leyes.* Ut *in L.* 1. *C. de natur. liber.* & hìc.

(9) *Fornezino.* Vide infrà *tit.* 15. *L.* 1.

(10) *Non deue partir.* Non succedet ergò in his, in quibus alias naturalis succedit, ut *in authent. licet, C. de natur. liber.* juncta *dict. L.* 1. & quicquid ei à patre donetur, aufertur ab eo, & applicatur certis personis, de quibus *in dicta L.* 1. *C. de natur. liber.*

(11) *De criarle.* De æquitate canonica secùs esset, ut *in cap. cum haberet* 5. *de eo qui duxit in matrim. quam pol. per adult.* & ibi Innoc. & Doct. etiam *in authent. ex complexu, C. de incest. nupt.*

TITULUS XV.

LEX I.

Filiorum autem quidam sunt legitimi, & naturales, ut nati ex legitimo matrimonio; alii legitimi tantùm, ut adoptivi; alii naturales, ut ex concubina sola in domo retenta; alii adulterini, & nothi, ut nati ex adulterio; alii incestuosi, ut ex consanguinea, affine, vel religiosa; alii manzeres, ut ex publica meretrice; alii spurii, ut ex non publica, quæ non solùm uni commiscetur, nec in domo ut concubina retinetur. Hoc dicit.

(1) *Barraganas.* Retentis in domo, ut infrà *ead. L.* probatur, & dixi *in L.* 2. *suprà tit.* 14. & hoc de jure communi, & isto Partitarum: hodie verò de jure juniori Regni, filius genitus ex soluto, & soluta, licèt non retenta in domo, & licèt non sit unica concubina, dicitur naturalis, ut *in L.* 11. *in Ordin. Tauri.* Et an si nascatur ex virgine, vel honesta vidua, dicatur hodie filius naturalis; videtur, quòd sic, propter generalitatem illius legis: & licèt in his non sit licitus concubinatus, ut habetur suprà *tit.* 14. *L.* 2. & ibi dixi, quia committitur stuprum in virgine, & etiam in vidua, non interveniente protestatione; tamen filii dicuntur naturales per *dictam L. Tauri*; & quia idem est de jure Canonico, quòd filius natus ex vidua, vel virgine, dicitur filius naturalis, licèt sit vi rapta, ut *in cap. innotuit* 20. & ibi Bald. *de elect.* & hoc etiam tenet Roderic. Suarez *in comment. L.* 1. *tit.* 6. *lib.* 3. *Foro Leg. fol.* 4. Et adde, quòd Bald. *in L. parentes, ff. de in jus vocand.* dicit, quòd natus ex furtivo accessu virginis, vel viduæ, est spurius, & allegat *dict. cap. innotuit*; sed verius credo, quod dixi: & Glos. *in dicto cap. innotuit* voluit, hunc esse naturalem.

(2) *De adulterio.* Hos dicit nothos, infrà *ead. L.*

(3) *En parienta.* Isti dicuntur incestuosi.

(4) *De orden.* Vide 1. *quæst.* 7. *cap. tali,* & Gloss. 32. *quæst.* 4. *cap. fin.*

(5) *Manzeres.* De his vide Gloss. *in cap. nisi cum pridem, de renuntiat.*

scelus, que quier tanto dezir, como pecado infernal. Ca los que son llamados manzeres, nascen de las mugeres que estan en la puteria, e danse a todos quantos a ellas vienen. E porende non pueden saber, cuyos fijos son los que nascen dellas. E omes y a, que dizen, que manzer tanto quiere dezir, como manzillado; porque fue malamente engendrado, e nascen de vil logar. E otra manera ha de fijos, que son llamados en latin spurii (6); que quier tanto dezir, como de los que nascen de las mugeres, que tienen algunos por barraganas de fuera de sus casas, e son ellas atales (7) que se dan a otros omes, sin aquellos que las tienen por amigas; porende non saben quien es su padre del que nasce de tal muger. E otra manera ha de fijos, que son llamados notos (8): e estos son los que nascen de adulterio: e son llamados notos, porque semeja, que son fijos conoscidos del marido que la tiene en su casa, e non lo son.

LEY II.

Por que razones los fijos non serian legitimos, maguer nasciessen de Casamiento.

Ley 1. tit. 1. lib. 5. Recop. CEladamente (1), e en escondido se casan algunos, e fazen fijos (2). E si entre los que assi casan, fuesse fallado tal embargo, por quel casamiento se ouiesse a departir, los fijos que fiziessen estos atales, non serian legitimos: e non se podrian escusar, maguer dixessen, que non sabian el embargo ambos, o el vno dellos. E esto es, porque sospecha es contra ellos, que non lo quisieron saber, si auia entre ellos tal embargo por que non deuian casar, pues que se casaron encubiertamente. Otrosi, non serian los fijos legitimos, de aquellos que sopiessen que auia entre ellos atal embargo por que non deuian casar; maguer se casassen manifiestamente en faz de la Eglesia, e non denunciasse otro ninguno el embargo, nin fuessen porende acusados. E esto se entiende, quando la muger, e el marido, amos a dos, saben el embargo. E otrosi non son legitimos, ningunos de quantos fijos nascen de padre, e madre, que non son casados segund manda Santa Eglesia (3). Otrosi dezimos, que si alguno que ouiesse muger a bendiciones, fiziesse fijos en barragana biuiendo su muger, que estos fijos atales non serian legitimos; maguer despues desto se muriesse la muger velada, e casasse con la barragana (4): e esto es, porque fueron fechos en adulterio (5).

LEY

(6) *Spurii.* Strictè accipit hìc spurium, ut videtur sequi Gloss. *in dicto cap. nisi cum pridem*, & adde Bald. *in L. parentes, ff. de in jus vocand.* versic. 3. *regula*, ubi dicit, quòd nati ex personis, inter quas prohibetur concubinatus, licèt non matrimonium, sunt spurii; & ibi exemplificat in nato ex concubina, & clerico in minoribus, vel in pinzocula tertii ordinis B. Francisci, quæ potest contrahere matrimonium, non tamen esse in concubinatu: sed attenta *L. Tauri*, de qua dixi suprà *in gloss.* 1. & isto in Regno dicentur, & habebuntur, ut filii naturales: spurius tamen est nomen generale extendens se ad quoscunque natos ex damnato coitu, ut tradit Abb. *in cap. tanta, pen. col. qui filii sint legit.* & Jas. *in L. 2. in princ. ff. de verb. oblig.* & alibi dicit Bald. quòd spurius dicitur, id est, qui extra puritatem juris naturalis natus est, *in L. vulgo, ff. de statu homin.* & adde casum, in quo filius censetur sine patre, & neque dicitur spurius, neque legitimus, ut *in L.* 1. ubi vide Bald. *C. de captiv. & postlimin. revers.* Nota etiam, quòd spurii non comprehenduntur appellatione filiorum, Bald. *in L. 2. C. de succes. edicto*: non enim spurius potest dici filius, §. *pen. inst. de nupt.* Bald. *in L. si pater, C. de hæred. instit.* De naturali, an comprehendatur, vide Bald. *in dicta L. parentes.*

(7) *Ellas atales.* Si ergò non essent tales, imò non admittentes alterius, seu aliorum concubitus, filius dicitur naturalis, licèt non sint retentæ in domo: vide quæ dixi suprà *ead. L. gloss.* 1.

(8) *Notos.* De his etiam vide per Gloss. *in dicto cap. nisi cum pridem*, in parte *manzeres.*

LEX II.

Filii ex clandestino matrimonio geniti, impedimento detecto, non sunt legitimi; licèt ignorantia prætendatur impedimenti: idem, si impediti scienter publicè contraxerunt: sed si unus conjugum ignoravit, filii durante ignorantia geniti, sunt legitimi. Item habens uxorem legitimam, si ea vivente, in concubina filium procreavit, & post mortem uxoris cum concubina contrahat, filius à concubina ante natus non erit legitimus. Hoc dicit.

(1) *Celadamente.* Adde *L. 3. tit. 3. suprà ead. Part.*

(2) *Fazen fijos.* Quid si postea contraxerunt in facie Ecclesiæ? an legitimentur filii jam habiti in clandestinitate matrimonii? Vide *cap. quod nobis 9. qui filii sint legit.* & ibi Doct.

(3) *Santa Eglesia.* Non ergò attenditur jus Civile, vel statuta, seu consuetudines laicorum, ut *in cap. 1. de sponsal.* Joan. Andr. *in cap. statutum, de hæretic. lib.* 6. tradit Præpos. *in cap. placuit* el 2. 32. *dist.* Bald. *in L. 2. C. de instit. & substit.*

(4) *Casasse con la barragana.* Quid si filii fuerunt concepti ante mortem uxoris; sed ante partum concubinæ, mortua uxore, cum illa contraxit? Vide Joan. Andr. & Anto. *in cap. tanta, qui filii sint legit.* & per Anton. de Rosel. *in tract. de legitimatione, fol. 2. col. 4. vers. sed pone*, & *L. nuper* 11. *C. de natur. liber.* ubi & Salic. & quæ dixi *in L. 1. tit. 3. Part. eadem.*

(5) *En adulterio.* Quid si unus eorum ignorabat adulterium, veluti mulier, quæ ignoranter concubuit cum uxorato, credens eum solutum? Hanc quæstionem movet Gloss. *in cap. tanta*, super parte *aliam, qui filii sint legit.* quæ prout est in libro meo tenet, quòd legitimentur filii habiti ex tali concubitu per sequens matrimonium, & idem tenet Anton. Rosel. *in tract legitimation. fol. 8. col. 3. in cap.* incipienti *visum est*, referens Anton. ita tenuisse, & allegans gloss. aliam *in cap. non omnis*, 32. *quæst.* 2. in parte *constituente.* Joan. And. tamen, & Abb. & Cardinal. tenet contrarium; imò, secundùm Abbat. ibi glossa *dicti cap. tanta* dicit contrarium, & dicit benè, si in fine gloss. non affuisset illud verbum *primum verius*, quod dicit Cardin. fuisse additum in glossa, & Abb. non habebat in glossa sui libri. Istam quæstionem tractat latè Roder. Suarez *in commento L. 1. tit. 6. lib. 3. Foro Leg. fol.* 4: versic. *ad prædicta*, ubi referens prædicta, nihil affirmat. sed consuluit, adhærendum esse opinioni æquiori, & sanctiori ad salutem animæ, & conscientiæ, in quo satis videtur adhærere opinioni Joan. Andr. Abb. & Card. quam etiam tenuit Anton. & istam partem ego credo veram, & communem opinionem; quam intellige, ut ipsi declarant,

Aaaa quan-

LEY III.

Que daño viene a los fijos, por non ser legitimos.

Ley 5. y 9. tit. 8. lib. 5. Recop.

DAño muy grande viene a los fijos, por non ser legitimos. Primeramente, que non han las honrras (1) de los padres, nin de los abuelos. E otrosi, quando fuessen escogidos para algunas Dignidades (2), o honrras, poderlas y an perder por esta razon; e demas, non podrian heredar los bienes de los padres, nin de los abuelos, nin de los otros parientes que descendieren dellos: assi como dize en las leyes del Titulo de las Herencias, que fablan en esta razon.

LEY IIII.

En que manera pueden los Emperadores, & los Reyes, & los Apostoligos, legitimar los fijos que non son legitimos.

PIden (1) merced (2) los omes (3) a los Emperadores (4), e a los Reyes (5) en cuyo Señorio (6) biuen, que les

Ley 10. tit. 8. lib. 5. Recop.

quando filii fuerunt suscepti sine colore matrimonii: nam si sub colore matrimonii, licèt cum adultero vel adultera, propter alterius ignorantiam filii essent legitimi; secùs, si non intervenit matrimonium: quia ex quo data fuit opera rei illicitæ, nihil prodest ignorantia.

LEX III.

Filius legitimus habet paternos honores, & successiones: & potest ad sacros ordines promoveri, dignitatesque etiam ecclesiasticas, seu honores sæculares habere, quæ illegitimis denegantur. Hoc dicit.

(1) *Honrras.* Vide *in L. fin. tit.* 13. *ead. Partit.* & limita, ut *in L.* 1. *tit.* 11. 7. *Partit.*

(2) *Dignidades, e honrras.* Ad dignitates, etiam deficientibus aliis, non admittuntur sine dispensatione, ut declarat Alber. *in L. spurii, ff. de decurion.* ad honores tamen admittuntur, aliis deficientibus, non aliàs, ut *in L. generaliter* 3. §. *spurios, ff. illo tit.* per quam legem videtur valere privilegium Principis, quòd, deficientibus legitimis, spurii admittantur, de quo vide Deci. *consil.* 271. *col. pen. & fin.* Infertur etiam, quòd, ubi non adessent digni, possent beneficia dari indignis; de quo vide Abb. *in cap. grave, not.* 1. *de præbend.* Et quia proferre testimonium est dignitas, ut *in cap. præceptum*, 32. *quæst.* 5. Gloss. *in c. testimonium, de testib.* non admittentur spurii ad testimonium, saltem in causis ubi requiruntur testes omni exceptione majores; de quo vide Palac. Rub. *in sua repet. cap. per vestras, super text. col. mihi* 272. *in fundamentis conclusionis filiam minorem, &c.*

LEX IIII.

Princeps sæcularis potest legitimare quoad omnia temporalia tantùm: Papa autem quoad spiritualia duntaxat, & etiam quoad temporalia, ubi habet temporalem jurisdictionem. Hoc dicit.

(1) *Piden.* Innuitur hìc, esse necessarium consensum patris in legitimatione filii. Nam licèt filius posset legitimari à Principe post mortem patris, ut notat Bald. per text. ibi *in L. imperialis, §. his illud, C. de nupt.* tamen non posset succedere in bonis patris, ex quo ad petitionem patris non fuit legitimatus, ut notabiliter dicit Bald. 4. *parte suorum consilior. consilio* 17. incipienti *super legitimatione Michaelis*, versic. 5. *est hìc autem attendendum*, adducens, quòd sicut filius invitus non legitimatur, ut *in authent. quib. mod. natur. effic. sui, §. generaliter* 11. sic & dicendum est in patre, cùm sint correlativi: & idem tenet Petrus de Anch. *consil.* 241. incipit *ex tenore privilegii*, & novissimè Decius *consil.* 338. *col. fin. & consil.* 343. ubi etiam vide, quid si legitimatio fiat de consensu hæredis patris, & adde Bald. *in L. nam ita Divus, ff. de adoption.* Et quid si pater sit furiosus, vel mortuus? an patris dempto consensu, poterit filius se facere legitimari? Vide Anton. de Rosel. *in tract. legitimation. fol.* 13. *col.* 3. *ad fin.* versic. *quid si pater*, ubi tenet, quòd sic, ad effectum ut jura legitimorum consequatur; non ut fiat suus hæres patri, quia jus naturæ non habet sine consensu patris; quod nota.

(2) *Merced.* Est ergò legitimatio Principis donum, ut & *in authent. item si quis sine legitimis, & in corpore unde sumitur, C. de natur. liber.* legitimatus ergò est legitimus non natura, sed gratia; non generatione, sed regeneratione; non fœlicitate nascendi, sed dono Principis, ut dicit Bald. pulchrè *consil.* 19. *col. pen.* 5. *vol.* incipit *in quæst. præposita*, & adde Bald. *in cap. domino guerram, col. fin. in princ. hìc finitur lex, &c.* Sed an ex parte patris dicatur donum, ut sic revocetur nativitate posthumorum legitimè natorum? Tangit Bald. *in L.* 2. *in fin. C. si quid in fraud. patron.* & adde Socin. *consil.* 295. *col. pen.* 2. *vol.* adde etiam Alber. *in rubr. C. de natur. liber.* & *in L. si unquam, C. de revoc. donat.* ubi Salic. & dicit Bald. *in L. servis, C. de legat.* & legitimatio est res favorabilis, & amplianda, cùm sit patris, & Principis donum.

(3) *Los omes.* Etiam per procuratorem potest peti legitimatio. Vide Bart. *in L. Gallus, §. forsitan, ff. de liber. & posthum.* & Bald. *in L.* 3. *C. de vindict. libertate.*

(4) *Emperadores.* Imperatoris est legitimare, ut *in authent quib. mod. natur. efficit legit. §. sit igitur* 2. *collat.* 6. & *quibus mod. natur. effic. sui, §. fin.* & *in L. qui in provincia* 57. §. *Divus, ff. de ritu nupt.*

(5) *A los Reyes.* Intellige de non recognoscentibus superiorem in temporalibus, ut *in cap. per venerabilem* 13. *vers. insuper, qui filii sint legit.* ut est Rex noster, prout notat Gloss. *in cap. Adrianus* el 2. 63. *dist.* & *in cap. & si necesse, de donat. inter. vir. & uxor.* notat Bald. *in L. ex hoc jure, col.* 2. *ff. de justit. & jure*: & Rex in Regno suo est Imperator Regni sui, Bald. *in L. exemplo, C. de probat.* Sed quid si fiat legitimatio quoad regalia, & baronias? Bald. *in §. naturales, si de feudo fuer. controv. inter domin. & agnat.* dicit, quòd solus Imperator legitimet; sed idem intelligerem de Rege, non recognoscente superiorem.

(6) *En cuyo Señorio.* Legitimatio debet fieri de subditis, ut hìc, & *in cap. per venerabilem* 13. *qui filii sint legit.* & tenet Bart. *in L. qui in provincia, §. Divus, ff. de ritu nupt.* Bald. notabiliter, quem vide, *in L.* 1. *col.* 2. *C. de jure aureor. annulor.* inter subditos tamen teneret etiam si fieret extra territorium, cùm sit actus voluntariæ jurisdictionis, argum. *L.* 2. *ff. de offic. proconsulis*, tenet Bald. *in L. emancipari, ff. de adoption. in fin.* & *in dicta L.* 1. & sic Comes Palatinus, habens potestatem legitimandi ab Imperatore, non potest legitimare in terris Ecclesiæ, vel alicujus Regis non recognoscentis superiorem, ut tenet Bald. post Jac. Butr. *in dicta L.* 1. & *in L. eam quam, col.* 8. *C. de fideicommis.* & est communis opinio, licèt plures tenuerunt contrarium, ut tradit Alexand. *consil.* 67. *col. fin.* 1. *vol.* Et an legitimatio facta de subdito porrigatur ad bona existentia extra territorium legitimantis? Videtur, quòd sic, ex his quæ notat Bald. *in L. manumissiones, ff. de justit. & jure*, ubi dicit, quòd legitimatio tenet ubiquè locorum, & quia quod naturale est suas radices extendit ubiquè, *L. omnes populi, in fin. ff. de justit. & jure*, & arg. *L. posthumus* 6. §. *si quis, ff. de inoffic. testam.* bona enim veniunt accessoriè ad personam, *L.* 3. *ff. de legit. tutor. in §. fin. L. in pecudum* 28. *ff. de usur.* Hoc tamen est verum, quando legitimatus succedit ex testamento; quia tunc nil mirum, si extendatur legitimatio ad bona etiam existentia extra territorium legitimantis: si tamen succederet ab intestato, videtur contrarium dicendum, & ita tenet Præpos. Alexand. *in cap. lege, col. pen.* 10. *distinct.* de quo ego adhuc dubito: neque video bonam rationem diversitatis in succesione testati, an intestati: nam ex quo persona est legitima, bona debent sibi obvenire in consequentiam, sive ex testamento, sive ab intestato: quia tamen hoc dictum, quando ab intestato, fuit originale Innoc. *in cap. per venerabilem, qui filii sint legit.* (quod & refert, & sequitur Lucas de Penna *in L. fin. col. pen. C. de his qui spont. muner. sub. lib.* 10.) cogita super hoc.

Ley 12. tit. 2. lib. 6. Recop. les fagan sus fijos (7), que han de barraganas (8), legitimos. E si caben su ruego (9), e los legitiman, son dende adelante legitimos (10), e han todas las honrras, e los proes (11), que han los fijos que nascen de casamiento derecho. Otrosi el Pa- Ley 20. tit. 11. lib. 2. Recop.

hoc. Sed quid si legitimaretur non subditus extra Regnum, qui habebat, & possidebat aliqua bona intra Regnum? an tenebit legitimatio respectu bonorum quæ sunt in Regno? Bald. *in L. eam quam*, *col.* 7. *C. de fideicom.* versic. *consuevit esse q.* tenet, quòd sic, & est multùm notabile dictum, si esset verum; sed non credo verum per ea quæ dixi, quia in iis principaliter inspicitur persona, & non bona; & contra Bald. tenet Decius *consil.* 150. *col. penult.* Et adverte, quòd Decius *in dicto consil.* motus ex eo, quòd persona legitimata debet esse subdita legitimanti, consuluit Comitem Palatinum, habentem potestatem legitimandi ab Imperatore, non posse legitimare clericum in minoribus constitutum, cùm clerici etiam in minoribus non subjiciantur jurisdictioni laicorum, *cap. cum non ab homine* 10. *de judic.* & *cap.* 2. *de foro compet.* & in contrarium non valet consuetudo, ut *in cap. clerici* 8. *de judic.* etiam in jurisdictione voluntaria, prout tradit Petrus de Anchar. *consil.* 321. incipit *primum dubium non est novum*, per text. *in Clement. ne Romani*, §. *porro*, *de elect.* prout hæc, & alia latè deducit Decius *in dicto consil.* Et secundùm hoc non teneret legitimatio Regis, legitimantis clericum in minoribus, licèt esset civis originarius Regni, etiam respectu bonorum temporalium, quod videtur durum, & absurdum; & crederem de jure contrarium esse verum. Nam & clerici cives Regni dicuntur subditi Regis, & ei tenentur ad fidelitatem, ut notat Glos. *in cap. petitio*, *de jurejur.* Jacob. Alv. *in cap.* 1. *qualiter vassal. jur. deb. fidel.* licèt enim non dicantur subditi ratione jurisdictionis, dicuntur tamen subditi respectu domicilii: ad hoc ista lex, cùm dicit: *En cuyo señorio son*, & facit ad hoc glos. notab. juncta text. *in Clem.* 1. in parte *subditos*, *de foro compet.* & est, ut dixi, satis absurdum dicere, quòd legitimari non possit clericus à Rege quoad temporalia, cùm Papa non legitimet in temporalibus, ut *in dicto cap. per venerabilem*: & sic esset etiam dicere, quòd non possit clericus juvari beneficio Principis sæcularis, quod evidenter est absurdum: cùm ergò de foro Principis sæcularis sit legitimare quoad temporalia, isto respectu potest dici clericus ejus subditus, & sic poterit ab eo legitimari; quæ ratio ita militat in clerico in sacris, sicut in eo, qui est in minoribus. Ad hoc etiam facit, quòd in temporalibus, etiam clericus constitutus in ordine sacro, dum tamen non sit Episcopus, adhuc est sub patris potestate, ut notant Innoc. & Doct. *in cap. indecorum*, *de ætate*, *& qualit.* Abb. *in rubr. de pecul. cleric.* & Princeps est & pater subditorum omnium, Bald. *in L. quisquis*, *C. ad L. Jul. majest.*

(7) *Que les fagan sus fijos.* Et sic iste est unus modus legitimandi filios naturales, scilicèt per rescriptum Principis; de quo hìc, & *in authent. præterea*, *C. de natur. liber. & in corpore undè sumitur.*

(8) *De barraganas.* Et adverte, quia in suplicatione, quæ porrigitur Regi, debet pater dicere, quòd cum concubina, ex qua filios habuit, aliqua de causa non potest matrimonium contrahere, vel quòd non vult contrahere cum ea; aliàs, si hoc non exprimat, non tenebit legitimatio, ut *in dict. authent. præterea*, *C. de natur. liber.* & *in authent. quibus modis natur. effic. legit.* §. *si quis sane non habens* 1. *collat.* 6. & communiter ad hoc non advertitur, & dicit Angel. *in dicta authent. præterea*, quòd ex isto defectu vidit elusas multas legitimationes. Si enim adest habilitas matrimonii (& sic, ut isto modo filii legitimentur) debet hoc significari Principi, ut hoc non obstante legitimationem concedat; aliàs non tenebit legitimatio, de quo etiam vide Anton. de Rosel. *in tract. legitimationum*, versic. *modo videamus de causa formali*, *in princ.* Adverte etiam, quòd non solùm naturales filios ex concubinis habitos Rex potest legitimare, sed etiam spurios, & incestuosos, motu proprio, vel ad supplicationem, ut est text. *in dicta L. qui in provincia* 57. §. *Divus*, *ff. de ritu nupt.* & notat Bald. *in* §. *naturales*, *col.* 1. *si de feudo fuer. controv. inter dom. & agn.* & *in L.* 1. *C. de jure aureor. annulor.* Tunc tamen debet apponi clausula *non obstante*, ut dicit Gl. *in* §. *fin. in authent. quibus modis natur. effic. sui*, *collat.* 7. & *in authent. ex complexu*, *C. de incest. nupt.* & adde in hoc Decium *consil.* 55. *col.* 3. & Anton. Rosel. *in tract. legitimationis*, dicto vers. *modo videamus de causa formali*, *col. pen. & fin.* & adde notabile verbum Bald. *in dicta L.* 1. *col.* 1. ubi dicit, quòd licèt Imperator legitimet incestuosos, non tamen poterit contra Jus Divinum inducere veram legitimationem, neque per fictionem; quia licèt sit Vicarius Dei in temporalibus, tamen contra Legem Divinam non potest dispensare, nisi ex magna causa: argum. *L. si hominem*, *ff. mandat.* Et an sit exprimenda qualitas spurietatis, vide quæ dixi 3. *Part. tit.* 18. *L.* 9.

(9) *E si caben su ruego.* Et justum est, ut Rex admittat tales preces; quia lex in hoc dat sibi fiduciam, ut *in authent. quibus modis natur. effic. legit.* §. *illud tamen* 19. Et caveat impetrans, ut in supplicatione exprimat exprimenda, ne legitimationis concessio arguatur de surreptione: undè, si impetrans habuerit filios legitimos & naturales, exprimere debet Principi, & hoc illi significare; cùm talis legitimatio fieri soleat in defectum legitimæ prolis, & non ea existente, ut dicit Joan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de successión. ab intest. in additione magna*, incipit *Gofredus*, vers. *item scias, quòd per Hubertum de Bobio*: & licèt ibi loquatur, quando filius patre mortuo impetrat legitimationem, ratio concludit, etsi pater vivens impetret, & etiam patre vivente: hoc tenet Paul. de Castr. *in L. Gallus*, §. *& quid si tantum*, *col. pen. ff. de liber. & posthum.* Decius, qui & alios refert *consil.* 85. *col. penult.* & ad hoc vide Anton. de Rosel. *in tract. legitim.* versic. *modo videamus de causa formali*, *col.* 1. Et an requiratur ad validitatem concessionis, quòd citentur agnati, & alii qui erant successuri? Communis opinio est, quòd quando fit vivente patre, non requiratur, si fiat ad ejus petitionem; aliàs secùs, ut tradit Bart. quem communiter Doctor. sequuntur, *in L. Gallus*, §. *& quid si tantum*, *ff. de liber. & posthum.* Requiritur etiam, ut valida sit legitimatio, consensus filii, ne invitus redigatur in patris potestatem, ut *in authent. quibus modis natur. effic. sui*, §. *generaliter* 11. sufficit tamen ratihabitio sequens, ut *in dicto* §. *generaliter*, etiam si fiat post mortem patris, ut voluit Angel. in disputatione sua, incipit, *Nobilis quidam genere*, & tradit Decius *dict. consil.* 55. *col.* 3.

(10) *Son dende adelante legitimos.* Non ergò retrotrahitur legitimatio, cùm hìc dicit: *Son dende adelante*: & sic videtur decidi quæstio, de qua per Bart. *in dicto* §. *et quid si tantum*, dum quærit, an legitimatio retrotrahatur; ut hìc, & adde textum, & ibi Bart. *in* §. *tribus*, *quibus mod. natu. effic. sui.* Hoc tamen intelligerem verum in simplici legitimatione; sed si forma concessionis diceret, quòd restituit eum, sicut si à primis natalibus foret legitimus, tunc videtur, quòd retrotrahatur; sine præjudicio tamen tertii, ut notat Bart. ibi. Et nota hoc verbum, *son &c.* nam quia est verbum substantivum, ut notatur *in L.* 5. §. *satis acceptio*, *cum concord. ff. de verbor. oblig.* importat, quòd sint verè legitimi, non per fictionem; de quo vide latè per Ant. Rosel. *in dicto tract. legitim.* in versic. *causam ultimam libelli*, ubi per plures columnas hanc materiam tractat, & ibi distinguit circa formulas concessionis: vide ibi, & per Bart. *in L. si is qui pro emptore*, *in* 3. *quæst. principali*, versic. *item quæritur circa prædicta*, *ff. de usucap.* & Alexandr. *consil.* 2. *vol.* 1. *col.* 3. & 4.

(11) *Todas las honrras, e los proes.* In nullo enim differunt à filiis legitimis, ut *in authent. quibus modis natur. effic. sui*, §. *illud tamen* 9. *collat.* 7. & hodie habetur plenè *in L.* 12. *in Ordin. Tauri*, & adde *L. fin. infrà eod.* undè & filius legitimatus sequitur originem patris, Bart. *in L.* 1. *col. fin. ff. ad municipal.* & si legitimatus impetret aliquid ut legitimus, licèt non faciat mentionem de præcedenti defectu, tenet impetratio, Bald. *in L.* 1. *C. ad L. Jul. Visel.* & ampliùs non debet vocari spurius, Bal. *in L. imperialis*, *C. de nupt.* & secundùm communem opinionem legitimatus excludit substitutum, Joan. de Imol. *in L. ex facto*, §. *si quis rogatus*, *in fin. ff. ad Trebel.* Alexand. *in L. generaliter*, §. *cum autem*, *C. de instit. & subst.* & *consil.* 2. 1. *vol.* incipit *visis codicillis*; quæ tamen communis opinio limitatur aliquibus modis, de quibus vide Dec. *consil.* 284. *viso puncto*, *col.* 5. & 6. vide ibi per eum, qui & ibi impugnat dictam communem opinionem *col. fin.* Bald. tamen *in cap. naturales*, *si de feud. fuer. controv. inter dom. & agn.* dicit, quòd impossibile est, quòd per legitimationem tollatur deformitas culpæ: undè non per omnia legiti-

Papa (12) puede legitimar a todo ome que sea libre (13), quier sea fijo de Clerigo (14), o de lego; de guisa, que pueden ser Clerigos los que legitimare, e sobir e auer Dignidades. E maguer el Papa dispensasse (15) con algunos destos tales, que sean Clerigos, non se entiende por esso, que dispensa con ellos, que ayan Dignidades (16); fueras si lo dixesse señaladamente en la dispensacion. E como quier que los legitime, por estas cosas sobredichas non se entiende que dispensa con ellos, para poder auer Obispados (17), nin Arçobispados; fueras ende, si en la dispensacion lo dixesse señaladamente. E maguer dispensasse con ellos, para auer Ordenes, e las otras cosas sobredichas, non puede dis-

timati æquiparantur legitimis. Nam legitimatus non succedit in feudo, ut *in dicto cap. naturales*, neque in emphyteosi ecclesiastica, ut notat idem Bald. *in L. generaliter*, §. *cum autem*, *C. de instit. & substit.* ubi & Salic. idem Bald. *in addit. ad Specul. tit. de locato*, Joan. de Imol. *in L. quod dicitur*, *ff. de verb. oblig.* Alexand. *consil.* 60. *vol.* 2. *col.* 1. & plures alias differentias prosequitur Franciscus Curtius *consil.* 73. *in* 3. *dubitatione.* An autem privilegium extrahendi rem patrimonialem, quod ex forma statuti competit agnatis, procedat etiam in legitimatis, vide Dec. *consil.* 275. *in* 3. *& ultimo dubio*, & vide Montalv. *in L.* 13. incipit *todo ome*, *col. pen.* versic. *quæro utrum*, *tit. de las vendidas*, *lib.* 3. *Foro Leg.* & quæ notat Bart. *in L. pronuntiatio*, §. *familiæ*, *ff. de verbor. sign.* Joan. de Imol. & Alex. *in dicto* §. *si quis rogatus L. ex facto*, *ff. ad Trebel.* & quod notat Bald. *in L. jus Civile*, *col.* 2. *ff. de just. & jur.* & quæ notat Rochus *in tract. de jure patron. charta* 14. Nota etiam, quòd non revocatur donatio vigore *Leg. si unquam*, *C. de revoc. donat.* si filius illegitimus post donationem legitimetur, Bald. *in L.* 1. *C. de inoffic. donat. col. fin.* versic. *ulterius quæritur*, Salic. *in L. si totas*, *eod. tit.* vers. *juxta quod quæro*, licèt Bartholomæus Soc. *consil.* 226. incipit *quæstio præsentis consultationis*, consuluit contrarium contra Bald. & Salic. de quo vide Dec. *consil.* 366. ubi latè, quid si legitimetur in vita patris. Et adverte, quia in hac materia, an appellatione filiorum legitimorum comprehendantur legitimati, operatur multum communis usus loquendi, de quo vide per Alex. *in dicto consil.* 60. & per Dec. *in dict. consiliis* 275. & 366. Nota etiam, quòd etsi quis sit legitimatus, ut possit habere etiam dignitates, non tamen poterit habere dignitatem Regiam: quia ad hanc non intelligitur legitimatus, secundùm Bald. *in L. eam quam*, *col.* 10. *C. de fideicommis.* ubi & priùs dicit, quòd non intelligitur legitimatus ad dignitates, qui est legitimatus etiam ad feuda: & ibidem dicit, quòd iste legitimatus non dicetur primogenitus in exclusionem legitimi & naturalis, quando legitimatio fuit facta post nativitatem legitimi, vel etiam si antea, & tractatur de succesione in regalibus, & non in patrimonialibus: & quòd etiam si post legitimationem nascatur filius legitimus & naturalis, non succedat legitimatus in jure primogenituræ, vide Joan. Cirier. *in suo tract. primogen. lib.* 1. *quæst.* 13. ubi latè: & an legitimatus dicatur de linea, vide Dec. *consil.* 365. & Bald. *in cap. per tuas*, *de major. & obed.* dicentem, quòd legitimati non sunt de stirpe, neque toti stirpi attinent; & ibi, quòd legitimè natus in honoribus præfertur legitimato. Sed dubium est pulchrum, & sæpè vidi versari in Auditorio Regali, utrùm filius legitimatus gaudeat nobilitate patris, ita ut si pater erat nobilis, qui in Hispania dicitur *fijo dalgo*, filius ejus, si legitimetur, gaudeat tali privilegio, ita ut liberetur à contributionibus, ad quas generosi Hispaniæ non tenentur? Et ut procedat hoc dubium, præsupponitur, quòd Principi nihil fuit dictum in concessione legitimationis de tali nobilitate patris; & videbatur, quòd sic, per istum text. & per *dict. L.* 12. *Tauri*, & per *L. fin. infrà eod.* & hoc tenere videtur quidam glossator Cifuentes *in dicta L.* 12. & quia ut dixi, legitimatus sequitur originem patris. In contrarium facit dictum Host. ubi & Joan. Andr. *in cap. fin. de filiis presbyt.* ubi dicit, quòd in dispensatione, quam facit Papa cum genito ex nobili, debet fieri mentio nobilitatis, quando Papa (si hoc expressum esset) redderetur difficilior ad dispensandum; quod dictum reassumpsit Guillel. Bened. *in repet. cap. Raynutius*, *de testam.* super verbo *& uxorem nomine Adelasiam*, *fol. mihi* 66. *col.* 33. dicens, quod in legitimatione filiorum debet fieri mentio de nobilitate parentum. Item non potest esse dubium, quin Princeps redderetur difficilior ad legitimandum, videns ex hoc, quòd si consequatur patris nobilitatem, redundaret hoc in præjudicium aliorum contribuentium, qui non exonerantur: & sic exprimenda esset talis qualitas nobilitatis, argum. *cap. postulasti* 27. *cum simil. de rescript.* Vidi super hoc consuli Regiam Celsitudinem per Dominos de Regali Consilio, & fuisse responsum, ut tales generales legitimationes, non expressa nobilitate, non extenderentur ad talem prærogativam nobilitatis; & ita fuit rescriptum Regalibus Auditoriis. Et pro ista parte facit *L. si servitus* 23. *ff. de servit. urban. præd.* ubi habetur, quòd una servitute remissa, vel sublata, non intelligitur alia remissa, vel sublata. Ita ergò & hic, licèt Princeps tollat defectum natalium, & sic servitutem spurietatis, non videtur tollere, neque tollit aliam servitutem, quia cum plebeis tenetur ad contribuendum. Facit etiam quod habetur *in cap. pastoralis* 19. *de privil.* & *in cap. ex tuarum* 5. *de auctor. & usu pallii*, & etiam *L. si non lex Ælia Sentia* 83. & quæ ibi tradit Joan. de Imol. *ff. de hæred. instit.* & quæ notat Joan. Fab. *instit. qui*, *& ex quib. caus. manum. non poss. in princ.*

(12) *El Papa.* De legitimatione Papæ in spiritualibus habetur plenè *in cap. per venerabilem* 13. *qui filii sint legit.*

(13) *Libre.* Nam servi non sunt capaces legitimationis, quæ est de jure Civili, nisi procedat manumissio, ut probatur *in authent. quibus mod. nat. effic. legit.* §. *si quis sanè* 1. ibi: *si ex libera ei fiant*, *&c. collat.* 6. servi enim sunt incapaces eorum, quæ sunt juris Civilis, *L. quod attinet* 32. *ff. de regul. jur.* si tamen pater filium, quem habuit ex sua ancilla, peteret legitimari; ex hoc videtur eum manumittere, ut *in L.* 1. §. *similique modo*, *C. de latin. libert. toll.* de quo vide Anton. de Rosel. *in dicto tract. legitim. fol.* 15. *col.* 4. vers. *sed juxta hoc quæro.*

(14) *De clerigo.* Filii nati ex constituto in sacris, possunt auctoritate Romani Pontificis legitimari, ut tradit Host. *in summa*, *tit. qui filii sint legit.* §. *fin.* versic. *nunquid ergo*, & probatur *in dicto cap. per venerabilem*, *in princ.* cum Glos in verbo *adulterinis*, & tradit Alex. *consil.* 2. *vol.* 1. *col.* 3. vers. *præsuppono igitur*: imò & Imperator, vel Rex noster potest legitimare filium sacerdotis, secundùm Bald. *in L. et si contra*, *C. de nupt.* quicquid aliàs dixerit Dominicus *in cap. si annum*, §. 1. *de judic. lib.* 6. de quo vide Socin. *in L. Gallus*, §. *forsitan*, *in fine*, *ff. de liber. & posthum. & consil.* 65. *vol.* 3. & Decium *consil.* 150. *ad finem*, *col.* 2.

(15) *Dispensasse.* Quando Papa utitur verbo *dispensamus*, planè videntur hæc procedere, eò quia materia dispensationis est restringibilis, ut *in cap.* 1. *&* 2. *de filiis presbyt. lib.* 6. & idem si cum verbo *legitimamus* adjiceret, ut possit ad ordines promoveri; cùm tunc idem importet legitimatio, quod dispensatio: si tamen Papa legitimaret, restituendo eum primævo juri, & natalibus, ita quòd decernat illum legitimum, ac si esset legitimè natus; tunc videtur, quòd possit promoveri ad dignitatem, etiam episcopalem, ut dicit Glos. ubi vide Abb. *in cap. cum Wintonensis*, *de elect.*

(16) *Que ayan dignidades.* Imò neque beneficia, nisi in dispensatione exprimatur, ut *in cap.* 1. *&* 2. & ibi notat Domin. *de filiis presbyt. lib.* 6. & si dispensetur ad beneficium, etiam curatum, non potest habere dignitatem, ut *in cap. fin. de filiis presbyt.* & notat Domin. *in dict. cap.* 2.

(17) *Obispados.* In materia restringibili, ut est dispensatio, appellatione dignitatum non venit dignitas episcopalis, text. notabil. *in cap. dilectus* 12. juncto *cap.* 2. *de concess. præbend.* imò si fiat mentio in dispensatione de dignitate episcopali, non venit archiepiscopalis, ut notant Doctor. *in dicto cap. dilectus*, & Abb. *in dicto cap. cum Wintonensis*, *col.* 2. *de elect.*

dispensar con ellos, quanto en las cosas temporales (18); fueras ende, si fuessen de su temporal jurisdiccion (19). Esso mismo es, si el Emperador, o el Rey legitimasse algunos: ca maguer dispense con ellos quanto en la temporal jurisdicion, non lo puede fazer en las cosas spirituales (20), que puedan ser Clerigos, o Beneficiados.

LEY V.

En que manera puede el padre legitimar su fijo, dandolo a seruicio de Corte de Señor.

Ley 10. tit. 8. lib. 5. Recop.

Amiga teniendo alguno, que non fuesse sierua, en lugar de muger, de que ouiesse fijo natural (1); si tal fijo como este lleuare su padre a la Corte (2) del Emperador, o del Rey, o al Concejo de la Ciudad, o Villa, donde fuere (3), o en cuyo termino (4) morasse, o a otra Ciudad, o Villa qualquier (5), maguer non more en ella, nin en su termino; e dixesse publicamente ante todos: Este es mi fijo que he de tal muger, e dolo a seruicio deste Concejo: por estas palabras lo faze legitimo; solamente, que aquel fijo que da, assi lo otorgue, e non lo contradiga (6). E lo que dize de suso, que puede el padre legitimar tal fijo como este, assi como sobredicho es, entiendese que lo puede fazer, quier aya otros fijos (7) de muger legitima, quier non; fueras ende, si la amiga de quien ouiesse el fijo, fuesse sierua. Ca el fijo de la sierua non lo podrie legitimar en esta manera, auiendo otros fijos legitimos (8). Pero si los non ouiesse, estonce poderlo y a fazer, aforrandola (9) primeramente.

LEY

(18) *En las cosas temporales.* Approbat opinionem Bernard. Glossat. & Innoc. *in cap. per venerabilem, qui filii sint legit.* cujus opinio, secundùm Abb. ibi, *col.* 5. servatur in practica, & adde Guillel. Bened. *in cap. Raynutius*, in verbo *& uxorem nomine Adelasiam*, *fol. mihi* 66. *col.* 3. *&* 4. ubi invehit contra Doct. de placebo domino aliter dicentes. In aliquibus tamen casibus teneret legitimatio, seu dispensatio Papæ, etiam quoad temporalia; de quo vide notabiliter per Abb. *in dicto cap. per venerabilem*, *col.* 4. 5. *&* 6. & signanter *col.* 6. versic. *& prædicta resumendo sub epilogo*, ubi vide.

(19) *De su temporal jurisdicion.* Ut *in dicto cap. per venerabilem*, & dicit Bald. *in L. per hanc*, *col.* 6. *C. de tempor. appellation.* quòd in terris Ecclesiæ Papa reservavit sibi legitimationem spuriorum.

(20) *Las cosas spirituales.* Ut dixit Glos. *in cap. lege*, 10. *dist.* & *in cap. si officia*, 56. *dist.* & *in cap. pervenit*, 10. *dist.* & habetur *in dicto cap. per venerabilem*; & per hoc videtur, quòd legitimatus à Rege, vel Imperatore, non succedat in jure patronatus Ecclesiæ, quia est annexum spiritualibus, ut *in cap. quanto* 3. *de judic.* ubi hoc tenuit Felin. *col.* 3. & tenere videtur Domin. *in dicto cap. lege*; quando tamen jus patronatus veniret in consequentiam hæreditatis, legitimatus à Principe sæculari erit capax juris patronatus Ecclesiæ, ut vult Præpos. post Domin. *in d. cap. lege*, & tenet Rochus *in tract. juris patron.* super verbo *competens alicui*, *col.* 4. dicens, ita fuisse judicatum in contingentia facti: & ibi vide per eum, *col.* 2. 3. *&* 4. an sine legitimatione illegitimus succedere possit in jure patronatus, vel sit capax illius.

LEX V.

Potest pater filium naturalem ex libera concubina, etiam legitimis existentibus, offerendo eum Curiæ Regis, aut Concilio Civitatis, vel Villæ servitio, legitimare; sed ex ancilla non potest, legitimis existentibus; sed si legitimos non habet, potest, concubina priùs manumissa. Hoc dicit.

(1) *Natural.* Hoc ideò exprimit, quia iste modus legitimandi tantùm convenit filiis naturalibus, ut *in cap. primus* 2. *in authent. quibus mod. natur. effic. sui*; alii enim spurii indigni sunt Principis clementia, ut *in cap. fin. in authent. quibus mod. natur. effic. legit. collat.* 6.

(2) *A la Corte.* Ista lex tractat de alio modo legitimationis filiorum naturalium, scilicèt per oblationem curiæ, qui modus legitimandi adinventus fuit à Theodosio Imperatore, ut habetur *in dicto cap. primus* 2. *in dict. authent. quibus mod. natur. effic. sui*, & *in L. si quis* 3. *C. de natur. liber.* & hodie iste modus legitimandi non est in usu, secundùm Angel. *in dict. authent.* §. *si quis igitur*, & Anton. Rosel. *in tract. legitimation. cap. ult.* ubi tractat hanc materiam. Et nota, quòd sicut per oblationem curiæ legitimatur naturalis, ita per ingressum religionis: vide Bald. *in L.* 1. *C. de sacrosanct. eccles. col. pen.* vide tamen quæ dixi *in L.* 12. *tit.* 6. *Part.* 1.

(3) *Donde fuere.* Habuit ortum à *dict. authent. cap.* 2. §. *si quis igitur.*

(4) *Termino.* Adde *L. qui ex vico* 30. *ff. ad munic.* sequitur ergò committativus jus civitatis, sub qua est vicus ubi commoratur, ut notat etiam Gloss. *in dict. authent. quibus mod. nat. effic. sui*, §. *si quis igitur*, ubi & dicit, quòd villæ, & castra faciunt collectam sub civitate, cui subsunt; cui adde *L.* 18. *tit.* 1. *lib.* 7. *Ordin. Regal.* disponentem, qualiter villæ, & castra contribuant in refectionem murorum, & fossatorum civitatis; quam legem limita singulariter, quando muri, fossæ, seu valvæ civitatis indigerent magna reparatione, secùs, si esset modica: nam ad modica convicini tantùm, & non possessores prædiorum, qui alibi morantur, aut pascuis civitatis utuntur, tenerentur, secundùm Guillel. de Cuneo *in L. neminem*, *C. de sacros. eccles.* & Joan. de Plat. *in L. fin. in fin. C. de immunit. nemin. conced. lib.* 10. quem vide.

(5) *Qualquier.* In hoc addit ista lex *ad dict.* §. *si quis igitur*, & *dict. L. si quis* 3. *C. de natur. liber.* ubi exigebatur, quòd esset metropolis illius provinciæ.

(6) *Contradiga.* Hoc sufficit, licèt expressè non consentiat, ut declarat Angel. *in dicta authent. quib. mod. natur. effic. sui*, §. *& quoniam*, *&* §. *si verò ab initio.*

(7) *Fijos.* Ut *in dicto* §. *si quis igitur*, & non poterit pater eis relinquere plus quàm uni ex legitimis minùs habenti, seu cui minùs dat, ut *in cap. & quoniam varie* 3. *ejusdem authent.* & *in L. communium* 9. *ad fin. C. de natur. liber.* & idem in donatione, ut ibi habetur. Hodie vide *L.* 12. *Tauri*, nam legitimatus in nullo succedit cum legitimis; de quinta tamen parte potest pater ei relinquere, quod voluerit, ut ibi.

(8) *Legitimos.* Vide *in authent. de trient. & semis. cap. fin.* & Azon. *C. de natur. liber. in sum. col. fin.*

(3) *Para heredarlos.* Ab intestato planum est, *L. pen. versic. si verò pater naturalis, C. de adopt.* & hic; an autem possunt venire contra testamentum patris adoptivi, vide Angel. Aret. *in §. at hi qui, instit. de hæredit. quæ ab intest. defer.* Sed quid, si talis pater adoptivus, qui erat de ascendentibus, habeat alios filios legitimos & naturales? an iste adoptivus succedet cum eis? Et certè, si pater naturalis ejus mortuus sit ante avum adoptantem, planum est, quòd succedet in locum sui patris, argum. *§. cum filius* 6. *instit. de hæredit. quæ ab intest. defer.* si verò pater ejus vivat, tunc de jure antiquo planum est etiam, quòd succedebat cum filiis legitimis & naturalibus, ut *in L. si te* 5. *C. de legit. hæred.* neque hoc fuit correctum per *authent. in successione, C. de suis, & legit. hæred.* ut notat ibi Glos. Bart. & Salic. imò in casu hujus legis, quando ascendens naturalis fuit qui adoptavit, talis adoptivus agere poterat contra testamentum patris adoptivi, ut *in L.* 1. *in princ.* & ibi Bart. *ff. de bonor. possess. contra tabul.* vide Bart. ibi *in §. & sui*, & notatur *in L. penult. C. de adopt.* & per Ang. Aret. *in dicto §. at hi qui, in fin. instit. de hæred. quæ ab intest. defer.* de quo tamen vide suprà *in L.* 8. & etiam cùm non solùm in casu hujus legis, sed etiam in casu L. suprà proximæ, cùm adoptabatur ab extraneo, talis adoptivus filius succedebat ab intestato, exclusis parentibus patris adoptivi, ut *in L.* 2. *§. liberi.* 6. *ff. ad Tertyl.* tradit Ang. Aret. *in dicto §. sed ea omnia, instit. de hæred. quæ ab intest. defer.* post Mathesillanum ibi relatum: hodie tamen stante *L. Tauri* 12. & aliis legibus Fori, quas in præcedenti L. 8. allegavi, videtur, quòd non succedat, neque in casu hujus legis, extantibus aliis filiis legitimis, quibus pater non potuit præjudicare in sua legitima, ut dixi *in L. præcedenti*: idemque videtur, stantibus ascendentibus, quibus debetur legitima, sicut descendentibus, ut *in L.* 6. *in Ordin. Tauri*; quia & de jure communi, quando talis adoptio erat in fraudem ascendentium, vel descendentium, succurrebatur remedio querelæ inofficiosæ donationis, ut tradit Angel. ubi suprà, & Guillelmus Bened. *in repet. cap. Raynutius, de testam.* super verbo *& uxorem nomine Adelasiam, fol. mihi* 120. *col.* 1. & vide etiam per Mathesillan. *in suo tract. de succes. ab intest. fol.* 2. *col.* 2. vers. *tertium membrum*, ubi & Lud. Bologninus *in addit. col.* 4. ubi etiam tradunt de filiis arrogati, & quis præferatur in successione filii arrogati, pater scilicèt adoptivus, an pater naturalis, vide per Glos. ubi & Joan. Fab. & Angel. *in §. mortuo, instit. de acquisit. per arrogat.*

(4) *Tornase despues.* Vide circa hoc quæstionem, quam ponit Glos. *in L. penult. C. de adopt.* in verbo *reverti*, & ibi per Salic.

TITULUS XVII.

(1) *Segund razon natural.* Est enim patria potestas divino nexu copulata, ut *in L. pen. C. de adoption.* & adde *L. nec filium* 9. *C. de patria potest.* & *L. si filius* 3. *eod. tit.* De matre, quam potestatem habeat super filios, & an possit ponere filium ad serviendum alicui pro certa mercede, vide Lucam de Penn. *in L. quicunque, C. de fugitiv. colon. lib.* 11. ubi dicit, quòd sic; & venit sæpè in practica in mulieribus viduis pauperibus, & facit *cap. quicunque,* 20. *quæst.* 1.

LEX I.

Patria potestas est jus, quod habet vir in liberos suos: & signanter habent hoc jus, qui legibus Imperatoris reguntur. Hoc dicit.

LEX II.

Filii, qui non sunt legitimi, nec per virilem lineam descendentes, non sunt in parentis potestate. Item nec mater habet filios in potestate, nec etiam avus nepotem ex filia; sed talis nepos est in patris sui potestate. Hoc dicit.

padre, los fijos que son llamados en latin, incestuosi; que quier tanto dezir, como aquellos que han los omes de sus parientas fasta el quarto grado, o en sus cuñadas, o en las mugeres Religiosas. Ca estos atales no son dignos de ser llamados fijos: porque son engendrados en gran pecado. E como quier que el padre aya en poder sus fijos legitimos, o sus nietos, o visnietos, que descienden de sus fijos; non se deue entender por esso, que los puede auer en poder la madre, nin ninguno de los otros parientes de parte de la madre. E otrosi dezimos, que los fijos que nascen de las fijas, que deuen ser en poder de sus padres, e non de sus abuelos que son de parte de su madre.

LEY III.

En quantas maneras se puede entender esta palabra Potestas.

TOmase (1) esta palabra, que es llamada en latin potestas, que quiere tanto dezir en romance como poderio, en muchas maneras. Ca a las vegadas se toma por señorio, assi como auiene en el poderio que ha el señor sobre su sieruo. E a las vegadas se toma por jurisdicion, assi como acaesce en el poder que han los Reyes, e los otros que tienen sus lugares, sobre aquellos a que han en poder de judgar. E a las vegadas se toma por el poder que han los Obispos sobre sus Clerigos, e los Abades sobre sus Monjes, que les son tenudos de obedescer. E a las vegadas se toma esta palabra Potestas, por ligamiento de reuerencia, e de subiecion, e de castigamiento, que deue auer el padre sobre su fijo. E desta postrimera manera fablan las leyes deste Titulo.

LEY IIII.

Como puede ser establescido este poder, que ha el padre sobre sus fijos.

EL poderio (1) que han los padres sobre los fijos, se establesce en quatro maneras. La primera es, por el matrimonio que es fecho segund manda Santa Eglesia. La segunda es, como si acaesciesse contienda entre algunos, si eran padre, o fijo; e fuesse dado juyzio acabado entre ellos, que lo eran. La tercera es, como si el padre ouiesse al fijo librado de su poder, e despues desto fiziesse el fijo algund yerro contra el padre, quel ouiesse a tornar en su poder. La quarta es por adopcion, que quier tanto dezir como porfijamiento. E esto seria, como si el abuelo de parte de la madre porfijasse a su nieto; ca en tal manera, caeria el nieto en poder de tal abuelo.

LEY V.

Que fuerça ha este poder, que el padre ha sobre sus fijos, en razon de los bienes que ellos ganan.

EN tres guisas (1) se departen las ganancias que fazen los fijos, mientra estan en poder de sus padres. La primera es, de aquello que ganan los fijos con los bienes de los padres (2): e tal ganancia como esta llaman en latin, Profec-

LEX III.

Quandoquè potestas est idem, quod dominium servorum, quandoquè per jurisdictionem accipitur, quandoquè pro potestate prælati in clericos, vel religiosos, quandoquè pro reverentia, correctione, & subjectione filii erga parentem. Hoc dicit.

(1) *Tomase.* Sumpta est hæc lex à dictis Azon. *C. eodem, in summa.*

LEX IIII.

Constituitur potestas patria per genituram ex legitimo matrimonio, aut per sententiam super hoc inter patrem, & filium latam, vel per revocationem in patriam potestatem ingratitudinis causa, vel per adoptionem. Hoc dicit.

(1) *El poderio.* Sumpta est à dictis Azon. *ibidem, C. de patr. potest. in summa.*

LEX V.

Quidquid filius quærit ex causa profectitia, quærit patri, eum in potestate habenti: in adventitiis autem, ut puta, in artificio, scientia, donatione, relicto, seu thesauri inventione, est proprietas filii, patris verò ususfructus; & administrat pater ea, tam in judicio, quàm extra. Hoc dicit.

(1) *En tres guisas.* Sumpta est à §. 1. *instit. per quas personas nob. acquir.* & à *L. cum oportet* 6. *C. de bonis quæ liber.*

(2) *Con los bienes de los padres.* Hic videtur approbari opinio Glos. *in L. cum oportet, in princ.* super verbo *ex ejus substantia, C. de bonis quæ liber.* quia quidquid lucratur filius cum pecunia patris, dicitur in totum profectitium, & in totum acquiritur patri; quod etiam voluit Azo, licèt non ita affirmans, *C. eod. in summa*: idem etiam tenet Specul. *tit. de judiciis, §. sequitur*, vers. *quid si alter filiorum*, Raphael Fulg. *in dictà L. cum oportet.* De jure tamen communi conclusio communis Doctorum est, quòd quatenùs lucrum attribui potest verisimiliter pecuniæ patris, dicitur profectitium, & quæritur patri; quatenùs verò industriæ filii, est adventitium, & quæritur filio: quæ fuit opinio Jac. Butr. *in dicta L. cum oportet*, quem sequitur ibi Bart. Bald. Angel. Paul. & communiter Doct. sequitur etiam Montalv. *in L.* 7. *tit.* 4. *lib.* 3. *Foro Leg.* & Bart. *in tract. de duobus fratribus, col.* 1. *in* 2. *quæst.* de quo vide plenè, & latè per Socin. *consil.* 92. 1. *vol. in* 2. *dubitatione, & consil.* 162. 2. *vol.* per Alex. & Jas. *in L. illud, C. de collat.* Et fortè intelligenda, & limitanda est ista lex, quando filius de mandato patris negotiatur cum paterna pecunia nomine patris, hoc exprimendo, vel ita in libro suo rationum scribendo, ut tenet Ludov. Roman. *in authent. ex testamento, C. de collat.* Socin. & Jas. *ubi suprà*, quos vide. Neque hoc casu aliquod salarium debebitur filio, ut dixi *in L.* 4. ubi & bonus text. *tit.* 20. 2. *Part.* licèt aliud dicat Socin. *in dicto consil.* Si verò filius negotietur nomine proprio, vel nomine suo, & patris, cum pe-

fectitium peculium. Ca quanto quier que ganan desta manera, o por razon de sus padres (3), todo es de los padres que los tienen en su poder. La segunda es, lo que el fijo de alguno ganasse por obra de sus manos, por algund menester, o por otra sabiduria que ouiesse, o por otra guisa; o por alguna donacion que le diesse alguno en su testamento, o por herencia de su madre, o de alguno de los parientes della, o de otra manera; o si fallasse tesoro, o alguna otra cosa por auentura. Ca de las ganancias que fiziesse

Ley. 3. 4. y 5. tit. 9. lib. 5. Recop.

el fijo, por qualquier destas maneras (4), que non saliessen de los bienes del padre, nin de su abuelo, deue ser la propiedad del fijo, que las gano, e el vsofruto (5), del padre en su vida, por razon del poderio que ha sobre el fijo. E esta ganancia llaman en latin Aduentitia, porque viene de fuera, e non por los bienes del padre. Pero el padre dezimos, que deue defender (6), e guardar estos bienes aduenticios de su fijo, en toda su vida, tambien en juyzio, como fuera de juyzio. La tercera manera

Leyes 8. y 9. tit. 1. lib. 5. Recop.

ra

pecunia patris, videtur tenenda opinio Bart. & aliorum, quia habet maximam æquitatem, & potest induci ad hoc lex ista Partitarum, cùm dicit, *por razon de sus padres*: vide omninò Socin. *in dicto consil.* & Bald. *in dict. authent. ex testamento, col.* 4. & *in L. certum, C. famil. erc isc.* 1. & 2. *col.* & *in L. omnimodo, §. imputari, C. de inoffic. testament.* Bart. *in L.* 1. *§. neque castrense, ff. de collat. bonor. col.* 3. & 4. & quæ dixi *in L.* 3. *tit.* 15. *Part.* 6.

(3) *Por razon de sus padres.* Adde *L. socium qui in eo* 60. *§. socius, ff. pro socio,* & *L. sed & si plures* 10. *§. in arrogato* 6. *ff. de vulgar. & pupillar.* & Glos. *in §.* 1. *instit. per quas personas nob. acquir.* in verbo *ex re patris*, & Joan. de Plat. *in L.* 1. *C. de castrensi pecul. lib.* 12.

(4) *Por qualquier destas maneras.* Quid in dubio, an præsumatur adventitium, vel profectitium, vide Gloss. *in dicta L. cum oportet, in princ.* & ibi Bald. & Glos. *in §.* 1. *instit. per quas person. nobis acquir.* & Alexand. *consil.* 31. 4. *vol.* & adde *L.* 24. *tit.* 13. 5. *Part.*

(5) *El vsofruto.* Quid si filius familias habeat beneficium ecclesiasticum? an pater habeat usumfructum illius? Vide Bart. quòd non, *in L. litis, ff. de neg. gest.* & Doct. de Palac. Rub. *in repet. cap. per vestras, in rubr. col. mihi* 185. vide Bart. *in L. certum*, versic. *ulterius, quando unus ex fratribus, C. famil. ercisc.* Paul. de Cast. *in L. cum oportet, §. sin autem, C. de bonis quæ liber.* Et nota, quòd in illicitè quæsitis pater non habet usumfructum, *L. quod servus* 24. *ff. de acquir. posses. L. quod autem* 53. *ff. pro socio*, & per illas leges hoc dicit Joan. And. *in addit. ad Spec. tit. de actore, §.* 1. super verbo *adventitium*, Alex. *in dicta L. quod servus, col. fin.* Et si pater exhæredetur, an nepos, cui defertur hæreditas, acquirat patri usumfructum? Vide *in L. quæritur* 38. *ff. de bonis libert.* ubi habetur, quòd non. Sunt etiam alii casus, in quibus patri non acquiritur ususfructus, de quibus *in authent. excipitur, cum duobus sequent. C. de bonis quæ liber.* vide Glos. *in authent. idem est*, & ibi Joan. Fab. *eod. tit.* & Gloss. *in §.* 1. *instit. per quas person. nobis acquir.* & de quæstione quam ponit Gloss. *in dicta authent. idem est*, de patre ingrediente religionem, an extinguatur usufructus, de qua variæ fuerunt in hoc opiniones, ut patet ex dictis Doctor. ibi, & *in cap. in præsentia, de probat.* ubi Abb. *col.* 19. illa opinio tenetur communiter, quòd in totum extinguatur ususfructus, secundùm Salic. ibi, & *in authent. ingressi, C. de sacrosanct. eccles.* Decius tamen *in dicto cap. in præsentia, num.* 66. dicit, quòd verior videtur opinio, quam tenet Gloss. *in dicta authent. idem est*, quam ibi tenet Bald. & Paul. de Castr. ut propter istum actum meritorium pater non amittat usumfructum. Cogita: quia non videtur recedendum à dictis Salic. per sua fundamenta, & præcipuè per illud, quia cùm pater non habeat legitimam administrationem, nunquàm habere debet usumfructum. Nota etiam, quòd in casu, in quo pater non esset capax ususfructus, consolidatur tunc ususfructus cum proprietate, secundùm Bald. quem vide *in L.* 1. *col.* 2. *C. de inoff. dotib.* Et adverte, quòd in his, in quibus pater non succedit filio, ut est in feudo, patri non acquiritur ususfructus, secundùm Bald. *in L. si uxorem, in fin. C. de condit. insert.* vide per eundem *in §.* 1. *de duobus fratr. de benefic. invest.* & utrùm in bonis majoricatus pater habeat usumfructum, vide per Roder. Suar. *in sua disput.* quæ posita est in calce repetitionis *L. quoniam in prioribus*, & *in repet. L. post rem judicatam*; cujus dictis adde, quòd si aliquis fecit majoriam in nepotem, filium sororis suæ, & voluit, quòd ista bona dentur ipsi filio, pater non habebit usumfructum in talibus bonis: text. est cum Gloss. & ibi Bart. *in L. si ususfructus, §. si ita quis, ff. quando dies leg. cedit*, quia tantùm est hoc dicere, ac si dixisset, ne ad patrem perveniat ususfructus, ut *in authent. excipitur, C. de bon. quæ liber.* Et àn per ingressum religionis pater amittat usumfructum, quem habet in bonis filii ingressi, sive sint bona majoriæ, vel aliàs, vide Abb. & Dec. *in cap. in præsentia, de prob.* ubi Dec. *n.* 62. tenet contra Abb. qui voluit *in dict. cap. in præsentia col.* 19 quòd possit filius in præjudicium patris disponere de isto usufructu, & Decius vult contrarium: sive ergò filius ingrediens religionem in hoc disponat, sive non disponat, patri debetur ususfructus: & contra Abb. etiam in hoc tenet Roder. Suar. *ubi suprà, fol. fin. col. pen.* Nota etiam, quòd neque pater habet usumfructum in dote adventitia filiæ, ut comprobat Bald. Novellus *in tract. de dote, fol.* 18. *col.* 4. vers. *item ex dicta L. Cajus*; quod & hodie de jure hujus Regni planiùs procedit, ex quo filia per matrimonium cum solemnitate nuptiarum liberatur à patria potestate, ut *in L.* 47. & 48. *in Ordin. Tauri.* Nota etiam, quòd subdit ibi Bald. Novellus *fol.* 19. *col.* 4. versic. *ex quo ipse*, quòd in dote, quæ acquiritur filio propter injuriam violati thori, patri non acquiritur ususfructus: adde etiam, quòd Angel. Aret. *in dicto §.* 1. *inst. per quas person. nobis acquir. col.* 3. versic. *sed tamen adverte*, dicit, quòd licèt in casibus de quibus ibi per Glos. pater non habeat usumfructum; tamen pater semper debet habere commoditatem illius juris: allegat *L. plenum, §. si usus, vers. quanquam*, & *L. filio familias, ff. de usu, & habitat.* undè dicit, utile esse in practica, ut quando mater non vult, quòd patri acquiratur ususfructus, prohibeat etiam, quòd neque pater habeat commoditatem ususfructus. Tu cogita super veritate hujus dicti: nam leges prædictæ non benè probant hoc dictum, & loquuntur in casu differenti; & limitationes prædictæ essent inanes in effectu, si patri in prædictis casibus commoditas ususfructus acquireretur: tempore nanque legum illarum nulla erat respectu acquisitionis differentia inter profectitia, & adventitia; postea fuit inductùm per jura *Cod. & Authenticorum*, ut in adventitiis patri tantùm quæratur ususfructus, & excipiuntur aliqui casus, in quibus neque ususfructus acquiritur; & sic leges illæ Digestorum, quæ loquebantur secundùm sua tempora, non possunt induci ad id, quod postea fuit de jure novo dispositum: & secundùm hoc dispositio dictarum legum hodie non posset procedere in casibus, in quibus patri est prohibita acquisitio ususfructus. Vel dic, quòd licèt dicamus adhuc illas leges non esse correctas etiam in illis casibus, in quibus est prohibita acquisitio ususfructus in personam patris, quòd procedant in casu suo, quando usus servi, vel ædium fuit relictus filio familas, qui cùm debeat habitare cum patre ratione patriæ potestatis, nil mirum, etsi usus sit personalis tantùm de sua natura, quòd pater etiam utatur ex natura, & qualitate hujus legati, ex eo quòd non possit in tali legato usus, separari commodè usus patris ab usu filii: & isto casu speciali procedere posset dictum Angeli, etiam ubi est prohibita dicta acquisitio ususfructus.

(6) *Deue defender, e guardar estos bienes.* Adde *L.* 1. *C. de bon. matern.* & *L. cum non solum* 8. *§. ubi autem* 3. ubi Bald. *C. de bonis quæ liber.*

ra de bienes, e de ganancia, es la que dizen en latin Castrense, vel quasi castrense peculium, assi como se muestra adelante.

LEY VI.

Que los fijos pueden fazer lo que quisieren, de las cosas que ganaren en Castillo, o en hueste, o en Corte, maguer sean en poder de su padre.

Castra es vna palabra de latin, que se entiende en tres maneras. La primera, e la mas comunal es, todo Castillo (1), e todo logar, que es cercado de muros (2), o de otra fortaleza. La segunda es, hueste (3), o aluergada, do se ayuntan muchas gentes, que es fortaleza, e porende es llamada en latin Castra. La tercera es, Corte del Rey, o de otro Principe, do se allegan muchas gentes, como a Señor que es fortaleza, e amparamiento de justicia. E por esta razon, las ganancias que los omes fazen en algunos destos lugares (4), tomaron nomes desta palabra, que dize en latin, Castra. E por esso son llamadas Castrense, vel quasi castrense (5) peculium. E avn porque tales ganancias como estas fazen los omes con grand trabajo (6), e con grand peligro, e porque las fazen en tan nobles lugares, porende son quitamente (7) de los que las ganaron, e son mas franquedas que las otras ganancias. Ca los dueños dellas pueden fazer destos bienes atales, lo que quisieren; e non han derecho en ellas, nin gelas pueden embargar, padre, nin hermano (8), nin otro pariente que ayan.

LEY VII.

Quales cosas que los fijos ganan, son llamadas Pegujar de aluergada.

Castrense (1) peculium llaman en latin, a las ganancias que los omes fazen en algunos de los tres lugares que diximos en la ley ante desta; assi como las soldadas que dan los Señores a los vassallos, quier sean Caualleros, o otros qualesquier que los siruan de cauallo, e con armas. Otras ganancias y ha, a que llaman en latin Quasi castrense (2); que quier tanto dezir en romance, como ganancias que son semejantes destas otras; e

LEX VI.

Quæsita per filium in castris, exercitu, vel in Curia Regis, sunt sua, & poterit de eis testari: idem in quasi castrensibus, quæ sunt data magistris cujuslibet scientiæ de Regis Camera, seu alio loco publico, pensionis aut salarii prætextu, aut judicibus, vel tabellionibus Regis, vel similibus ratione officii, seu prædictis aliàs per Regem largita, vel per alium dominum. Hoc dicit cum *L.* seq.

(1) *Todo Castillo.* Quod ergò acquirit castellanus, vel alius propter custodiam castri, dicitur castrense peculium: quod est notabile.

(2) *Cerrado de muros.* Adde Bart. *in extravag. ad reprimendum, in gloss.* super parte *provinciæ.*

(3) *Hueste.* Et dicuntur castra isto modo, quasi casta, vel quòd ibi castretur libido, secundùm Papiam, vel licentia vagandi, secundùm Ugu. & tradit Lucas de Penna *in L.* 1. *C. de castrens. omn. palatin. pecul. lib.* 12.

(4) *Destos lugares.* Idem dic de lucris quæsitis in mari per milites maris: vide Bald. *in L. cum oportet, in princ. C. de bonis quæ liber.* & de eo, quod habetur ex privilegio Principis, vide *L. cum multa* 7. & ibi Bald. *C. eod. tit.*

(5) *Quasi castrense.* Vide *L.* 2. *tit.* 2. *Part.* 3. & Bald. *in L. cum oportet, in princ. col. pen. C. de bonis quæ liber.* & infrà *L. proxima*, & notata *in L. fin. C. de inoffic. testam.*

(6) *Grand trabajo.* Milites, qui sequuntur castra, & curiam Principis, si verè officio suo incumbunt, non sunt immunes à pulvere, sudore, & labore, *L.* 1. & ibi Joan. de Plat. *C. de castrensi palatin. pecul. lib.* 12.

(7) *Son quitamente.* Adde *L. cum oportet* 6. *in princ. C. de bon. quæ liber.* in hoc enim peculio filius habetur pro patre familias, & pater nullum jus habet, *LL.* 2. & 3. ibi Joan. de Plat. *C. de castrensi palat. pecul. lib.* 12. *L.* 2. *ff. ad Macedon.*

(8) *Padre, nin hermano.* Videtur ex hoc colligi, quòd in castrensi, vel quasi castrensi peculio, filius familias possit testari exhæredando patrem, vel prætereundo, & quòd non subjacebit ejus testamentum quærelæ, ut habetur *in L. fin. C. de inoffic. testam.* ubi Glos. dicit, hoc esse correctum hodie, & Bart. etiam *in rubr. ff. si quis à parent. fuer. manum.* qui allegat text. *in authent. ut cum, de appellat. cognosc.* §. *sed hæc quidem de parentum*, & istam dicit communem opinionem Jas. *in dicta L. fin.* per text. *in dicto* §. *sed hæc quidem*, & Alexand. *in authent. ex causa, col.* 2. *C. de liber. præter.* & tenet Glos. *in rubr. ff. si quis à parent. fuer. manum.* & *in L. adversus, ff. de inoffic. testam.* quæ glos. voluerunt, quòd hodie possit testamentum militis querelari, & impugnari, sicut alia testamenta: tenent Bart. & alii *in dict. authent. ex causa*: & cùm in hoc fuerunt opiniones de jure communi, ut patet in dictis locis; tene menti istam legem, quæ videtur decidere, quòd non sit locus querelæ, & filius familias possit de talibus bonis liberè disponere: licèt referendo verba hujus legis ad materiam tituli, potest dici, verba ista intelligi de libera retentione filii in suum commodum, & usum, absque eo quòd patri, & in consequentiam ejus aliis fratribus, acquiratur ususfructus, vel commoditas illius in istis bonis, sicut acquiritur in aliis adventitiis. Hodie tamen, per *L.* 6. *in Ordin. Tauri*, ista quæstio est absque dubio, cùm apertè dicat, patri deberi legitimam in bonis filii, cujuscunque qualitatis fuerint bona: ex quo patet, deberi eis legitimam, non solùm in bonis adventitiis, & quasi castrensibus, sed etiam in castrensibus; & solùm in tertia parte filius poterit liberè disponere, ut ibi dicitur: super quo tamen cogita, quia posset dici, quòd illa lex intelligatur de quibuscunque bonis, cujuscunque qualitatis sint, propter id quod habetur *in L. quod scitis* 3. §. 1. & ibi Bart. & *in L. quæcunque* 4. *C. de bonis quæ liber.* sed potest adhuc responderi, quòd in illis legibus non mutatur qualitas bonorum, neque illa *L. Tauri* intendat illas corrigere; esse tamen bona castrensia, vel paganica, hoc qualitatis bonorum est. Quid autem dicendum è contra in patre milite testante in castrensibus, si prætereat filium, vel exhæredet? Communis opinio est, quòd sit idem quod in filio, ut attestatur Joan. de Imol. *in L. filio præterito, ff. de injust. rupt.* ipse tamen ibi arguit in contrarium, & ejus motivis respondet Alexand. *in dict. authent. ex causa, col.* 4. versic. *juxta prædicta.*

LEX VII.

(1) *Castrense peculium.* Adde *L.* 1. & ibi Joan. de Plat. *C. de castrens. pecul. lib.* 12. & *ff. de castrens. pecul. per totum*, signanter *in L. castrense* 11. & *in L. et si fortè* 8. ubi Bart. *eod. tit.* Bald. *in L. cum oportet, in princ. col. fin. C. de bonis quæ liber.*

(2) *Quasi castrense.* Vide quæ dixi suprà *L. proxim.* & Bald. *in L. fin. C. de innoffic. testam.* & *in L. cum oportet in princ. col. fin. C. de bonis quæ liber.* ubi & quid de salariis advocatorum hujus temporis: & adde Joan. de

e son assi como lo que dan a los Maestros (3), de qual sciencia quier que sean, de la Camara del Rey, o de otro lugar publico, en razon de soldada, o de salario. E otrosi lo que dan ende a los Juezes, e a los Escriuanos del Rey (4), por razon de su officio; e lo que dan a otros qualesquier (5) desta manera. Esso mesmo dezimos, que es quasi castrense todo donadio de heredad, o de otra cosa (6) qualquier, que da el Rey (7), o otro Señor qualquier destos sobredichos. Ca tales ganancias como estas son quitamente de aquellos que las fizieron, assi como de suso diximos.

LEY VIII.

Por que razones puede el padre vender, o empeñar su fijo.

QVexado seyendo el padre de grand fambre (1), e auiendo tan grand pobreza, que non se pudiesse acorrer dotra cosa; estonce puede vender (2), o empeñar sus fijos, porque aya de que comprar que coma. E la razon por que puede esto fazer, es esta: porque pues el padre non ha otro consejo, por que pueda estorcer de muerte el, nin el fijo, guisada cosa es, quel pueda vender, e acorrerse del precio: porque non muera el vno, nin el otro. E aun ay otra razon por que el padre podria esto fazer: ca segund el fuero leal de España, seyendo el padre cercado en algun Castillo que touiesse de Señor, si fuesse tan cuytado de fambre que non ouiesse al que comer, puede comer al fijo, sin mala estança (3), ante que diesse el Castillo sin mandado de su Señor. Onde, si esto puede fazer por el Señor, guisada cosa es, que lo puede fazer por si mismo. E este es otro derecho de poder que ha el padre sobre sus fijos, que son en su poder, el qual non ha la madre. Pero esto se puede fazer en tal razon, que todos entiendan manifiestamente que assi es, quel padre non ha otro consejo, por

de Plat. *in L. fin. C. de silentiar. lib.* 12. vide etiam *L.* 2. *tit.* 2. *Part.* 3.

(3) *A los Maestros.* Adde *L. fin. C. de inoffic. testam.*

(4) *E a los Escriuanos del Rey.* Bald. *in L. cum oportet, in princ. col. fin. C. de bon. quæ liber.* intelligit, quando notarii percipiunt salarium à bursa fiscali: & vide *L. fin.* cum Gloss. in verbo *memoralibus, C. de inoffic. testam.* & *L.* 2. *tit.* 2. *Part.* 3.

(5) *A otros qualesquier.* Ex hoc probatur, quòd officiales Episcoporum, Comitum, & Baronum, dicuntur habere quasi castrensia peculia, licèt salaria non recipiant à Principe, prout dicebatur *in dicta L. fin.* ita etiam tenet Joan. Faber *in* §. 1. vers. *quid ergo dices, Insit. per quas person. nobis acquir.* Sed quid de eo, quod datur advocato pro libris emendis, vel ad eundum per officia? Dic, quòd est quasi castrense, secundùm Bart. *in L. si mulier, ff. de castr. pecul.* De salariis procuratorum, notariorum, & arbitrorum, vide Bald. *in dicta L. cum oportet, in princ.* ubi dicit, quòd ista non sunt quasi castrensia: vide ibi *col. fin.* De salariis notariorum Regis habes hìc, quòd sunt quasi castrensia: vide ibi, cùm dicit, *a los Escriuanos del Rey.* De salariis mechanicorum, licèt sint de publico salariati, dicit Bald. *in dicta L. fin. C. de inoffic. testam.* quòd non sunt quasi castrensia.

(6) *Donadio de heredad, o de otra cosa.* Intellige de rebus Regis, vel Regni, ut *in dicta L. cum multa*; nam si bona essent propria, & Rex tantùm dedisset licentiam vinculandi talia bona, & faciendi majoratum ex ipsis, tunc non dicerentur ista bona donata à Principe successoribus in majoria; & sic pater habebit in eis usumfructum, sicut in aliis adventitiis: vide Andr. de Iser. *in cap.* 1. *de his qui feud. dare possunt*, in versic. *valvasores, ad fin.* & vide eundem *in cap.* 1. *qualiter jurare debeat vassal. fidel. col.* 2. & *de controvers. feudi apud pares termin.* §. *fin.* versic. *sed an has liberas res*, & quòd dicit in simili *de prohib. feudi alien. in princ. col.* 4. & per Roder. Suarez *in quæst. sua an in bonis majoratus pater habeat usumfructum*, ubi latè.

(7) *Que da el Rey.* Adde *dict. L. cum multa, C. de bon. quæ lib.* ubi etiam dicit Bald. quòd fœmina potest habere quasi castrense peculium ex donatione Principis.

LEX VIII.

Pater famis necessitate confectus potest filium vendere, vel pignorare, si eum habet in potestate; mater verò non potest. Item si pater est in castro obsessus, potest ob dictam necessitatem filium comedere. Hoc dicit.

(1) *De grand fambre.* Et benè, quia non ob aliam causam licebit patri hoc facere, secundùm Azon. *C. de patrib. qui fil. distraxer. in summa.* An autem aliæ Nationes, quæ non sunt de Populo Romano, possint vendere filios suos, etiam sine necessitate famis, Gloss. *instit. de patria potest.* in verbo *Romanorum*, sentire videtur, quòd sic: de quo tamen dubitat Alber. *in L.* 2. *C. de patrib. qui filios distrax.* & meritò, cùm de jure naturæ sint liberi tales filii, ut *in* §. *jus autem gentium, instit. de jure nat. gent. & civil.* ad quod tamen possit responderi, quòd sicut contra jus naturale jus gentium introduxit servitutem; sic, quòd inter illas Nationes sit introductum hoc jus patriæ potestatis, ut vendere posset filios, ubi esset inter eos de hoc generalis consuetudo, prout audio fieri in partibus Æthiopiæ. Cogita tamen, quia res dura videtur tale jus patriæ potestatis, & vide quod habetur Esdræ 2. *cap.* 5. & extendere jus causatum propter necessitatem famis ad tale jus patriæ potestatis, non videtur juri, neque æquitati consonum.

(2) *Puede vender.* Non tamen poterit hoc casu vendere filium presbyterum, secundùm Host. *in cap. indecorum, de ætate, & qualit.* Joan. de Ana. *in cap. si quis propter necessitatem, de furtis.* Et nota, quòd è contra filius non posset vendere patrem propter famem, ut dicit Gloss. *in L. quod vero, ff. de legibus.* Et an possit propter famem dominus vendere suum ascriptitium, Gloss. tenet, quòd sic, *in L. quemadmodum, C. de agricol. & censit. lib.* 11. ubi Joan. de Plat.

(3) *Puede comer al fijo, sin mala estanza.* Nota valdè istam legem, quæ permittit potiùs homicidium filii, ut comedatur urgente fame, quàm traditionem castelli: & adde, quod habetur 4. *Regum, cap.* 6. *v.* 28. de muliere illa, quæ postquàm ex pacto coxit, & comedit filium suum cum vicina, petebat à Rege, ut compelleret illam, ut & filium illius vivum ex pacto comederent; quam Rex non punivit, sed scindens dolore vestimenta sua operuit se cilicio, & transivit per murum: nihil enim (ut ait Beatus Hier. *lib.* 3. *super Amos*) fame durius, quæ sæpe compellit obsessos humanis vesci carnibus, & in suam sævire naturam, ita ut neque parentes parvulis liberis parcant, & maritalis affectus uxoris dudùm amatæ membra dilaceret. Non tamen crederem extra casum hujus legis licitum esse sine pœna filium occidere, & comedere, licèt instaret fames; cum præceptum Decalogi dicat: Non occides. Et propter conservationem propriæ vitæ non licet alium occidere, nisi cùm fit ad defensionem, aggressus ab alio. Et licèt patri permittatur vendere filium propter famem; non tamen occidere, *L. in suis* 11. cum ibi notatis, *ff. de liber. & posthum.* §. 1. *instit. de his qui sunt sui vel alien. jur.* cùm vendere tantùm permittatur, ut utriusque vita servetur, ut hìc.

por que pueda estorcer de muerte, si non vendiere, o empeñare al fijo.

LEY IX.

Como se puede redemir el fijo que vendiere su padre, e tornar en su libertad.

POr cuyta de fambre vendiendo el padre a su fijo, segund dize en la ley ante desta, dando el mismo por si aquel precio por que fue vendido, o otro por el, deue ser tornado en libredumbre (1). Pero si aquel, despues quel compro, le mostro algund menester, o alguna sciencia, por que valiesse mas que a la sazon quel compro, non es tenudo de darle por el precio que el dio tan solamente; antel deue dar, demas del precio, quanto fallaren en verdad comunalmente omes buenos, e sabidores, que vale mas por razon de aquello que despues aprendio, o quanto despendio (2) de lo suyo en fazerle aprender.

LEY X.

Que el padre puede demandar al Juez, quel torne su fijo a su poderio, si lo non touiere, o el fijo nol quisiere obedecer.

OTro poder ha el padre avn sobre el fijo. Ca maguer alguno lo tenga en su poder por fuerça, o de su voluntad del fijo, puede (1) el padre demandarlo por juyzio, e tornarlo en su poder. Esso mismo seria, si el fijo anduuiesse por su voluntad vagando por la tierra, non queriendo obedecer a su padre: ca puede el padre demandar al Juez del lugar, do lo fallare, quel torne en su poder: e el Juez de su oficio es tenudo de lo fazer.

LEY XI.

Que el fijo non deue aduzir a su padre a juyzio.

ADuzir (1) non deue a juyzio el fijo al padre, si non fuesse por razon de ganancias, que fuessen fechas en la manera que es llamada Peculium castrense, vel quasi castrense, segund de suso es dicho. Pero si el fijo (2) de alguno demandasse licencia al judgador, que ha poder de judgar todos los pleytos, que pueda aduzir antel a juyzio a su padre, por razon de alguna querella que ouiesse del; si el judgador gelo otorgare (3), estonce lo puede aduzir a juyzio, e non de otra guisa. E otrosi el fijo non puede aduzir en juyzio a ningun ome sin mandado de su padre (4), mientra que fuere en su poderio. Esso mismo seria, que ningun ome non podria otrosi traer a juyzio al fijo, sin otorgamiento (5) del padre. Ca assi como non valdria lo que fiziesse el fijo en juyzio, demandando el a otro sin consentimiento del padre, bien assi non valdria lo que fiziesse si demandassen a el, si su padre non gelo otorgasse. Pero si el fijo algo ha a dar, o a fazer a otro, bien pueden apremiar al padre, quel faga estar a derecho, o que este el por el.

LEY XII.

Por que razones puede el fijo que es en poder de su padre, demandar, o responder en juyzio.

FIliusfamilias es llamado en latin, el fijo que es en poder del padre. E maguer diximos en la ley ante desta, que es-

LEX IX.

Si propter famis necessitatem pater filium vendat; dando emptori pretium receptum, aut si alius pro eo dederit, liberatur filius à servitute: sed tenetur ad expensas factas per emptorem in filii doctrinam ob aliquod artificium. Hoc dicit.

(1) *En libredumbre.* Non intelligas, quòd ex venditione filius factus fuit servus, sed tantùm obligatus servire; & à tali obligatione serviendi fit ista liberatio: ita intelligunt Paul. de Cast. & Bald. *in L.* 2. *C. de patrib. qui filios distrax.* de qua sumpta fuit hæc lex; & sic 1. opinio Gloss. ibi posita est vera.

(2) *O quanto despendio.* Adde *L.* 1. *C. de infant. expos.* & Gloss. *in cap.* 1. 87. *dist.* Sed quæ istarum alternativa habebit locum? Videtur, quòd hæc ultima: nisi expensæ essent inutiliter factæ, ut quia non erat capax addiscendi, vel essent excessivæ: tunc enim fortè haberet locum prima pars, scilicèt ut consideretur quantum utilior redditus est propter artem, argum. *L. sed an ultro* 10. §. 1. *ff. de negot. gest.*

LEX X.

Potest pater filium ab alio detentum, vel vagantem, judicialiter reducere ad suam potestatem. Hoc dicit.

(1) *Puede el padre.* Vide ad practicam Specul. *tit. de conversione infidel.* & limita, ut *in L. deinde* 3. §. *etiam* 5. *ff. de liber. exhib.*

LEX XI.

Non potest filius patrem, in cujus potestate est, nisi ex causa castrensis peculii in judicio convenire, vel nisi ob aliam querelam venia à judice data. Item, nec potest agere, vel defendere in judicio sine patris consensu. Hoc dicit.

(1) *Aduzir.* Adde *L.* 2. *tit.* 2. *Partit.* 3. & *L. lis nulla* 4. *ff. de judiciis.*

(2) *Pero si el fijo.* Intellige, si sit emancipatus, ut *in L. fin. C. de in jus vocand.* vel si est in potestate in casibus specialibus, de quibus *in L.* 2. *tit.* 2. *Part.* 3.

(3) *Gelo otorgare.* Adde *L.* 3. *tit.* 2. *Part.* 3.

(4) *Sin mandado de su padre.* Adde *L.* 7. & quæ ibi dixi *tit.* 2. *Part.* 3.

(5) *Sin otorgamiento.* Quid si agatur ex delicto contra filiam familias, vide *L. quotiens* 34. & ibi Bart. *ff. de noxal.*

LEX XII.

Si ad scholas, vel alibi causa morandi, mittitur filius, potest ob maleficia, vel debita, sine patris consensu agere, & defendere. Hoc dicit.

este atal non puede estar en juyzio, para demandar, nin para responder, sin otorgamiento de su padre (1); pero y ha algunas cosas, por que lo auria de fazer. E esto seria; como si lo embiasse su padre a Escuelas, por razon de aprender, o a otro lugar do el non morasse, o lo embiasse el padre a otro su Señor, a quien siruiesse, o a otra parte qualquier. Ca si acaesciesse, que yendo desta manera le furtassen alguna cosa, o le fiziessen algund tuerto, o le ouiessen algo a dar, poderlo y a demandar. Otrosi dezimos, que seria tenudo de responder, si ouiessen algunos querellas del. E la razon por que puede demandar, segund que es sobredicho, e es tenudo otrosi de responder, es esta: porque si el fijo ouiesse a venir a demandar licencia a su padre, para demandar, o responder, por auentura podria entre tanto perder su derecho, el, o el otro que ouiesse a el a demandar; assi como diximos en la tercera Partida, en el Titulo de los Demandadores (2).

TITULO XVIII.

De las razones porque se tuelle el poderio que han los padres sobre los fijos.

MVdanse todas las cosas deste mundo, en tres maneras, segund dixeron los Sabios antiguos. La primera es, de non ser a ser. La segunda es, de ser a non ser. La tercera mudanse de vn estado a otro, maguer sea. Onde esta postrimera, que se cambia de vn estado a otro, auiene en muchas cosas en los fechos de los omes; e señaladamente, en el poder que han los padres sobre los fijos. E porende, pues que en el Titulo ante deste mostramos deste poder, queremos aqui dezir, por quantas razones se desata, e en quantas maneras; e dezimos, que son quatro. La vna es, por muerte natural. La segunda es, por juizio, que sea dado en razon de desterramiento para siempre; a que llaman en latin mors ciuilis. La tercera es, por Dignidad a que pujasse el fijo. La quarta es, quando el padre sacasse su fijo de su poder, a plazer del, a que dizen en latin emancipatio. E de cada vna destas maneras diremos en su logar, segund conuiene.

LEY I.

Como se desfaze por muerte natural, el poder que ha el padre sobrel fijo.

POr muerte natural se desfaze el poderio, que ha el padre sobrel fijo: ca luego que muere el padre, finca el fijo por si. Pero esto se deue entender desta manera; si este que murio, era ya salido de poder de su padre. Ca si de su poder non fuesse salido, maguer el muriesse, fincarian los fijos en poder de su abuelo, bien assi como lo eran quando era biuo su padre. Mas si muriesse alguno que ouiesse fijos, o nietos, que estouiessen en su poder, luego quel es muerto, finca el su fijo en poder de si mismo, e los nietos del muerto tornanse en poder de su padre. *Ley 8. tit. 1. lib. 5. Recop.*

LEY II.

Como se tuelle el poder que ha el padre sobre el fijo, por juyzio de desterramiento; a que llaman en latin, muerte ciuil.

CIuil muerte (1) es dicha, vna manera que y ha de vna pena, que fue establescida en las leyes, contra aquellos que fazen tal yerro, por que merescen ser judgados, o dañados, para auerla. E esta muerte atal, que es llamada ciuil, se departe en dos maneras (2). La

(1) *De su padre.* Et poterit filius familias constitui procurator à patre pro negotiis patris, *L.* 1. §. 1. & ibi Bald. *C. commun. de succes.* & esse procurator alterius, & etiam executor ultimæ voluntatis: vide Gloss. & Bald. *in L. cum non solum*, §. *necessitatem*, *C. de bonis quæ liber.*

(2) *En el Titulo de los Demandadores. L.* 7.

TITULUS XVIII. QUIBUS MODIS JUS patriæ potestatis solvitur.

LEX I.

Avo mortuo, ejus filii efficiuntur sui juris: & nepotes ex eo reincidunt in filii potestatem, qui ante erant in avi potestate. Hoc dicit.

LEX II.

Si quis condemnatur, ut perpetuò in Regis operibus laboret, vel in insulam deportetur, dicitur mortuus civiliter, nec potest facere testamentum, & ante factum infirmatur. Item ejus filii ab ejus patria potestate liberantur. Hoc dicit.

(1) *Ciuil muerte.* Quæ ideò dicitur civilis mors, quia proxima morti naturali est, *L. capitalium* 28. *in princ. ff. de pœnis*, *L.* 2. *ff. de public. judic.* statutum tamen in morte naturali non habet locum in morte civili, nisi in casibus expresis in jure, notat Gloss. *in cap. placuit* el 2. 16. *quæst.* 1. & *in cap. susceptum*, *de rescript. lib.* 6. & vide quæ notat Bart. *in L. ex ea parte*, §. *insulam, ff. de verb. oblig.* Abbas post Gloss. *in cap. nisi essent, de præbend.* & *in cap. cum sis*, *de regul.* Socin. *consil.* 92. *vol.* 1. Alex. *consil.* 139. *vol.* 2. Bald. *in L.* 1. *col.* 15. *C. qui admitti. in L. cum acutissimi*, *C. de fideicommis.* Adde etiam quæ dicit Decius *consil.* 419. incipit *viso eleganti consilio*, &c.

(2) *En dos maneras.* Adverte tamen, quia ut dicit Glos. *in* §. *cum autem*, *instit. quibus mod.jus patriæ potest. solv.* pœna damnationis in metallum, vel deportationis hodie non est in usu; undè dicit Joan. de Imol. *in dicta L.* 2. *ff. de public. judic.* quòd in casibus, in qui-

La vna dellas es, como si diessen juyzio contra alguno para siempre (3), que labrasse las obras del Rey (4), assi como lauores de sus Castillos, o para cauar arena, o traerla a sus cuestas, o cauar en las minas de sus metales, o a seruir para siempre a los que han de cauar, o de traer, o en otras cosas semejantes (5) destas: e este atal es llamado sieruo de pena (6). La otra manera es, quando destierran a alguno por siempre, e lo embian en algunas yslas (7), o en algund otro lugar cierto, onde nunca salga, e le toman demas todos los bienes (8): e este atal es llamado en latin deportatus (9). E por qualquier destas maneras sobredichas, que es alguno judgado, o dañado a esta muerte, que es llamada ciuil, desatase por ella el poder que este atal ha sobre sus fijos, e salen porende de su poder. E como quier que el que es deportado non sea muerto naturalmente, tienen las leyes que lo es, quanto a la honrra, e a la nobleza (10), e a los fechos (11) deste mundo. E porende non puede fazer testamento (12), e avn, si lo ouiesse ante fecho, non valdria.

LEY III.

Por qual manera de desterramiento non salen los fijos de poder del padre.

Relegatus (1) en latin, tanto quier dezir en romance, como ome condenado, o otorgado a pena, por algund mal que fizo; a que mandan que vaya a morar a algund logar para siempre, o para tiempo cierto, mas non le tuellen los bienes que ha. E este atal que es assi llamado, maguer sea como desterrado, con todo esso non pierde el poder que ha sobre sus fijos, nin sobre los otros sus bienes; nin pierde su nobleza, nin su libertad; nin se le embarga por esta razon, que non pueda fazer testamento; nin deue auer otra pena por razon de tal desterramiento. Fueras ende, si aquel que da la sentencia contra el, le manda perder alguna cosa señaladamente. E otrosi, que non deue salir de aquel logar (2) dol embiaren, sin mandado de aquel que lo judgo: e todas estas cosas sobredichas otorgaron los derechos a este atal, porque como quier que es judgado a esta pena, non es muer-

quibus tales pœnæ imponebantur de jure delinquentibus, hodie posset judex alterare, secundùm suum arbitrium, ubi per statutum non foret aliter provisum: sicut per Reges Catholicos in isto Regno fuit statutum, quòd qui tales pœnas mererentur, in insulam quæ vulgò vocatur *Española*, mitterentur, ut patet ex eorum pragmatica anno Domini 1497. quæ pragmatica neque in usu servatur; sed communiter mittuntur ad galeras. Vide Bald. *in L.* 3. *C. si pendent. appellat. mors interven. col. fin.* versic. *et si dicatur quod hodie.*

(3) *Para siempre.* Hoc ideò dicitur, quia si ad tempus damnaretur in ministerium metallorum, seu alterius operis publici, non efficeretur servus pœnæ, neque haberet locum ista lex, ut *in L. aut damnum* 8. §. *est pœna* 4. cum *seq. ff. de pœnis*, & *in L. sunt quidam* 17. *ff. illo tit.* & *in L. capitalium* 28. 1. *responso.*

(4) *En las obras del Rey.* Non ergò exigitur, ut damnatio sit in metallum, vel opus metallorum; quia idem esset, si in aliud opus publicum, dum tamen perpetuò esset damnatus: undè damnatus, ut perpetuò sit carnifex communis, dicitur servus pœnæ, secundùm Bart. & Angel. *in L.* 2. *ff. de publ. jud.* quorum opinio videtur approbari hìc. Joan. de Imol. tamen ibi dicit, quòd quando quis damnatur ad aliud opus publicum, quàm metalli, solùm civitatem perdit, non tamen dicitur servus pœnæ: & hoc probari videtur *in L. sunt quidam servi pœnæ* 17. *ff. de pœn.*

(5) *Semejantes.* Adde *L. aut damnum* 8. §. *in calcariam* 10. cum *sequent. ff. de pœn.*

(6) *Sieruo de pena.* Hodie tamen ingenuus damnatus ad ista non efficitur servus pœnæ, ut *in authent. sed novo jure, C. de donat. inter vir. & uxor.* & ideò fortè hæc lex dixit, *es llamado*, non verò dixit, quòd sit servus pœnæ.

(7) *En algunas Islas.* Dicebat Bald. *in L.* 1. *C. de monopol. in fin.* quòd istæ insulæ assignabantur propter malum aerem, ut ibi citiùs deportati morerentur.

(8) *E le toman demas todos los bienes.* Licèt olim deportationem tacitè sequebatur bonorum ademptio, seu publicatio; hodie tamen requiritur, quòd in sententia expressè adjungatur, ut hìc, & *in authent. bona damnatorum, C. de bon. damnat.* nisi in casibus ibi expresis: vide Bald. *in L.* 1. *col.* 4. *C. de hæred. instit.*

(9) *Deportatus.* Iste dicitur mortuus civiliter, ut hìc, & *in L.* 1. §. *fin. ff. de bon. poss. contra tabul.* licèt retineat libertatem, & non eficiatur servus pœnæ. Casum specialem, in quo deportatus efficitur servus pœnæ, vide *L. ne quis* 2. *C. ut nemo privat. tit.* & ibi notat Bald.

(10) *A la honrra, e a la nobleza.* Est enim deportatio extra omnia, quæ juris civilis sunt, portatio, Bald. *in L. fin. col.* 2. *C. de sentent. pas.* adimuntur enim sibi omnes gratiæ, ut dicit Bald. *in L.* 3. *col. fin. C. si pend. appel. mors interv.* retinet tamen damnatus ea, quæ sunt juris gentium, *L. si mandavero* 22. §. *is cujus* 5. *ff. mandat.* Bald. *in L.* 2. *C. de bonis proscript.* & adde ad istam legem *L. si qua pœna* 7. *ff. de his qui sui, vel alien. juris*, & ibi Bald.

(11) *Fechos.* Intellige de his, qui sunt juris civilis, ut suprà dixi: undè neque civiliter possidere potest, & sic non præscribet ullo tempore; imò & interrumpitur cœpta usucapio: vide Bald. *de pace Constan.* vers. *quam semper.* An autem deportato possit judex reservare in sententia bona, vide Bald. *in L. si is qui, C. si pend. appel. mors interv.*

(12) *Fazer testamento.* Adde *L. ejus qui* 8. §. *insulam* 2. *ff. qui testam. fac. poss.* habent tamen hæredem ab intestato, si fiscus non auferat bona, Glos. *in L. ea sola, ff. de regul. jur.* quam dicit esse mirabilem, & non alibi, Bald. *in L. eam quam, col.* 5. *C. de fideicomis.* adde Paul. de Castro *in L. ex parte*, §. *insulam, ff. de verb. oblig.* imò neque deportatus potest, ut sibi acquirat, hæres institui, Glos. & ibi Bart. *in L.* 3. §. *liberi, ff. de bon. poss. contra tabul.* vide notata *in L. si deportati servo* 7. *ff. de legat.* 3.

LEX III.

Si quis relegatur ad tempus, vel perpetuò, non est civiliter mortuus, quia bona non perdit: ideò nihil aliud perdit, nisi quod in sententia continetur; & ideò filios retinet in potestate. Hoc dicit.

(1) *Relegatus.* De triplici relegatione ad intellectum hujus legis vide Bald. *in L.* 1. *col.* 3. *ad fin. C. de hæred. instit.*

(2) *Salir de aquel logar.* An autem relegatus post mortem possit duci in civitatem ad sepulturam, vide Bart. *in L.* 2. *ff. de cadav. punit.* Et nota, quòd relegatus dicitur habere domicilium quoad munera, & honores, in loco in quo sunt bona: vide Joan. de Plat. *in L. cives, C. de incolis, lib.* 10. pro bonis tamen, quæ dimisit, tenebitur in loco ubi sunt bona: vide eundem *in L.* 1. *C. de infam. eod. lib.*

muerto ciuilmente, como diximos de los otros.

LEY IIII.

Como los padres que son encartados, pierden el poder que han sobre sus fijos.

BAnniti (1) son llamados en latin, omes que son pregonados, e encartados, por algund yerro que ayan fecho. E esto es, como quando emplazan algunos, que vengan fazer derecho, a aquellos que se querellan dellos, por razon de algund mal fecho, o yerro de que los acusan; e non quieren venir a los plazos que les ponen, o non quieren fazer emienda del mal que fizieron. E por esta razon los Juezes mandanlos apregonar, que non entren (2) en la Cibdad, o en la Villa do eran moradores, o en la tierra onde son. E avn a las vegadas ponenles mayor pena: ca mandanles tomar todo quanto han, o alguna partida dello, segund qual es el yerro que fizieron. Estos atales, que son llamados Banidos, e segund lenguage de España son dichos Encartados, a las vegadas son contados entre los deportados, e a las vegadas entre los relegados: ca si son echados para siempre, e les toman lo que han, son contados entre los deportados; e si son echados a tiempo, e non para siempre, e non les toman lo que han, son contados entre los relegados.

LEY V.

Quales Judgadores pueden dar juyzio de deportacion.

Ley 1. *tit.* 24. *lib.* 8. *Recop.* NOn pertenesce, nin es dado a todo Juez, de poner la pena de desterramiento, que es llamada deportacion; antes son personas ciertas, a quien conuiene de dar tal sentencia como esta, e son estas: assi como Emperador, o Rey, o sus Vicarios, que tienen sus logares specialmente; o los que son llamados Prefecto pretorio, o Prefecto Vrbis, o el Senador de Roma. E si otro alguno la diere, non vale, nin deue ser complida; fueras ende, si la otorgare el Principe, e le señalare logar do sea echado, o algunos de los sobredichos que han esse mesmo poder. Mas la otra sentencia, que es llamada relegatio, puedela dar todo Juez, que ha poder de judgar (1) los malfechores a muerte, o a perdimiento de miembro. E por quales malos fechos deuen dar estas dos sentencias, que son llamadas deportatio, e relegatio, dicho es complidamente en la setena Partida deste libro, en las leyes que fablan de los maleficios.

LEY VI.

Por qual yerro que faze el padre pierde el poder que ha sobre sus fijos.

VNa manera de pecado (1), que es llamado en latin incestus (que quier tanto dezir, como quando algund ome que ha fijos de su muger legitima, e se le muriere, e despues que es muerta, casa con alguna su parienta fasta el quarto grado a sabiendas, con quien non podria casar de derecho, o con muger Religiosa) faze al padre que assi casa, perder el poder que ha sobre sus fijos, e salen porende los fijos de poder de su padre.

LEY

LEX IIII.

Ob contumaciam banniti, si perpetuò bonis ademptis banniantur, comparantur deportatis; sed si ad tempus, vel perpetuò, non ademptis bonis, comparantur relegatis. Hoc dicit.

(1) *Banniti.* Adde Angel. *in tract. maleficior.* in verbo *qui judex videns quod inquisiti*, *col.* 2. & vide Bald. *in L.* 1. *per totam legem*, *C. de hæred. instit.* & vide quod dicit Joan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de compet. jud. aditione*, §. 1. *col.* 3. *in additione incipienti*, *et si*: & adverte, quia approbat illa lex opinionem Glos. *in* §. *relegati*, *instit. quibus mod. jus patr. pot. solv.* & *in cap. domino guerram*, *tit. hic finit. lex*, dum dicit, quod bannitus perpetuò, accedente bonorum publicatione, æquiparatur deportato: quam opinionem tenet Specul. *tit. de instrum. edit.* §. *compendiose*, vers. *quid de bannito*, & ibi Joan. Andr. *in addition.* & alii plerique relati per Alexand. quem vide *consil.* 116. *vol.* 2. *col.* 2. & etiam Salic. post Bart. ubi loquitur notabiliter *in L.* 1. *C. de hæred. instit.* licèt contraria opinio de jure communi erat communior, ut tradit Angel. *in* §. *cum autem*, *instit. quib. mod. jus patr. potest. solv.*

(2) *Que non entren.* In hoc hodie de consuetudine, & de jure servatur lex *de Alcalá*, sita in pragmaticis, & *L.* 76. *in Ordin. Tauri.*

LEX V.

Nullus potest deportare, nisi Princeps, vel ejus vices gerens, vel Senator, Præfectus prætorio, aut Præfectus Urbis: & si alius deportet, non valet, nisi Princeps certo loco deportationis assignato, confirmet: relegare autem potest quilibet habens merum imperium. Hoc dicit.

(1) *Que ha poder de judgar.* Adde *L. nulli* 10. *C. de sentent.*

LEX VI.

Si pater contrahit incestas nuptias, liberantur ob hoc ejus filii ab ejus patria potestate. Hoc dicit.

(1) *De pecado.* Habuit ortum ab *authent. incestas*, *C. de incest. nupt.* & idem est in crimine hæresis: quia pater hæreticus perdit patriam potestatem in filios, ut *in cap.* 2. *ad fin. de hæret. lib.* 6.

LEY VII.

Por quales Dignidades sale el fijo de poder de su padre.

SEñaladamente son establescidas doze maneras de Dignidades, que por cada vna dellas sale el fijo de poder de su padre. La primera dellas es, quando el Emperador, o Rey elige a alguno por su Consejero (1). Ca luego que tal eleccion es fecha, e el Emperador, o el Rey lo faze saber (2) a aquel que eligen; o diziendogelo el mismo por palabra, o embiandogelo dezir por algund ome, o por su carta; sale porende de poder de su padre. E a tal Consejero como este llaman en latin Patricio, que es assi como padre del Principe. E este nome tomaron a semejança del padre natural. Ca assi como el padre se mueue segund natura, a consejar a su fijo lealmente, catandol su pro, e su honrra, mas que otra cosa; assi aquel por cuyo consejo se guia el Principe, lo deue amar, e consejar lealmente, e guardar la pro, e la honrra del Señor, sobre todas las cosas del mundo; nin catando amor, nin desamor, nin pro, nin daño, que se le puede ende seguir. E esto deuen fazer sin lisonja ninguna, non catando si le pesara (3), o si le plazera; bien assi como el padre non lo cata, quando conseja a su fijo. Otra honrra (4) muy grande ha avn el Consejero del Principe, sin la que de suso diximos; quel llaman assi como padre: ca en la corona del Emperador escriuen el nome del tal Consejero, porque sepan los omes, por cuyo consejo se guia.

LEY VIII.

Como sale de poder de su padre, el que es esleydo Proconsul, o por Prefecto pretorio.

PRoconsul es la segunda manera de Dignidad, que saca al fijo de poder de su padre; que quier tanto dezir, como Juez general de la Corte del Emperador, o del Rey, que es escogido, e embiado, para mantener en fuero, e en derecho alguna Prouincia. La tercera manera es, quando eligen alguno para Prefecto pretorio; que quier tanto dezir como Adelantado mayor de la Corte, que es puesto como en logar del Rey, e que es mayor que todos los otros Officiales, para judgar, e librar en ella todos los pleytos del Reyno, e las alçadas de los Juezes de la Corte, qui vinieren antel. E este atal es puesto en tan honrrada Dignidad, ca assi como non pueden apelar de la sentencia que da el Emperador, o el Rey, bien assi non pueden alçarse de la que diesse este atal; mas puedenle pedir merced (1); que vea, o emiende su sentencia, si quisiere.

LEY IX.

Que quiere dezir Præfectus Vrbis, e Præfectus Orientis: e como sale de poder de su padre, el que es escogido por alguno destos Oficios.

PRæfectus Vrbis quier tanto dezir en romance, como el mayor Juez de la Cibdad de Roma, o de otra Cibdad qualquier, que es cabeza del Reyno. E es la quarta Dignidad, por que sale el fijo de poder de su padre. E este atal pue-

LEX VII.

Patritius dicitur, quem Princeps elegit in suum Consiliarium, qui notificata ei electione per Principem, liberatur à patria potestate: & ejus nomen scribitur in diademate Imperatoris, & est sicut ejus pater. Hoc dicit.

(1) *Consejero.* Vide *L.* 5. *tit.* 9. *Part.* 2. & adverte, quòd licèt ex istis dignitatibus, de quibus hìc, & in legibus sequentib. filius liberetur à patria potestate, intelligitur in odiosis, non in commodosis, Glos. *in L. nepotes, ff. de his qui sunt sui, vel alien. jur.* & *in L. si pater filium, ff. de adopt.* Bald. & Salic. *in L.* 1. *§. fin. ff. ad Macedon.*

(2) *O el Rey lo haze saber.* Adde *L. fin. C. de Consul. lib.* 12. & *L.* 1. *C. de Præfect. prætor. lib.* 12. & ibi Joan. de Plat.

(3) *Le pesara.* Et diligat Rex talem Consiliarium, & non odio habeat, prout Sacra Scriptura narrat de Achab, Rege Israel, *lib.* 3. *Reg. cap.* 22. nam mali Consiliarii potiùs dicuntur deceptores, *cap. quanto* 18. *de jurejur,* ubi dicit Host. quòd multi tales reperiuntur hodie, qui solùm nituntur ad danda consilia pro extorsione pecuniæ: & dicit lex, quòd consiliarius optimus, & purus undiquè, contentus his, quæ dantur à fisco, eligatur: quòd si transgressus fuerit, expellatur, & alius idoneus introducatur, *in authent. de mandat. Princ. cap.* 5. *§.* 2. *collat.* 3.

(4) *Otra honrra.* Adde etiam, quòd Consiliarii Regis excusantur à tutelis, etiam jam susceptis, *L. fin.* & ibi Joan. de Plat. *C. de silentiar. lib.* 12. habent etiam Consiliarii evectionem, quæ vulgò dicitur *bestias de guia, L. evectionum* 6. *C. de cursu publico*, & ibi Joan. de Plat. *lib.* 12. & vocantur Patres Conscripti, & præsumitur pro eorum gestis, *L. humanum* 8. *C. de legibus*, *L. una, in princ. C. de caducis tollend.* & judices favent Consilio Principis, Bart. *in L.* 1. *§. quæsitum, in fin. ff. de appellat.* & dicit Plutarchus, quòd in corpore Reipublicæ Senatus obtinet cordis locum: & ipse Imperator inter Senatores se ipsum connumerat, *L. jus Senatorum* 8. ubi Lucas de Penn. *C. de dignit. lib.* 12.

LEX VIII.

Liberat à patria potestate dignitas Proconsulis:, & Præfecti prætorio. Hoc dicit.

(1) *Pedir merced.* Adde *L.* 4. *& fin. tit.* 24. *Part.* 3. & *L.* 1. *ff. de offic. præfecti prætor. §.* 1. *versic. credidit, L. si quis adversus* 5. & *authent. quæ supplicatio, C. de precib. imper. offer.*

LEX IX.

Præfectus Urbis est major judex civitatis, quæ est caput Regni, & idem de dignitate Præfecti Orientis. Hoc dicit.

puede conoscer de todos los pleytos de la Cibdad, e de su termino; tambien judgando, como faziendo justicia de muerte, o de perdimiento de miembro, en aquellos que fizieren cosa porque merezcan tal pena. La quinta Dignidad por que sale ome de poder de su padre, es quando eligen alguno por Prefecto de Oriente; que quier tanto dezir, como Adelantado mayor de toda la tierra de Oriente.

LEY X.

Que quiere dezir Questor: e como sale de poder de su padre tal Oficial.

QVestor es (1) llamada la sesta Dignidad, por que sale ome de poder de su padre; que quier tanto dezir, como ome que ha de recabdar todos los pechos, e las rentas del Rey; non como arrendador, mas como Oficial de la Corte del Rey, en que mucho se fia. E avn y ha otra Dignidad, a que llaman otrosi Questor; que quier tanto dezir, como aquel que ha de leer delante del Emperador, o del Rey, las cartas de poridad que le embian, e las quel embia. E otrosi, el que ha de leer ante ellos, las leyes que fazen nueuamente, ante que sean publicadas.

LEY XI.

Que quiere dezir Maestro de Caualleria: e como sale de poder de su padre, por razon deste Oficio.

LA setena Dignidad por que sale ome de poder de su padre, es quando eligen alguno por Maestro (1) de Caualleria; que quier tanto dezir, como ome que es puesto por Cabdillo, o por Maestro de los Caualleros del Emperador, o del Rey; a que llaman en romance Alferez. E este atal deue traer la seña del Rey, quando entrare en la batalla: e el ha poder de judgar los Caualleros, en todas las cosas que acaescieren entre ellos en razon de Caualleria; assi como si vendiessen, o empeñassen, o malmetiessen los cauallos, o armas. Otrosi ha poder de judgar los pleytos, que ouiere entre ellos, en razon de debdas. Otrosi puede costreñir, e echar de la Caualleria, a los que fizieren por que; si le fueren desobedientes en los ordenamientos, e en las cosas que les mandare fazer, en razon de Caualleria. E como quier que pueda fazer todas estas cosas sobredichas, con todo esso non puede judgar a ninguno a pena de muerte, nin a perdimiento de miembro, por cosa que faga, nin que diga.

LEY XII.

Que quiere dezir Patronus Fisci, & Princeps agentium in rebus: e como sale de poder de su padre, el que es esleydo para tal Oficio.

PAtronus Fisci tanto quier dezir en romance, como ome que es puesto para razonar, e defender en juyzio todas las cosas, e los derechos, que pertenescen a la Camara del Rey. E esta es la ochaua Dignidad, por que sale el fijo de poder de su padre. La nouena Dignidad por que sale el fijo de poder de su padre, es llamada en latin Princeps agentium in rebus; que quier tanto dezir en romance, como Mayordomo (1), o Proueedor de la Corte del Emperador, o del Rey, o de su compaña. E a este atal deuen dar cuenta todos los Oficiales, que las rentas del Rey resciben, o despienden.

Leyes 1. y 2. tit. 13. lib. 2. Recop.

LEY XIII.

Que quiere dezir Magister sacri scrinii libellorum: e como sale de poder de su padre tal Oficial como este.

MAgister sacri scrinii libellorum es la dezena Dignidad, por que sale el fijo de poder de su padre; que quier tanto dezir en romance, como Chanceller (1). E este ha de tener en guarda los sellos del Emperador, o del Rey, e las

LEX X.

Liberat à patria potestate dignitas Quæstoris, cujus officium est reditus Principis recolligere (non ut arrendator) & litteras secretas, & leges noviter factas, coram Principe legere. Hoc dicit.

(1) *Questor es.* Vide *L.* 25. *tit.* 9. *Part.* 2.

LEX XI.

Est dignitas Magistri militum, qui in prælio vexillum Principis bajulat: & est judex militum in militaribus delictis, & negotiis; non tamen potest quem ad mortem, vel ad membri perditionem damnare. Hoc dicit.

(1) *Por Maestro.* Vide *L.* 16. *tit.* 9. *Part.* 2.

LEX XII.

Princeps agentium in rebus est Regis majordomus, cui omnes de Regis expensis reddunt rationem: & ista dignitas liberat filium à patris potestate: & idem de dignitate Advocati fisci. Hoc dicit.

(1) *Como Mayordomo.* Adde *L.* 17. *tit.* 9. 2. *Part.*

LEX XIII.

Liberat etiam à patria potestate dignitas Magistri sacri scrinii, qui dicitur Regis Cancellarius; qui tenet ejus sigilla, & expedit litteras justas, cancellatque injustas: cui omnes notarii, & scribæ Curiæ obediunt: non tamen potest litteras privilegii, vel gratiæ, sine Principis mandato concedere. Hoc dicit.

(1) *Como Chanceller.* Adde *L.* 4. *tit.* 9. 2. *Part.*

las arcas de los escritos de la Chancelleria. E deue ver, e esaminar, todas las cartas que vinieren a la Chancelleria, ante que las sellen; e las que entendiere que son derechureras, deuelas mandar sellar, e las otras chancellarlas. E porende llaman a este atal, Chanceller; porque el ha de chancellar, e de emendar, las cartas que vinieren a la Chancelleria, segund que es dicho. E a este deuen obedescer los Notarios, e los Escriuanos de la Corte. Pero el Chanceller non puede dar por si priuilegio, nin carta de gracia (2), nin notarla, nin mandarla fazer, sin mandado del Rey: assi como diximos en la tercera Partida, en el Titulo de las Escrituras, en las leyes que fablan en esta razon.

LEY XIIII.

Que quiere dezir Magister sacri scrinii memoriæ Principis: e como sale ome de poder de su padre, por razon de tal Oficio.

LA onzena Dignidad por que sale el fijo de poder del padre, es llamada en latin Magister scrinii memoriæ Principis; que quier tanto dezir, como Notario del Emperador (1), o del Rey, que faze notar, e registrar los priuillegios, e las cartas que salen de la Corte; otrosi las que embian de otra parte, que manda el Rey registrar, por auer remembrança dellas, si menester fuere. E otrosi este atal deue fazer notar todos los pleytos grandes, que se libraren ante el Rey, o antel Prefecto Pretorio. La dozena Dignidad es, quando esleen alguno para Obispo (2). E estas doze Dignidades (3) sobredichas, por las quatro dellas salen los fijos de poder de sus padres, tan solamente por la eslecion, rescibiendo las letras della, e consintiendo; maguer non vse del Oficio que pertenesce a aquella Dignidad, por que le esleyeron. E son estas; como si le esleyessen para Patricio, o para Consul, o para Prefecto Pretorio, o Obispo. Mas en las otras Dignidades non seria assi, si non vsasse primeramente del Oficio que pertenesce a la Dignidad, por quel esleyeron. E de cada vno destos Oficiales (que son llamados dotra guisa segund costumbre de España) fablamos complidamente en la segunda Partida deste libro, en las leyes que fablan en esta razon.

LEY XV.

Como sale el fijo de poder de su padre por emancipacion

EMancipatio es otra manera, sin las que diximos de suso, por que salen los fijos de poder de sus padres. E fazese de esta guisa. Ca deue venir el padre, con aquel fijo que quiere sacar de su poder, antel Juez que es dado para todos los pleytos, a que llaman en latin Ordinarius (1). E seyendo ambos delante del Juez, el padre (2), e el fijo (3), deue dezir el padre (4), como lo saca de su poder, e el fijo otorgarlo (5). E por es- *Ley 8. tit. 1. lib. 5. Recop.*

(2) *Carta de gracia.* Vide *L.* 26. *tit.* 18. *Part.* 3.

LEX XIIII.

Idem de dignitate Magistri scrinii memoriæ Principis, qui registrat ejus litteras. Et quatuor ex dictis dignitatibus liberant à patria potestate sola electione, ut Patricius, Consul, Præfectus prætorio, item dignitas Episcopalis: aliæ non nisi incepta administratione. Hoc dicit.

(1) *Notario del Emperador.* Vide *in dicta L.* 7. *tit.* 9. 2. *Part.*

(2) *Para Obispo.* Ut *in authent. sed episcopalis, C. de Episc. & cleric.* & *in cap. per venerabilem* 13. *qui filii sint legit.* de jure tamen Canonico ordo sacer liberat filium à patria potestate, Glos. *in cap. indecorum, de ætate, & qualitate*, Bart. *in L. patre furioso, ff. de his qui sunt sui, vel alien. jur.* Glos. *in cap.* 1. in parte *magistris*, 23. *quæst.* 5. Angel. *in dict. authent. constitutio quæ de dignitatibus, &c.* quod intellige in spiritualibus, ut *in cap. si annum* 3. *de judic. lib.* 6. nam in temporalibus, etiam presbyter remanet sub patris potestate, secundùm Innoc. & Doct. *in dicto cap. indecorum*, tenet Abb. *in rubr. de pecul. cleric.* & probatur *in dicto cap. per venerabilem*, de quo per Doct. *in dicto cap. indecorum.* De ingrediente religionem, vide Glos. *in L. si ex causa, §. Papinianus, ff. de minor.* & de aliis modis, quibus quis liberatur à patris potestate, vide *in L. si lenones*, ubi & Alber. *C. de Episcop. audient.* & vide infrà *eodem L. penult.*

(3) *Dignidades.* Et intellige, per istas 12. dignitates liberari filium à patris potestate in his, quæ sunt filio incommodosa; nam in his, quæ sunt ad sui commodum, adhuc durat effectus patriæ potestatis, secundùm Bald. quem vide *in L. apud hostes, in fine, C. de suis, & legit. hæred.* & adde ad istam legem text. *in authent. constitutio, quæ de dignit. collat.* 6. & Glos. *in §. filius familias*, super verbo *illico, instit. quibus mod. jus patr. pot. solv.*

LEX XV.

Liberatur quis à patria potestate emancipatione: & in præmium emancipationis habet pater medietatem ususfructus in bonis adventitiis filii emancipati, nisi expressè remittat: & cùm fit emancipatio, pater, & filius comparent coram judice ordinario; & dicit pater, quòd liberat filium à sua potestate, & filius consentit. Hoc dicit.

(1) *Ordinarius.* Habes hìc, quòd emancipatio, ut rectè fiat, debet fieri coram judice ordinario: adde *L. ab ea parte* 5. & ibi Glos. *ff. de probat.* Bald. *in L. gesta, in princ. C. de re judic.* & tene menti, nam Glos. *in L. fin. C. de emancip. liber.* super verbo *competens*, dicebat etiam de extraordinario.

(2) *El padre.* Non ergò pater posset ad hoc constituere procuratorem, ut probatur hìc: & vide etiam Bald. *in L. neque absens, ff. de adoption.* & *L. pen. C. de emancipat. liber.*

(3) *El fijo.* Nam absens, nisi ex rescripto Principis, non emancipatur, *L. penult. C. de emancipat. liber.* & infrà *eod. L. proxima.*

(4) *Deue dezir el padre.* Et sic interrogatur priùs, & loquitùr pater, ut hìc habes, & notat Bald. per illum text. *in L.* 2. *ff. de adoption.* ubi etiam dicit, quòd de substantia emancipationis non refert, quis interroget.

(5) *El fijo otorgarlo.* Adde *L. nec avus* 4. *C. de emancipat. liber.* & quæ dixi *in dicta L.* 93. *tit.* 18. 3. *Part.* & nota, quòd emancipatio filii clerici potest etiam fieri coram judice sæculari: vide Decium *consil.* 150. ubi allegat decisionem Rotæ.

esta razon, quel saca de su poder, puede el padre retener para si (6), de los bienes auenticios del fijo, la meytad del vsofruto (7). E esta meytad siempre se entiende que la puede auer por gualardon, porque lo saco de su poder; fueras ende, si señaladamente gela quitasse.

LEY XVI.

En que manera pueden los padres emancipar sus fijos, quando non estouiessen delante, o fuessen menores de siete años.

EMancipar queriendo el padre algund su fijo, que non estouiesse delante, o que fuesse menor de siete años, non lo puede fazer, a menos de pedir merced al Rey, que gelo otorgue. E si el Rey gelo otorgare, deuelo embiar a dezir por su carta, al Juez ordinario de aquel logar onde es el padre, como le otorgo poder de emancipar tal fijo, como sobredicho es; nombrandol en la carta señaladamente, e diziendo en ella, si es menor de siete años, o si es a otra parte, que non sea presente. E despues deue el padre venir ante aquel Juez, e mostralle aquella carta, en quel otorgo el Rey tal poder, como sobredicho es. E deue dezir, como quiere vsar della; e estonce puedegelo emancipar, e valdra la emancipacion (1). Pero si este, a quien emancipasse non estando delante, fuesse mayor de siete años, ha menester, que quando viniere, que lo otorgue antel Juez.

LEY XVII.

Que la emancipacion deue ser fecha con voluntad, tambien de los padres, como de los fijos.

COstreñido non deue ser el padre (1) para emancipar su fijo, bien assi como non deuen apremiar el fijo (2) para emanciparlo; ante deue ser fecha la emancipacion con voluntad, tambien del vno, como del otro, sin juyzio (3), e sin ninguna premia que pueda ser. Pero esto se ha de fazer concejeramente; que quier tanto dezir en este logar, como antel Juez, ante quien se deuen acordar las voluntades de ambas las partes, tambien del padre, como del fijo. E ha menester que el padre mande fazer carta (4), como saca el fijo de su poder; porque se pueda prouar la emancipacion, e non venga en dubda.

LEY XVIII.

Por que razones pueden los padres ser costreñidos, que saquen de su poder a sus fijos.

FAllamos quatro razones (1), por que pueden costreñir al padre, que saque de su poder a su fijo; como quier que diximos en las leyes ante desta, que lo non podrian apremiar que lo fiziesse.

(6) *Retener para si.* Et ex lege, etsi nihil in emancipatione dicatur, retinetur, ut *in L. cum oportet* 6. §. *pen. C. de bon. quæ liber.* & *ista L. in fine*: quando verò pater non emancipavit, sed lex, veluti in casibus, de quibus suprà in legibus hujus tituli, vel per contractum matrimonii, ut *in L.* 47. *Tauri*, tunc pater non haberet istam dimidiam ususfructus, ut est hodie lex nova *in dictis Ordin. Tauri*, *L.* 48. facit Glos. cum text. *in authent. constitutio*, *quæ de dign. collat.* 6. super verbo *donans*, & quod notat Joan. de Plat. *in L. fin. C. de spect. lib.* 11.

(7) *La meytad del vsofruto.* Quid autem, si retineret sibi usumfructum omnium bonorum, de cætero per filium acquirendorum? Dic, quòd non valebit talis retentio, secundùm Alber. *in L. penult. C. de emancip. liber.* qui dicit, hanc quæstionem vidisse de facto, per regulam *L. servum testamento ff. de manum. testam.* & per alia fundamenta, quæ ibi videbis: cui & adde, quia & pater non potuit filio tale onus imponere, sicut neque operas, vel aliud onus causa emancipationis permittitur sibi illum onerare, *L. penult. ff. si quis à parent. fuer. manum.* & *in L. penult. ff. de obsequiis patron. præstand.*

LEX XVI.

Non potest pater filium absentem, vel minorem septennio, emancipare, nisi de licentia Regis, judicì loci patris ordinario missa: sed si absens major septennio emancipatur, tenetur, ut valeat, posteà veniens, ut coram judice consentiat. Hoc dicit.

(1) *Valdria la emancipacion.* Sed nunquid infans emancipatus ex rescripto Principis, si videat emancipationem, postquàm fuit factus major, sibi fuisse damnosam, possit petere se redigi in patriam potestatem? Videtur quòd non, ut *in L. qui liberatus* 12. *ff. de adoption.* in contrarium tamen videtur *L. nonnumquàm* 32. cum *L. sequenti*, *ff. eod. tit.* secundùm Alber. *in L. penult. C. de emancip. liber.* Et an ventrem uxoris possit quis emancipare ex rescripto Principis, vide Bald. *in L. non potest*, *ff. de adoption.* ubi tenet, quòd non, per *L. fin. ff. de collat. bonor.*

LEX XVII.

De emancipatione debet fieri ad faciliorem probationem instrumentum publicum: non tamen cogitur pater emancipare, nec filius emancipari. Hoc dicit.

(1) *El padre.* Adde *L. nec avus* 4. *C. de emancip. lib.* & §. *fin.* ubi Glos. *instit. quib. mod. jus patr. potest. solv.*

(2) *Non deue apremiar al fijo.* Vide de hoc per Angel. *in dicto* §. *fin. col. pen. & fin.* & notab. dictum Ang. de Peru. *in L. utrum turpem*, *ff. de verb. oblig.*

(3) *Sin juyzio.* Non ergò requiritur, quòd emancipatio fiat apud acta, & cum causæ cognitione; sed quòd uterque, emancipans & emancipatus, sit præsens coram judice, ut tradit Salic. *in L. emancipatione*, *C. de fide instrum.* requiritur tamen, quòd judex interponat auctoritatem, ut dicit Salic. ibi, & probatur *in L.* 1. *C. de offic. prætor.* & *in L.* 93. *tit.* 18. 3. *Part.* ubi & dixi, & tradit Alber. *in L. post mortem*, *ff. de adopt.* Glos. & ibi Salic. *in L. non nudo*, *C. de emancip. liber.*

(4) *Mande fazer.* Et sic requiritur scriptura in emancipatione, ut *in dicta L.* 2. *C. de emancip. liber.* & *in dicta L. emancipatione* 11. *C. de fide instrum.* Et an per instrumentum emancipationis probetur præsumptivè, quòd filius sit legitimus, vide Bald. *in L. non potest*, *ff. de adopt.* ubi tenet, quòd sic.

LEX XVIII.

Si pater crudeliter castigat, aut filiæ dat viam meretricandi, seu quid ex testamento, ut emanciparet, recipiat, vel privignum impuberem in privigni incommodum arrogaverit, cogitur eos à patria potestate liberare. Hoc dicit.

(1) *Fallamos quatro razones.* Hos quatuor casus cumulat Glos. *in* §. *fin. instit. quib. mod. jus patriæ pot. solv.* non

se. La primera es, quandol padre castiga el fijo muy cruelmente, e sin aquella piedad quel deue auer segund natura. Ca el castigamiento deue ser con mesura, e con piedad (2). La segunda es, si el padre fiziesse tan grand maldad, que diesse carreras a sus fijas (3) de ser malas mugeres de sus cuerpos, apremiandolas que fiziessen atan gran pecado. La tercera es, si vn ome mandasse a otro en su testamento alguna cosa, so tal condicion, que emancipasse porende a sus fijos. Ca si recibiesse lo quel fuesse mandado desta guisa, tenudo es de los emancipar; e si non quisiere, puedenlo apremiar que lo faga. La quarta es, si alguno porfijasse su antenado (4) que fuesse menor de catorze años. Ca si este atal, desque passare por esta edad, se fallare mal de su padrastro, porquel desgaste lo suyo, o en otra manera qualquier, deuelo mostrar al Juez; e si fallare el Juez que assi es, deuelo apremiar que lo emancipe.

LEY XIX.

Que el fijo, despues que es emancipado, lo puede el padre tornar a su poder, sil fuere desobediente.

INgrati son llamados, los que non agradescen el bien fecho que les fazen; que quier tanto dezir en romance, como desconoscientes. E atales y ha, que en logar de seruir aquellos de quien le resciben, e de gelo gradecer, yerran malamente contra ellos, faziendoles muchos deseruicios, de palabra, e de fecho. E esto es vna de las grandes maldades, que ome puede fazer. E porende, si el fijo que fuesse emancipado (1), fiziesse tal yerro como este contra su padre, deshonrrandolo malamente de palabras, o de fecho, deue ser tornado porende en su poder.

TITULO XIX.

Como deuen los padres criar a sus fijos; e otrosi, como los fijos deuen pensar de los padres, quando les fuere menester.

PIedad, e debdo natural (1) deuen mouer a los padres, para criar a los fijos, dandoles, e faziendoles lo que es menester, segund su poder. E esto se deuen mouer a fazer, por debdo natural. Ca si las bestias (2), que non han razonable entendimiento, aman naturalmente, e crian sus fijos, mucho mas lo deuen fazer los omes, que han entendimiento, e sentido sobre todas las otras cosas. E otrosi los fijos tenudos son naturalmente de amar, e temer (3) a sus padres, e de fazerles honrra, e seruicio, e ayuda, en todas aquellas maneras que lo pudiessen fazer. E pues que en los dos Titulos ante deste fablamos del poderio, que han los padres sobre los fijos, e de las cosas por que se puede toller; queremos aqui dezir, de como los padres los deuen criar. E primeramente mostrar, que cosa es criança, e que fuerça a. E por quales razones, e en que manera, son tenudos los padres, de la fazer a sus fijos, maguer non quieran. E quales son tenudos de fazer esto. E por que razones se pueden escusar los padres, de los non criar, si non quisieren.

LEY

non tamen in istis casibus filius invitus cogetur, ut dicit Glos. *in L. 2. C. de emancip. liber.* Bart. *in L. quidam cum filium, ff. de verbor. oblig.* Angel de Aret. *in dict. §. penult. col. penult. & fin.* adde etiam Glos. & Bart. *in L. cogi, §. si pater, ff. ad Trebel.* Glos. *in L. non potest, ff. de adopt.* Glos. & Bart. *in authent. quibus mod. natur. effic. legit. §. illud, in glos.* super verbo *non est, collat.* 7. & licèt pater dilapidet bona filii, non per hoc cogitur eum emancipare: vide Bald. *in L. non potest, ff. de adoption.* & an istis casibus teneatur assignare filio debitum bonorum subsidium, vide Alber. quòd non, *in L. si lenones, C. de episc. audient.* & Bald. *in dicta L. non potest*, ubi dicit, quòd de mense in mensem tenetur ei alimenta præstare: non tamen assignare compellitur eidem possessionem pro alimentis.

(2) *Con mesura, e con piedad.* Adde *L. 1. C. de emend. propinq. cap. presbyterum* 7. cum Glos. *de homic. §. fin. inst. de his, qui sunt sui, vel alien. jur.* cum ibi notatis per Glos. & Doct. non enim licet excedere terminos juris in corrigendis moribus, *L. si quis dicat* 5. & ibi notat Bart. *ff. de manumis.* nimia enim sævitia culpæ connumeratur, *L. 2. in princip. ff. ad Leg. Aquil.*

(3) *A sus fijas.* Adde *L. fin. C. de spectac. lib.* 11. & ibi Joan. de Plat. *L. si lenones* 12. *C. de episc. audient.* Glos. *in dicto §. fin. instit. quibus mod. jus patr. pot. solv.*

(4) *Su antenado.* Quid in alio minore arrogato, vide Glos. *in L. nonnumquam, ff. de adoption.*

LEX XIX.

Propter injuriam verbalem, aut facti, patri illatam, reducitur filius emancipatus, tanquàm ingratus, ad patris potestatem. Hoc dicit.

(1) *Emancipado.* Voluntariè supple: nam si cogeretur, ut in casibus legis suprà proximæ, tunc per ingratitudinem non revocaretur in patriam potestatem, secundùm Guillelmum *in L. si lenones, C. de episc. audient.* Joan. de Plat. *in L. fin. C. de spectac. lib.* 11.

TITULUS XIX. DE LIBER. AGNOSC. in Summa.

(1) *Debdo natural.* Adde *L. 1. §. jus naturale 3. ff. de just. & jur.* & *instit. de jur. natu. in princ.*

(2) *Si las bestias.* Omnia animalia sunt docta in quibusdam instinctibus, per quos tendunt ad conservationem suæ propriæ speciei, ut dicit Aristotel. 2. *de anima, L. 1. §. hujus studii, ad fin.* & ibi notat Bald. *ff. de justitia, & jure*, ubi & Alberic. in versic. *item quæro, an educatio parentum.*

(3) *De amar, e temer.* Adverte tamen, quòd non dicit, quòd de jure naturæ teneantur liberi educare parentes; nam parentum educatio non est ita de jure naturali, sed inducta naturali ratione, secundùm Bart. *in L. 1. §. parens, ff. de liber. agnosc.* Bald. qui pulchrè loquitur *in L. 1. §. jus naturale, ff. de just. & jur.* versic. 5. *circa alimenta*: vide etiam infrà *eod.* L. 1. ibi: *otrosi el hijo.*

LEY I.

Que cosa es crianza, e que fuerça ha.

CRianza es vno de los mayores bien fechos, que vn ome puede fazer a otro: porque todo ome se mueue a la fazer, con gran amor que ha aquel que cria, quier sea fijo, o otro ome estraño. E esta crianza a muy gran fuerça, e señaladamente la que faze el padre al fijo: ca como quier que le ama naturalmente, porquel engendro, mucho mas le cresce el amor, por razon de la criança (1) que faze en el. Otrosi el fijo es mas tenudo de amar, e de obedescer al padre, porque el mismo quiso leuar el afan en criarle, ante que darle a otro.

LEY II.

Por que razon, e en que manera son tenudos los padres de criar a sus fijos, maguer non quisiessen.

CLaras razones, e manifiestas son, por que los padres (1), e las madres, son tenudos de criar a sus fijos (2). La vna es mouimiento natural, por que se mueuen todas las cosas del mundo, a criar, e guardar lo que nasce dellas. La otra es, por razon del amor que an con ellos naturalmente. La tercera es, porque todos los derechos temporales (3), e spirituales (4) se acuerdan en ello. E la manera en que deuen criar los padres a sus fijos, e darles lo que les fuere menester, maguer non quieran, es esta (5): que les deuen dar que coman, e que beuan, e que vistan, e que calcen, e lugar do moren (6), e todas las otras cosas que les fuere menester, sin las quales non pueden los omes biuir. E esto deue cada vno fazer, segund la riqueza (7), e el poder (8) que ouiere; catando todavia la persona daquel que lo deue rescebir (9), en que manera le deuen esto fazer. E si alguno contra esto fiziere, el Judgador de aquel lugar lo deue apremiar, prendandolo (10), o de otra guisa, de manera que lo cumpla, assi como sobredicho es. Empero dezimos, que de mientra quel padre cria-

LEX I.

Propter exhibita alimenta, filius tenetur diligere parentem, & magis obedire ei; pater autem prædiligit filium, quem alimentat. Hoc dicit.

(1) *De la crianza.* Hæc multùm attenditur, ut dicit Bald. quem vide *in tract. scismatis*, posito *in rub. C. si quis aliquem, test. prohib. col.* 15. vide infrà *tit.* 20. *in summa.*

LEX II.

Triplex causa movet parentes ad alimenta præstanda. Prima natura, ut parentes filiis. Secunda bonitas: & quia jura divina, & humana hoc disponunt, etiam in extraneos egentes. Tertia pietas, quæ est naturalis ad filios. Alimentorum autem nomine continentur ea, sine quibus homo naturaliter vivere nequiret; non tamen tenetur pater ad debita filii, sine patris jussu contracta. Et idem, quod dictum est de alimentis filiis præstandis, ad idem tenentur filii parentibus in necessitate positis. Hoc dicit.

(1) *Padres.* Idem de aliis ascendentibus, ut *in L. si quis à liberis* 5. *in princ. ff. de liber. agnosc.* & *authent. si pater, C. divort. fact.* & intellige, ut *in L. pen. ff. de liber. agnosc.* & vide infrà *eod.* L. 4. Et adverte, quia cùm hæc lex loquatur generaliter, procedet, etiam si filius sit incestuosus, vel aliàs natus ex alio damnato coitu, maximè attenta æquitate canonica, de qua *in cap. cum haberet* 5. *de eo, qui duxit in matrim. quam pol. per adult.* ad quod fortè ista lex habuit respectum, ita generaliter loquendo: & procedet hoc, ut etiam clericus posset alere filium spurium de fructibus sui beneficii, ut dicit Glos. *in cap. omnino*, 31. *dist.* vide etiam Abb. *in cap. pervenit, de arbitr.* & an possit per patrem relinqui filio spurio fundus ad alimenta, vide Bald. *in L. eam quam, col.* 10. *C. de fideicom.* & Roder. Suarez *in repet. L.* 1. *tit.* 6. *lib.* 3. *Fori Legum*, versic. *prædicta de naturalium successione.* Adde quæ dixi infrà *eod. L.* 5.

(2) *A sus fijos.* Istud onus alimentandi in subsidium transit ad hæredes, *L. si quis à liberis* 5. §. *item rescriptum* 17. *ff. de liber. agnosc.* & ibi vide Alber.

(3) *Temporales.* Ut *in L. si quis à liberis* 5. *ff. de liber. agnosc.*

(4) *Spirituales.* Ut *in cap. jus naturale*, 1. *dist.* & 2. *ad Corint. cap.* 12. *vers.* 14.

(5) *Es esta.* Declaratur hìc, quæ veniant appellatione alimentorum: adde *L. verbo victus* 43. *ff. de verb. sign.* & initium vitæ hominis aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem, Ecclesiastic. 29. *cap. v.* 28. adde *L.* 5. *in fin. tit. pen.* 7. *Part.* & concordat cum ista *L. si quis à liberis* 5. §. *non tantum alimenta* 12. *ff. eod.*

(6) *Do moren.* Et sic, cui debentur alimenta, debetur & domus ad habitandum, quia sine hospitio non potest duci vita hominis; & vide quæ ex hoc infert Bart. *in L.* 1. *C. de Episc. audient.* notat Abb. *in cap.* 1. *de empt. & vendit.* & adde *L. fin. ff. de aliment. & cibar. legat.* & *L. legatis* 6. *eod. tit.* Sed an pater cogatur alere filium extra domum suam, vide Angel. & Paul. de Cast. quòd non, *in L. quidam cum filium, ff. de verbor. oblig.* nisi quando pro bono pacis, vel familiæ, aliter judici videretur, vide ibi Paul. *col.* 2. Et quid si filius prodigaliter consumpsisset partem suam? an pater teneatur eum alere? Vide Bald. *in L.* 1. §. *jus naturale, ff. de justit. & jure, col. fin.* quòd sic. Et an pater teneatur alere necdùm filium, sed etiam ejus uxorem indotatam, & liberos ejus? Vide Bald. Novel. quòd sic, *in tract. de dote, fol.* 19. *col.* 3. *in* 37. *privilegio*, cujus dictum quoad uxorem videtur dubium, & leges, quas allegat, non benè probant; quia *L. si filia*, §. 1. *ff. famil. ercis.* loquitur, quando nurus habuit dotem, & *L. quod si nulla, ff. de religios. & sumpt. funer.* loquitur respectu impensæ funeris; & cùm hoc non ita lege cautum reperiatur, fortè non procederet, prout aliàs in simili dicit Angel. *in L.* 1. *ff. solut. matrim.* de patruo, an teneatur dotare neptem; & tenet, quòd non, quia non reperitur jure cautum.

(7) *La riqueza.* Adde *L. si quis à liberis* 5. §. *sed si filius, vers. deniquè*, & in §. *de alimentis* 25. *ff. de liber. agnosc.* & in §. *si quis ex his* 10. vide etiam Gloss. *in authent. neque virum quod ex dote, collat.* 7. & ubicunquè debentur alicui alimenta (quæ præstanda sunt pro modo facultatum, ut hìc, & *in L. pen. ff. de aliment. & cibar. legat.*) debent alimenta taxari, & limitari pro modo redituum, non pro modo valoris bonorum, etiam si in patrimonio esset aliqua res magni valoris, sed parvi reditus, *L. Imperator* 50. *ff. ad Trebel.* & ibi Bart. Paul. Angel. & Alex. *in dicta L. penult.* §. 1. *L. jus alimentorum* 3. *ff. ubi pupil. educ. deb. L. qui bonis cessit* 6. & ibi Angel. *ff. de cessio. bonor.* Angel. *in L. Nesennius, col. fin. ff. de re judic.* Alex. *consil.* 100. *col. fin.* 1. *vol. & consil.* 72. *col.* 3. 5. *vol.*

(8) *El poder.* Nam qui non habet, nisi quantùm sibi sufficit ad alimenta, non tenetur alium alere, *L. præses* 6. & ibi Bald. *C. de servit. & aqua*, & *in dicto* §. *de aliment.* 25.

(9) *Deue rescebir.* Nam alimenta considerantur secundùm conditionem personæ, cui sunt præstanda: quia aliter militi, vel doctori; aliter rustico, aliter seni, quam juveni statuentur, ut tradit Joan. de Plat. post Din. *in L. super creandis, C. de jure fisci, lib.* 10. & secundùm ætatem alimenta variantur *L. cum unus* 10. §. *fin. ff. de aliment. & cibar. legat.* Bald. *in cap.* 1. *quo tempore miles.*

(10) *Prendandolo.* Concordat *L. si quis à liberis* 5. §. *si quis* 10. *ff. de liber. agnosc.*

criare, e proueyere su fijo, si fiziere el fijo alguna debda que non meta en pro del padre, o que la saque sin su mandado, que non es el padre tenudo de la pagar (11). Otrosi dezimos, que los fijos deuen ayudar a proueer a sus padres (12), si menester les fuere, pudiendolo ellos fazer; bien assi, como los padres son tenudos a los fijos.

LEY III.

En cuya guarda, del padre, o de la madre, deuen ser los fijos, para nodrescerlos, e criarlos.

NOdrescer, e criar deuen las madres a sus fijos que fueren menores de tres años (1), e los padres a los que fueren mayores desta edad. Empero, si la madre fuesse tan pobre (2) que non los pudiesse criar, el padre es tenudo de darle, lo que ouiere menester para criarlos. E si acaesciesse, que se parta el casamiento por alguna razon derecha, aquel por cuya culpa se partio (3), es tenudo de dar de lo suyo, de que crien los fijos, si fuere rico, quier sean mayores de tres años, o menores; e el otro que no fue en culpa, los deue criar, e auer en guarda. Pero si la madre los ouiesse de guardar, por tal razon como sobredicha es, e se casasse (4), estonce non los deue auer en guarda: nin es tenudo el padre, de dar a ella ninguna cosa por esta razon; ante deue el rescibir los fijos en guarda, e criarlos, si ouiere riqueza con que lo pueda fazer.

LEY IIII.

Que razon escusa al padre, o a la madre, que non crian sus fijos, que eran tenudos de criar.

PObredad escusa (1) a las vegadas a los omes, que non fagan algunas cosas, que eran tenudos de fazer de derecho. E

(11) *De la pagar.* Adde *L.* 1. *C. ne filius pro patre*, & idem est è contra, *dict. L. si quis à liberis* 5. §. *parens* 16. *ff. de liber. agnosc.* vide etiam in materia L. 1. & *L. filios* 5. *C. de decurion. lib.* 10. & ibi per Joan. de Plat. quando pater teneatur pro filio gerente officium publicum, & *in L.* 1. *C. de fil. famil. & quemad. pater pro his teneat. eod. lib.* & *in L.* 1. *de honor. non contin. eod. lib.* neque tenetur pater ad pœnam pecuniariam, in qua filius condemnatur pro delicto, etiam respectu legitimæ, vel alimentorum, quæ debet filio, ut concludit Spec. *tit. de execut. sentent.* §. *sequitur*, versic. *quid si filius*, & Abb. *in cap.* 2. *notab.* 2. *de delict. pueror.* & vide in materia Paul. de Castr. *in L. si filius famil. ff. de judic.* Bald. *in L. omnimodo*, §. *imputari*, *C. de inoffic. testam.* & *in L.* 1. *col.* 2. & 3. *C. ne filius pro patre*, & *authen. contra rogatus*, *C. ad Trebel.* & *in L. quanquam*, *C. ad Leg. Falcid.* & *in L. liber captus*, *C. de captiv. & postlimin. revers.* & *in addition. ad Specul. tit. de appellation. col.* 6. Guillielmus Benedict. *in repet. cap. Raynutius*, *de testam. fol.* 224. *col.* 1. & 2. Bart. *in L.* 1. §. *si impuberi*, *ff. de collat. bonor.*

(12) *A sus padres.* Ut *in dicta L. si quis à liberis* 5. *in princ.* & §. *parens* 16. *ff. de liber. agnosc. LL.* 1. 2. & 3. *C. de alend. lib. à parent. vel è contra.* Et nota, quòd etsi pater sit in exilio, filius tenetur sibi mittere alimenta, ut *in authent. incestas*, *C. de incest. nup.* & ibi est text. quòd licèt pater sit spoliatus bonis propter proprium delictum, tamen debet ali à filio; & ibi Bald. 2. *lect.* dicit esse argumentum, quòd filii teneantur alere patrem bannitum, licèt in contrarium faciat §. *si quis hominem*, *de pace tenen. & ejus violat.* ubi Bald. notat, quòd filius non potest alimentare patrem bannitum, vel hostem, & si contrarium facit, punitur in amissione bonorum; & sic notat ibi, patrem propter bannum privari jure naturæ: quod intelligit ibi Barba. *in addition.* quando pater erat hostis patriæ, non aliàs: & per illum text. dicit Bald. post Bart. *in authent. bona damnatorum*, *C. de bonis damnat.* quòd si bona homicidæ confiscantur, reservata certa parte filiis, non tenentur ex illa parte filii alere parentem; & tenet etiam Angel. *in tract. malefic.* in parte & *ejus bona publicamus*, *col. fin.* non tamen compellitur filius vendere suum patrimonium, ut alat patrem, Bald. per text. ibi, *in L. fin.* §. *ipsum autem filium*, *C. de bon. quæ lib.* sed ex reditibus hoc debet fieri, ut *in L. Imperator* 50. *ff. de Trebel.* Quod ego limitarem, quando ad necessariam sustentationem sufficerent reditus; nam si reditus non essent sufficientes ad necessaria vitæ pro qualitate personæ, tunc videtur, quòd filius tenetur vendere propter necessitatem famis: nam si pater hoc casu posset vendere filium in potestate, ut *in L.* 2. *C. de patrib. qui filios distrax. L.* 9. *tit.* 17. *suprà ead. Part.* multò fortiùs propter ejus necessitatem bona filii deberent vendi: major enim est alienatio personæ, quàm patrimonii, seu rerum, 12. *quæst.* 1. *cap. præcipimus* 24. Gloss. *in cap. cum olim*, *de major. & obed.* Quid autem, si filius inops habeat patrem, & filium divites? quis tenebitur ad ejus alimenta? Est quæstio dubia, de qua videas per Cyn. & Alb. *in L.* 1. *C. de alendis liber.* & per Saliç. *eod. tit. L. fin.*

LEX III.

Mater tenetur filios minores triennio nutrire; pater verò tenetur majores nutrire: & si mater non habeat undè eos nutriat, provideat pater de expensis matri præbendis: si autem matrimonium solvitur, nutriuntur filii apud eum qui non est in culpa, expensis ejus qui culpabilis est: & si apud matrem hac de causa nutriantur, & nubat secundò, auferentur ei, & erunt apud patrem. Hoc dicit.

(1) *De tres años.* Adde *L. pen. C. de patr. potest.* & Glos. & ibi Bald. *in L. alimenta*, *C. de negot. gest.* ubi hoc limitat: adde etiam Abb. *in cap. cum haberet*, *de eo qui duxit in matrim. quam pol. per adult.* ubi intelligit hoc in filiis legitimis & naturalibus: si tamen essent spurii, tunc non habita distinctionæ ætatis, tenentur, secundùm eum, patres alere filios secundùm facultates eorum, per text. quem ad hoc ponderat, *in cap. cum haberet.* Adde etiam, quòd Azo *in summa*, *C. de patr. potest.* intelligit hoc de matre, si lac habeat, & lactare filium non dedeceat.

(2) *La madre fuesse tan pobre.* Approbat hìc dictum Jacobi de Bello Viso, qui hoc idem tenet per *L. sed*, & *si hæreditas*, §. 1. *ff. ad exhib.* vide Bald. *in dicta L. alimenta.*

(3) *Por cuya culpa se partio.* Concordat *authent. si pater*, *C. divortio facto*, *apud quem liber. educ. deb.* & in corpore undè sumitur.

(4) *Se casasse.* Idem habetur *in dict. authent. si pater*, & vide *L.* 19. *tit.* 16. *infrà* 6. *Part.*

LEX IIII.

Licèt alimenta præstare debeant filiis pater, & mater, & è contra, parentes excusantur propter paupertatem, etiam si ob culpam alterius matrimonium sit solutum: & si pater, & mater egeant; avus, & proavus, vel desuper ascendentes, si abundant, tenentur eos alere. Hoc dicit.

(1) *Escusa.* Hoc probatur *in L. si creditores* 31. *in fin. ff. de bon. auctor. judic. possid.* & excusat ab appellando, ut dicit Gloss. *in L. invitus*, *C. de procur.* quod intellige, ut ibi per Bart. & Jason. *in fin.* 2. *col.* & an detur secundus annus propter inopiam ad prosecutionem appellationis, vide Bart. *in authent. de his qui ingrediuntur ad appel. in princ.* Bald. *in L. acceptam*, *col. pen. C. de usur.* & vide ibi, an impediat pœnas judiciales, & an excuset in criminalibus: & an excuset à solutione collectæ, vide Gloss. & ibi Joan. de Plat. *in L.* 3. *C. de annon. & tribut. lib.* 10. & an ab aliis muneribus publicis, vide eundem *in L.* 1. *C. de muner. patrim.* & *in L. fin. C. de his qui numer. liber. eod. lib.* ubi & vide, à quibus excuset paupertas: & an

E porende, maguer diximos en la ley ante desta, que el que era en culpa por que se partio el casamiento, que esse era tenudo de dar al otro de lo suyo, con que criasse sus fijos que ouiessen de so vno, razon y ha por que non seria assi. Ca si aquel fuesse pobre (2), e el otro rico, estonce el que ha de que lo pueda fazer, deue dar de que se crien los fijos. E si el padre, o la madre, fuessen tan pobres (3), que ninguno dellos non ouiesse de que los criar; si el abuelo, o visabuelo de los moços, fueren ricos, qualquier dellos (4) es tenudo de los criar, por esta razon: porque assi como el fijo es tenudo de proueer a su padre, o a su madre, si vinieren a pobreza; o a sus abuelos, e a sus abuelas, e a sus visabuelos, e a sus visabuelas, que suben por la liña derecha; otrosi es tenudo cada vno dellos, de criar a estos moços sobredichos, si les fuere menester, que descienden (5) otrosi por ella.

LEY V.

A quales fijos son tenudos los padres de criar, e quales non.

ENgendran los omes fijos en sus mugeres, legitimos, e a las vegadas en otras, que lo non son. E en criar estos fijos, ha departimiento (1). Ca los fijos que nascen de las mugeres, que han los omes de bendicion, tambien los parientes que suben por la liña derecha del padre, como de la madre (2), son tenudos de los criar. Esso mismo es, de los que nascen de las mugeres, que tienen los omes por amigas (3) manifiestamente (4), como en lugar de mugeres; non auiendo entre ellos embargo de parentesco, o de Orden de Religion, o de casamiento. Mas los que nascen de las otras mugeres, assi como de adulterio, o de incesto, o de otro fornicio, los parientes que suben (5) por la liña derecha de partes del padre, non son tenudos de los criar, si non quisieren; fueras ende, si lo fizieren por su mesura, mouiendose naturalmente a criarlos, e a fazerles alguna merced, assi como farian a otros estra-

an excuset à perjurio, vide Bald. *in §. licet, si de feudo fuer. controv. inter dom. & agnat.* & an excuset à cautione, quam debet præstare usufructuarius, vide Bald. *in L. usufructu, C. de usufruct.* adde etiam *L. paupertas 7. ff. de excusat. tutor.* & *§. sed & propter paupertatem 6. instit. eod. tit.* alios etiam casus curiosus lector poterit invenire.

(2) *Fuesse pobre.* Adde text. *in authent. si pater, C. divort. facto, apud quem liberi educ. deb.* & in corpore undè sumitur.

(3) *Tan pobres.* Approbat hìc opinionem Jacob. de Are. & Bart. post eum *in L. pen. ff. de liber. agnosc.* quòd si quis habeat avum, & patrem divitem, priùs sunt alimenta præstanda à patre, quàm ab avo; quando verò non habet pater, petuntur ab avo, ut hìc, & adde Socin. *consil. 162. 2. vol. in princ.*

(4) *Qualquier dellos.* Priùs tamen videntur ascendentes per lineam masculinam, & in subsidium descendentes per fœmininam, *L. pen. ff. de liber. agnosc.* Undè nec mater tenetur ad alendum filium, nisi pater, vel ascendentes ejus desierint esse; vel nisi sint egentes, secundùm Azon. *in summa, C. de alendis liber.* quod dictum Azonis, cùm dicit *vel ascendentes ejus*, non videtur probare in legibus, quas allegat, & in matre contrarium videtur ista lex Partitarum disponere. Quid autem, si non supersint pater, nec mater, & sunt avi tàm ex parte patris, quàm ex parte matris, & sic supersunt avus paternus, & maternus? an ambo teneantur ad alimentandum, vel solus avus paternus? Videbatur, quòd tantùm paternus avus, per *dict. L. pen.* In contrarium tamen videtur ista lex Partitarum, & maximè quia jure Regni per matrimonium liberatur filius à patria potestate, & quia sicut succederent in hæreditate nepotis, sic & in onere alimentorum, ex his quæ tradit Alberic. post Cyn. *in L. 1. C. de alend. liber.* vers. *quærit*, Cyn. & Salic. *in L. fin. eod. tit.*

(5) *Que descienden.* Frater enim tenetur alere fratrem inopem, Gloss. *in L. si quis à liberis, in princ.* & ibi Bart. *ff. de liber. agnosc.* & *in L. qui filium, ff. ubi pupil. educ. deb.* etiam si sit naturalis tantùm, secundùm Bart. *in dicta L. si quis à liberis*, & vide eundem *in L. cum unus, §. fin. ff. de aliment. & cibar. legat.* text. *in authent. licet, C. de natur. liber.*

LEX V.

Filios legitimos & naturales tenentur tàm parentes patris, quàm matris, alimentare: idem de naturalibus natis ex concubina in domo retenta: adulterini autem, & incestuosi, vel alii fornicarii, non sunt à parentibus paternis alendi, nisi velint hoc facere. Parentes tamen ascendentes ex parte matris, tàm ipsa, quàm ipsi tenentur eos alimentare: hoc ideò, quia mater semper est certa. Hoc dicit.

(1) *Departimiento.* Sumptum est hoc ex dictis Azon. *in summa, C. de alend. liber. §. penult.*

(2) *Como de la madre.* Intellige ut *in L. penult. ff. de liber. agnosc.*

(3) *Por amigas.* Concordat *authent. licet, C. de natur. liber.* & *in authent. quibus mod. natur. effic. sui, §. si igitur, collat. 7.*

(4) *Manifiestamente.* Hodie sufficit, quòd concurrat dispositum *in L. 11. Tauri.*

porende aquella parte, que deuia heredar (10) en sus bienes; fueras ende, si rescibiesse tal precio, para gouernarse del, seyendo muy cuytado de hambre. Otrosi dezimos, que quitando (11) el Patron a su aforrado todo el derecho que ha en el, es la octaua razon, por que pierde el poder que auia, de heredar en sus bienes. Mas como quier que este derecho pierda, con todo esso, si fiziesse el aforrado alguno de los yerros que diximos en la ley que comiença: Señores, puedel tornar en seruidumbre: e por todas estas maneras que diximos en esta ley, por que pierde el Patron el derecho que ha, en heredar los bienes de su aforrado; por essas mismas lo pierden sus fijos, e todos los otros que descienden (12) del fasta el quarto grado. E avn dezimos, que si los fijos (13) del señor acusassen al aforrado de su padre, de tal acusacion por que deuiesse perder el cuerpo, o la tierra, o sil mouiessen pleyto para tornarlo en seruidumbre; seyendo ellos mayores de XXV. años, e siguiendo el pleyto fasta que fuesse dada la sentencia por el; pierden porende el derecho que auian, de heredar en sus bienes del aforrado. Esso mismo (14) seria, si diessen otro alguno quel acusasse por su madado; o si testiguassen ellos contra el en tales pleytos.

TITULO XXIII.

Del estado de los omes.

EL estado de los omes, e la condicion dellos, se departe en tres maneras. Ca, o son libres, o sieruos, o aforrados a que llaman en latin libertos. E avn y ha otro departimiento. Ca, o son nascidos, o por nascer. E pues que en los Titulos ante deste fablamos de las tres maneras primeras, queremos aqui dezir en general, del estado que pertenesce a los omes en otras guisas, que parescen como estraños. E primeramente diremos, que quiere dezir estado. E quantas maneras son del. E a que tiene pro. E en quantas cosas se departe la fuerça del.

LEY I.

Que quier dezir el estado de los omes, e quantas maneras son del, e a que tiene pro.

STatus hominum tanto quiere dezir en romance, como el estado, o la condicion, o la manera en que los omes biuen, o estan. E son tantas maneras de estado, quantas maneras de suso diximos en el Prologo deste Titulo. E tiene muy grand pro, en conoscer, e en saber el estado de los omes, porque mejor pueda ome departir, e librar, lo que acaesciere en razon de las personas dellos.

LEY

idem est, nisi quoad contra tabulas, & sic quoad jus succedendi: nam istud benè perdit, cùm perdatur ex sola exactione operarum impositarum, ut hìc: si verò pro futura opera, & necessitate compulsus, veluti fame, ut hìc dicit, & similiter, non perdit jus patronatus: si verò voluntariè exigit ab initio, perdit jus patronatus in omnibus; quam pœnam incurrit ex sola conventione dandæ mercedis in locum operarum, ut vult Gloss. & ibi declarat Salic. *in dict. L. si quam*: si verò exigit ipsas operas, desinit esse patronus quoad contra tabulas, non autem quoad alia: vide Gloss. *in dicta L. si quam, C. de oper. libert.* & intellige, quòd ex sola impositione operarum non privatur jure patronatus etiam quoad contra tabulas, sed ipsa exactione, ut declarat Jas. *in L. 1. & 2. C. de bonor. posses. cont. tabul. libert.* & tenuit Azo, & Glos. ubi Salic. *in dicta L. si quam.*

(10) *Que deuia heredar.* Vult ista lex, quòd necdùm perdat jus contra tabulandi testamentum liberti, ut *in dict. L. 2.* sed etiam jus succedendi ab intestato; quod etiam probatur *in L. sicut 20. ff. de jure patron.* & nota benè, quia Doct. non benè declarant: potest tamen dici, quod ista lex hoc non probet, cùm tantùm dicat de parte debita patrono, & sic tacitè sentit de successione per contra tabulas, & non de successione ab intestato, quæ esset in omnibus bonis, ut suprà *L. prox.* Et *L. sicut* 20. potest dici, quòd non probet aliquid: quia tantùm dicitur, quòd si nollet adire ab intestato hæreditatem liberti, posset eligere æstimationem operarum præteritarum; & non loquitur in casu, quando patronus jam recepit operas, an per hoc excludatur à successione ab intestato, quæ est nostra quæstio: & cùm Doct. dicant, quòd ex exactione operarum tantùm perdatur quoad contra tabulas, & non quoad alia jura, velle videntur, quòd non excludatur à successione ab intestato. Cogita; quia istud ultimum videtur verius, & de mente Doct. & legum.

(11) *Quitando.* Adde *L. fin. C. de bon. libertor.*

(12) *Que descienden.* Idem de cognatis habentibus jus succedendi, ut *in §. multis, instit. de succes. libertorum*, & tenet Azo *C. de bonis libert. in summa, ad fin.*

(13) *Los fijos. L. qui cum major* 14. & *in L. in servitute* 16. *ff. de bonis libert.* & adverte, quia dicit, *los fijos*: nam ipse patronus ob hoc non perderet, ut colligitur *in L. si filius* 33. *§. erit, ff. de fideicommis. libert.* & ibi Glos. & Azo *C. de bonis libert. in summa, ad fin.*

(14) *Esso mismo.* Ut *in dicta L. qui cum major* 14. *versic. sed si non.*

TITULUS XXIII. DE STATU HOMINUM.

LEX I.

Est enim status hominum cujuslibet conditio; quæ est triplex: aut est liber, aut servus, aut libertus: inquiritur enim de statu, ut meliùs posteà inter homines controversia judicetur. Hoc dicit.

LEY II.

En quantas cosas se departe la fuerça del estado de los omes.

LA fuerça del estado de los omes se departe en muchas maneras, ca otramente es judgada segund derecho la persona del libre (1), que non la del sieruo; como quier que segund natura non aya departimiento entre ellos. E avn de otra manera son honrrados, e judgados los fijos dalgo (2), que los otros de menor guisa; e los Clerigos, que los legos; e los fijos legitimos (3), que los de ganancia; e los Christianos, que los Moros, nin los Judios. Otrosi de mejor condicion es el varon (4) que la muger en muchas cosas, e en muchas maneras, assi como se muestra abiertamente en las leyes de los Titulos deste nuestro libro, que fablan en todas estas razones sobredichas.

LEY III.

En que estado, e de que condicion es la criatura, mientra que sea en el vientre de su madre.

DEmientra que estouiere la criatura en el vientre de su madre, toda cosa que se faga, o se diga, a pro della (1), aprouechase ende, bien assi como si fuesse nascida; mas lo que fuesse dicho, o fecho a daño de su persona, o de sus cosas, non le empesce. E por ende, si el señor de alguna sierua preñada mandasse a su heredero, o diesse poder a otro, que la aforrasse a cierto plazo, si el otro non la fiziesse libre aquel dia que el mando, estando esperando maliciosamente que nasciesse aquella criatura, porque fuesse sierua; dixeron los Sabios antiguos que fizieron las leyes (2), que desde el dia del plazo en adelante son libres, tambien la madre, como la criatura que della nasciesse. E avn dixeron (3), que si alguna muger preñada ouiesse fecho cosa por que deuiesse morir, que la criatura que nasciere della deue ser libre de la pena. E porende deuen guardar la madre fasta que para, assi como diximos en la septima Partida en el Titulo de las penas (4).

LEY IIII.

Quanto tiempo puede traer la muger preñada la criatura en el vientre, segund ley, e segund natura.

IPocras (1) fue vn filosopho en arte de la fisica, e dixo, que lo mas que la muger preñada puede traer la criatura en el vientre, son diez meses (2). E por ende, si desde el dia de la muerte de su marido fasta diez meses pariesse su muger, legitima seria la criatura que nasciere, e se entiende que es de su marido, maguer en tal tiempo sea nascida; solo que ella biuiesse con su marido a la sazon que fino. Otrosi dixo este filosopho, que la criatura que nasciere fas-

LEX II.

Aliter judicatur de persona liberi hominis, aliter de servo, & aliter de nobili, aliter de ignobili, aliter de clerico, aliter de laico, aliter de legitimo, aliter de illegitimo, aliter de fideli, aliter de infideli; & in multis virorum conditio melior est quàm mulierum. Hoc dicit.

(1) *La persona del libre.* Adde *L.* 8. *tit.* 31. 7. *Partita.*

(2) *Los fijos dalgo, &c.* Adde *dict. L.* 8. *tit.* 31. 7. *Partita.*

(3) *Fijos legitimos.* Ut *in L. cum legitimæ* 19. & *L. Paulus* 11. *ff. de stat. homin.* & suprà *ead. Partita tit.* 13. & 15. *per totum.*

(4) *El varon.* Vide *L. in multis* 9. *ff. de statu homin.* & per Specul. *titul. de procuratore*, §. 1. *col.* 1. versic. *regulariter.*

LEX III.

Qui in utero matris sunt, si de eorum commodo tractatur, pro natis habentur; secùs si de incommodo. Item si ancilla prægnans post certum tempus mandatur manumitti per dominum, tempore existente, si malitiosè differtur, est statim cum partu libera: & si prægnans damnatur ad supplicium, differtur donec pariat. Hoc dicit.

(1) *A pro della.* Adde *L. qui in utero* 7. *ff. de statu homin.* & si sibi magis expediat inspici tempus partus, quàm conceptionis, inspicitur tempus partus, *L. nuper* 11. & ibi Bald. *C. de natur. liber.* Joan. de Plat. *in L. si senator, C. de dignitat. lib.* 12. & adde Bald. *in §. naturales, si de feudo fuerit controv. inter dom. & agnat.* & *L. is cui ita legatum* 18. *ff. quando dies legat. ced.* Et facit ista lex, ut possessio; quæ per legem Taurinam in rebus majoriæ transit in sequentem vocatum, transeat in ventrem, si uxor mansit prægnans, cùm sit commodum illius, qui est in utero, & facit *L. cùm quidam* 30. §. *quod dicitur, ff. de acquir. hæred.* & quia militat ratio legis, ut impediatur acquisitio possessionis in alio ingrediente, quæ ita militat in favorem ventris, sicut si natus esset: licèt enim, antequàm nascatur, non potest dici successor in majoria, ad hoc ut dicamus, quòd ante nativitatem succedat, ut vult Alber. *in L. qui in utero* la 1. *in princ.* post Jac. de Raven. *ff. eod.* & probatur etiam *in L. fin. ff. de ventre inspic.* ubi habetur, quòd fideicommissum non expirat propter illum, qui adhuc est in utero; tamen, quia nato eo perindè est, ac si nasceretur tempore quo erat in utero, transiret ista possessio: & vide quæ notat Glos. & Bartol. *in L. edictum, ff. de ventre inspicien.* Sed an transibit instantia judicii cœpta cum defuncto in ventrem, antea quàm nascatur? Est magis dubium, ex quo non tractatur de ejus commodo: tu cogita.

(2) *Las leyes.* Ut *in L. Herennius* 22. *ff. eod.*

(3) *Dixeron.* Ut *in L. Imperator Adrianus* 18. *ff. eod.*

(4) *En el Titulo de las penas. In L. fin. illius tit.*

LEX IIII.

Septimo mense natus, etiam per unam diem eum mensem tangens, justus filius est, si conjuges simul cohabitarunt: idem si decimo mense nascatur; secùs si per unam diem 11. mensem tangat. Hoc dicit.

(1) *Ipocras.* Istum dicit doctissimum virum Consultus *in L. septimo mense, ff. de stat hom.* à qua ista lex sumpta est; & de isto habetur etiam *in cap. ne tales* 29. *de consecr. dist.* 5.

(2) *Son diez meses.* Si ergò nascatur in octavo mense, legitimus est; licèt, secundùm medicos, impossibile est sic natum vivere, ut refert Bald. *in L. ea quidem, col.* 3. *C. de accus.*

fasta en los siete meses, que solo que tenga su nascimiento vn dia del seteno mes, que es complida, e biuidera. E deue ser tenida tal criatura por legitima, del padre, e de la madre, que eran casados, e biuien en vno, a la sazon que la concibio. Esso mismo deue ser judgado, de la que nasce fasta en los nueue meses. E este cuento es mas vsado (3), que los otros. Mas si la nascencia de la criatura tañe vn dia del onzeno (4) despues de la muerte del padre, non deue ser contado por su fijo. E en que manera deuen guardar las mugeres, que dizen que fincan preñadas despues de la muerte de sus maridos, porque non venga yerro ninguno en la criatura que nasciere dellas, diximos en la sesta Partida deste libro, en las leyes (5) que fablan en esta razon.

LEY V.

De la criatura que nasce de la muger preñada, non auiendo forma de ome.

NOn deuen ser contados por fijos, los que nascen de la muger, e non son figurados como omes; assi como si ouiessen cabeça (1), o otros miembros, de bestia (2). E porende non son tenudos el padre, nin la madre, de heredarlos en sus bienes; nin los deuen auer, maguer sean establescidos por herederos. Mas si la criatura que nasce, a figura de ome, maguer aya miembros sobejanos (3), o menguados, nol empesce, quanto para poder heredar los bienes de su padre, o de su madre, e de los otros parientes.

TITULO XXIIII.

Del debdo que han los omes con los Señores, por razon de naturaleza.

VNo de los grandes debdos que los omes pueden auer, vnos con otros, es naturaleza. Ca bien como la naturaleza los ayunta por linaje, assi la naturaleza los faze ser como vnos, por luengo vso de leal amor. Onde, pues que de suso fablamos del debdo que han por natura, e por derecho, los aforrados, con los señores que los aforran, e de las otras cosas que pertenescen al estado de los homes en general; queremos aqui dezir, del debdo que han los naturales con aquellos cuyos son, por debdo de naturaleza. E mostraremos, que quiere dezir naturaleza. E que departimiento ha entre naturaleza, e natura. E quantas maneras son della. E que debdo han los naturales, con aquellos de quien son. E como deue ser guardada entre ellos esta naturaleza. E otrosi, como se puede departir.

LEY I.

Que quiere dezir naturaleza: e que departimiento ha entre natura, e naturaleza.

NAturaleza tanto quiere dezir, como debdo que han los omes vnos con otros, por alguna derecha razon en se amar, e en se querer bien. E el departimiento que ha entre natura, e naturaleza, es este. Ca natura (1) es vna virtud, que faze ser todas las cosas en aquel estado (2) que Dios las ordeno. Naturale-

(3) *Es mas vsado.* Et sic magis præsumitur quis natus in 9. mense, quàm in septimo, per locum à communiter accidentibus; præsertim, si mater consuevit alios parere in nono mense, & non in septimo, secundùm Bald. quem vide *in dicta L. septimo mense*, ubi etiam vide per Alberic. & eundem Bald. *in L. Gallus, in fin. princ. ff. de liber. & posthum.*

(4) *Vn dia del onzeno.* Un *in authent. de restit. & ea, quæ parit in undecimo mense, cap. 2. collat.* 4. magister tamen gentilis tenuit, quòd possibile erat quem nasci in undecimo mense, prout refert Cinus *in dicta L. septimo mense*; sed quia esset potiùs miraculum, quàm quid naturale secundùm communem cursum naturæ, lex habuit hoc pro impossibili, secundùm Bald. *in authent. eisdem, col. 1. C. de secundis nupt.*

(5) *En las leyes. L. 17. tit. 6. Part. 6.*

LEX V.

Qui monstruosi nati sunt, ut cum capite bestiæ, non sunt liberi, nec succedunt: secùs, si cum membris superfluis nascantur. Hoc dicit.

(1) *Como si ouiessen cabeza.* Istud est multùm inspiciendum: quia forma hominis maximè consistit in facie, per quam cognoscimur, ut notat Glos. *in §. religiosum, instit. de rer. divis.* per *L. cum in diversis, ff. de religios. & sumpt. funer.* undè isti habentes formam contrariam homini, neque essent baptizandi, secundùm Bald. referentem Archid. *in dicta L. septimo mense.*

(2) *Miembros de bestia.* Vide *in L. non sunt liberi* 14. *ff. eodem*, & *in L. quæret aliquis* 135. *ff. de verb. signif.*

(3) *Miembros sobejanos.* Etiam si impediretur operatio membri, dùm tamen habeat talis filius formam hominis, ut declarat Alber. *in dicta L. non sunt liberi.*

TITULUS XXIIII.

LEX I.

Est enim naturalitas debitum benevolentiæ inter homines: nam sicut natura conservat rem in esse, sic ista benevolentia adjuvat ad hanc conservationem. Hoc dicit.

(1) *Natura es.* Adde *L. 2. tit. 27. 2. Part.* & quæ ibi dixi, & adde etiam *cap. primum, de natura feud.* Bald. *in L. unica, §. libertatibus, C. de caduc. tollend.* quia natura dicitur cujuscunque rei primordium, per quam unumquodque habet suum proprium esse, ut ibi vide, & de aliis modis quibus sumitur hoc verbum: & loquitur de natura naturata, non de natura naturante, id est Deo, ut patet ex verbo, *que Dios las ordenó*: de utraque vide Gloss. *in §. pen.* in verbo *natura, instit. de verb. oblig.*

(2) *En aquel estado.* Natura enim salvat in specie, quæ non potest salvare in individuo, Bald. *in L. lege duodecim tabularum, C. de suis, & legit. hæred.* & intentio naturæ semper est generare, aut conservare subjectum, licèt aliquandò corrumpat propter inquietudinem sui motus, Bald. *in L. pen. C. de bonis matern.*

leza, es cosa que semeja a la natura, e que ayuda a ser (3), e mantener todo lo que desciende della.

LEY II.

Quantas maneras son de naturaleza.

Leyes 14. y 19. tit. 3. lib. 1. Recop.

Diez maneras (1) pusieron los Sabios antiguos, de naturaleza. La primera, e la mejor (2) es, la que han los omes a su Señor natural: porque tambien ellos, como aquellos de cuyo linaje descienden, nascieron, e fueron raygados, e son, en la tierra onde es el Señor. La segunda es, la que auiene por vasallaje (3). La tercera, por criança (4). La quarta, por caualleria (5). La quinta, por casamiento (6). La sexta, por heredamiento (7). La setena, por sacarlo de captiuo (8), o por librarlo de muerte (9), o deshonrra. La octaua, por aforramiento (10) de que non rescibe precio (11) el que lo aforra. La nouena, por tornarlo Christiano (12), La dezena, por morança de diez años (13), que faga en la tierra, maguer sea natural de otra (14).

LEY

(3) *E que ayuda a ser.* Nam amor patriæ, & hominum naturalium patriæ, confert ad conservationem eorum, quæ natura producit in patria illa: cùm patria propria cuilibet sit dulcissima, *L. qui habebat* 101. *in princ.* & Gloss. *ff. de legat.* 3. & unicuique videtur esse præstantior sua patria propria, quàm alia, ut *in L. moveor* 4. *C. si servus export.* quia reipublicæ nostræ nascimur *L.* 1. §. *ea quæ*, *ff. de ventr. in posses. mittend.* & impius est qui propriam patriam negligit, *L. unica*, ubi Joan. de Plat. *C. si curial. relicta civit. rus habit. voluer. lib.* 11. & *in L. clarissimis* 15. *C. de dignitat. lib.* 12.

LEX II.

Naturalitas est decuplex. Prima, & potior, erga dominum naturalem. Secunda, ob vasallagium. Tertia, ob nutritionem. Quarta, ob militiam. Quinta, ob matrimonium. Sexta, ob hæreditatis successionem. Septima, ob redemptionem à morte, vel à captivitate. Octava, ob manumissionem sine pretio. Nona, ob conversionem ad Fidem Catholicam. Decima, ob incolatum per decennium. Hoc dicit.

(1) *Diez maneras.* Ortum habet ista lex à *L.* 1. *in princ. ff. ad municipal.* & à *L. cives* 7. *C. de incolis, lib.* 10. ubi ponuntur quinque modi de quibus hìc.

(2) *E la mejor.* Vide *L.* 1. *tit.* 20. 2. *Part.* & quæ ibi dixi.

(3) *Vasallaje.* De hoc vide *in tit. prox. seq.* & quod habetur *in cap. imperialem*, §. 1. *de prohib. feudi alien. per Freder.* & *in cap. cæterum* 5. *de judic.* & *in L.* 11. *tit.* 26. *infrà ead. Part.*

(4) *Por crianza.* Et sic naturalis alicujus patriæ dicetur, qui est nutritus in aliqua patria, etiamsi ibi non fuerit natus, adde *L.* 1. *tit.* 20. 2. *Part.* & quæ ibi dixi.

(5) *Caualleria.* Adde *L. municeps* 23. §. *miles*, *ff. ad municipal.* & Gloss. *in dicta L. cives*, & *in L. hæres absens*, §. *proinde*, *in gloss. magna*, *ff. de judic.* & de milite cœlesti, clerico scilicèt, an sortiatur forum in loco ubi habet beneficium, vide per Glos. & signanter per Feli. *in cap. dilectus* el 2. *de rescript.*

(6) *Por casamiento.* Adde *L. fin.* §. *item rescripserunt* 3. *ff. ad municipal.* & Gloss. *in dicta L. cives* 7. & *L. si in patria* 5. *C. eod.* & non intelligas, quòd ex solo contractu matrimonii maritus consequitur naturalitatem, seu incolatum Regni de quo est uxor; debet nanque ultra contractum construere domicilium, ut habetur *in dicta L. si in patria*, ubi Odofre. dicit: Pone; ego Bononiæ uxorem per mensem accepi, & ibi domicilium acquisivi, & ibi moram traxi causa, & animo habitandi ibidem; dicitur, quòd ex tunc teneor ibi munera suscipere, & honores ratione domicilii.

(7) *Por heredamiento.* Adde *L.* 2. *C. ubi senat. vel claris.* & *L. cives* 7. cum Gloss. *C. de incolis*, *lib.* 10. Gloss. *in dicto cap. dilectus* el 2. *de rescript.* & intellige, si ibi habet majorem partem fortunarum suarum, & adde *L. in lege censoria* 203. *ff. de verb. signif.*

(8) *De captiuo.* Nota benè: quia non memini ita expressum vidisse istum modum naturalitatis; facit tamen ad hoc *L.* 2. *C. de postlimin.* ibi: *Naturalis pignoris vinculum*: non tamen ex hoc crederem sortiri redemptum ab hostibus originem, vel domicilium redemptoris, nisi fortè durante vinculo pignoris cùm est apud emptorem, ut *in dicta L.* 2. & *L. liber captus* 17. & *L. fin. C. de postlimin.* cùm nullo jure hoc caveatur.

(9) *Librarlo de muerte.* Non recolo me alibi hunc modum naturalitatis legisse: facit *L. etiam* 15. §. 1. *ff. de manum. vind.* & quod notat Angel. *in L. si unquam*, *C. de revoc. donat.* neque per hoc crederem, sic liberatum sortiri originem, neque domicilium liberantis, cùm nullo jure caveatur.

(10) *Por aforramiento.* Adde *L. assumptio* 6. §. *fin.* cum *L. sequenti ff. ad munic.* & *L. cives* 7. *C. de incolis*, *lib.* 10. & ibi Gloss. & *in L.* 2. & ibi etiam Gloss. & Joan. de Plat. *C. de municip. & origin. eod. libro*, & *L. ejus* 27. & *L. de jure* 37. §. *libertos*, & ibi Bart. *ff. ad municipal.*

(11) *Non rescibe precio.* Nota benè: quia non ita benè reperies declaratum in legibus juris communis: vide suprà *tit.* 22. *L.* 9.

(12) *Christiano.* Nam generatio naturalis, & regeneratio spiritualis æquipollent, ut *in cap. debitum* 4. *de baptis.* & istum modum naturalitatis ponit etiam Lucas de Penna *in dicta L. cives.* Bart. tamen *in L.* 1. *ff. ad munic.* vers. 3. *quæro utrùm baptizatus*, tenet, quòd per baptismum, saltem quoad temporalia, non contrahitur civilitas, cùm certi sunt modi, per quos contrahatur, ut *in dicta L. cives*, & *dict. L.* 1. inter quos dicit ipse, quòd non est iste: sed cùm per istam legem iste modus reperiatur expressus, cessat dictum Bart. Sed an propter hoc possit conveniri coram judice loci, in quo fuit baptizatus? Videtur, quòd non, per text. *in L.* 32. *tit.* 2. 3. *Part.* ubi non excipitur iste casus, neque aliqui alii de quibus hìc: cogita.

(13) *Por moranza de diez años.* Adde *L.* 32. *tit.* 2. 3. *Part.* & quæ ibi dixi.

(14) *Maguer sea natural de otra.* Adde etiam, quòd ex privilegio potest quis consequi jus naturalitatis Regni, ut habetur *in dicta L. cives* 7. *C. de incol.* in verbo *allectio*, & ibi Gloss. & Joan. de Plat. & Lucas de Penna: & tales sunt veri cives, ut ibi habetur, & probatur *in L.* 1. *ff. ad municipal.* & notat Bald. *in L. pen.* §. *quæ in filio*, *C. de adoption.* & *in L. in orbe* 17. *ff. de statu homin.* Bart. *in L. si is qui pro emptore*, *col.* 13. *ff. de usucap.* Sed an ex simplici concessione naturalitatis alienigena posset habere beneficia in Regno? Crederem, quòd non, nisi hoc sibi concederetur, ut probatur *in L.* 19. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin. Regal.* & tenere videtur Bald. *in dicta L. in orbe*, dùm dicit: Istum tamen adoptivum non admittam ad honores, ad quos non consuevere admitti nisi cives naturales: quia consuetudo restringit privilegium, & nota benè. Adverte tamen, quòd licèt hìc ponatur iste modus cohabitationis per decennium pro naturalitate; non tamen talis dicitur naturalis, seu oriundus ex Regno, prout requirunt leges Regni, ut possit habere beneficia Regni, cùm aliud sit, esse civem naturalem Regni, aliud incolam, ut *in dicta L. cives*, & etiam hìc patet, & *in L. assumptio* 6. *in princ. ff. ad municipal.* & quæ notat Bart. *in L. provincialis*, *ff. de verb. sign.* prævalet enim causa naturalis accidentali, *L. qui habet* 3. *in princ. ff. de tutel.* adde Glos. *in cap. cum nullus*, in verbo *oriundus*, *de tempor. ordin. lib.* 6. Sed an si naturalis Regni causa mercantiarum se transferat in aliud Regnum, ibique maritus, & uxor remaneant per decennium, vel ultra, ibique procreent filios, an tales filii dicantur naturales Regni, si non constet de animo transferendi domicilium, imò adhuc retinebant bona sua in Regno isto; vidi de facto super hoc magnam quæstionem: & quòd non sunt tales filii naturales Regni, videtur colligi ex pragmatica Henrici tertii, dùm expressè vult, quòd sint nati in Regno, & hoc vide-

LEY III.

Que debdo han los naturales, con aquellos cuyos son.

Con Dios ha ome el mejor debdo, que con otra cosa que ser pueda. E este debdo desciende de natura, porque lo fizo nascer, e le mantiene la vida, e la espera auer del en el otro mundo para siempre, segund su merescimiento: e deuele conoscer, e amar, e temer, por aquellas razones, e en aquella manera que diximos en la segunda Partida deste libro, en las leyes (1) que fablan en esta razon. E otrosi han los omes grand debdo de natura con el padre, e con la madre. E el debdo del padre es muy grande, porque le engendro, e en el tiempo que deuie, e menguo de la substancia de si mismo, porque fuesse el otro. E otrosi, porque los sus bienes han de fincar en el. Otrosi han grand debdo con la madre, porque ouo parte en fazerlo, e leuo grand trabajo mientra lo troxo, e grand peligro en parirlo, e grand afan en criarlo. E aun con la ama que lo crio ha grand debdo, porque le dio de su leche, en el tiempo que lo ouo menester, e nodrescio, assi como madre. E con el amo ha grand debdo, porque lo crio, e le gouerno, en el tiempo que lo auie menester, e le fue como padre. E por todas estas razones son tenudos los fijos, e los criados, de amar, e de honrrar, e guardar a sus padres, e a sus madres, e a sus amos, e a sus amas, y ayudarlos de lo suyo (2), quando les fuere menester: e non los deuen matar, nin ferir, nin deshonrrar, nin tomarles lo suyo sin su plazer; ante los deuen amparar de los otros, que algunas destas cosas les quisieren fazer: e el deudo, que han los criados con aquellos que los crian en sus casas, es dicho en las leyes del Titulo que fabla en esta razon (3).

LEY IIII.

Del debdo que han los naturales con sus Señores, e con la tierra en que biuen; e como deue ser guardada esta naturaleza entrellos.

A Los Señores deuen amar todos sus naturales, por el debdo de la naturaleza que han con ellos; e seruirlos, por el bien que dellos resciben, e esperan auer; e honrrarlos, por la honrra que resciben dellos; e guardarlos, porque ellos, e sus cosas son guardadas por ellos; e acrescentar sus bienes, porque los suyos se acrescientan porende; e rescibir buena muerte (1) por los Señores, si menester fuere, por la buena, e honrrada vida, que ouieron con ellos. E a la tierra han grand debdo, de amarla, e de acrescentarla, e morir por ella, si menester fuere; en la manera, e por las razones, que diximos en la segunda Partida deste libro, en las leyes que fablan en esta razon. E esta naturaleza que han los

detur sentire Paul. de Cast. *in L. prætor ait, in fin. princ. ff. de edendo*, ubi ponit quæstionem de Lucano, qui propter pestem fugit Florentiam, ibique natus est sibi filius; de qua quæstione ipse latiùs tradit *in L. hujusmodi*, §. *legatum, ff. de legat.* 1. consideravit enim lex hujus Regni originem propriam filii, & noluit, quòd sufficeret origo paterna, si alibi filius nasceretur. In contrarium facit *L. filios* 3. *C. de municip. et originar. lib.* 10. cujus verba sunt: *Filios apud originem patris, non in materna civitate, etsi ibi nati sunt (si modo non domiciliis retineantur) ad honores, seu munera posse compelli, explorati juris est.* Et ibi declarat Joan. de Plat. quòd filius alibi natus, in transitu videlicèt, & non animo constituendi domicilium per parentes ejus, non dicitur naturalis loci illius, ubi sic natus est in transitu, vel animo redeundi ad paternam originem: & quando quis ad tempus determinatum est de loco discessurus, non dicitur incola etiam ultra decennium, *L. ex facto* 35. *ff. de hæred. instit.* Bart. & Angel. *in dicta L.* 2. *C. de incolis*, Angel. *in L. hæres absens*, §. 1. *ff. de judic.* & secundùm istam ultimam partem pronunciari vidi in Regio Consilio, licèt nunc pendet causa supplicationis in gradu revisionis: & vide Abb. *in cap. Rodulphus, de rescript. col.* 3. vers. *ad ultimum*, ubi & adducit dictum Bart. *in dicta L.* 2. & ex quo quis habet animum se transferendi, fingatur non esse in illo loco, ubi habitat de præsenti, probatur *in L. quæsitum* 78. *in fin. ff. de leg.* 3. facit *dicta L. hæres absens* 19. *ff. de judic. cap. Romana, de foro compet. lib.* 6. *L. si quis post hanc* 6. cum ibi notatis, *C. de ædific. privat.* & crederem istam ultimam partem veriorem, ubi de animo non permanendi, sed redeundi ad propriam originem constaret verè, vel præsumptivè per signa exteriora: & in dubio præsumeretur per decennium animus transferendi domicilium; & sic filius ibi natus non diceretur, neque esset naturalis Regni: vide per Felin. *in dicto cap. dilectus, col.* 8. Negari tamen non potest, quin ista quæstio sit dubia, cùm plerique Doctor. tenuerunt, quomodocunquè quis nascatur, effici civem originarium loci in quo nascitur, licèt nascatur in transitu, seu non animo ibi permanendi, ut fuerunt Joan. de Imol. & Alexand. *in dicta L. hujusmodi*, §. *legatum est*, ubi Alexand. alios refert; plures tamen Doct. tenuerunt, quòd fingitur natus in loco, undè recesserunt, Petrus scilicèt, & Cyn. Nicol. de Neap. Bald. Angel. & etiam Paulus, qui in diversis lecturis fuit sibi contrarius in hoc, *in dicto* §. *legatum*: tu cogita latiùs.

LEX III.

Magis tenetur Deo homo tanquàm creatori, quàm hominibus. Item tenetur parentibus ex debito naturalitatis: item & nutricibus, & nutritoribus, quos tenetur amare, honorare, & ab injuria defendere. Hoc dicit.

(1) *En las leyes.* Vide *tit.* 2. & *tit.* 12. 2. *Partit. per totum.*

(2) *E ayudarlos de lo suyo.* Adde *L.* 2. *tit.* 20. *suprà eadem Partit.* & quæ ibi dixi; & istud verbum relatum ad alumnum est satis notabile.

(3) *Que fablan en esta razon.* Vide suprà *ead. Partit. tit.* 20.

LEX IIII.

Tenetur vassallus amare, honorare, & custodire dominum naturalem, & pro eo, & pro patria mori, si necesse fuerit, naturalitatis debito. Hoc dicit.

(1) *Rescibir buena muerte.* Vide quæ dixi *in L.* 5. *tit.* 21. *suprà ead. Part.* & Joan. de Terra Rubea *in tractat. contra rebelles*, 3. *part. art.* 2. ubi dicit, quòd

los naturales con sus Señores, deue siempre ser guardada con lealtad; guardando entre si todas las cosas, que por derecho deuen fazer los vnos a los otros, segund diximos en la segunda Partida deste libro, en las leyes que fablan en esta razon.

LEY V.

Como se puede perder la naturaleza.

LL. 14. y 19. tit. 3. lib. 1. Recop.

DEsnaturar, segund lenguaje de España, tanto quiere dezir, como salir ome de la naturaleza que ha con su Señor, o con la tierra en que biue. E porque esto es como debda de natura (1), non se puede desatar, si non por alguna derecha razon. E las derechas razones, por que los naturales pueden esto fazer, son quatro (2). La vna es, por culpa del natural, e las tres por culpa del Señor. Esto serie, como quando el natural fiziesse traycion (3) al Señor, o a la tierra: ca solamente por el fecho, es desnaturado de los bienes (4), e de las honrras del Señor, e de la tierra. La primera de las tres, que viene por culpa

quodcunque membrum politicum, sive mysticum, tenetur, & obligatur se, exponere periculo mortis pro salute, & defensione capitis, & corporis, cujus est membrum; sicut videmus in naturalibus de manu, quæ se exponit periculo, & peremptioni ad conservationem capitis, seu corporis. Sed nunquid, si quis ob timorem mortis, vel bonorum amissionem committit aliquod crimen, seu involvitur eodem crimine cum aliis criminosis, veluti cum reis læsæ majestatis, an excusabitur à peccato? S. Thom. quòd non 2. 2. *quæst.* 125. *art.* 4. quia potiùs debet quis omnia mala pati, quàm in malo consentire, 32. *quæst.* 5. *cap. ita ne*, 2. *quæst.* 1. *cap. in primis*: vide Abb. *in cap. sacris*, *col.* 2. *de his quæ vi*, *metusve caus. fiunt*: mitiùs tamen punientur, secundùm S. Thom. ubi suprà, & habetur *in dicto cap. in primis.*

LEX V.

Naturalitas, quam quis habet cum patria, & domino patriæ, perditur subditi proditione: item perditur si dominus ejus vitæ fuerit insidiatus, seu ad mortem vassalli laboraverit contra jus, & rationem, aut si cum uxore vassalli concubuerit. Item si injustè vassallum exhæredaverit, & nolit ei facere justitiam. Hoc dicit.

(1) *Debda de natura.* Sicut enim jura sanguinis nullo modo minui possunt, *L. jus agnationis* 34. *ff. de pactis*, *L. jura sanguinis* 8. *ff. de regul. jur.* ita etiam naturalis origo: facit §. *sed naturalia* 11. *instit. de jure natur. gent. & civil.* & probatur *in L. assumptio* 6. *in princ. ff. ad municipal.* vide Gloss. *in cap. cum nullus*, in verbo *oriundus*, *de tempor. ordin. lib.* 6. & *L. origine* 4. *C. de municip. & origin. lib.* 10. est enim civis originarius quodam modo hypothecatus patriæ, Gloss. *in L. in adoptionem*, & ibi Bald. *C. de adoption.* & adde Gloss. *in L. pen. ff. de senator.*

(2) *Son quatro.* Adde aliam causam, in qua civilitas originaria amittatur, scilicèt, si derelinquit quis propriam originem, & extra provinciam suam, & in aliam, quæ non est subjecta eidem præsidi, se transferat, domicilium ibi collocando. Hoc voluit Gloss. secundùm unam expositionem *in L. in adoptionem C. de adoption.* & tenet Bald. *in authent. sed omnino*, *col.* 5. *C. ne uxor pro marito.* Adde quæ dixi suprà *ead. L.* 2. *gloss. fin.* & quæ traduntur latè in quadam decissione Matth. de Afflictis, *num.* 388. ubi vide. Undè infertur, quòd si naturalis Regni deserat Regnum, & transferat se in Regnum Franciæ, ibi domicilium constituendo, non poterit tanquàm naturalis Regni obtinere beneficia in Regno; quod est notandum. Contra istam tamen conclusionem obstare videtur text. expressus *in L. pen. ff. de senator.* ubi habetur, quòd licèt senatores domicilium in urbe habere videantur, tamen & ibi undè oriundi sunt domicilium habere intelliguntur; & sic domicilium, quod venit ex accidenti, non mutat causam originis: hoc idem probatur ex *L. fin. C. de municip. & originar. lib.* 10. ubi habetur, quòd translatio domicilii de loco originis in alium locum, ubi quis vult facere incolatum, non facit perdere locum originis; imò in utroque loco subit munera: & motus per istam *L.* Bart. *in L. assumptio*, §. 1. *ff. ad municipal.* reprobat Glos. ibi, dùm tenet, quòd in loco originis post translationem domicilii non subeat quis munera, vel honores: neque obest, *L. filios* 3. *C. de municip. & originar. lib.* 10. per quam Glossa movetur; nam textus ille loquitur respectu originis filii ejus, qui mutavit domicilium originis in alium locum, ibi domicilium constituendo; non verò loquitur de loco originis ipsius patris, qui mutavit domicilium. Et pro ista assertione facit, quòd Doct. tradunt de vocato eodem tempore ad munera loci originis, & loci domicilii, cujus causa sit potior, de qua per Gloss. *in L. prima*, *C. de municip. & originar. lib.* 10. & *in L. cives*, *C. de incol. eod. lib.* & ibi per Doct. & *in L. libertus*, §. *præscriptio*, *ff. ad municipal.* potest enim quis habere plura domicilia, unum ratione originis, aliud ratione domicilii, vide *L. primam*, & *in dicta L. assumptio* 6. §. *primo*, *L. si quis* 7. *ff. ad municipal.* & hinc consuluit Petrus de Anchar. *consil.* 87. quòd cùm in eadem persona concurrat locus originis, & locus domicilii, potiùs inspiciatur quod sibi prodest, quàm quòd nocet, quando id quod prodest esset favorabile, & secundum jus commune, & non odiosum, & contra jus commune, prout in casu in quo ipse consulit; & sic etiam quoad commoda, & favorabilia, adhuc sibi remanet locus originis, qui debet inspici, & non locus domicilii. Sed ad ista potest respondері, quòd procedant, quando locus domicilii, & locus originis sunt sub eodem Rege, vel Regno; si vero locus domicilii sit in alio Regno, ut dixi exemplificando, tunc procedat quod primò dixi, ut voluit Bald. *in dicta authent. sed omnino*: cùm enim iste recedat de Regno, neque ibi subeat onera, non potest gaudere privilegiis Regni, ut & dixit Paul. de Cast. *in L. hujusmodi*, §. *legatum*, *ff. de legat.* 1. videtur enim renuntiare privilegiis, & favoribus concessis naturalibus Regni, transferendo domicilium extra Regnum, arg. *L. privilegio* 27. *C. de decurion. lib.* 10. ubi Bart. & Joan. de Plat. notant, quòd juri, & immunitati, quam quis sequitur ex origine, potest renuntiare in quantum facit pro se, seu in suum præjudicium, licèt non in præjudicium civitatis originis, ut *in dicta L. assumptio* 6. & *dict. L. filios* 3. & *L. pen. & fin. C. de municip. lib.* 10. undè durabit naturalitas, ut non possit bellum inferre, neque nocere Regi, vel Regno, in quo habuit originem, ut *in L. fin. tit.* 13. 2. *Partit.* non verò in his quæ sibi essent commodosa, quibus tacitè renuntiasse videtur.

(3) *Fiziesse traycion.* Quinimò ex minori delicto perderet quis locum originis, ut ibi non admittatur ad honores, ut si à senatu propter turpitudinem sit remotus, ut *in L. filii* 22. §. *senatores*, *ff. ad municip.* ubi inferebat Din. Bart. & Alb. quòd Abbas factus Episcopus, si propter simoniam, vel turpitudinem privetur Episcopatu, non recuperat Abbatiam, nisi specialiter impetret; ex quo etiam dicit Joan. de Plat. *in L. origine*, *C. de municip. & origin. lib.* 10. quòd si Bononiensis factus Potestas Florentiæ sit remotus, & condemnatus propter barattariam, efficitur indignus, ut in Bononia eligi possit ad honores, nisi de novo impetret, per *dict.* §. *senatores*: neque obstabit ista lex, quæ exigere videtur crimen proditionis contra Regem, vel Regnum: quia procedit, ut perdatur origo, & naturalitas Regni propter hoc; propter minora verò delicta, licèt perderet honores, modo de quo suprà, non tamen naturalitatem Regni, sed loci sui originis in casu *dicti* §. *senatores*, vel alio simili: neque sufficeret, quòd restitutus quis fuisset per Principem; quia requiritur specialis concessio, seu mentio de hoc ex mente Bart. *in dicto* §. *senatores*, & Joan. de Plat. *in dicta L. origine*, licèt aliàs damnatus in metallum ex simplici restitutione hoc consequeretur, ut *in L. et qui originem* 3. §. *si in metallum* 2. *ff. de muner. & honor.*

(4) *De los bienes.* Ergò in his quæ sunt in suum præjudicium non perdetur naturalis civilitas, ut dixi supra *eadem. L.*

pa del Señor, es quando se trabaja de muerte de su natural (5) sin razon, e sin derecho. La segunda, si le faze desonra en su muger (6). La tercera, si le deseredasse a tuerto, e nol quisiesse caber derecho (7), por juyzio de amigos (8), o de Corte.

TITULO XXV.

De los Vassallos.

VAssallage (1) es otrosi vn grand debdo, e muy fuerte, que an aquellos que son vassallos con sus Señores, e otrosi los Señores con ellos. Onde, pues que en el Titulo ante deste fablamos del debdo que an los omes, vnos con otros, por naturaleza, queremos aqui dezir, del que es por razon de Señorio, e por vassallaje. E mostrar, que cosa es Señor, e que cosa es vassallo, e quantas maneras son de Señorio, e de vassallaje. E como se puede fazer cada vna dellas. E que debdo a entre si, despues que fuere fecho. E otrosi, por que razones se puede departir, e en qual tiempo, e en que manera. E que cosas deue guardar el Señor al vassallo, e el vassallo al Señor, aun despues que fueren partidos.

LEY I.

Que cosa es Señor, e que cosa es Vassallo.

SEñor (1) es llamado propriamente, aquel que a mandamiento, e poderio, sobre todos aquellos que biuen en su tierra. E a este atal deuen todos llamar Señor, tambien sus naturales, como los otros que vienen a el, o a su tierra. Otrosi es dicho Señor todo ome, que a poderio de armar (2), e de criar, por nobleza de su linaje (3): e a este atal non le deuen llamar Señor, si non aquellos que son sus vassallos, e reciben bien fecho del. E vassallos son aquellos, que reciben honrra, o bien fecho, de los Señores, assi como caualleria, o tierra, o dineros, por seruicio señalado (4) que les ayan de fazer.

LEY

(5) *Natural.* Adde *cap.* 1. §. *porro, quæ fuit prima caus. benef. amitt.* nam sicut vassallus hoc casu perderet feudum, sic & dominus amitteret jus istud in vassallo, ut *in cap.* 1. *qualiter domin. propriet. feud. privet.*

(6) *Muger.* Adde text. *in cap.* 1. vers. *item, quib. mod. feud. amit.* & *dict. cap.* 1. *qualiter domin.* & vide quæ dixi *in L.* 1. *tit.* 14. 2. *Part.* Sed an procedat hoc in concubina, tangit Jacob. Alva. *in dicto cap.* 1. §. 1. *col. fin.* referens Jacob. Ardi. & Bald. tenere, quòd sic, in casu in quo concubinatus de jure Civili sit licitus, ut quia uterque solutus ad hoc, *L. item* 49. §. *parvi* 4. *ff. de leg.* 3. item quia perturbatio sanguinis timetur, cùm filii sint successibiles. Contrariam tamen opinionem tenet Mart. Laud. motus, quia ista materia est pœnalis, & non debet fieri extensio de uxore ad concubinam; & quia non est eadem ratio in concubina, quæ in uxore: & licèt in casu illius §. 1. fortè verior sit opinio prima, cùm ista sit causa, ex qua filius possit exhæredari, & per consequens vassallus feudo privari, ut *in cap.* 1. §. *prædictis, quæ fuer.* 1. *caus. benef. amitt.* tamen in casu hujus legis fortè non haberet locum in concubina, per rationes Marti. Laud.

(7) *Derecho.* Nam si Rex negligit facere justitiam, vel perperàm judicatum emendare, dicitur Regnum vacare de facto, & de jure, *cap. licet* 10. *de foro compet.* & *eodem tit. cap. ex tenore* 11. & *cap. ex transmissa* 6. & tradit And. de Iser. *in cap. imperialem*, §. *præterea si inter duos, de prohib. feud. alien. per Freder.*

(8) *Amigos.* Habes ergò hìc, quòd Rex non potest esse judex in causa propria, sed debent cognoscere arbitri per Regem, & illum cum quo causam habet, electi, vel Curia Regis: est enim iniquum, & perniciosum, quòd quis judicet in causa sua, *L. Julianus* 17. *ff. de judic. L.* 10. *tit.* 4. 3. *Partit. L. unica, cum simil. C. ne quis in sua caus. jus sibi dicat.* Quod ergò dìcunt Gloss. *in cap. cum venissent, de judic.* & *in cap. si quis erga* 2. *quæst.* 7. Imperatorem in causa sua judicare, intelligi debet, ut committat causam judicandam aliis, ut declarat And. de Iser. *de prohib. feud. alien. per Freder.* §. *pen. col. antep.* ubi & refert dictum Host. *in summ. de re jud.* §. *quis debet*, vers. *sed nunquid potest Episcopus*, quòd in curia ordinarii causæ pertinentes ad ipsum ordinarium tractabantur de consuetudine generali; quam consuetudinem dicit approbari in Regno Siciliæ, ubi magna Curia cognoscit de causis regalibus, ubi est procurator, & patronus fisci; quæ consuetudo etiam approbatur in isto Regno per istam legem: & ibi dicit etiam notabile verbum, quòd non posset Rex per se judicare, seu punire injurias Regni, vel reipublicæ Regni, sicut posset Papa injuriam Ecclesiæ; & sic est diversitas inter Principem sæcularem, & ecclesiasticum: vide ibi.

TITULUS XXV. DE VASSALLIS.

(1) *Vassallaje.* Specul. *tit. de feud.* §. *quoniam*, versic. *quod autem* dicit, quòd autem in Italia, & alibi vocatur vassalligium, in Francia homagium appellatur: nos autem provinciales nobiles feudatarios vassallos, plebejos verbo nostros homines vulgariter appellamus: & ibidem paulò superiùs dicit, quod contractus iste vassalligii de generali consuetudine capit vires potiùs, quàm de jure Romanorum, & de isto nomine vassallagii nihil in legibus Romanorum reperitur cautum, prout attestatur Andr. de Iser. *in procœmio feudorum, quæst.* 4. fuit ergò adinventum hoc nomen à novis Imperatoribus, & ab illis consuetudinibus generalibus quæ sunt in Libro Feudorum, licèt Lucas de Penna *in L. quicunque*, la 2. *ad finem*, 1. *col. C. de omni agro deser. lib.* 11. dicit, quòd contractus feudalis erat tempore Justiniani notus, per §. *per traditionem, instit. de rer. divis.* de quo vide late Carol. Molin. *in princ. comment. consuet. Paris.*

LEX I.

Dominus propriè dicitur, qui habet potestatem, & jurisdictionem super inhabitantem terram suam: ad hujus obedientiam tenentur naturales, & forenses ad ejus terram venientes. Item dominus dicitur, qui habet potestatem creandi milites. Item & vassallus dicitur ille, qui ob certum servitium recipit à domino aliquod beneficium. Hoc dicit.

(1) *Señor.* Accipitur hìc verbum *dominus* pro habente superioritatem, & præeminentiam, prout & aliàs habetur *in L. cum si exhibuissent* 3. §. 1. & ibi Bart. *ff. de publ. & vectigal.* Et nota, quòd Episcopi vocari debent domini, quia successerunt in locum Apostolorum, ut *in L.* 66. *tit.* 5. 1. *Part.*

(2) *De armar.* Milites scilicèt, ut infrà *ead. L.* ibi, *caualleria*, & *in L.* 5. Hodie per *L.* 8. *tit.* 1. *lib.* 4. *Ordin. Regal.* solus Rex, vel Regina creant milites: vide quæ dixi 2. *Part. tit.* 21. *L.* 11.

(3) *Por nobleza de su linaje.* Videtur hìc innui, quòd soli nobiles possunt habere vassallos, & clariùs habetur infrà *tit.* 1. *L.* 3. ubi vide quæ dixi.

(4) *Señalado.* Vide infra *tit.* 26. *L.* 2.

LEY II.

Quantas maneras son de Señorio, e de vassallaje.

DE Señorio, e de vassallaje son cinco maneras. La primera e la mayor es aquella, que a el Rey sobre todos (1) los de su Señorio; a que llaman en latin, Merum imperium: que quiere tanto dezir (2), como puro, e esmerado mandamiento de judgar, e de mandar los de su tierra. La segunda es, la que an los Señores sobre sus vassallos por razon del bien fecho, e de honrra que dellos reciben, assi como de suso diximos. La tercera es, la que los Señores an sobre sus solariegos; o por razon de behetria, o de deuisa, segund Fuero de Castilla. La quarta es, la que an los padres sobre sus fijos. E desta fablamos complidamente de suso, en las leyes (3) del Titulo que fabla en esta razon. La quinta es, la que an los señores sobre sus sieruos, segund que es dicho (4) de suso, en las leyes que fablan en esta razon.

LEY III.

Que quier dezir deuisa, e solariego, e behetria; e que departimiento a entrellos.

Leyes 1. y 6. tit. 3. lib. 6. Recop.

DEuisa, e solariego, e behetria, son tres maneras de Señorio, que an los fijos dalgo en algunos lugares, segund Fuero de Castilla (1). E deuisa (2) tanto quiere dezir, como eredad que viene al ome de parte de su padre, o de su madre, o de sus abuelos, o de los otros de quien desciende, que es partida entre ellos: e saben ciertamente quantos son, e quales los parientes a quien pertenesce. E solariego (3) tanto quiere dezir, como ome que es poblado en suelo de otro. E este atal puede salir, quando quisiere, de la eredad, con todas las cosas muebles que y ouiere: mas non puede enagenar (4) aquel solar, nin demandar la mejoria que y ouiere fecha; mas deue fincar al Señor cuyo es. Pero si el solariego, a la sazon que poblo aquel logar, rescibio algunos marauedis del Señor, o fizieron algunas posturas (5) de so vno, deuen ser guardadas entre ellos, en la guisa que fueron puestas. E en tales solariegos como estos, non ha el Rey otro derecho ninguno, si non tan solamente moneda (6). E behetria (7) tan-

LEX II.

Quintuplex est dominium, & per consequens vassalligium. Primum maximum, ut in Rege qui habet merum imperium. Secundum, dominium quod habent domini in suos vassallos. Tertium, super solariegos, behetriam, seu divisam. Quartum, dominium paternum erga filios. Quintum, dominium erga servos. Hoc dicit.

(1) *Sobre todos.* Subditi respectu jurisdictionis, licèt non ratione feudi, dicuntur vassalli, ut hìc, & *in cap. unico, qualiter vassal. jur. deb. fidelit.* sed vassallus propriè dicitur, qui terram à domino tenet, & pro ea servit,. obedit, & fidelitatem jurat; aliàs sine terra posset dici vassalligium ignorantiæ, quod reprobatur, *cap. pervenit* 5. *de censib.* Lucas de Penna *in L. cum scimus, C. de agric. & censit. lib.* 11. *col.* 2. & facit ista lex ad quæstionem, quòd si Rex donet Titio mille vassallos, quòd videatur concedere de vassallis isto primo modo sumptis, ex his quæ tradunt Doctor. *in L. fin. ff. de constit. Princip.* ubi Jaso *col.* 3. versic. *potest & quarto.*

(2) *Quiere dezir.* Vides hìc diffinitionem merii imperii, & adde *L.* 18. *tit.* 4. 3. *Partit.* & quæ ibi dixi.

(3) *En las leyes. Tit.* 17. *eadem Part.*

(4) *Que es dicho. Tit.* 21. *&* 22. *eadem Partita.*

LEX III.

Est vassalligium, quod dicitur divisa, & est terra adveniens alicui ex parte ascendentium, de qua sunt certæ personæ, ad quas dicta terra est ventura: sed ubi solum habitationis est domini, habitator dicitur *solariego*; qui potest quando vult cum suis mobilibus recedere, solo tamen cum meliorationibus domino remanente; sed pacta inter eos facta, sunt custodienda; & in hoc *solariego* Rex nullum jus habet nisi monetam: ubi verò solum est vassalli, potest quem voluerit in dominum recipere; & talis dicitur behetria: & talis dominus potest ibi recipere quando, & quoties voluerit comestionem, quam tenetur infra novem dies solvere; aliàs solvet damnum, & Regi pro qualibet vice sic recepta quadraginta morapetinos. Item de exactionibus, quas dominus in behetria habuit, debet habere Rex medietatem: nec possunt sine Regis consensu fieri novæ behetriæ. Hoc dicit.

(1) *Segund Fuero de Castilla.* De jure communi non reperiuntur ista verba, neque isti, quos hìc vocat *solariegos*, licèt de aliis generibus colonorum habeatur per Glos. *in rubr. C. de agricol. & censit. lib.* 11. & per Joannem de Platea *in fine illius tit.* & per Azon. latè ibi *in summa.*

(2) *Deuisa.* Quæ ex divisione inter fratres traxit originem.

(3) *Solariego.* Habes hìc declarationem hujus nominis *solariego*, & de his loquitur Specul. *tit. de feud.* §. *quoniam*, *col.* 10. versic. *sed nunquid homo meus*, quos ibi vocat homines de mansata, ubi etiam dicit: Est autem mansata, quando dominus dat alicui mansum cum diversis possessionibus, & propter hoc se facit ille hominem domini, & ad certum servitium tenetur; persona tamen ejus libera erit, si dimissa mansata alibi se transferat.

POr su voluntad saliendo algund Rico ome de la tierra, non lo echando el Rey, si se fuer a tierra de Moros (1), non lo deuen seguir sus vassallos. E esto, porque faze traycion en dos maneras. La vna contra Dios, porque va ayudar a los enemigos de la Fe. La otra contra su Señor natural, faziendol guerra e daño en la tierra. E en esta misma traycion caen sus vassallos, si se fuessen con el a ayudarlo. Pero si el Rico ome fuesse a tierra de Christianos (2), bien podrian sus vassallos seguirlo, para ayudarle a ganar pan de otro Rey. Mas luego que lo ouieren ganado, deuense tornar al Rey, e al Reyno: e non le deuen fazer guerra, nin daño, el, nin sus vassallos.

TITULO XXVI.

De los Feudos.

FEudo es vna manera de bien fecho, que dan los Señores a los vassallos por razon de vassallaje. Onde, pues que en el Titulo ante deste fablamos de los vassallos, queremos aqui dezir de los feudos. E mostrar, que cosa es feudo. E onde tomo este nome. E quantas maneras son del. E que departimiento ha entre feudo, e tierra, e honor. E quien los puede dar, e a quien. E que seruicio deuen fazer por ellos los vassallos a los Señores. E quien los puede heredar. E por que razones los pueden perder los vassallos, despues que les fueren dados. E quien puede librar, e judgar, las contiendas, e los pleytos, que acaescieren entre los Señores, e los vassallos, en razon del feudo.

LEY I.

Que cosa es Feudo, e onde tomo este nome, e quantas maneras son del.

FEudo es (1), bien fecho que da (2) el Señor a algund ome, porque se torne su vassallo; e el faze omenaje, de le ser leal. E tomo este nome de fe (3), que

Ley 1. lit. 15. lib. 5. Recop.

(4) *Por traydores.* Durum hoc videtur, ut uxor, & filii propter delictum paternum ita acerbè puniantur: fortè hoc ideò, quia paterni criminis exempla metiuntur, ut *in L. quisquis 5. C. ad Leg. Jul. majest.* nam quanto quis est proximior delinquenti, tanto præsumitur infectior, Bald. *in §. si vassallus, si de feudo fuer. controv. inter domin. & agnat.*

LEX XIII.

Dives homo propria auctoritate transiens ad infideles, committit proditionem, & vassalli eum sequentes: secùs si se ad terram conferant Christianorum. Hoc dicit.

(1) *A tierra de Moros.* Hic dicitur transfuga, *L. postliminium 19. §. transfuga 8. ff. de captiv. & postlimin.* & eum ut hostem occidere licet, *L. 3. §. fin. ff. ad Leg. Cornel. de sicar.* adde *L. 9. tit. 29. 2. Partit.*

(2) *A tierra de Christianos.* Habes hic, quòd Comites, & Barones Regni possunt, etiam non petita licentia Regis, se transferre ad aliud Regnum Christianorum sui lucri causa; dum tamen ipsi, & vassalli sui secum euntes in nullo noceant Regi, vel Regno. Sed an tempore belli hoc licebit, si Rex habeat guerram cum tali Rege Christiano? Videtur quòd sic, ex generalibus verbis hujus legis, & ex differentia, quam facit, an vadat ad hostes fidei, vel ad Christianos. Et quia iste talis, qui propter suum lucrum, & non animo prodendi patriam, neque eam relinquendi, vadit, non potest dici transfuga, ut *in L. postliminium 19. §. transfuga 8. ff. de captivis*: cogita, & limita, nisi a Rege sit prohibitum, ne ad talem Regem christianum, vel Regnum quis vadat; quia benè potest Princeps hoc prohibere, *L. mercatores 4. C. de commerc. & mercator.*

TITULUS XXVI. DE FEUDIS.

LEX I.

Feudum est concessio alicujus rei vassallo, propter homagium seruiendi: & est duplex, scilicèt super castro, vel villa, seu super alia re immobili; aut de pecunia annuatim danda vassallo: & istud potest pro libito voluntatis auferri. Hoc dicit.

(1) *Feudo es.* Nota diffinitionem feudi: latiùs tamen diffinitur *in cap. 1. §. beneficium, in quibus caus. feud. amittat.* & tradit Bald. *in præludiis feudor. col. 4.* ubi latè istam diffinitionem prosequitur; & aliam breviorem ponit Joan. Raynal. *in repet. cap. imperialem, de prohib. feud. alien. per Freder.* ubi dicit, quòd feudum est benevola concessio libera, & perpetua rei immobilis, vel æquipollentis, cum translatione utilis dominii, proprietate retenta, cum fidelitatis præstatione, & exhibitione servitii; de qua diffinitione & singulis verbis ejus, vide Francisc. Curt. latè *in tract. suo feudal. fol. 5. col. 2. cum seq.* Et nota quòd iste contractus feudi fuit olim Populo Romano incognitus, secundùm Bald. *in cap. quæ in ecclesiarum, col. 5. de constit.* & si cognovissent, fuisset eis exosus, quia servitutem personarum sapit, vel mixtam rerum & personarum, & singulari personæ, id est domino, attribuit jurisdictionem; quæ non debet esse nisi penes Principem, vel publicum Magistratum, *L. non est singulis 176. ff. de regul. jur.* & nota benè ista verba Baldi, & vide Carolum Moline. *in princ. comment. consuet. Paris.* multùm laborantem circa hoc, & tandem concludentem, feudorum jura non à jure Romano, sed à consuetudine processisse: vide ibi latè per eum, qui tamen non allegat hoc dictum Baldi, allegat tamen multas alias auctoritates, & loquitur copiosè.

(2) *Que da.* Ergò feudum debet dari liberè & gratis, id est sine interventu pecuniæ, ut sit propriè feudum; & acquisitum per pretium non dicitur propriè feudum, secundùm Bald. *in L. si quam, C. de oper. libert.* vel si detur pro annua quantitate frumenti; quia magis tunc dicitur contractus emphyteoticus, vel innominatus, Bald. *in L. liberti, col. fin. C. de oper. libertor.*

(3) *Este nome de fe.* Adde *cap. 1. versic. nulla, per quos fiat investit.*

que deue siempre el vassallo guardar al Señor. E son dos maneras de feudo. La vna es, quando es otorgado sobre Villa, o Castillo, o otra cosa que sea rayz (4). E este feudo atal non puede ser tomado al vassallo; fueras ende, si fallesciere al Señor las posturas que con el puso; o sil fiziesse algund yerro tal, por que lo deuiesse perder, assi como se muestra adelante (5). La otra manera es, a que dizen Feudo de Camara. E este se faze, quando el Rey pone marauedis a algund su vassallo cada año en su Camara. E este feudo atal puede el Rey tollerle, cada que quisiere (6).

LEY II.

Que departimiento ha entre Tierra, e Feudo, e Honor.

TIerra (1) llaman en España, a los marauedis que el Rey pone a los Ricos omes, e a los Caualleros, en logares ciertos. E honor dizen, aquellos marauedis que les pone en cosas señaladas, que pertenescen tan solamente al Señorio del Rey, e dagelos el, por les fazer honrra; assi como todas las rentas de alguna Villa, o Castillo. E quando el Rey pone esta tierra, e honor, a los Caualleros, e vassallos, non faze ninguna postura. Ca entiendese, segund fuero de España, que lo han a seruir lealmente: e non los deuen perder por toda su vida (2), si non fizieren por que (3). Mas el feudo se otorga con postura (4), prometiendo el vassallo al Señor, de fazerle seruicio (5) a su costa, e a su mission, con cierta contya de Caualleros, e de omes, o otro seruicio señalado (6) en otra manera quel prometiesse de fazer.

LEY III.

Quien puede establescer Feudo, e a quien.

DAr pueden, o establescer feudo, los Emperadores, e los Reyes (1), e los otros grandes Señores: e pueden dar en feu-

(4) *Que sea rayz.* Non enim consistit feudum, nisi in rebus soli, aut solo cohærentibus, aut in his quæ inter immobilia computantur, ut sunt annui reditus certi, & indubitati, *cap.* 1. §. *sciendum*, *de feudi cognit.* & ibi vide Bald. quòd si fundus detur in feudum cum animalibus, finito feudo, debeat reddi æstimatio animalium: & de incorporalibus, veluti decimæ, & jurisdictiones, qualiter traduntur in feudum, & an acquirantur ex sola potestatis collatione, vide Bald. *de consuet. recti feudi*, *in princ.* & quòd fructus rei feudalis separati à solo, vel res mobiles existentes in fundo feudali, vel castro, non dicantur feudales, vide Bald. 3. *volum. consil.* 222. *ad fin.* & Francisc. Curt. *in suo tract. feudal. fol.* 5. *columm.* 5.

(5) *Muestra adelante.* Infrà *eod. L.* 8.

(6) *Cada que quisiere.* Nota benè: & habes hìc naturam feudi de Camera, ut scilicèt sit ad nutum revocabile: adde Jacobum de Belloviso *in cap.* 1. *de feudi cognit.* Expeditum est ergò, quòd non posset vassallus cogere dominum, qui ei feudum de Camera dedit, quòd ei assignet possessiones, ex quibus taxatam quantitatem percipere possit, ut & dicebat idem Jacob. de Belloviso *in* §. *illud*, ubi Bald. *de prohib. feud. alien. per Freder.* De isto feudo Cameræ habes etiam *de notis feudor. in princ.* & de feudo dato advocato ratione advocationis, an possit revocari per concedentem, vide Joan. de Plat. *in L. nullus*, *C. de decurion. lib.* 10. *ad fin.* ubi dicit, quòd sic post annum, ad similitudinem feudi guardiæ, vel gastaldiæ.

L E X II.

Est differentia inter terram, feudum, & honorem: dicitur enim terra, quam dominus annuatim dat vasallo in pecunia; honor, quem dat sibi sine conditione, ut reditus alicujus villæ: & honor iste non aufertur ei in vita sine causa: feudum autem datur alicui, ut certum servitium faciat. Hoc dicit.

(1) *Tierra.* Habes hìc declaratum, qui dicantur reditus de terra, vel honores, & quòd isti non sunt feuda, neque jure feudorum censentur, sed durant ad vitam illius, cui conceduntur, & non transeunt ad filios, neque hæredes: & tene menti, ut intelligas multa instrumenta antiqua, & privilegia Regum hujus Regni, quibus ista conceduntur.

(2) *Por toda su vida.* Defuncto tamen Rege, debent recognoscere à Rege novo, ut *in L.* 20. *tit.* 13. 2. *Part.* ubi & habetur de istis honoribus.

(3) *Si non fizieren por que.* Delictum scilicèt, ex quo perdere debeat bona, vel ingratitudinem committant, ut *in L. fin. C. de revoc. donat.* & *cap. fin. de donat.*

(4) *Con postura.* Non videtur bona hæc differentia inter feudum & honores, de quibus hìc dicit; nam & feudum datur aliquandò sine determinatione certi servitii, & dicitur rectum feudum, ut patet ex textu, & ibi Bald. *in cap.* 1. *in fin. ex quibus caus. feud. amittat.* & notat Gloss. *in cap. fin. de capitan. qui cur. vend.* Sed potest dici, quòd in honoribus nunquàm determinatur certum servitium; in feudo verò aliquandò sic, aliquandò non, & sic est bona differentia.

(5) *Fazerle seruicio.* Potest tamen dari in feudum franchum, & liberum à servitiis. De isto tamen feudo francho non fit mentio in jure, ut dicit Bald. *in L.* 1. *col.* 2. *C. si à non compet. judic. fuer. appell.* nisi secundùm eum intelligamus de feudo, de quo loquitur text. *in cap.* 1. *de feudo non habent. propr. natur. feudi*: & de isto feudo francho loquitur Oldral. *consil.* 234. incipit *factum tale est*, ubi declarat, quòd cùm simpliciter conceditur in feudum franchum, intelligitur cum omni libertate, & ab omni servitute absolutum, & nullum onus poterit imponi, nisi quod in ipsa feudi constitutione fuit expressum, *L. quidquid astringendæ* 99. *ff. de verb. oblig.* & dicta Oldral. reassumpsit Bald. *de capitan. qui cur. vend. cap.* 1. *in fin. princ.* tenebitur tamen vassallus iste, secundùm eos, ad ea quæ continentur in juramento fidelitatis, ut infrà *eod. L.* 4. & *cap.* 1. *de nova forma fidelitat.* Adverte tamen, quia Francisc. Curt. *in suo tract. feud.* 1. *part. col.* 3. *quæst.* 8. dicit, quòd si subtiliter advertatur, intelligendo hoc modo, quòd teneatur ad ista quæ in juramento fidelitatis continentur, ista franchisia ad nihilum reduci videtur, & quòd ideò sibi videtur magis coloratum illud, quod dicit Bald. *in præludiis feudorum*, *col. pen.* quòd dicatur feudum franchum à servitiis, sive operis exhibendis, quia nullum pro eo servitium exhibebitur; sed non erit liberum à maleficiis, sive consistant in faciendo, sive in tacendo, fraudem puta, quia non denuntiat domino insidias; & sic vult Bald. quòd ad ista duo tantùm teneantur, non ad alia quæ sunt comprehensa in nova forma fidelitatis: præcedens tamen opinio est magis communis: & qui sunt effectus feudi franchi, vide per Curt. ubi suprà, & ad prædicta vide And. de Iser. *in cap.* 1. *versic. fin. col.* 2. *ex quibus causis feud. amittat.*

(6) *O otro seruicio señalado.* Ut si foret pactum de associanda uxore domini in diebus festivis; quod, licèt sit extraneum à natura feudi, valet tamen, ut *in cap.* 1. §. *fin.* & ibi notat Bald. *quid sit investitura.*

L E X III.

Potest feudum dare Princeps, aut alius magnus dominus. Item & Prælatus ea dumtaxat, quæ sunt per antecessores in feudum dari consueta: & datur ei dumtaxat, qui non est alterius vassallus: quia nemo potest duobus dominis servire. Hoc dicit.

(1) *Los Emperadores, e los Reyes.* Adde text. *in cap* 1.

feudo aquellas cosas que son suyas quitamente (2). Otrosi pueden dar en feudo los Arçobispos, e los Obispos (3), e los otros Perlados (4) de Santa Eglesia, aquellas cosas que los antecessores acostumbraron a dar. Mas las otras que non fuessen vsadas a dar en feudo, non las pueden dar de nueuo. E puede ser dado, e

1. *de natur. feud.* & *cap.* 1. *in princ. quis dicatur Dux, vel March.* ubi Bald. signanter dicit, quòd sicut Papa concurrit cum omnibus aliis Prælatis in potestate & jurisdictione, idem etiam est in Imperatore, in quo sunt omnes thesauri dignitatum reconditi. Poterit ergò Imperator, vel Rex non solùm infeudare res sibi immediatè subjectas, sed etiam alias res sibi mediatè subjectas, & tenet Curtius Junior *in suo tractat. feudal.* 2. *part. fol.* 7. versic. 2. *principaliter videndum est*: vide tamen quæ ipse dicit *ead. part. fol.* 8. *col.* 1. versic. 2. *principaliter quæro.* An autem hodie unusquisque etiam privatus habens dignitatem possit de rebus patrimonialibus feudum constituere, ita ut talis concessio reguletur secundùm propriam naturam feudalem, Bald. *in dicto cap.* 1. *in princ.* dicit, quòd de jùre novissimo etiam minimi valvasores, imò unus rusticus potest infeudare, ut *in cap.* 1. *ad fin. de natura feudi*, *cap.* 1. *post princ. per quos fiat investit.* & cum Bald. transit Alvarot. allegans Inn. & Cardin. *in cap. verum, de foro compet.* sequitur etiam ibi Marti. Lauden. *col.* 6. & transeunt simpliciter moderni præter Neapolitanum, qui tenet contrarium, admiratus de doctrina Bald. & putans, eum inadvertenter fuisse loquutum: allegat ad hoc And. de Isern. summum feudistam *in cap.* 1. *circa finem*, *de cleric. qui investit. fecit*, ubi dicit, quòd clericus non potest infeudare res proprias patrimoniales, quia non est Dux, neque Comes, neque habet aliam dignitatem; nisi in feudum ipse haberet ab alio: & ibi respondet ad *cap.* 1. *per quos fiat investitura*, dicens, quòd non probat intentionem Doctorum, nisi per argumentum à contrario sensu, quod non procedit, ubi resultat absonus intellectus, & alterius juris correctio, *L. conventicula* 15. *C. de episc. & cleric.* multùm etiam facit pro ista opinione Neapolit. lex ista, & *dictum cap.* 1. *in princ. qui feud. dare poss.* ad quid enim expediret enumerare istas personas, si omnes possent? Præcedens tamen opinio est communis, quam etiam tenet Jacobus de Belloviso *in dicto cap.* 1. *in princ.*

(2) *Quitamente.* Quia res, cujus alienatio prohibetur, nec in beneficium dari conceditur, *cap.* 1. §. *sed etiam res*, *per quos fiat investit.* singula tamen feuda, quæ sunt in Regno Apuliæ, sunt de directo in dominio Regis, licèt ipsa major universitas, id est totum Regnum sit feudale Ecclesiæ, secundùm Bald. *in L.* 1. *C. unde legit.* Et si res data in feudum evincatur, vide *in cap.* 1. *de investit. de re alien. fact.* & *in cap. unico*, & ibi Bald. *si de feudo vassall. ab aliquo interpel.*

(3) *Los Arzobispos, e los Obispos.* Adde *cap.* 1. *in princ. de his qui feud. dare pos.* ubi Bald. à fortiori idem dicit in Papa, Bald. *in L. cum multa*, *in fin. C. de bonis quæ liber.* & Abb. *cap. cum venisset*, *col.* 3. *de judic.*

(4) *Los otros Perlados.* Adde *cap.* 1. *in princip. de his qui feud. dare poss.* & *cap.* 2. *de feudis.* Et poterit talis infeudatio fieri de rebus ab antiquo concedi solitis, etiam sine solemnitatibus requisitis in alienatione rerum Ecclesiæ, prout est communis Canonistarum sententia *in dicto cap.* 2. moti per illum text. in verbo *litteræ*, & tenet Abb. *in cap. ut super*, *de rebus eccles.* ubi singulariter limitat, ut intelligatur durante prima causa concessionis; secùs si cessaret; veluti si res inculta data esset in feudum, ut ad culturam reduceretur, si postquàm est culta revertatur ad Ecclesiam, licèt posset dici solita infeudari, non tamen poterit reinfeudari sine debitis solemnitatibus: & est pro hoc optimus text. *in dicto cap.* 2. in verbo *si videris expedire.* Ego tamen dubito, an hæc limitatio sit vera, & saltem debet limitari, nisi reinfeudatio fiat in descendentes illius, cui primò fuit concessa: nam cùm in eos debeat fieri de necessitate refirmatio feudi, juxta doctrinam Bart. *in L.* 1. §. *permittitur*, *ff. de aqua quotid. & æstiva*, quæ videtur communis Doctor. opinio, non est necessaria fortè observantia dictarum solemnitatum, & solus prælatus poterit concedere. Secundo etiam limitatur dicta communis opinio, nisi tempore primæ infeudationis Ecclesia fuisset locuples; nunc autem fuisset deducta in paupertatem: quia si tunc res ad Ecclesiam redeat, licèt sit solita infeudari, debebit potiùs Ecclesia pro se retinere, quàm alii infeudare: ita tenet Jacobus de Bello Viso *in dicto cap.* 1. *in princ. qui feud. dare poss.* Barba. *in dicto cap. ut super*, & dicit hoc communiter teneri per modernos Francis. Curti. *in dicto suo tract. feudal.* 2. *parte*, 1. *quæst. ad fin.* & hoc idem in fortioribus terminis tenet Abb. *in cap. bonæ* el 2. *col. pen. de postul. præl.* limitans in hoc casu doctrinam Bart. *in dicto* §. *permittitur*, quando descendentes primi investiti peterent renovationem primæ investituræ. Et certè ista limitatio est notabilis, & crederem esse veram isto casu, quando Ecclesia deducta est ad paupertatem, & eam etiam isto casu tenet Decius *consil.* 131. *in princ. col. fin.* & sic procedit ista limitatio, nedùm quando non peterent descendentes primi investiti renovationem, verùm etiam si peterent: tene menti. Quantum autem tempus requiratur, ut dicatur inducta consuetudo infeudandi, variæ fuerunt opiniones, Gloss. & Doct. *in dicto cap.* 1. *in princ.* tradit latè Francisc. Curt. *in dict. tract.* 2. *parte* vers. 3. *principaliter quæro*, & etiam *in* 4. *quæst. principal.* ubi latè deducit quot actus requirantur ad inducendam istam consuetudinem; & utramque quæstionem decidit dicens, quòd aut non constat de aliqua infeudatione solemniter facta, sed de aliquibus infeudationibus antiquis, vel etiam de unica tantùm, in quibus non intervenerunt debitæ solemnitates; & tunc ad inducendam consuetudinem infeudandi, non habita distinctione actuum, requiritur spatium tanti temporis, cujus initii in contrarium memoria non existit: aut verò constat de aliqua infeudatione præcedenti solemniter facta; & tunc sine alio cursu temporis, & sine actuum geminatione dicatur talis res infeudari consueta, & de cætero sine debitis solemnitatibus infeudari possit: & istam distinctionem ipse latiùs prosequitur: & quòd ubi unica præcessit solemnis infeudatio, sufficiat, ut in posterum possit res infeudari, tenet Joan. de Imol. *in dicta L. quod dicitur*, *col. fin. ff. de verb. oblig.* præcipuum fundamentum ad tenendum hoc est *dict. cap.* 2. *de feudis*, ubi text. non requirit pluralitatem actuum, neque taxat tempus. Ego verò multum dubito de isto dicto, tam in primo, quàm in secundo membro: nam quando non constat de aliqua solemni infeudatione, si intervenerunt plures actus infeudandi, & transit tempus 40. annorum, videtur quòd sufficiat, neque requiratur tempus immemoriale, cùm ex bino actu inducatur consuetudo, Gloss. *in L.* 3. *C. de episcop. audient.* & consuetudo fit legitima spatio 40. annorum, ut *in cap. fin. de consuet.* & *in cap. cum de beneficio* 5. *de præbend. lib.* 6. Neque obstat motivum dicti Curtii, quòd consuetudo minoris temporis, quàm ejus cujus initii non est memoria, non est sufficiens, ad diminuendum solemnitates à canone requisitas in alienatione rerum Ecclesiæ, juxta notata per Gloss. & Doct. *in cap. cum causa*, *de re judic.* nam aut constat, & probatur, solemnitatem non fuisse servatam, & tunc non potest dici, quòd sit inducta consuetudo infeudandi, & est verum dictum Curtii; si verò dubitatur, seu non constat ex instrumentis, & tunc ex diuturnitate dicti temporis præsumetur, quòd fuerint solemniter factæ infeudationes, cùm in alio instrumento seorsùm potuit talis solemnitas intervenire, prout latè deducit Felin. *in cap. sicut*, *de re judi.* & isto casu non potest procedere dictum Curtii: quia si jus præsumit solemnitatem intercessisse, non est tractandum de præscriptione circa non servandas solemnitates in alienatione rerum Ecclesiæ. Præterea & in 2. membro, licèt constet de aliqua solemni infeudatione, non tamen potest dici, quòd ex hoc sit inducta consuetudo infeudandi, quam ista lex, & alia jura requirunt, cùm unus actus non inducat consuetudinem, quantumcunquè sit solemnis, & *dict. cap.* 2. *de feudis* est intelligendum de feudo consueto infeudari, cùm ista lex Partit. & alia jura ita intelligant: & in hanc sententiam inclinat Joan. de Imol. *in dict. cap.* 2. *col.* 12. *ad fin.* post Jacob. de Belloviso *in dicto cap.* 1. *in princ.* & *in cap.* 1. *Episcop. vel Abb.* scilicèt, quòd requiratur binus actus, & consuetudo 40. annorum: tenet etiam Alex. *consil.* 9. 3. *vol. & consil.* 5. 5. *vol.* Decius *consil.* 142. *col.* 3. Benè tamen videtur, quòd si cum unica solemni infeudatione concurreret etiam tempus 40. annorum, quo durabit feudum, posset dici inducta consuetudo infeudandi, per text. notab. *in cap. cum de beneficio* 5. *de præbend. lib.* 6. in quo multum insistit Cardin. Mediol. *in dicto cap.* 1. *in princ.* ubi habetur, quòd beneficium dicitur consuetum clericis secularibus assignari ex unica institutione cum lapsu 40. annorum: posset tamen responderi, quòd ibi tractatur de materia favorabili, &

e otorgado el feudo, a todo ome (5) que non sea vassallo de otro Señor, ca assi es escripto en la Ley (6): que ningun ome puede ser vassallo de dos Señores.

LEY IIII.

En que manera se deue dar, e rescibir el Feudo.

OTorgar, e dar pueden los Señores el feudo a los vassallos, en esta manera (1). Fincando el vassallo los hinojos antel Señor, e deue meter sus manos entre las suyas del Señor, prometiendol, e jurandol, e faziendole (2) pleyto, e omenaje, que le sera siempre leal (3) e verdadero, e quel dara buen consejo, cada que gelo demandare, e que nol descubrira sus poridades, e quel ayudara contra todos los omes del mundo a su poder, e quel allegara su pro, quanto pudiere, e quel desuiara su daño, e que guardara, e complira las posturas (4) que puso con el por razon de aquel feudo. E despues que el vassallo ouiere jurado, e prometido todas estas cosas, deue el Señor enuestirle (5) con vna sortija (6), o

& non præjudiciali Ecclesiis; in casu vero nostro tractatur de consuetudine, quæ posset esse damnosa Ecclesiæ, alienando sine debitis solemnitatibus. Cogita, quia est dignus iste articulus investigatione, quia & prodest ad sciendum, quæ res dicatur solita emphyteuticari, & nota benè prædicta. Et quid si prælatus, & capitulum in concessione feudi fatentur, & jurant, illud esse feudum antiquum? an ita præsumatur, Bald. dicit, quòd sic, *in præludiis feudor. col.* 11. de quo vide *in dicto tract. feudali, col.* 7. & 8. *in* 1. *parte*, & Alex. *consil.* 10. 3. *vol.*

(5) *A todo ome.* Nam quilibet potest investiri, & servus, si placet domino, *cap.* 1. §. 1. *vers. personam, per quos fiat investit.* probatur *in L. hæredibus*, §. *fin. ff. ad Trebel.* Bald. *in L. eam quam, C. de fideicommis.* & clericus admittitur ad successionem feudi, si dominus velit, *cap.* 1. §. *fin. de capit. Corradi*, & si est clericus in sacris, non pugnabit in propriam personam propter sanguinis effusionem, & propter timorem irregularitatis, *cap.* 1. *de cleric. pugn. in duello*; sed exhortabitur alios bellatores in acie, vel poterit servire per substitutum acceptabilem domino, ut vult Gloss. *in cap.* 1. *de beneficio fœmin.* & vide per Alvarot. *in dict. cap.* 1. §. 1. *de benef. fœminæ.* Item feudum potest concedi infanti, Bald. *in L.* 2. *C. commun. de manumis.*

(6) *En la Ley.* In Evangelio Matthæi 6. *cap. v.* 24. ibi: *Nemo potest duobus dominis servire*; sed ubi est ista lex non memini in toto corpore juris Civilis neque Canonici: & fortè hoc dicit propter quandam extravagantem feudorum sub rubr. *de quibusdam aliis extraordinariis cap. feudor.* quam communiter non habemus in libris, sed de ea facit mentionem Bald. *in L. unica*, §. *in primo, C. de caduc. tollend. col.* 4. cujus verba hæc sunt: Si quis investitus de feudo ligio, pro quo contra omnes homines fidelitatem domino debet, &c. & cùm placeat quemlibet ligium hominem duorum esse non posse, &c. & secundùm Bald. ibi de isto feudo ligio non reperitur alibi in jure scripto, nisi ibidem, & *in Clem. pastoralis*, ubi Gloss. *de re judic.* de isto etiam cap. extraordinario facit mentionem Bald. *in præludiis feudor. col. pen.* cùm tradit de feudo ligio. Bald. etiam *in cap. cæterum, de judic. ad fin. col.* 2. allegat ista cap. extraordinaria, ubi & dicit, quòd vassallus potest habere duos ligios dominos ex uno fonte, seu stipite natos, non aliàs: allegat dictum cap. extraordinarium, quod dicit esse extravagans, & quòd non est in volumine, & quòd non allegaret, nisi summistæ istorum feudorum allegarent. Si verò non sit vassallus ligius, benè posset esse vassallus duorum: intellige tamen, ut dixi suprà *tit.* 1. *L.* 8. *in gloss.* 1.

LEX IIII.

Feudatarius in primis debet homagium facere domino, flexis genibus; & manibus inter manus domini positis, jurando promittit domino, secreta non revelare, contra quencunque ei adjutorium præstare, ei benè consulere, & ejus damnis occurrere, & pacta inita servare: deindè dominus investiat eum de feudo per annulum, vel chirothecam, aut rem aliam: & per se, vel per alium mittat eum in possessionem rei in feudum datæ. Hoc dicit.

(1) *En esta manera.* Adde Specul. *tit. de feudis*, §. *quoniam*, versic. *forma autem juramenti.*

(2) *Prometiendol, e jurandol.* Nota ad ea quæ dixi *in L.* 26. *tit.* 11. 3. *Part.* de diversitate inter homagium, & juramentum.

(3) *Que sera siempre leal.* Adde de isto juramento fidelitatis *cap.* 1. *qualiter vassal. jur. debeat fidel.* & *cap.* 1. *de forma fidelit.* & *de nova forma fidelit.* & *cap. de forma,* 22. *quæst.* 5. & *cap. tibi domino,* 63. *distinct.* Et habet fidelitas duas habenas: prima in faciendo quæ fieri debent; alia in non faciendo quæ fieri non debent, Bart. *in extravag. ad reprimendum,* super verbo *habenis.* Et an istud juramentum fidelitatis possit præstari per procuratorem, Bald. quòd sic, *in L. unica*, §. *cum autem, in fin. C. de caduc. tollend.* Gloss. & Bald. *in cap.* 2. *fin. col. quo temp. miles*, & *in cap.* 1. *versic. fin. per quos fiat investit.* & *in L. summa rerum, ad fin. ff. de rer. divis.* Et quid si sint quædam feuda ita data ex conventione, ut pro eis juramentum fidelitatis non præstetur, prout dicit text. *in cap.* 1. §. 1. *quæ sit prima caus. benefic. amit.* dic, quòd licèt tunc remittatur juramentum, non tamen remittitur debitum, ut ibi probatur, & notat Bald. *in authent. nisi rogati, col.* 4. *C. ad Trebel.* & ibi vide, quid si tali casu sit juratum per errorem, an transgressio talis juramenti inducat perjurium.

(4) *Las posturas.* Nota ergò, quòd ubi in concessione feudi sunt limitata servitia, & præfixæ certæ conventiones, debet specialiter jurari de his adimplendis: & etiam hic habes, quòd licèt sint limitata servitia, & certa, adhuc juratur fidelitas, ut suprà ista lex dicit: quod nota ad id, quod dicit Gloss. *in cap. fin. in fin. in gloss. fin. in princ. de capit. qui cur. vend.*

(5) *Enuestirle.* Illud nomen *investitura* antiquitùs non fuit in usu, neque in legibus Digestorum reperitur, secundùm Bald. *in L. Barbarius*, 1. *lect. col. fin. ff. de offic. prætor.* Et in concessione feudi investitura verbalis præcedit, & postea sequitur sacramentum fidelitatis, & ultimò fit investitura realis, *cap.* 1. ubi Bald. *quid præced. deb. investit. an fidelit.* & probatur *in cap.* 1. *in fin. de nova forma fidelit.* sed in ista lege aliud disponitur, scilicèt, quòd præcedere debeat juramentum fidelitatis ante verbalem investituram. Potest dici, quòd utrumque possit fieri, neque ex hoc vitietur actus, & ita tenet Bald. *in dicto cap.* 1. & dixi suprà 3. *Part. tit.* 18. *L.* 68. ubi & vide: & de ista investitura, & ejus effectu, vide Bald. *in cap.* 1. *in princ. quid sit investitura.* Et nota benè, quòd feudum non constituitur sine investitura, ut dicit text. *in cap.* 1. *quibus mod. feud. constit. potest*, ubi Bald. dicit, quòd hoc est speciale in feudis, ut sine investitura non dicatur feudum rectum; & sic, ut transire possit ad filios masculos, requiritur investitura, neque sufficeret aliud, quod haberetur loco investituræ, nisi de hæredibus masculis fieret mentio, secundùm eum *in cap.* 1. *vers. sciendum, de feudi cognit.* & per Gloss. *in dicto cap.* 1.

(6) *Con vna sortija.* Per investituram annuli adquiritur quasi possessio in jurisdictione, & similibus, secundùm Bald. *in L. voluntas, C. de fideicommis.* allegat *cap. ex ore, de his quæ fiunt à major. parte capit.* Communiter tenetur, quòd per investituram in absentia rei factam non transferatur possessio, nisi aliud habeat consuetudo, vel investitura fiat in præsentia rei; benè tamen videtur data licentia apprehendendi possessionem propria auctoritate, Gloss. *in dicto cap. ex ore*, & *in cap. auctoritate, de instit.* ubi Abb. & *in cap.* 2. *de consuet. col.* 4. & Alexand. *in L.* 3. *in princ. col.* 4. *ff. de adquir. posses.* & Matthæum de Afflict. *decision.* 299. incipit *Rex Ferdinandus*, Bald. *in prælud. feudor. col.* 7. & *in cap.* 1. *de controv. invest.* & *in L.* 1. *in fin.* 2. *lectur. C. de jure emphyt.* & *in L. licet, C. de acquir. posses.*

o con lua, o con vara (7), o con otra cosa, de aquello que le da en feudo; e meterle en possession dello (8) por si, o por otro ome cierto, a que lo mande fazer.

LEY V.

Que seruicio deuen fazer por el Feudo los Vassallos a sus Señores. E otrosi, como los Señores deuen guardar a sus Vassallos.

Ley 2. tit. 16. Ley 1. tit. 15. lib. 5. Rec.

SEñalado seruicio (1) prometiendo de fazer los vassallos a los Señores, quando resciben los feudos dellos, estonce los deuen complir en aquella manera que lo prometieron. E si por auentura non fuesse nombrado cierto seruicio (2) que el vassallo deuiesse fazer al Señor; por todavia se entiende, que el vassallo es tenudo, por razon de aquel feudo que tiene del, de ayudarle en todas las guerras que ouiesse a començar derechamente (3). E otrosi, en todas las guerras que mouiessen otros contra el a tuerto (4). Otrosi dezimos, que los Señores (5) deuen ayudar a los vassallos, e ampararlos en su derecho, quanto pudieren; de manera que non reciban daño, nin deshonrra, de los otros. E deuenles guardar lealtad (6) en todas las cosas; bien assi como los vassallos son tenudos de guardar a sus Señores.

LEY VI.

Quien deue heredar el Feudo, e quien non.

LOs feudos son de tal manera (1), que los non pueden los omes heredar, assi como los otros heredamientos. Ca maguer el vassallo que tenga feudo de Señor, dexare fijos, e fijas, quando muriere, las fijas (2) non heredaran nin-

(7) *Con vara.* Cum hasta dixit text. *in cap.* 1. *in princ. quid sit investit.* ubi Bald. dicit, quòd in magnis feudis fit investitura per ensem.

(8) *En possession dello.* Adde *cap.* 1. *in fin. de nova forma fidelit.* & hæc dicitur propria, & realis investitura; nam verbalis dicitur abusiva, ut *in dicto cap.* 1. *quid sit investit.*

LEX V.

Si certum servitium apponatur feudatario, illud exhibeat; nullo autem designato, tenetur dominum in guerra juvare: & tenetur dominus vassallum juvare circa damna, & ei legalis esse, sicut vassallus ipsi. Hoc dicit.

(1) *Señalado seruicio.* Potest enim feudum dari ad certum servitium, ut *in cap.* 1. *in fin. de capitan. qui cur. vend.* & tunc appellatur feudum conditionatum, ut ibi dicit Gloss. fin. *circa fin.* & tunc non tenetur vassallus ad aliud servitium ultra expressum, ut dicit ibi Gloss. *in princ. gloss. fin.* quod intellige, nisi sint ea quæ veniunt sub sacramento fidelitatis, ut patet suprà *eod. L.* 4. & ibi dixi, & dixi etiam suprà *eod. L.* 2. *in gloss.* super verbo *servicio*, & posset dici, quòd ad servitia, quæ requirunt sumptum, & laborem, non tenebitur ultra id quod fuit expressum; tenebitur tamen ad fidelitatem, prout dixit Bald. *in præludiis feudorum, col. penult.* loquens de feudo francho, & dixi *in dicta L.* 2. & hoc videtur etiam velle Andr. de Iser. *in dicto cap.* 1. §. *fin. de capitan. qui cur. vend. in princ.* quia contractus ex conventione legem accipiunt, *L. contractus*, *ff. de regul. jur.* Et quid si Rex, vel alius infeudans consuevit exprimere in infeudationibus suis certum servitium, & si hoc in una infeudatione omittat, an censeatur expressum servitium certum consuetum, tradit latè, & pulchrè, And. de Iser. *in cap.* 1. *in versic. fin. ex quibus caus. feud. amittat.* ubi dicit, quòd intelligitur concessum, prout est à jure, & sic jure recti feudi: vide ibi.

(2) *Cierto seruicio.* Istud dicitur rectum feudum, & simplex, ut *in cap.* 1. *in fin. in quibus caus. feud. amitt.* & ibi Bal. & nota, quòd semper est præsumendum feudum secundùm propriam naturam concessum, nisi ejus alteratio probetur, *in cap.* 1. *versic. fin.* & ibi Bald. *quid sit investit.*

(3) *Derechamente.* Non ergò tenetur juvare dominum prælantem injustè, ut hìc, & *in cap. domino guerram, hic finitur lex domin. Freder. in L. si quis in gravi* 3. §. *si maritus*, *ff. ad Syllan.* Gloss. *in cap.* 1. 14. *quæst.* 6. super verbo *adjuvat*: & intellige, quando est certum, dominum movere bellum injustum: nam si dubium est de hoc, determinatio hujus dubii non pertinet ad vassallum, sed obsequi debet domino suo, ut *in dict. cap. domino guerram*, & ibi Bald. *col.* 2.

(4) *Contra el a tuerto.* Sed an isto casu teneatur defendere personam domini, licèt sciat dominum habere injustitiam, text. *in dict. cap. domino guerram, in princ.* quòd sic: & est speciale in vassallo, ut teneatur defendere dominum injustè rixantem; & secùs esset in alio qui juvare teneretur, *L. si quis in gravi* 3. §. *si maritus*, *ff. ad Syllanian.* Francisc. de Aret. *consil.* 163. incipit *sicut Joannes dicit in Apocalypsi*, & tenet Alvarot. & communiter moderni, *in dicto cap. domino guerram.* Bal. tamen ibi *col.* 2. dicit, quòd licèt hoc dicatur de consuetudine feudorum, tamen videtur injustum, & irrationabile, ut vassallus tali casu teneatur defendere: vide ibi rationes per eum: & subdit, quòd Obertus de Orto, & Gerardus Agapisti fuerunt in hoc duo pecora. Tu tene menti istam legem Partitarum, quæ vult, quòd neque defendendo, neque offendendo teneatur juvare dominum, contra quem justè bellatur, & ita hoc indistinctè tenet Jacobus de Bello Viso, & And. de Isern. *in cap.* 1. *in princ. quibus modis feud. amitt.*

(5) *Que los Señores.* Concordat *cap.* 1. *in fin. de nova forma fidelit.* & *L.* 3. *tit.* 29. *Partit.* 2.

(6) *Lealtad.* Aliàs judicatur dominus malè fidus, & perdet proprietatem feudi, ut *in cap.* 1. *qualiter domin. propriet. feudi privet.* & per Bald. *in cap.* 1. *versic. dominus*, *de forma fidelit.* ubi dicit, quòd domini hoc notent, quia est terribile eis.

LEX VI.

Non succedit in feudo fœmina, nec viri per eam descendentes; sed masculus sic, usque ad nepotem inclusivè; postea revertitur ad dominum. Item non succedit infirmitate perpetuò laborans, cujus impedimento nequiret servitia imposita exhibere, nec Clericus, vel Religiosus: sed in feudo Marchiæ, aut Regni, vel Comitatus, nullus succedit, nisi dominus in concessione expresserit. Hoc dicit.

(1) *Son de tal manera.* Non ergò procedet in aliis bonis non feudalibus, etiamsi sint dignitates, ut *in cap. significavit* 36. *de rescript.* & ibi Abb. tertio notab. Vide per Abb. *in cap. dilecti*, 4. *col. de arbitris.*

(2) *Las fijas.* Concordat *cap.* 1. *versic. filia verò*, *de succes. feud.* & *cap.* 1. §. *hoc autem notandum* 3. *de his qui feud. dare possunt*, & istud est regulare; limitatur autem multipliciter tàm *in dicto* §. *filia*, quàm *in cap.* 1. *quemadm. feud. ad filiam pertin.* & vide 16. limitationes collectas per Francisc. Curt. *in suo tract. feudal.* 3. *part. in princ. fol.* 1. & 2. & 3. & aliquas etiam vide per Dec. *consil.* 139. & *consil.* 390. *col.* 4. & 6. & *consil.* 424. & per Socin. *consil.* 257. 2. *vol.* & quia est longa materia, sufficiant istæ remissiones. Et nota istam legem, quòd non solùm filiæ non succedunt in feudo, sed neque succedunt descendentes ex eis, sive masculi, sive fœminæ: & vide pleniùs *in dicto* §. *hoc autem notandum*, & *in cap.* 1. *versic. ad filias, de success. fratr.*

ninguna cosa en el feudo ; ante los varones , vno , o dos (3) , o quantos quier que sean mas , lo heredan (4) todo enteramente. E ellos fincan obligados (5) de seruir al Señor , porque lo dio a su padre , en aquella manera que su padre lo auia a seruir por el. E si por auentura fijos varones non dexasse , e ouiesse nietos de algun su fijo (6) , e non de fija, ellos lo deuen eredar , assi como faria su padre si fuesse biuo. E la herencia de los feudos non passa de los nietos adelante (7) , mas torna despues a los Señores , e a sus herederos. Pero si el vassallo despues de su muerte dexasse fijo , o nieto , que fuesse mudo , o ciego (8) , o enfermo , o ocasionado (9) de manera que non pudiesse seruir el feudo, non lo meresceria auer , nin lo deue heredar en ninguna manera (10). Esso mismo dezimos , que si qualquier dellos fuesse Monje , o otro Religioso (11) , o tal Cle-

(3) *Vno , o dos.* Nam æqualiter ad filios masculos pertinet , ut *in cap.* 1. §. *& quia , de his qui feud. dare poss.* & hìc , & succedunt etiam nepotes ex filio præmortuo cum aliis filiis , sicut in bonis allodialibus , Glos. *in cap.* 1. *de natur. succes. feud.* & Francisc. de Aretio *consil.* 163. incipit , *diligenter & maturè* , Curtius *in suo tract. feud.* 3. *part.* versic. *nono principaliter*; sed an pater possit assignare feudum uni ex filiis, vide Bald. *in cap.* 1. §. *& quia videmus*, *col.* 2. *de his , qui feud. dar. pos.*

(4) *Lo heredan.* Et sic in feudo succedunt filii, qui sunt hæredes patris : nam feudum simpliciter acceptum intelligitur pro filiis hæredibus , Gloss. & ibi Bald. *in cap.* 1. *quibus mod. feud. consti. po.* & tradit Socin. *consil.* 19. *primo vol.* incipit , *prò decisione*, *col.* 1. si tamen reciperetur feudum pro se , & liberis, non dicendo hæredibus (quod dicitur feudum proveniens ex pacto & providentia) tunc succederet filius in feudo , licèt non sit hæres patris , secundùm distinctionem *cap.* 1. *an agnatus , vel filius* : ita declarat And. de Iser. *in cap.* 1. *in principio*, & *in* §. *hoc quoque , de success. feudi* , & *in cap.* 1. *qui successor. teneant.* & *in cap.* 1. *de alien. feud. paterni*, & *in dicto cap.* 1. *an agnatus , vel filius* , tradit Francis. Curtius *in dicto tract. feudal. part.* 1. versic. 8. *principaliter quæro , col.* 5.

(5) *Ellos fincan obligados.* Et omnes tenentur facere fidelitatem , ut *in* §. 4. vers. *omnes filii* , & ibi vide Bald. *si de feudo defuncti content. sit inter dom. & agnat.* si tamen ex divisione hæreditatis feudum perveniret ad unum tantùm , ille solus teneretur : vide ibi per Bal. & ibi vide, quid è contra , si dominus feudi decedat pluribus hæredibus relictis. Et quid si unus ex vassalli filiis jurat fidelitatem , alius non ? nunquid totum feudum revertatur ad dominum , propter culpam unius? Vide Bal. *in L.* 1. *col.* 4. *ff. de rer. divis.*

(6) *Algun su fijo.* Nam ex filia non succederet , ut hìc, & *in cap.* 1. §. *cum verò Corradus* 2. & §. *hoc autem notandum* 3. *qui feud. dar. pos.* cùm enim mater fuerit exclusa , filius ejus , licèt masculus , non admittitur , ut notabiliter tradit Bald. *in L.* 1. *ff. de senator.* ex quo infert , quòd si filia Regis Françorum non succedit in Regno ex rationabili consuetudine Francorum, filius ejus , scilicèt dominus Rex Angliæ , nullum jus prætendere poterit ; de quo latiùs per Joan. Cirier. *in tractat. primogenit. quæst.* 23. *lib.* 1.

(7) *De los nietos adelante.* Nota valdè ; nam de consuetudinibus feudorum contrarium cavetur , scilicèt, quòd masculi descendentes in infinitum succedant in feudo, ut habetur *in cap.* 1. §. *hoc autem notandum* 3. *qui feud. dare pos.* & tradit Bald. notabiliter *in cap.* 1. *de feud. marchiæ* , *col.* 2. ubi etiam tractat de successione Regni; & multùm admiror de conditore hujus legis, cur in hoc non fuerit secutus jura alia feudorum , quibus cautum est, descendentes masculos in perpetuum succedere , ut *in dicto cap.* 1. *in fin. in quibus caus. feud. amitt.* in tantum , quòd in feudo ecclesiastico aliqui Doct. tenuerunt, hoc idem esse, & astringi Ecclesiam tali jure feudorum , ut fuit Martin. Laud. *in dicto cap.* 1. §. *& quia vidimus*, quem sequitur Franc. Curt. *in dicto suo tract. feud.* 3. *part. fol.* 4. versic. *expedita igitur* ; licèt contrarium tenuit Bald. *in auth. defuncto , C. ad Tertul.* Fortè potest dici , quòd ista lex noluit sequi dictam consuetudinem feudorum , ne proprietas domini esset inutilis , vel non tantum utilis , si duraret feudum perpetuò ; & sic voluit lex nostra , dispositionem Corradi Imperatoris, de qua *in dicto* §. *et quia vidimus* , approbare in his Regnis , quòd feudum non transeat in alios descendentes ultra nepotes : & semper limita , & intellige , nisi aliud ex pacto cautum sit in concessione feudi ; quia tunc ex conventione legem accipit , *L. contractus* 23. *ff. de regulis juris* : procedit ergò ista lex in simplici concessione in feudum.

(8) *Mudo , o ciego.* Habes hìc clarè expeditum illud, de quo erant diversæ opiniones , de quibus per Bald. qui latè eas recitat , *in cap.* 1. *an mutus , vel aliter imperfect.* & *in cap.* 1. §. *mutus*, *Episcopum , vel Abb.* & sic in feudo paterno per istam legem non succedit mutus, neque cæcus , seu aliter imperfectus , si sit talis qui servitium per se exhibere non possit ; sive iste defectus fuerit naturalis , sive accidentalis , sive feudum sit magnum, sive parvum , & ex ratione hìc posita : quia non potest servire domino. Limitari potest ista lex , quòd si esset feudum, pro quo servitium personale non deberetur domino , sed præstaretur ei aliquis census pecuniarius , ut certa quantitas pecuniæ , vel frumenti, vel aliud simile quolibet anno , prout sunt feuda quarundam Ecclesiarum Lombardiæ ; in talibus feudis benè succedet mutus , & surdus etiam à nativitate , ut tenet Bal. *de pace Const.* versic. *libellariæ* , *in fin.* Et quid si essent duo fratres unus habilis , qui exhibebat plenariè servitia consueta , alius verò est inutilis , neque potest servire? an propter habilitatem unius , qui præstat servitia , alter admittatur , dic quòd non , secundùm Bald. *in* §. *præterea ducatus* , *in fin. de prohib. feud. alien. per Freder.* vide etiam Joan. And. *in addition. ad Spec. tit. de feud.* §. *quoniam*, *col.* 12. *in additione* incipienti *versic.* 21. Extende etiam istam legem , etiamsi servitium esset tale , quòd ita benè potest impleri per substitutum , sicut per ipsum vassallum ; quia tunc adhuc mutus , vel aliter imperfectus non succederet in feudo , secundùm Bald. *in L. quisquis , C. de episc. & cler.* Et limita , si tale impedimentum non ex toto tollat qualitatem servitii , licèt aliqualiter minuat , ut quia non ita quis benè audit sicut priùs , seu non ita benè ambulat: nam per hoc non perderet feudum , quia adhuc potest servire in pugna , vel consulendo, secundùm Bald. ibidem : & idem dic , secundùm eum , si impedimentum esset temporale , & non perpetuum. Quid autem in feudo novo , an perdatur per ista impedimenta, si servitium exhiberi non potest? Vide text. quod sic , *in dicto cap.* 1. §. *mutus*, & ibi , quòd si feudum sit magnum , debet ex eo sustentari , etiamsi superveniat impedimentum post adeptum feudum : vide Bald. *in dicta L. quisquis*, & *in dicto cap.* 1.

(9) *O ocasionado.* Benè declarat, quale debet esse impedimentum , scilicèt, quod tollat servitia ; undè hìc includuntur amentes, qui carent principalissima parte hominis , scilicèt usu rationis , & tanquàm derelicti à conditore naturæ non succedunt in feudo , Bald. *in L. fin. col.* 3. *C. de suis & legit. hæred.* Quid tamen si esset aliquis talis, qui non posset generare? an succedat in feudo? Bald. *in dicto* §. *mutus* dicit , hanc quæstionem accidisse in quodam nobili Joanne , qui habebat testiculos , & non rostrum, & tenet, quòd possit succedere : iste enim defectus pudendorum tegitur , & sufficit , quòd sit sensatus , & apertè natus mente , & corpore: & ita dicit de facto se consuluisse in causa magni ponderis , & probatur in ista lege , cùm ex hoc non tollatur habilitas ad servitia, ad quæ tenetur.

(10) *En ninguna manera.* Sed an debeat de feudi fructibus , si sint magni , sustentari ? Videtur quòd sic , ut *in dicto cap.* 1. §. *mutus* , & tenere videtur Joan. And. *in addition. ad Spec. tit. de feudis* , §. *quoniam* , *col.* 12. *in additione* incipienti *versic.* 21. & an quod in ista *L.* habetur , procedat in dignitatibus Regni , vel aliis majoriis , vide quæ dixi *in L.* 2. *tit.* 15. 2. *Part. in gloss.* super verbo *seyendo hombre para ello* , & vide Socinum *consil.* 47. 3. *vol.* incipienti , *facti narratione.*

(11) *Religioso.* Adde *cap.* 1. *de vassal. milite qui arma*

Clerigo (12) que lo non pudiesse seruir, por razon de las Ordenes que ouiesse. E lo que diximos, que fijo, o nieto del vassallo puede heredar el feudo, entiendese, quando Villa, o Castillo, o otro heredamiento señaladamente fuesse dado por feudo. Mas Reyno, o comarca (13), o Condado, o otra dignidad realenga, que fuesse dada en fuedo, non lo heredaria el fijo, nin el nieto del vassallo, si señaladamente el Emperador, o el Rey, o otro Señor, quel ouiesse dado al padre, o al abuelo, non gelo ouiesse otorgado para sus fijos, o para sus nietos.

LEY VII.

Como los padres, e los hermanos de los Vassallos, non heredan el Feudo.

EN feudo teniendo algun ome Villa, o Castillo, o otra cosa alguna del Señor, si quando muriesse non dexasse fijo, ni nieto, maguer ouiesse padre, o abuelo, ninguno dellos non lo heredara. Ca los feudos son de tal manera, que los que descienden por la liña derecha los deuen heredar, e non los que suben (1) por ella. Otrosi dezimos, que si el vassallo que tiene feudo del Señor, quando muere non dexa fijo, nin nieto, e ha hermano (2), vno, o mas; que ellos deuen heredar el feudo, si es atal que fuesse dado al padre (3), o al abuelo del finado, o si los hermanos biuos, o el muerto, lo compraron (4) de los bienes que auian de so vno. Mas si fuesse dado el feudo al hermano finado, estonces (5), los hermanos que fincaren biuos, non aurian derecho en el; ante dezimos, que deue tornar al Señor, pues que el finado non dexo fijo varon, nin nieto, que lo heredasse.

LEY VIII.

Por que razones el Vassallo puede perder el Feudo.

PErder puede en su vida el feudo el vassallo, si non cumpliere al Señor, o *Ley 1. tit. 15.*

ma bellica depos. & §. 4. *vers. qui clericus, si de feudo def. content. sit inter domin. & agnat.* gloss. notabilis *in cap. scripsit nobis*, 27. *quæst.* 2. & *cap.* 1. *de feudo fœmin. versic. ex hoc illud*, in quo versic. probari videtur unum, quod est singulare, quòd si vassallus, qui ingressus est religionem, exivit infra annum probationis, quòd non recuperabit, neque habebit feudum, quia jam illud perdit religionem ingrediendo: & per illum text. ita tenet And. de Iser. *in dicto* §. *qui clericus*: quod dictum ego non crederem esse verum; quia intelligi debet de ingrediente, & profitente, ut *in authent. ingressi, C. de sacros. eccles.* & quia tale dictum esset impeditivum religionis: undè crederem idem esse, quod in aliis bonis allodialibus.

(12) *Tal Clerigo.* Adde jura, de quibus in gloss. præced. & requiritur, quòd saltem sit in ordine Subdiaconatus, qui est sacer ordo, ut *in cap. à multis* 9. *de ætate, & qualit.* & tenet Bald. *in dicto* §. *qui clericus, si de feudo fuer. controv. inter domin. & agnat.* & intellige hoc procedere, etsi velit servire per substitutum, ut colligi videtur ex ista lege, & tradit latè Francisc. Curt. *in dicto suo tract. feud.* 3. *part.* versic. 10. *principaliter quæro*, ubi latissimè: vide ibi: ex cujus dictis poteris etiam aliquas limitationes colligere ad istam legem: & de tenente fundum si monachetur, vel clericetur, quòd perdit feudum, adde Bal. *in L. quisquis, C. de episc. & cler.*

(13) *O comarca.* Adde *cap.* 1. *in princ. de feudo marchiæ*, & *cap.* 1. *in fin. de alien. feudi*: & limita, & intellige secundùm Andream de Isernia ibi, quando Marchia, vel Ducatus, vel Regnum daretur alicui, tanquàm dignitas, & administratio officii; secùs, si Ducatus, vel Marchionatus, aut Regnum daretur in feudum, & sic daretur dignitas cum territorio, adjuncto dignitati, ut in Duce Calabriæ, qui est dominus Provinciæ Calabriæ, ubi sunt terræ, & vassalli, quorum est dominus: nam tunc benè transmittitur tale feudum cum dignitate ad hæredem: & idem dicit *in* §. *præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Fred.* vide de hoc Roder. Suarez *in repet. L. quoniam in prioribus, in* 11. *limitatione, C. de inoffic. testam.* ubi est posita quædam ejus allegatio super Comitatu Valentiæ, in qua multùm insudavit, & ibi allegat istam legem Partit.

L E X VII.

Non succedunt in feudo ascendentes, sed descendentes; quibus deficientibus, succedit frater in feudo paterno, vel avito, aut de ejus fratris pecunia empto; sed in fraterno feudo non succedit frater. Hoc dicit.

(1) *Los que suben.* Adde *cap.* 1. *in princ. de natur. succes. feud.* & idem dic de emphyteosi ecclesiastica, secundùm Bal. *in authent. defuncto, C. ad Tertul.* & limita istam legem tripliciter, ut tradit Curtius *in dicto suo tract. feud.* 3. *part.* versic. *expedito* 1. *tract. col.* 2. ubi & tractat, an pater habeat usumfructum in bonis feudalibus filii: & quid in bonis majoratus, an pater habeat talem usumfructum, tradit latè Roder. Suar. in quadam sua disputatione, quæ est posita super *L. quoniam in prioribus, in fin.*

(2) *Hermano.* Quid si non habeat fratrem, habet tamen alios collaterales consanguineos? Dic, quòd in feudo paterno succedent in infinitum sine restrictione septimi gradus, ut *in cap.* 1. *de natur. success. feud.* & *in cap.* 1. *si vasal. feud. privet. cui deferat.* si verò feudum est novum, & nunquam ex persona primi acquirentis fecit transitum in ejus descendentes, & sit casus in quo collaterales succedunt, veluti ex pacto, vel in aliis casibus hìc expressis, in quibus frater fratri succedit in feudo; tunc succederet collateralis usque ad 7. gradum: & ita procedet text. *in cap.* 1. §. *hoc autem notandum* 3. *qui feud. dar. pos.* secundùm Jacob. de Bello Viso, Bald. & alios *in cap.* 1. §. *si capitanei, de feudo marchiæ*: vide latè per Franciscum Curtium *in supradict. tract. feud.* 3. *part.* versic. *successivè expedito*, ubi ponit plures quæstiones in materia hujus legis: vide ibi, & Dec. *consil.* 85.

(3) *Que fuesse dado al padre.* Adde *cap.* 1. *de succes. fratr.* Quid autem, si concedens dicat in concessione, quòd concedit feudum jure antiqui, & paterni feudi? Dic, quòd tunc regulabitur, ut feudum paternum, secundùm magis communem conclusionem; de quo vide Francisc. Curt. *in dicto suo tract. feud. prima parte*, versic. 8. *principaliter quæro.*

(4) *Lo compraron.* Domino scilicèt feudi sciente, ut *in cap. de benef. fratr.* & *cap.* 1. *de fratrib. de novo benef. investit.*

(5) *Estonces.* Adde *dictum cap. de fratrib. de novo benef. investit.* & *dict. cap. primum, de benef. fratr.*

L E X VIII.

Perdit feudatarius feudum ob servitia non exhibita, vel domini desertionem in prælio; aut ejus accusatione, vel damno magno illato ei, seu infamia ei per feudatarium inflicta; vel damni celatione, aut non deviatione; conspiratione, aut à carcere non liberatione, vel domini, aut ejus

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

o a sus fijos, el seruicio (1) quel prometio a fazer por razon del. Otrosi dezimos, que pierde el vassallo el feudo, si desampara a su Señor (2) en batalla. E avn dezimos, que lo pierde, si acusa a su Señor (3), o le busca tal mal (4), onde le viene gran daño de sus bienes, o enfamamiento de su persona. E otrosi dezimos, si el vassallo sabe que algunos (5) quieren buscar mal a su Señor, o quel puede venir algund daño muy grande en alguna manera, si se non trabaja de lo desuiar, quanto pudiere, o si nol apercibe (6) dello, que pierde el feudo por ello, si lo calla engañosamente (7). Otrosi dezimos, que faziendo el vassallo pleyto, o omenaje, o jura con otros algunos (8), con entencion de buscar mal, o de fazer algund mal a su Señor; o si salteasse (9) en algund logar por si, o con otros, queriendol ferir, o matar, o prender, o deshonrrar; o si metiesse mano en el (10), señaladamente con entencion de fazerle alguna destas cosas; o si se trabajasse de su muerte (11) en qualquier manera; deue perder el feudo que tuuiere del, por qualquier destas razones. Otrosi dezimos, que si el Señor yoguiere preso en carcel, o en algund Castillo, o en otra prision qualquier, e el vassallo non se trabajasse de lo sacar (12) ende, podiendolo fazer, que deue perder porende el feudo que tuuiere del. E aun dezimos, que si al Señor, o a su muger, tienen cercado en algund Castillo, o en Villa, o en otra fortaleza, si el vassallo se hallare en aquella cerca (13) con los otros, sobre qualquier dellos, que deue perder porende el feudo.

LEY IX.

Por quales yerros, que el Vassallo faze a su Señor, pierde el feudo, e otrosi el Señor la propriedad del, si yerra contra el Vassallo.

MAtando el vassallo al hermano, o al fijo, o al nieto de su Señor (1), deue perder porende el feudo. E otrosi dezimos, que si el vassallo yaze con la mu-

ejus uxoris obsidione; aut fratris, filii, seu nepotis domini occisione; vel cum uxore, filia, nepte commixtione, aut de hoc intromissione; privatur vassallus feudo in quocunque istorum casuum. Dominus peccans contra feudatarium punitur proprietate feudi, applicanda feudatario. Hoc dicit.

(1) *El seruicio.* Vide quæ dixi *in L. 9. suprà tit. 1. in gloss.* super verbo *no quiso.*

(2) *A su señor.* Adde *cap. 1. in princip. quibus mod. feud. amittatur*, & *cap. 1. §. si quis miles, de feud. sine culpa non amittend.* & *cap. 1. §. item qui dominum 2. quæ fuit prima causa benef. amitt.* ibi Bald. & Doctores.

(3) *Si acusa a su Señor.* Adde *cap. 1. §. 2. vers. item si delator, quæ fuit prima causa benef. amitt.* & loquitur ista lex tam in delatore, quàm in accusatore, & videtur hoc procedere, sive accusasset & probasset, sive non probasset; nam, sive calumnietur, sive non, procedet pœna privationis feudi, licèt contrarium teneant Andr. de Iser. & Alvarot. *in dicto vers. item si delator*, quia eadem est ratio quæ in servo, ut *in L. fin. C. de delator. lib. 10.* & tenet Francis. Curt. post Dynum, *in dicto tract. feud. parte 4. quæst. 29.* & aliquas limitationes ad istam legem vide per Gloss. & Doct. *in dicto vers. item si delator*, & *in dict. 29. quæst.* per Curtium.

(4) *Le busca tal mal.* In hoc comprehenderetur, si revelaret secreta domini, ex quo sequutum fuit damnum magnum, ut *in cap. si capitanei, quibus mod. feud. amitt.* & ibi Gloss. & Doct. Sed an perdit, si fuit advocatus contra dominum, ex quo magnum damnum recepit? Et videtur, quòd non: nam si advocatus rectè consulit, non videtur consulere contra dominum, ut notat Bald. *in L. 1. C. de sentent. præf. prætor.* quod intelligunt Gloss. & Doct. *in cap. 1. vers. item si delator, quæ fuit prima causa benef. amitt.* quando advocaret coactus; secùs si sponte, nam tunc perdere debet feudum; de quo dubitat dictus Curtius *in dicto tract. feudal. parte 4. quæstione 33.* volens, quòd etiamsi sponte advocet, non perdat feudum: dubius tamen relinquit cogitandum, sed dictum Gloss. & Doct. plùs mihi placet.

(5) *Sabe que algunos.* Adde *cap. 1. §. 2. vers. præterea si vassallus, quæ fuit prima caus. benef. amitt.* cum Gloss. ibi.

(6) *O si nol apercibe.* Etiam si restitit quantum potuit, adhuc tenetur dominum certiorare, ut *in dicto vers. præterea*, ubi Glos.

(7) *Engañosamente.* Idem dicit text. *in dicto vers. præterea*, si negligentia tacuit: & ibi Glossa notat, propter negligentiam talem perdi feudum: procedit ergò ista lex, sive fiat dolo, sive negligentia.

(8) *Jura con otros algunos.* Adde Gloss. *in cap. 1. §. porrò, quæ fuit prima causa benef. ammitt.* & *in cap. 1. §. 1. quibus mod. feud. amitt.* Adde *§. conventiculas, de pace juram. firm.* & Andr. de Iser. *in dicto §. porrò.*

(9) *O si salteasse en algund logar.* Adde *cap. 1. vers. similiter*, & ibi Gloss. *quibus mod. feud. amitt.* & *§. 2. vers. porrò, quæ fuit prima caus. benef. amitt.*

(10) *Mano en el.* Concordat *dict. vers. porrò, quæ fuit prima causa benef. amitt.* & nota hic, dum dicit, *con entencion*: & sufficit manus injicere, etsi non vulneretur dominus; & sic ex sola elevatione manus contra dominum privabitur feudo, & facit *L. item apud Labeonem 15. §. 1. ff. de injur.* quod est contra Alvarotum *in dicto §. porrò* qui dicit, requiri, quòd vulneretur. Lex ista etiam requirit, quòd injiciatur manus in dominum; non ergò sufficeret sola manus elevatio: non tamen requiretur vulneris illatio. Et extende etiam istam legem, et si vassallus facit vulnerare dominum per alium, secundùm Alvarotum *in dicto §. porrò.*

(11) *De su muerte.* Adde etiam *dict. vers. porrò*: & an sufficeret solum juramentum de occidendo dominum, si ultrà non processisset, vide And. de Iser. *in cap. si voluerit, de capitan. qui cur. vend.* qui dicit, quòd ex solo juramento, si non fieret in liga cum aliis, non privaretur feudo, & sequitur ibi Alvarot. nota benè.

(12) *De lo sacar.* Adde *§. 2. vers. item si delator. quæ fuit. prima causa benef. amitt.* & intellige personam ad hoc ponendo; nam si propter debita esset incarceratus, non teneretur de sua pecunia vassallus solvere, *cap. licèt, si de feudo def. content. sit inter dom. & agnat.* & ibi Alvarotus.

(13) *En aquella cerca.* Adde *vers. similiter, quib. mod. feud. amittat.*

LEX IX.

Ista lex summata est cum *L.* præcedenti.

(1) *De su Señor.* Hìc habes, quòd interficiens filium, nepotem, vel fratrem domini sui, privatur feudo. Contrarium in fratris persona habetur *in cap. 1. an ille qui interfecit fratrem domin. sui.* Gloss. *in cap. 1. §. similiter, quib. mod. feud. amitt.* vult, quòd si proditoriè occidat fratrem domini sui, privatur feudo, quia idem esset, si proditoriè occideret alium extraneum; & secundùm hoc intelligenda est ista lex, si proditoriè occideret: quod verò hìc dicitur de filio, & nepote, intelligerem sive proditoriè, sive non proditoriè; dummodò non ad defensionem

muger de su Señor (2), o con su fija, o con su nuera (3), que deue perder el feudo. Esso mismo seria, si se trabajasse en alguna manera de recibir, o aduzir (4) alguna dellas, para traerlas a fazerle tal deshonrra. E por todas estas cosas sobredichas, e por cada vna de las que diximos en la ley ante desta, por que el vassallo deue perder el feudo, quando lo fiziere; por essas mismas pierde el Señor (5) la propriedad del feudo, si fiziesse alguna dellas contra la persona del vassallo, o de su muger, o de sus fijos, o de sus nietos, o de sus nueras; e fincara despues desso la propriedad del feudo al vassallo para siempre, por juro de heredad.

LEY X.

Como el Vassallo non deue enagenar el Feudo; e como el fijo, despues de la muerte de su padre, deue venir a jurar fieldad al Señor, o a sus fijos.

VEndiendo (1), o empeñando, o enagenando el vassallo, el feudo que tuuiere de su Señor, todo, o parte del *Ley 2. tit. 3. lib. 7. Recop.*

nem occideret: quia illi repræsentant eandem personam patris, & quodammodò domini videntur ad vassallum. Et nota benè, quia de jure communi feudorum, non ita benè reperitur expressum in filio, & nepote domini. Si verò vassallus interficiat fratrem suum, vide *in dicto cap.* 1.

(2) *Con la muger de su Señor.* Adde *cap.* 1. *vers.* 1. *quibus mod. feud. amitt.* & procedit tàm ipsa volente, quàm invita, & etiam sive domino vivente, sive eo mortuo, ipsa perseverante in viduitate, secundùm Andream de Iser. Alvarot. Nicol. de Neapol. ibi: & quid si esset concubina domini, vide quæ dixi *in L. fin. tit.* 24. *ead. Part.* & procedet etiam in sponsa nondùm traducta, secundùm Alvarot. *in dicto cap.* 1.

(3) *Fija, o con su nuera.* Adde *dict. vers.* 1.

(4) *Aduzir.* Turpiter scilicèt ludendo, vel aliàs se exercendo ad concubitum, ut *in dicto vers.* ibi: *Concumbere se exercuerit*: & licèt ibi loquatur in uxore, idem est in aliis mulieribus, de quibus ibi; & probatur hoc in ista lege, licèt Bald. ibi intelligebat hoc tantùm in uxore domini: & ex hoc verbo, *aduzir*, probatur etiam, quòd si fuerit leno, ut alius committat tale dilectum cum istis, privetur feudo: & adde Gloss. *in cap.* 1. §. *item qui delator, quæ fuit prima causa benef. amitt. in gloss. magna ad finem est in* §. *sed non est alia.* Adde etiam, quòd si vassallus concubuerit, vel concumbere se exercuit cum sorore domini, in domo domini manente, perdet feudum, ut *in dicto cap.* 1. & idem si cum matre domini, secundùm Alvarot. ibi, *col. fin.* & vide Francisc. Curtium *in suo tract. feud.* 4. *parte*, 7. & 8. *causa.*

(5) *Pierde el Señor la propriedad.* Ut *in cap.* 1. *qualiter domin. propriet. feudi privet.* & §. *domino committente, si de feudo def. content. sit inter domin. & agna.*

LEX X.

Vassallus alienans feudum, vel ejus partem sine domini consensu, privatur feudo, præscriptione temporis contra hoc non obstante: idem, si successor intra annum, & diem non veniat domino facturus homagium, quod etiam tenetur facere vassallus domini successori. Hoc dicit.

1. Q. (1) *Vendiendo.* Adde *cap.* 1. *de prohib. feud. alien. per Lothar.* & *cap. imperialem, in princ. de prohib. feud. alien. per Freder.* Quid autem si feudalis res sit apud aliquem tyrannum, seu potentem, à quo non potest recuperari? an possit componere cum eo? Videtur quòd sic, ex his quæ notat Bald. *in cap.* 1. *in princ. col. fin. in princ.* versic. *quæro hic an consuetudo*, & *in cap.* 1. *Episcop. vel Abb.* per text. *in cap. ex parte*, §. *fin. de feudis*, ex quo inferes ad res majoriæ prohibitas alienari: facit *L. sed si pecunia* 3. & ibi Bald. *ff. de rebus eorum.* Et quid si in re, quam alienat, habebat tantùm

2. Q. nudam possessionem? Vide Baldum *in L. magis puto*, §. *si pupillo*, ubi bonus text. *ff. de rebus eorum.* Et adverte, quia prohibita alienatione simpliciter, non videtur prohibita alienatio necessaria, *L. peto* 69. §. *prædium, ff. de legat.* 2. quod fortè est limitandum, nisi talis alienatio necessaria sequeretur ab actu voluntario, argumento *L. magis* 5. §. *fundum* 8. & ibi Bald. *ff. de rebus eorum*: vide Francisc. Curtium *in quinta parte sui tractat. feudal.* versic. 12. *quæro.*

3. Q. Quid autem si in investitura feudali, vel majoriæ caveretur, quòd neque ex causa necessaria posset alienari? quid erit si provocetur ad divisionem? Vide *L. si pupillorum* 7. & ibi Bald. *ff. de rebus eorum*, & per Gloss. & Doct. *in L. jubemus nulli* 14. *C. de sacrosanct. eccles.*

4. Q. Sed pone, quòd possessor majoratus impetravit à Rege facultatem alienandi rem majoriæ, & alienavit; postea apparet, quòd ad alium pertineat majoria, & non ad alienantem: an valebit alienatio? Et quòd valeat, facit *L. fin. ff. de rebus eorum*; quòd non valeat, facit text. *in L. qui neque tutores* 8. *in princ. ff. eodem*, & *in L.* 2. *ff. de eo qui pro tutore*, & quæ ibi dicit Bald. & *cap. alienationes*, 12. *quæst.* 2. & hoc fortè verius.

5. Q. An autem res feudales, vel majoriæ possint donari pro anima, vide *in* §. *donare*, *qualiter olim poter. feud. alien.* & *L. ab agnato* 12. & ibi Bald. *ff. de curat. furios.* ubi videbis, quòd non.

6. Q. Quid autem si quis relinqueret alicui castrum, & prohiberet, ne alienaretur extra familiam? an si requisiti illi de familia nollent emere, possit vendi extraneo? Text. videtur, quòd sic, *in L. qui Romæ* 122. §. *cohæredes* 3. *ff. de verb. oblig.* vide ibi per Doct.

Et nota, quòd si imponitur pœna alienanti rem majoriæ, vel alias, non solùm incidit in pœnam, qui alienat, sed etiam sequens successor, qui consentit, *L. cum pater* 77. §. *libertis* 27. *ff. de legat.* 2. facit *L. cætera* 41. §. *si duobus* 4. *ff. de legat.* 1. & ibi Paul. de Cast. notat, quod non mihi licet removere injuncta de domo communi, etiam cum voluntate socii; ubi etiam vide quæstionem, ad quam infert ibi Bald.

7. Q. Sed pone, quòd possessor majoriæ alienavit titulo emptionis aliquam rem majoriæ in fratrem, in quem deventura esset majoria ipso alienante decedente sine liberis, & frater ei solvit pretium, postea moritur sine liberis, & sic majoria venit ad fratrem, qui emit: an poterit talis frater repetere pretium, quod solvit, vel si adhuc non solverat, tueri se exceptione contra hæredes defuncti, qui alienavit, etsi ignoranter emisset? Casus videtur, quòd possit repetere, *L. hujusmodi* 84. §. *qui servum* 5. *ff. de legat.* 1. Paul. de Cast. ibi in quæstione quam ponit, referens Joan. And. *in addit. ad Specul.* vult, quòd etiamsi sciens, rem posse in se ex fideicommisso evenire, emerit, quòd adhuc tali casu possit repetere pretium: vide ibi per eum in versic. *quid si hæres rogatus est*: quod mihi videtur durum, & quòd in practica non possit obtineri; tu in hoc vide Bart. *in L. qui Romæ*, §. *duo fratres*, *quæst.* 6. *ff. de verb. oblig.* Cogita in hoc, & quòd non incurrat in pœnam, qui alienat in eum qui proximo loco succedere debet in majoria, vide gloss. sing. *in Clem.* 2. *de rebus eccles. non alien. in gloss. pen.* & vide quod notat Joan. de Plat. *in L. unica*, *C. non licere habitat. Metrocomiæ*, *lib.* 11. cum allegat *L. milites*, *ff. de testam. milit.* item quia videtur solùm alienare jus, quod ipse habet, *L. si domus* 71. §. *fin. ff. de legat.* 1. *L. alienatio* 67. & *L. qui tabernas* 32. *ff. de contrah. empt.* & sic videtur alienare, ut rem majoriæ; si tamen alienaret ita, ut esset res allodialis, videtur, quòd incurrat pœnam positam alienanti: pro quo facit dictum Bald. *in L. voluntas*, *C. de fideicommis.* in versic. *quæritur de duobus feudariis*, & in versic. *similiter in duobus fratribus*, vide ibi.

8. Q. Quid autem si Rex concessit facultatem vendendi aliquam rem majoriæ, si tamen ad hoc accedat consensus filii, qui est sequens vocatus ad majoriam, & filius consentit? an per hoc sibi præjudicet etiam quoad pretium? Aliquid tetigi *in L.* 5. *tit.* 11. *Part.* 6. *in gloss. magna prope ante fin.* & quòd sibi non præjudicet quoad pretium, etiam quando consensit, ut venderetur pro solvendis debitis patris, videtur text. *in L. si fundum per fideicommissum* 92. *ff. de legat* 1. quod videtur limitandum, quan-

quando majoria esset antiqua; nam si pater fecissset majoriam de novo, videtur, quòd filius ex tali consensu sibi præjudicet etiam in pretio, ratione præcedentis liberalitatis paternæ, argum. *L. si vero non remunerandi* 12. §. *indè Papinianus* 8. *ff. mandati*, Bart. *in dicta L. si fundum per fideicommissum*: quæ tamen limitatio erit sublimitanda, si res quæ venditur, possidebatur per patrem; nam si possideretur per filium, tunc non videretur consensisse alienationi animo perdendi pretium; sed ut pater gerat negotium suum, & non animo donandi, secundùm Paul. de Cast. post Bald. & Jacob. de Arc. *in dicta L. si fundum per fideicommissum, in fin.* videtur ergò consentire eo animo, ut ex pretio alia res ematur; nisi fortè ex conjecturis appareat, quòd fecit animo donandi patri pretium: undè si consensus daretur ad solvenda debita patris, videretur etiam consensisse in perditione pretii, ex mente Doctor. ibi.

9. *Q.* Sed pone, quòd habens majoriam alienavit aliquam rem titulo donationis, fortè cum aliqua Regia facultate malè impetrata; filius, vivo patre, petit nullitatem talis donationis, & obtinuit: an res sic evicta dabitur patri, vel an remanebit penes filium? Videtur, quòd penes filium, per *L. si cum optio* 14. *ff. de option. legat.* facit ad hoc *L. fin. tit.* 14. *Part.* 1. ibi, *no por razon de si mismo*, & *cap. si quis præsbyterorum* 6. cum ibi notatis, *de rebus eccles. non alienand.*

10. *Q.* Sed an possint bona majoriæ, seu aliàs prohibita alienari, vendi pro alimentis possessoris majoriæ, vel ut redimatur ab hostibus? Vide Paul. de Cast. quòd sic, *in authent. si captivi, C. de Episc. & cleric.*

11. *Q.* Quid autem si pro debitis testatoris, qui fecit majoriam, vendatur aliqua res majoriæ per ejus possessorem? an incidat in pœnam alienantis contra prohibitionem? Videtur distinguendum, an alienet ipse, vel an creditor, vel judex ad petitionem creditoris, ut primo casu, si ipse possidens majoriam alienet, incidat in pœnam, saltem quando essent alia bona, ex quibus debitis satisfieri possit, *L. pater filium* 38. *in princ. ff. de legat.* 3. & res vendicari potest à successore: si verò alienet creditor, tunc non incidet in pœnam; an verò dominus majoriæ, vel successor possint vendicare rem sic alienatam per creditorem, vel per judicem ad petitionem creditoris? Decides ex dictis Bald. singulariter loquentis *in L. fin.* vers. *& si præfatam, col.* 2. vers. 4. *quæro, C. de jure delib.*

12. *Q.* Sed quid si prohibitus alienare pretio recepto alienet in sequentem in gradu, qui debet succedere in majoria? Videtur, quòd tunc non incidat in pœnam, cùm ipsa res perveniat in eum, in quem conditor majoriæ disposuit, *L. milites, ff. de testam. militis*, Joan. de Plat. *in L. unica, parum post princ. C. non licere habitat. Metrocomiæ, lib.* 11. & facit *L. unum ex familia* 67. §. 1. *ff. de legat.* 2. vide tamen, quod notat Bart. *in L.* 1. §. *qui habebat*, versic. 4. *quæritur, ff. de bonor. pos. contr. tabul.*

13. *Q.* Et quid si alienatio caruit solemnitatibus requisitis, & sic fuit nulla? an alienans incurrat in pœnam, vide text. & Bart. *in L. non putavit* 8. §. *non quævis, ff. de bon. pos. contr. tabul.* & *L. filium*, §. *si quis bonorum, eod. tit.* & quæ dixi *in L. fin. tit.* 8. *Part.* 5.

14. *Q.* Quid autem si mater, quæ habebat majoriam, legavit filio secundo unam rem majoriæ, & filio primo legavit aliam rem in recompensationem, quam filius major jussu patris acceptavit? An poterit postea hoc impugnare? Videtur, quòd sic, per ea quæ traduntur per Gloss. *in L.* 1. §. *quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio non datur*, & per text. *in L. si post mortem* 10. §. *si in adoptionem, ff. de bon. pos. contr. tab.* & ibi Bart. & licèt ille textus corrigatur hodie quoad acquisitionem, ut ibi dicit Bart. tamen quoad casum nostrum militat ejus decisio, cùm filius adhuc perderet; quod & videtur de mente Bart. ibi.

15. *Q.* An vero si quis facit majoriam in clericum primæ tonsuræ, an pœnæ, si alienaverit, vel aliàs contra ipsum impositæ, ligent eum? Et dicendum est, quòd sic: quia cùm hoc proveniat ex contractibus, nihil interest sit clericus, vel laicus, & vide ad hoc Bald. *in L. fin.* §. *si vero postquam, C. de jure delib.*

16. *Q.* Et an si ille, ad quem pertinet majoria, patiatur aliquem, fortè magnatem, esse in possessione rei majoriæ, nolens petere, & dissimulans, an ex hoc videatur alienare, ita ut sequens in gradu admittatur? Vide text. *in L. non alienat* 119. *ff. de reg. jur.*

17. *Q.* Sed pone, quòd aliquis Potens possidebat quandam rem majoriæ alterius, qui cùm non posset propter potentiam illius, seu defectum justitiæ, illam recuperare, dedit Potenti magnam quantitatem pro ea, & sic redemit: an talis redimens poterit disponere de tali valore in præjudicium sequentis vocati ad majoriam, vel hæres ejus ob hoc retinere? Et videtur, quod sic, per text. in arg. *in L. in bello* 12. §. *si fideicommissa* 14. & §. *si statuliber* 10. & §. *si pignori* 12. & §. *si quis servum* 7. *ff. de captiv.*

18. *Q.* Item pone, quòd possessor majoriæ alienavit, ita quod perdit, & sequens in gradu non vult petere; an admittatur sequens? Et dicendum est, quòd sic, *L. peto* 69. §. *fratre* 3. & *L. cum pater* 77. §. *libertis* 27. *ff. de legat.* 2. & quod notat Bald. *in cap,* 1. §. *fin. ad fin. per quos fiat investit.* Statuendum tamen esset tempus, in quo peteret, ut sic locus fiat sequenti, arg. *L. fin. C. qui admitti*, & facit bonus text. *in L. generaliter* 3. §. 1. *vers. Imperator, ff. de decurion.*

19. *Q.* Quid autem si alicui est factum magnum legatum, hoc gravamine adjecto, quòd bona majoriæ cum aliquo dividat, vel quod tributum, seu vectigal, quod debetur majoriæ, remittat? Dic, quòd non tenet tale gravamen, & consequetur legatum, ut est bonus text. cum Gloss. *in L. Imperatores* 13. *ff. de pollicitat.* vide quæ notantur per Angel. & Joan. de Imol. *in L.* 1. *ff. de condit. instit.* In contrarium tamen videtur hoc in simili quæstione decidere Bald. quem omninò videas *in L.* 1. *col. fin.* versic. *item pone filio legatum, C. de jure fisci, lib.* 10. Potest dici, quod primum procedat, quando legatum factum fuit simpliciter adjecto gravamine; quod verò dicit Bald. procedat, quando disponens dixisset, quòd non aliter legabat, nisi gravamen impleretur, vel saltem hoc tacitè colligatur, ut quia (ut dicit Bald.) prohibuit plùs petere. Cogita super hoc, & vide quæ dixi *in L.* 10. *in gloss. magna, tit.* 9. 6. *Part.*

20. *Q.* Pone autem, quòd pater odio filii majoris fecit aliquam fraudem in majoria, alienando, vel delinquendo, & mortuus est filius in vita patris: an filius talis filii majoris aget revocatoria contra fraudem alienantis, licèt fraus ejus respectu facta non fuerit? Dic, quòd sic, per text. *in L.* 1. §. *pen.* ibi, *magis enim fraudem rei, ff. si quis in fraud. patron.* & vide per Bald. *in L.* 1. *col.* 7. versic. *ultimo quæritur, C. de jure fisci.*

21. *Q.* Item pone, quòd possessor majoriæ remisit hypothecam, quam habebat in bonis emphyteoticariis, quæ erant majoriæ, & ad securitatem erant bona emphyteotæ obligata: an ex hoc dicatur alienare, ita ut incidat in pœnam? Dic, quòd sic, Gloss. *in L. fin.* §. *ipsum autem filium*, in verbo *dominium, C. de bonis quæ liber.* Ang. *in L. si pignus, ff. de his qui in fraud. credit.*

22. *Q.* Sed an propter alienationem rei minimæ incidat quis in pœnam, potest induci in arg. quòd non *L.* 1. §. *si parens, ff. si quis à paren. fuer. man.* juncta Gloss. ibi in verbo *quantum*: vide quæ dixi *in L. fin. tit.* 8. *Part.* 5.

23. *Q.* Sed quid si Rex transtulit ex causa unum magnatem ex una parte Regni in aliam, quod fieri potest, ut *in L. certa forma* 4. *C. de jure fisci, lib.* 10. & *L.* 1. *C. de latin. libert. toll.* an bona quæ alibi Rex ob hoc concessit succedant loco bonorum, quæ sibi abstulit ob translationem, ita quòd si prima bona erant majoriæ, similiter & sint bona subrogata? Videbatur, quòd non, per *L. pater filium* 38. §. *quindecim* 5. *ff. de legat.* 3. sed contrarium est dicendum per text. *in L. Imperator* 70. §. *fin.* cum *L. sequenti, ff. de legat* 2. & quia ista permutatio est universalis, ut notat Bald. per text. ibi *in L. certa forma, C. de jure fisci, lib.* 10. 4. *not. col. pen.* facit text. *in cap. ecclesia S. Mariæ, ut lite pendent.*

24. *Q.* Sed quid, retento eodem themate, si illa, quæ dantur ob translationem, sunt multo majoris valoris, quam bona quæ prius habebat, quia fortè Rex, ut patienter ferret, dedit sibi majorem statum? an adhuc totum erit majoria, sicut prima bona? Et videtur, quòd sic, cùm totum veniat contemplatione primæ majoriæ, argum. *L. qui alienam* 33. *ff. de mortis causa donat.* & *L. generaliter* 24. §. *proinde* 13. *in princ. ff. de fideicommis. libert.* & facit, quod notat Bald. *in L. justas, C. de jure fisci, lib.* 10. cùm tractat de tempore, quòd duplicatur.

25. *Q.* Sed pone, quòd aliquis, qui sperabat succedere in majoria, consensit possessori, ut liberè testaretur de majoria, fortè in filium bastardum, vel aliàs: an noceat sibi talis consensus, & renuntiatio? Et videtur, quòd non; quia non potuit ipse tollere majoriam etiam in sui præjudicium: pro hoc videtur text. *in L. patroni filius* 39. *ff. de bonis libertor.*

Sed

26. *Q.* Sed pone, quòd quis ante delatam sibi majoriam, eam renuntiat: an tenet renuntiatio? Videtur, quòd non, *L. is potest* 18. & *L. in plurium* 70. *ff. de acquir. hæred. L.* 1. *ff. quorum legat. L.* 1. §. *decretalis* 7. *ff. de succes. edicto.*

27. *Q.* Et an prohibitio alienationis sub pœna facta uni vocato, censeatur repetita in aliis vocatis, quibus non fit ista prohibitio, vide Gloss. Bart. & Doct. *in L. recusarè, ff. ad Trebel.* & *L. cum pater*, §. *libertis*, *de legat.* 2. & Bald. *in L. cum alienam*, *col.* 2. *C. de legat.*

28. *Q.* Quid autem si conditor majoriæ promittit rem majoriæ posse permutari, dum tamen non permutetur cum rebus Ecclesiæ? an teneat talis prohibitio respectu Ecclesiæ? Tu cogita: nam videtur, quòd non, ex notatis per Plateam *in L. fin. col.* 1. *C. de exact. tribut. lib.* 10.

29. *Q.* Sed pone, quòd in majoriæ instrumento cavetur, quòd si alienaret rem majoriæ, vel alienanti consentiret, perderet majoriam: an comprehendat etiam non possessorem consentientem propter spem fideicommissi, quia ipse debebat succedere? Vide Bart. quòd sic, *in L. Gallus*, §. *videndum*, *ff. de liber. & posth.* versic. *ista induco.* Et ex dictis Bart. ibi videtur, quòd hoc procedat in eo, qui proximiori loco erat in spe ad succedendum; undè si iste proximior consentiat, & post eum sequens vocatus, apud quem jam erat jus impediendi, & retractandi, consenserit, quòd & ipse incurret pœnam, si consentiat: & semper intellige, si res tradatur; aliàs non haberet locum pœna contra alienantem, ut dixi *in L. fin. tit.* 8. *Part.* 5.

30. *Q.* Sed an propter famem res majoriæ possit alienari? Videtur quòd sic, ut in simili tradit Gloss. & ibi Joan. de Plat. *in L. quemadmodum*, *C. de agricol. & censit. lib.* 11.

31. *Q.* Item adverte, quòd prohibitus alienare in majoria, quæ fit cum facultate Regia, non poterit pignori obligare, cùm prohibitio tunc procedat à lege viva, Gloss. *in L. in quorum*, *ff. de pignor.* ubi vide Doct. & tenet Joan. de Plat. *in dict. L. quemadmodum.*

32. *Q.* Sed an res prohibita alienari possit permutari, vel vendi, ut acquirat quis aliam meliorem, videtur quòd sic, *L. Imperator* 70. *ff. de legat.* 2. *L. ita constante* 26. *L. mutus* 73. §. 1. & *L. fin. ff. de jure dot.* Joan. de Plat. *in L. unica*, *C. non licere habitat. metrocom. lib.* 11.

33. *Q.* Pone autem, quòd testator legavit rem majoriæ, & ille qui in ea succedit solvit legatum, seu præstitit illam rem: an incidat in pœnam alienantis? Et videtur, quòd sic, per text. *in L. senatus* 43. *in princ.* ibi, *pœnis erit locus*, *ff. de legat.* 1.

34. *Q.* Et si in aliqua majoria reperiretur prohibita permutatio, non dicendo ampliùs, an per hoc videatur quælibet alia diminutio, & alienatio prohibita? Vide Jo. de Plat. post Angel. ibi, quòd sic, *in L. certe*, *C. de proxim. sacror. scrin. lib.* 12.

35. *Q.* Sed pone, quòd quis fecit majoriam, de re quam fortè emerat à minore, & minor restituitur adversus venditionem, ita quòd evincitur res: an pretium quod deberet reddi, re evicta, debeatur ei qui est vocatus ad majoriam, vel dividi debeat inter omnes filios? Casus est, quòd debetur ei cui relicta fuit majoria, *L. qui solidum* 78. §. 1. *ff. de legat.* 2.

36. *Q.* Quid autem si non per restitutionem evinceretur res, sed quia apparet rem non fuisse testatoris, seu conditoris majoriæ, tangit ibi Paulus de Cast. cujus dicta non possent fortè applicari ad rem majoriæ relictam uni ex filiis, si evinceretur, nam videtur, quòd adhuc pretium debeatur ei, cui fuit relicta majoria.

37. *Q.* Et quid si rescinderetur venditio juxta formam *L.* 2. *C. de rescind. vend.* an pretium, quod deberet suppleri, debeant supplere fratres illius, cui fuit relicta majoria? Cogita: vide quæ habentur *in L. quotiens* 10. *C. famil. ercisc.* & *in L. cum pater* 77. §. *evictis* 8. *ff. de legat.* 2. & quæ notat Bart. *in L. Marcellus*, §. *penult. ff. ad Trebellian.*

38. *Q.* Sed an pretium in casu prædicto habebitur loco rei, & sic, ut quod ex illo ematur sit res majoriæ, sicut erat res quæ fuit evicta? Videtur quòd sic, per text. *in L. filiæ suæ* 26. §. *Attia*, *ff. de condit. & demonstr.* videtur enim de mente ejus qui condidit majoriam, ex quo voluit eam perpetuò duraturam: & hinc etiam videtur, quòd si Princeps donavit aliquam villam, quam voluit semper esse majoriæ, ut videmus in bonis Enriquennis, si postmodùm Princeps det licentiam alienandi dictam villam in alium, transibit in illum cum isto onere majoriæ: videtur enim istud onus majoriæ quædam servitus; & quando acquisitio procedit à fundo, seu re inanimata, per fundum quæritur nobis, *L. qui fundum* 12. *ff. quemadm. servit. amit. L. qui in aliena*, *in fin. ff. de neg. gest.* Bald. *in authent. ingressi*, *C. de sacros. eccles.* & vide quæ dicit Bald. *in L.* 3. *C. si à non compet. jud.*

Neque obstabit prædictis *L. pater filium* 38. §. *quindecim* 5. *ff. de legat.* 3. quia loquitur quando prohibitio facta est personæ, non quando rei.

39. *Q.* Quid autem si consentit alienationi remotior vocatus, & postea consensit ille qui proximiori loco erat vocatus, quia fortè tempore alienationis proximior non erat præsens? an iste remotior, qui consensit, possit non obstante tali consensu repetere majoriam? Bald. *in L. quotiens*, *ad finem*, versic. *quæro primo alienanti*, *C. de fideicom.* vult, quòd possit: quod forte erit intelligendum, & limitandum, quando simpliciter consensit, non facta mentione, quòd proximior consentiebat, seu consensurus erat, argum. ejus quod notat Gloss. *in L.* 1. §. *succedat*, *ff. de succes. edict.* & argum. ejus quod notat Bald. *in L. si stipulatus*, §. *si ex duobus*, *ff. de fidejus.* in versic. *quæ vera est nisi à principio*, *&c.* & facit *L. Modestinus* 76. *ff. de solution.* nam ordinata ordine intellectus, videntur ordinata ordine essentiæ, *L. talem* 51. *ff. de hæred. instit.* si ergò ipse referat consensum suum in tempus quo proximior consentiet, videtur sufficere, *L. in tempus* 62. *ff. de hæred. instit.* & sic non obstabit quod habetur *in L.* 1. *C. de pact.* & *in L. si ita sit scriptum* 45. *ff. de legat.* 2.

40. *Q.* Quid autem si proximior vocatus scivit alienationem, & non contradixit? an ex hoc videatur consentire? Vide Præpos. *in cap.* 1. §. *Item qui domino*, *in fin. quæ fuit prima causa benef. amitt.*

41. *Q.* Sed an incidat in pœnam alienantis, qui compromittit, si arbiter rem majoriæ alii adjudicet, Bal. quòd non *in L. fin.* §. *emptor*, *ad fin. C. commun. de legat.* quia per sententiam arbitri non transfertur dominium: tu vide ibi Alexand. *in addition.* & Doct. modernos ibi.

42. *Q.* Sed an ille, qui consensit alienationi, possit petere pretium? Et videtur quòd sic, per text. *in L. si fundum per fideicommissum* 92. *in princ. ff. de legat.* 1. sed tu considera tres casus: aut enim majoria ista durabat solùm usque ad consentientem, & tunc potest petere pretium, cùm ad ipsum non extendatur prohibitio alienationis, ut *in authent. de restit. fideicom.* & ibi Gloss. & Bart. *collat.* 8. *L. cum pater* 77. §. *libertis* 27. *in fin. ff. legat.* 2. & *L. qui solidum* 78. §. *prædium* 3. *eod. tit.* & ita procedit *dicta L. si fundum per fideicommissum*: vide Bald. *in authent. res quæ*, *C. commun. de legat.* Aut majoria erat perpetua, & tunc videtur, quòd nihil possit petere consentiens, quia cùm perdat majoriam, ut *in dicto* §. *libertis*, non debet consequi pretium. Si verò res illa fuit vendita auctoritate Regia sub conditione, si ille consentiret, & tunc quia nullum præjudicium generari debet alienanti, neque consentienti, quoad perdendum majoriam, & sic debet consequi pretium, per *dict. L. si fundum per fideicommissum*, & per Bald. *in dict. authent. res quæ.* Si tamen Rex dedisset licentiam alienandi, nullo requisito consensu ejus qui sperat succedere, tunc adhuc videtur, quòd possit consentiens petere pretium, Gloss. & ibi Bald. *in* §. *ad hoc*, *de pace juram. firm. in gloss.* 1. essent tamen advertenda verba licentiæ Regis; nam si daretur licentia extrahendi rem de majoria pro dote filiæ, tunc manifestum est, quòd pater non tenebitur ad pretium: quia si ipse habuisset tale pretium, non erat necessaria talis licentia, & ipse dotaret, & dotare tenebatur de tali pretio: si verò fuit data licentia Regis, ut de aliqua re majoriæ fortè quadam villa, faceret majoriam in filium secundum (quia fortè non reperiebat pater rem ita commodam, ad emendum pro majoria in secundo filio) & tunc tenebitur filio majori, succedenti in majoria antiqua, ad interesse, per prædicta jura.

43. *Q.* Quid autem si Rex dedit licentiam extrahendi rem de majoria pro dote filiæ, quia ipse pater non habebat undè dotaret aliàs? an si pater postea perveniat ad pinguiorem fortunam, teneatur ad ponendum pretium in majoria? Videtur dicendum, quòd non, per Gloss. *in dict. authent. res quæ*, & Gloss. *in authent. de restit. & ea quæ parit*, *collat.* 4 & ibi Bart. qui dicunt, quòd quando fideicommissum diminuitur pro dote, licèt postea revertatur illa dos ad illum qui eam dedit, non reincidit in fideicommissum, & per ea quæ notat Gloss. *in L. ubi adhuc*, *C. de jure dot.* & Bart. *in L. si constante*, *in fin. princ. ff. soluto matr.* de marito, qui restituta dote propter inopiam, incipiat esse dives.

Sed

del (2), sin otorgamiento de su Señor, puedelo el Señor cobrar, non dando ninguna cosa por el; nin le empesce tiempo que fuesse passado (3), en que ouiesse

44. *Q.* Sed an ex licentia Regia data ad alienandum, si filius proximus successor consentiret, videatur sublata pœna perdendi majoriam propter alienationem, etiam ipsi filio qui consentit? Et videbatur quòd non: quia filio relinquitur sua libera voluntas ad consentiendum, vel dissentiendum. In contrarium videtur, quia ex quo alienatio est licita in alienante, sic in consentiente: quia inspicitur principium, *L. pater filium* 38. §. *quindecim* 5. *ff. de legat.* 3. & inspicitur, quod principaliter agitur, *L.* 1. *ff. de auctor. tutor.* & quæ tradit Jaso *in L. si quis neque causam*, *ff. si cert. pet.* & quia ipse qui consentit, videtur alienare, & alienanti data est licentia.

45. *Q.* Sed an possit fieri transactio super majoria, vel re majoriæ? Et videtur, quod sic, per text. *in cap. unico, de controv. inter vassal. & alium de benefic.* & ibi Bald. *circa princ.* & per text. *in §. si vassallus* el 2. *si de feud. def. content. sit inter domin. & agnat.* & per Bald. *in §. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Freder. col.* 5. ubi tenet, quod valet transactio super re feudali, tam tradendo, quam retinendo: est etiam bonus text. *in L. cum hæreditas* la 1. *ff. ad Trebel.* ubi Doct. notant, quod valet compromissum factum ab hærede super re subjecta restitutioni: & intelligunt Ang. ibi, & Alex. & si compromissum fiat in arbitratorem, quia in arbitramento est quædam transactio, ut *in authent. si vero contigerit, C. de judic.* In contrarium tamen facit, quod notat Paul. de Cast. *in L. facta*, §. *hæres*, *ff. ad Trebel.* ubi tenet, quod non valet transactio, & limitat *dictam L. cum hæreditas*, dicens, quòd illa procedit ubi intervenit sententia; non tamen habebit locum in transactione: ad idem Bald. qui ponit veritatem in hac materia, *in dicto cap. unico, de controv. inter vasal. & alium de benefic.* ubi dicit, quod in feudo, cùm non possit alienari, non potest fieri transactio per quam res feudalis datur; sed retinendo rem, & dando aliquam quantitatem, vel aliud, benè tenebit transactio: & confert, quod notat Gloss. & Bar. *in L. nulli*, *ff. de transact.* Abb. & Doct. *in cap. contingit, de transact.* & Abb. post Anto. *in cap. cum tempore, de arbit. col.* 2. & facit quod notat Bald. *in L.* 1. *C. de bon. matern.* & semper intellige, dummodò transactio fiat bona fide, juxta notata per Bald. *in dicto cap. Imperialem, col.* 5. & sit justa ratio transigendi, ut ibidem per Bald. & *in dicto cap. unico.*

46. *Q.* Sed est pulchrum dubium, an si transactio fiat dando aliquid, retinendo rem majoriæ, an tale pretium posset repeti ab eo, qui succedere debet in majoria; & videtur, quòd sic, per text. *in L. domus hæreditaria* 58. & ibi Paul. de Cast. *ff. de legat.* 1. ubi concludit per illam legem, & per Glos. *in L. emptor, ff. de rei vind.* quòd quando in re subjecta restitutioni fiunt sumptus ad perpetuam rei utilitatem, quòd tunc non solùm pro parte, sed in totum potest repeti, seu vocato imputari. Et licet prima facie hoc videatur irrationabile, tamen credo, quòd habeat rationem, sitque verum de jure: quia quando venit secundus ad succedendum, debet solvere, quod primus dedit, *cap.* 1. *de solut.* & si secundus vocatus objiciat, si ego solvo totum, quod dedit transigens, ipse remanet cum lucro, quia potitus est fructibus majoriæ, ipse verò cum damno, undè saltem deberet dividi pro rata emolumenti; replicatur ex parte transigentis, quod caruit suo fundo, vel pecunia, quam pro transactione dedit, & quod vocatus idem faciat cum ulteriori vocato, & sic de aliis: cogita tamen super hoc, quia si verum est hoc, est subtiius consideratio, & vide text. & Bald. *in L. ex parte, ff. famil. ercisc.*

47. *Q.* Item adverte, quòd si conditor majoriæ prohibuit rerum majoriæ alienationem, videtur hanc prohibitionem facere successoribus; non verò sibi, quia ipse poterit alienare, text. est *in L. Lucius* 40. §. *fin. ff. de fideicom. libert.* Et ex hoc potest inferri, quòd si facultate Regia ad condendam majoriam cavetur, quòd non possit revocari per facientem, quod nihilominùs poterit rem aliquam majoriæ alienare. Quod videtur limitandum in casu, quo ex majoriæ constitutione translatum esset rerum dominium: tunc enim cùm non remaneat dominus, non poterit alienare. Item quando alienaret necessitate rei familiaris, quia tunc non videtur revocare dispositionem; secùs, si sine causa alienaret: quia tunc cùm videatur revocare dispositionem, ut *in L. rem legatam* 18. *cum similibus*, *ff. de adim. legat.* videtur facere contra Principis prohibitionem. Et videtur etiam limitandum quando dispositio facta esset ex causa onerosa, juxta dispositionem *L. Taurinæ.*

(2) *O parte del.* Sed cùm non alienet totum, sed partem, perdit tantùm illam partem alienatam, *cap.* 1. *de vasal. qui contra Constit. Lothar.* adde Bald. *in cap.* 1. §. *aut si libellario, quib. mod. feud. amitt.* & *in dicto cap. unico.*

(3) *Nin le empesce tiempo que fuesse passado.* Etiamsi sit tempus longissimum, secundùm And. de Iser. *in dict. cap. Imperialem*, & expressiùs *in cap.* 1. §. *præterea, de capit. Corrad.* & sequuntur aliqui Doct. prout refert Socinus *consil.* 86. *col.* 3. *vol.* 1. contra quod videtur text. *in* §. *si quis per* 30. *si de feudo def. content. sit inter domin. & agnat.* qui tamen textus loquitur, quando præscribitur feudum, quod non erat in alterius persona formatum; sed Abb. post Gloss. *in cap. ad audientiam, de præscript.* vult idem esse in feudo jam formato: vide ibi per eum, & Felin. *col.* 6. & per Balbum *in tract. præscript. fol.* 34. *col.* 1. Glos. etiam *in cap.* 1. §. *præterea, de capit. Corrad.* tenet feudum posse præscribi spatio 30. annorum, & sic præscriptione longissima, quam gloss. sequitur ibi Bald. & loquitur dicta gloss. quando feudum fuit alienatum per vassallum. In casu hujus legis, & *dicti cap. Imperialem, in princ.* videtur quòd opinio And. de Iser. sit verior: quia ubi est provisum, quòd nulla præscriptio obstet, non obstat etiam longissima præscriptio, ut dicunt Bald. & Ang. *in L.* 1. *C. ne rei domin. vel templor.* & *in L. omnes, C. de præscript.* 30. *annor.* sequitur Francisc. Balb. *in suo tract. præscript. charta* 60. *ad fin. col.* 1. cùm igitur *per dict. cap.* 1. *de prohib. feud. alienat. per Lothar.* dicitur, quòd nulla præscriptio obstet, & *in dicto cap. Imperialem* dicatur, *nullius temporis præscriptione impediente*; videtur, quòd neque tempore longissimo præscribatur. Sed ad hoc potest responderi, quòd istud dictum procedit, quando lex alias prohibens præscriptionem nihil operaretur, si tantùm tolleret longi temporis præscriptionem; nil mirum, si tunc etiam tollere videatur longissimam: si tamen potest operari in præscriptione longi temporis, non videtur excludere longissimam, secundùm doctrinam Bald. ubi communiter Doct. *in dicto* §. *præterea*, & tradit Abb. *in dicto cap. fin. de præscript. col.* 7. Adhuc tamen in casu isto crederem opinionem And. de Iser. veriorem: quia text. *in dicto cap. Imperialem* dicit, *nullius temporis*, & sic expressè voluit etiam tollere longissimam, & etiam facit ista lex, quæ indiffinitè dicit, *nin le empesce tiempo*, & saltem in casu alienationis feudi ista pars esset forte tenenda: præscriptio verò centenaria non videtur exclusa, secundùm Bald. & Ang. *in dicta L.* 1. *C. ne rei domin. vel templor.* & *in dicta L. omnes*, Abbas *in dicto cap. fin.* Limitandùm tamen videtur, quod dixi de longissima præscriptione, quando dominus ignoraret alienationem rei feudalis; secùs si sciret: quia tunc excludi videtur præscriptio longissima; & sic quod *dict. cap. Imperialem*, & ista lex procedat in præscriptione quæ allegaretur contra ignorantem alienationem; secùs, si sciret: facit ad hoc doctrina Joan. And. *in addit. ad Spec. in rubr. de feudis, col.* 1. versic. 28. *quæro*, ubi dicit, quòd si vassallus alienavit rem feudalem, ignorante domino, quòd licèt ille, in quem alienavit, posset præscribere 30. ann. in præjudicium vassalli, non tamen in præjudicium domini habentis directum dominium; quia cùm directus dominus retineat possessionem civilem in re feudali, interim non potest alius contra eum inchoare præscriptionem: allegat Gloss. *L.* 1. *C. de servis fugit.* ubi Ang. & Fulgos. sequuntur opinionem Joan. And. Et an sicut non præjudicat domino præscriptio contra vassallum, similiter etiam non præjudicet cæteris agnatis vocatis ad feudum antiquum, vide Bald. *in* §. *quia ergo, de investit. de re alien. fact.* & And. de Iser. dicit, quod si feudum est antiquum, & proveniens ex providentia antecessorum, præscriptio contra patrem non nocet filio, & vide plura quæ notabiliter adducit ibi, & idem tenet *in* §. *præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Freder. in fin. primæ addition.* & idem tenet *in dicto* §. *quid ergo* Cardin. Mediolan. & idem tenet Alvarot. *in cap.* 1. §. *hoc quoque, de successione feudi*, & ibi dicit notabile verbum, quòd non obstante præscriptione, datur utilis rei vendicatio agnatis successivè vocatis ad feudum, arg. *L.L.* 2. & 3. *C. de donat. quæ sub modo*; hoc etiam dicit planum esse Dec. *consil.* 445. *col.* 8. Et an in casu, quo præscriberetur res feudalis, vel alias prohibita alienari, competeret actio contra eum, cujus negligentia fuit præscripta, vide gloss. notabilem *in cap. placuit*, 16. *quæst.* 3. in verbo *pertineant*, & Francisc. Balbum *in tract. præscript. fol.*

43. *col.* 2. Et cùm majoratus assimiletur in multis naturæ feudi, ut deducit Socin. *consil.* 47. *vol.* 3. *col.* 3. videtur ex his inferri, quòd non obstet præscriptio etiam longissima; in qua quæstione latè consului, & adducebam pro parte affirmativa, quòd præscriptio obstet, quia spatio triginta, vel quadraginta annorum omnis actio tollitur, & omnis agendi potestas, *cap. ad aures* 6. *in fin. de præscript.* ibi, *quia quadrigenalis præscriptio omnem prorsùs actionem excludit*, *L. omnes* 4. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. cap. volumus*, 16. *quæst.* 4. maximè stante titulo licèt invalido, quo casu & minus tempus sufficeret, & dato quòd sint res prohibitæ alienari, tamen etiam in his secundùm opinionem Bart. quem sequuntur multi Doct. *in L. filius familias*, §. *Divi*, *ff. de legat.* 1. procedit præscriptio; & licèt dictus titulus esset invalidus, tamen negari non potest, quin præstiterit possessoribus justam causam credendi, quòd justè id possiderent virtute dicti tituli; undè videtur, quòd talis titulus præstiterit causam præscribendi, & quòd concurrente tanto temporis lapsu, præstet securitatem: quia sic reperimus, quòd etiam in rebus prohibitis alienari, ut sunt res Ecclesiæ, titulus invalidus, etiam errore juris admixtus, cum quadragenaria præscriptione præstat securitatem, text. *in L.* 8. *tit.* 4. *Part.* 1. & tenuit Anton. *in cap. cura*, *de jure patron.* 3. *columm.* & Joan. de Imol. *in capit. de quarta*, *de præscript.* Paulus de Castro *in L. Celsus*, *ff. de usucap.* imò plùs dicebat, & singulariter Paulus de Castr. *in L. fin.* §. *sed quia nostra majestas*, *C. communia de legat. col. fin.* versic. *sed extra glos. oppono*, quòd & si præscribens rem subjectam restitutioni, & prohibitam alienari, habeat titulum à prohibito, quòd poterit præscribere spatio longissimi temporis: & ita intelligit, & limitat illum textum, quatenùs vult, quòd per alienantem non transferatur dominium, nec usucapiendi conditio, ut procedat de præscriptione longi temporis, in qua requiritur titulus, & talis titulus fingitur nullus, quando alienatur res subjecta restitutioni; secùs verò in præscriptione temporis longissimi, in qua non requiritur titulus; quæ dicit esse menti tenenda, & substantialia: & hanc opinionem Pauli secutus est Alexand. 3. *vol. consil.* 59. incipienti *attentis verbis testamenti*, Socinus referens istud *consil. alleg. consil.* 251. 2. *col.* Philippus Corneus *consil.* 38. 1. *vol. col.* 4. *& consil.* 304. 3. *vol.* & refert, & sequitur Franciscus Balbus *in suo tract. præscript. charta* 58. *col.* 2. Et præsertim videntur hæc procedere, si tractetur de præscribendo inter consanguineos, & collaterales descendentes à testatoribus; quo casu per plura fundamenta consuluit Socinus *consil.* 47. 3. *vol.* locum fore præscriptioni; quem refert etiam, & videtur sequi Joannes Cirier *in suo tract. primogenituræ*, 3. *lib. quæst. fin.* quorum fundamenta non refero, quia videri possunt: imò & plùs videbatur dicendum, quòd præscriptio perfecta in rebus restitutioni subjectis contra valentem agere, præjudicet eis, qui post illum vocantur etiam postea natis: quia si præscriptione perfecta erat dominium acquisitum, & extincta actio competens ad dicta bona, si semel fuit extincta, propter nativitatem, vel supervenientiam sequentis non reviviscit, *L. qui res* 98. §. *aream* 8. *ff. de solution.* & dominium legitimè translatum per præscriptionem, ut notatur *in authent. nisi tricennalis*, *C. de bonis maternis*, non retransfertur in sequentem vocatum, vel postea natum: quia quod nostrum est sine facto nostro à nobis avelli non potest, *ff. de regulis juris*, *id quod nostrum* 11. & per istam rationem hoc videtur voluisse Philippus Corneus 3. *vol. consil.* 304. *col. antepen. & pen.* dicens, videri durum, quòd si unus per triginta, 40. vel sexaginta annos possedit rem, ab aliquo sub conditione relictam alteri, & præscriptione interim quæsivit dominium, eveniente conditione dominium avocetur ab eo, qui præscripsit dominium; sicut & in simili dicit videri durum, quòd si quis stipulatus fuerit emphyteosim pro se, & filius, & nepotibus, illamque receperit, deindè alius dictam rem emphyteoticam per 30. vel 40. annos possederit bona fide, quòd decedente primo emphyteota, ejus filii, vel nepotes possint dictam rem ab eo avocare: & adducit alia, quæ videri possunt, & non est opus illa transcribere. Et comprobatur etiam hoc alio fundamento: nam sententia lata contra hæredem, seu tenentem rem restitutioni subjectam, nocet sequenti in gradu, ad quem res illa in posterum debebat devenire, ut notat Bart. *in L. in diem*, *ff. de aqua pluvia arcend.* pro quo est text. *in L.* 1. §. *pen. ff. de vent. inspic.* Gloss. *in L. de uno quoque*, *ff. de re jud.* & voluit Paul. de Cast. *in L. si eum hominem*, *ff. de fidejus.* ubi dicit, quòd in his quæ transeunt in filium ut filium, & non tanquàm in hæredem, omnia acta cum prædecessore præjudicant successori; & si hoc est in sententia, cur non idem in præscriptione, quia sicut sententia fuit introducta, ut sit litium finis, sic præscriptio, ut est text. & ibi Bart. facit hanc æquiparationem *in L. fin. ff. pro suo.* Item habemus hoc in feudo expressum, ut præscribatur tempore 30. annorum, ut *in cap. si quis per* 30. *si de feud. def. content. sit inter domin. & agnat.* Pro parte negativa adducebam, quòd ubi concurrit duplex prohibitio alienationis, à lege scilicèt & à testatore ratione injuncti fideicommissi, testator tacitè visus sit prohibere alienationem, ut formaliter declarat Glos. *in L. cum pater*, §. *libertis*, in verbo *ne alienaret*, *ff. de legat.* 2. & ex hac prohibitione hominis resultat, & concurrit cum ea prohibitio legis, secundùm quam res quæ restitutioni subjacent alienari non possunt, ut *in authent. res quæ*, *C. commun. de legat. L. fin.* §. *sed quia nostra*, *C. eod.* & notatur *in L. Marcellus* 3. §. *res quæ* 3. & *in L. Imperator* 50. *ff. ad Trebel.* & adhuc si esset prohibitio expressa testatoris, ne res istæ alienentur (cujus dispositio lex est, ut *in auth. de nuptiis*, §. *disponat*, *col.* 4.) videtur, quòd cùm à lege, & à testatore simpliciter, & absolutè prohibita sit alienatio, per consequens prohibetur præscriptio, ut est text. *in L. ubi lex* 24. cum Glos. *ff. de usucap.* & *in L. alienationis* 28. *ff. de verb. sign.* undè Bart. *in dicta L. ubi lex* notat, quòd ubicunquè à lege prohibetur alienatio, prohibetur etiam usucapio, subdens esse menti tenendum, quia quotidianum; & idem tenet expressiùs Joan. de Imol. *in L. filius familias*, §. *Divi*, *ff. de leg.* 1. in versic. *item adde*, ubi refert ibi Bart. tenentem contrarium ejus, quod tenuerat *in dicta L. ubi lex*, dicens, veriorem esse opinionem, quòd ubi res est prohibita alienari, non potest præscribi, & ibi respondit ad fundamenta Bart. de quibus *in dicto* §. *Divi*, eandem sententiam tenuit idem Imola latiùs, & meliùs, quàm alibi, *in dicta L. ubi lex*, & ad idem est *gloss. fin. in L. quemadmodum*, *C. de agricol. & censit. lib.* 11. quam ibi commendat Joannes de Plat. eandem opinionem tenet Angel. *in dicta L. ubi lex*, & ibi refert Jacobum de Ravena, & Cyn. *in L. fin. C. in quib. caus. in integr. rest. non est necess.* tenentes, quòd si prohibetur alienatio indistinctè, tunc prohibetur præscriptio; sed si non prohibetur simpliciter, sed demùm servatis certis solemnitatibus, ut est videre in re Ecclesiæ, vel minoris, & tunc non prohibetur præscriptio: hoc etiam tenet Bart. *in dicta L. fin.* quòd quando purè, & simpliciter alienatio est prohibita, tunc benè procedit illud dictum, quòd quæ non possunt alienari, non possunt præscribi: & idem tenet ibi Bald. *in* 2. *col.* versic. *item nota*, ubi ponit in hoc elegantia verba, quæ rogo videantur: & idem ibi tenet Paul. de Castr. & certè hæc videtur non solùm communis opinio, verùm nullus huic sententiæ videtur adversari. Ad hoc etiam induco text. *in L.* 2. *C. de usucap. pro empt.* ubi habetur, quòd si tutores vendiderunt servos, quos propter perfectæ artis peritiam testator jussit servari, non possunt usucapi; ubi Bald. notat, quòd hominis prohibitio impedit alienationem legalem. Præterea de hoc est textus formalis *in dicta L. fin.* §. *sin autem sub conditione* 3. *C. commun. de legat.* ibi: *Sin autem avaritiæ cupidine propter spem conditionis minimè implendæ ad venditionem, vel hypothecam prosiluerit, sciat, quòd conditione impleta ab initio causa in irritum devocetur, & sic intelligenda est quasi nec scripta, nec penitùs fuerit celebrata; ut nec usucapio, nec longi temporis præscriptio contra legatarium, vel fideicommissarium procedat*: & ex hac lege patet quantum erronea fuerit opinio Bart. & eum sequentium, *in dicto* §. *Divi*, ubi Bart. allegat istam legem, quòd res prohibita alienari possit præscribi, cùm hæc lex apertè dicat contrarium. Præterea & quod ista procedant, necdùm in præscriptione longi temporis, verùm etiam in præscriptione longissimi temporis, voluit Gloss. *in dicto* §. *sin autem sub conditione*, & est quædam glossella super parte *longi temporis*, quæ dicit, *ut infrà habes generaliter, & de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. L. cum notissimi*, §. *illud*, quæ glossa per allegationem *dicti* §. *illud* apertè vult, quòd nec obstet præscriptio longissimi temporis, cùm actio non sit nata sequenti fideicommissario ante diem fideicommissi cedentis; & idem voluerunt ibi Cyn. & Bald. ubi Bald. *in dicto* §. *sed quia nostra*, vers. *oppono, & videtur*, dicit hæc verba: Oppono, & videtur, quòd obstet exceptio 30. annorum, ut infrà de præscript. 30. annorum, *L. sicut*; nam si legatum est in diem certam, interim est nata actio ex testamento: solve: non est nata actio cum effectu; quare non obstat exceptio: & sic apertè tenet, quòd nec præscriptio 30. annorum obstet sequenti fideicommissario, cujus dies necdùm cessit: & dictam gloss. sic intellectam secutus fuit Paul. de Cast. 2. *vol.* *con-*

consil. 158. *ad fin.* ubi expressè tenet, quòd præscriptio temporis præcedentis, ante conditionis existentiam, non potest allegari contra fideicommissarium: quia non valenti agere non currit præscriptio ipso jure, *L. cum notissimi* 7. §. *illud* 4. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* & subdit Paul. de Cast. quòd ita intellexit glossella *illum* §. *sin autem avaritiæ*, dum allegat *illum* §. *illud*, assignando dictam rationem, & *L.* 1. §. *fin. de annal except.* Istud etiam voluit Bald. 3. *vol. consil. in consil.* 351. ubi formaliter ponit hæc verba: Item ad illud quod quæritur, quo tempore incipiat currere præscriptio fideicommissi, dicendum est, quod non incipit antequàm existat conditio fideicommissi, seu substitutionis fideicommissariæ, ut *C. de annal except. L.* 1. *in fine*, & *C. de præscript.* 30. *annor. L. cum notissimi*, §. *illud*, & *C. commun. de legat. L. fin.* §. *sin autem avaritiæ.* Hoc etiam judicio meo probat text. *in dicto* §. *sin autem*, ibi, dum dicit: *Omnis licentia pateat rem vendicare, & sibi assignare, nullo obstaculo ei à detentatoribus opponendo*; per quem textum videtur, quòd non possit opponi obstaculum præscriptionis, etiam longissimi temporis, cùm dicat universaliter *nullo obstaculo*, & ibi *omnis licentia*: & sic cùm ita universaliter loquatur, omnem præscriptionem excludit, *cap. solitæ* 6. *cum similibus*, *de major.* & *obedient.* & istud est, quod voluit dicta glossella, dum dicit, *ut habes infrà generaliter*, & sic innuit, quòd per dicta verba lex illa voluit excludere omnem præscriptionem; per quæ videtur de intentione illius legis fuisse tollere omnem præscriptionem, quo casu etiam quadragenaria tolli videtur: nec ad hoc obstat *L. omnes*, *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann.* quia illa lex non procedit, ubi præscriptio specialiter est prohibita, & ubi est provisum, quod nulla præscriptio obstet, ut declarant Bald. & Angel. *in L.* 1. *C. ne rei domin. vel templor.* & *in dicta L. omnes*, *col. fin.* & sequitur Joan. Franciscus Balb. *in dicto tract. præscript. charta* 60. *ad fin. pen. col.* & in terminis nostris, quod nec longissimi temporis præscriptio obstet impeditis agere, vel adhuc non natis, consuluit pro indubitabili Stephanus Bertrandus 1. *vol. consil.* 15. *col.* 9. & 10. & prædictis adde, quod habetur in text. & gloss. & ibi Andr. de Iser. *in* §. *quid ergo*, *de invest. de re alien. facta.* Præterea dato, quòd diceretur, quòd in his bonis haberet locum præscriptio, intelligendum tamen esset in præjudicium illius qui contra se passus est præscribi, quo mortuo, sequens vocatus possit agere: pro quo facit text. *in L. peto* 69. §. *fratre* 3. *ff. de legat.* 2. ibi: *Nec tamen ideò sequentium causa propter superiores in posterum lædi debet*; & sic apertè vult, quod negligentia anterioris agnati non noceat sequentibus: facit etiam text. *in cap.* 1. §. *rei autem*, *de invest. de re alie. facta*, ubi habetur apertè, quod vassallus dolo, vel culpa, seu negligentia potest sibi præjudicare: si tamen postea feudum aperiatur domino, liberè debet ad ipsum reverti, non obstante lapsu cujuscunque temporis; & Gloss. ibi expressè in verbo *longa tempora* dicit formaliter, idem dicendum de tempore longissimo, maximè hodie: quia alienatio videtur prohibita, & hic est unus alienationis modus; undè nulla obstabit præscriptio, & sic illa glos. apertissimè decidit casum nostrum. Hoc etiam comprobatur ex verbis Bald. *in dicto* §. *quid ergo*, ubi formaliter notat, quòd cujus non nocet pactio, ejus non nocet contra se lapsa præscriptio; quod etiam dicit tenendum menti: & ante Bald. tenuit ibidem And. de Iser. per plures rationes, & fundamenta, dicens, quòd si feudum sit antiquum, quod provenit ex providentia antecessorum, præscriptio contra patrem non noceat filio; & ibi notabiliter hæc tractat, ut videri potest per eum adducentem plura: idem, & pulchrè tenuit idem Andr. de Iser. *in cap.* 1. §. *præterea ducatus*, *de prohib. feud. alien. per Freder*, *in prima additione*, *in fine*, cujus verba brevitatis causa non refero; & idem tenet Præpos. *in allegato* §. *quid ergo*, & est consonum rationi, & æquitati: & hoc multùm benè confirmatur ex doctrina Rapha. Fulgos. *in L. quotiens*, *C. de fideicommis.* ubi dicit, quòd, etsi fiat alienatio rei prohibitæ alienari in favorem agnatorum, consentientibus agnatis tunc viventibus, quòd talis alienatio non obstabit, quin agnati postea nati possent illam revocare: movetur per text. cum Gloss. *in dicta L. peto*, §. *fratre*, & refert, & sequitur Jaso *in dicta L. quotiens*, dicens perpetuò esse notandum; & judicio meo pro isto dicto est bona glos. *in dicto* §. *fratre*, in vers. *supersit*, ubi subjungit *nec superesse speratur*; quod dictum est in se verissimum, & ex eo destruitur alia ratio, per quam Bart. & alii Doct. qui in hoc cum eo tenent *in dicto* §. *Divi*, rem prohibitam alienari posse præscribi, dicentes, quòd cùm posset de consensu illorum, in quorum favore facta fuit prohibitio, alienari, ergò & præscribi, cùm illa patientia habeatur loco consensus; nam certum est, quòd ratio ista deficit, ubi res perpetuò esset prohibita alienari favore descendentium, vel aliàs, quia nasciturі non consentiunt, & sic dicta ratio in his terminis non procedit: non enim potest plùs operari præscriptio, quàm verus titulus cum voluntate domini tradentis, Bald. *in L. nullo*, *C. de rei vend.* & benè facit ad prædicta, quod notat Paul. de Castr. *in L. facta*, §. *si quis bonorum*, *ff. ad Trebell.* ubi dicit, quòd negligentia hæredis in non insinuando testamentum infra tempus præfixum à statuto, non nocet fideicommissario; & notat, & infert hoc ex illo textu, ubi negligentia hæredis in non petendo bonorum possessionem infra tempus debitum, non nocet fideicommissario: & idem tenuit Jacob. Alvarotus *in cap.* 1. §. *hoc quoque*, *col. fin. de succes. feud.* ubi dicit, quòd si vassallus non potest alienare in præjudicium aliorum agnatorum, qui successivè debent succedere, pariter, si patitur quòd contra eum currat præscriptio, non nocet aliis successivè venientibus: quia præscriptio videtur alienatio, *L. alienationis verbum* 28. *ff. de verb. signif.* & ideò dicit, quòd non obstante præscriptione, datur utilis rei vendicatio agnatis, successivè venientibus, arg. *LL.* 2. & 3. *C. de donat. quæ sub modo*: & id dicit confirmari, quia inter ipsos agnatos feudum videtur subjectum restitutioni; undè dicendum est sicut de rebus subjectis restitutioni per fideicommissum, *L. fin.* §. *sed quia*, *C. commun. de legat.* & hoc idem comprobatur, quia non valenti agere, non currit præscriptio, *L.* 1. §. *fin. C. de annal. except. L.* 1. *C. de bon. matern.* cùm ergò fideicommissarius non possit agere, vivente eo qui tenet bona subjecta restitutioni, de præsenti contra illum præscriptio procedere non potuit: & ita etiam tenet Philippus Decius dicens, hoc esse planum de jure, *consil.* 445. *col.* 8. & certè nullus Doct. contrarium dicit. Præterea si benè consideretur, judicio meo, attenta dispositione legum Regni, hoc minus habet dubii: nam per *L.* 7. *tit.* 4. *Part.* 5. disponitur, quòd si donatio fiat uni ad certum tempus, & quòd postea habeat alius, & sic successivè, post mortem primi donatarii proprietas, & possessio rei donatæ transit sine alia apprehensione in sequentem donatarium: & idem, & ampliùs hoc patet per *L.* 45. *in Ordin. Taurin.* ubi quòd in rebus majoriæ, mortuo eo qui de præsenti tenebat, possessio civilis, & naturalis sine alio apprehensionis actu transit in sequentem in gradu, qui vocatur ad majoriam, secundùm ejus tenorem, & dispositionem, licèt alius in vita illius, qui primò tenebat, vel eo mortuo, acceperit possessionem bonorum majoriæ: & non est dubium, quin hoc posset fieri per legem vel consuetudinem, ut est casus *in L. raptores* 54. *C. de Episcop. & cler.* & ibi hoc notat Bart. & Angel. *in L. qui universas*, §. 1. *ff. de acquir. poss.* quam possessionem Bald. appellat civilissimam *in rubr. de content. inter me*, & *domin.* & *in L. fin. C. de sacrosanct. eccles.* & tradit Alexand. *in L.* 1. *in princ. col.* 15. & 16. *de acquir. posses.* Cùm igitur intrans de facto res subjectas restitutioni, quæ ex tenore majoriæ, donationis, vel prælegati (quod etiam est donatio à defuncto relicta, ut *instit. de legat. in princ.*) debent post unum devenire ad alium, non habeat possessionem naturalem, nec civilem, quæ causat præscriptionem, & sine qua non præscribitur, ut notat Gloss. Bart. & Doct. *in dicta L.* 3. §. *ex contrario*, *ff. de acquir. posses.* & *in L.* 1. *C. de serv. fugit.* nullo modo poterit præscribere, cùm sine possessione præscriptio non procedat, *reg. sine possessione* 3. *de reg. jur. in* 6. *L. sine possessione* 25. *ff. de usucap.* & si sola possessio civilis, etiam stante apud alium naturali, impedit præscriptionem, juxta notata per Gloss. & Doctor. *in dicta L.* 1. *C. de servis fugit.* quanto magis, ubi necdùm civilis, verùm etiam naturalis residet penes vocatum ad donationem, seu majoriam, per dictas leges Regni. Nec obstat, si quis diceret, quòd prædicta procederent in præscriptione longi temporis; sed in præscriptione temporis longissimi non procederent: quia talis longissima præscriptio sine possessione videtur procedere; quia non præscribitur res, sed contra actionem, prout voluit Bald. *in dicta L.* 1. *C. de servis fugit.* & ibi declarat Paul. de Castr. & Jas. nam respondetur, quòd dato, quòd contra rei vendicationem tempore longissimo præscriberetur, secundùm opinionem prædictorum; non tamen per hoc præscribens acquireret dominium utile, nec directum, ut declarat ibi Paul. de Cast. & suadet viva ratio: quia dominium non posset præscriptione acquiri sine possessione, & hoc dato habemus intentum: quia cùm sequens successor non reperiat dominium rei præscriptum, competit sibi nova utilis rei vendicatio per *L. quotiens* 3. *C. de donat. quæ sub modo*, decla-

clarat Jacob. Alvarotus *in dicto cap.* 1. §. *hoc quoque*, *de succes. feud.* contra quam non potuit præscribi, antequàm nasceretur, *dict. L. cum notissimi*, §. *illud*, & hæc est subtilis, & elegans consideratio. Sed iterùm posset instari ex adverso, quòd præscriptione longissimi temporis possidens bona fide acquirit, necdùm exceptionem, verùm etiam utile dominium rei, ut est casus *in L. si quis emptionis* 8. §. 1. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* undè videtur, quòd possessores præscribentes acquisierint utile dominium: sed responderi potest, quòd *dicta L. si quis emptionis*, §. 1. loquitur, & procedit, quando erat possessio rei penes bonæ fidei possessorem, quæ hìc non erat ex dispositione dictarum legum Regni. Quòd si dicatur, quòd ex longa oblivione illa possessio, quam dictæ leges Regni transferunt in sequentem in gradu, fuit perdita, & ea amissa per longi temporis oblivionem, possidens naturaliter potuit præscribere, ut communiter Bart. & cæteri Doct. declarant *in dicta L.* 1. *C. de servis fugit.* cùm civilis possessio, quæ animo retinetur, perdatur per oblivionem, & ex longo tempore causatur oblivio, *L. si id quod* 25. *in princ. ff. de acquir. pos.* & notat Gloss. *in L. si de eo*, §. 1. ubi Doct. *ff. eod. tit.* & *in L. furtum*, §. 1. *ff. de usucap.* & in plerisque aliis locis Doct. sed responderi potest, quòd in ista possessione civilissima, quæ à lege transfertur in vocatos ad majoriam, & eorum favore, non sit consideranda talis oblivio: & quòd sicut tradendo realem possessionem non præjudicaretur sequenti vocato, ut patet *in dicta L. Tauri*, sic à fortiori nec negligendo per oblivionem. Accedat etiam in corroborationem prædictorum notabilis decisio Joan. And. *in addition. ad Specul. in rubr. de feud. col.* 1. versic. 28. *q.* ubi dicit, quòd si vassallus alienavit rem feudalem ignorante directo domino, quòd licèt ille, in quem alienavit, possit per 30. annos præscribere in præjudicium vassalli, non tamen in præjudicium directi domini: quia cùm directus dominus retineat civilem possessionem in re feudali, interim alius non potest inchoare præscriptionem, & allegat Gloss. *in dicta L.* 1. *C. de servis fugit.* ubi Angel. & Fulgos. sequuntur doctrinam Joan. And. Nec ad hoc obstat, si diceretur, quod dictæ LL. Regni loquentes de continuatione possessionis procedant, nisi mortuo defuncto, vel eo vivo, possessio ab alio fuerit apprehensa, prout est casus noster; nam talis actualis apprehensio impediret dictam fictam continuationem, juxta *L. Pomponius* 13. §. *quæsitum* 4. ubi hoc in terminis dicit Rapha. Cuman. *ff. de acquir. posses.* & refert Alexand. licèt non firmet, *in L. cum hæredes*, *in princ. ff. eod. tit.* & firmat *consil.* 83. *vol.* 2. pro quo est gloss. valdè notabil. *in L. cum miles*, *in princ. in gloss. mag. ad finem*, *ff. ex quib. caus. maj.* nam respondeo, quod hæc objectio, quæ fieri posset, fuit sublata per *dict. L. Tauri*, ubi expressè disponitur, quòd talis continuatio possessionis non impediatur ex actuali possessione alterius, & sic illa pulchra lex hoc induxit: ad doctrinam Bart. *in dicto* §. *Divi* respondetur, quia, ut dixi, duo fundamenta, per quæ Bart. se fundat, potiùs faciunt contra eum, ut superiùs deduxi, & ipse Bart. in aliis locis tenuit contrarium; & opinio contra Bart. *in dicto* §. *Divi* est magis communis, prout adducit, & affirmat Philip. Corneus 3. *vol. consil.* 294. *col. pen. & fin.* Imò, & si benè inspiciatur dictum Bart. *in dicto* §. *Divi*, & Doct. tenentium cum eo, ex ratione quam assignat Bart. apertè colligitur in quæst. præsenti, nullum fore locum præscriptioni: nam ratio Bart. est quòd ex eo, quòd in præscriptione videtur inesse consensus tacitus eorum contra quos præscriptio fit, sicut consentientibus expressè illis, quorum favore facta fuit prohibitio alienationis, posset alienari, ut *in L. quotiens*, *C. de fideicommis.* sic & præscribi: patet ergò esse de intentione Bart. à ratione cessante, quòd si aliquis de vocatis ad fideicommissum non consentiret alienationi tacitæ, vel expressæ, quòd contra illum non posset præscribi; & dato quòd illa opinio Bart. foret vera, intentio Bart. est dicere, quòd ille qui poterat agere ad rem subjectam restitutioni, si passus fuit contra se præscribi, non agat; qui verò non erat paratus, vel non poterat agere, quomodò videatur consentire, non video. Similiter, nec obstat opinio Paul. de Castr. *in dicto* §. *sed quia nostra*, tum quia, ut dixi, per illum textum videtur confundi ejus opinio; tum etiam, quia Paul. de Castr. non dicit, quòd si per 30. annos sit præscriptum contra fideicommissarium, cujus dies cessit, quòd per hoc excludatur sequens in gradu vocatus ad fideicommissum: nam quòd sequens in gradu excluderetur, non dicit, nec fuit de ejus intentione, & in hoc ipse dixerat contrarium, prout dixit *in consilio præallegato* 158. *vol.* 2. Præterea Paul. de Castr. loquitur in re subjecta restitutioni per viam fideicommissi, & ubi non est expressa prohibitio testatoris de non alienando, prout fuit in nostro casu, in quo est diversa ratio: quia fortioris potentiæ est prohibitio expressa testatoris, quàm tacita; quod patet, quia quando testator expressè prohibet alienationem, totaliter impeditur dominii translatio; secùs verò si tacitè, Gloss. singul. *in L. cum pater*, §. *libertis*, in parte *nec alienaret*, *ff. de legat.* 2. quam gloss. commendat Bald. *in cap.* 1. *de prohib. feud. alienat. per Lothar. ad fin.* Accedat quod singulariter dicit Bald. *in* §. *donare*, *qualiter feud. alien. possit*, ubi dicit, quòd *authent. res quæ*, *C. commun. de legat.* non habet locum, ubi est expressa prohibitio testatoris, quòd non alienetur, & solùm procedit in casu proprio: & induco etiam ad prædicta Bald. *in cap. præterea*, *de cap. Corrad.* ubi Gloss. tenet, quòd licèt vassallus non possit alteri feudum vendere, potest tamen infeudare: quærit ibi Bald. quid si sit appositum pactum expressum de non alienando, an tunc possit infeudari; & respondit, quòd non, assignans rationem, ut pactum aliquid operetur; & quia quando prohibitio nova adjicitur prohibitioni veteri, debet ampliare; quod est notandum ad propositum: confert etiam quod adducit Socinus referendo Paul. de Castr. *in consil.* 163. *pen. col. vol.* 2. ubi facit differentiam inter clausulam derogatoriam ex dispositione legis in testamento inter liberos, ab illa quæ specialiter, & expressè ponitur per testatorem in testamento: & possent in simili adduci alia multa, quæ omitto. Non obstant etiam inconvenientia illa quæ adduxi, & deducit Corneus *in dicto consil.* 304. quòd dominium jam radicatum convolet, adveniente die, vel conditione, in sequentem in gradu, contra *regul. id quod nostrum*; quia negatur ejus assumptum, quòd præscribens acquisierit sibi dominium rei prohibitæ alienari, prout deduxi superiùs in fundamentis pro ista ultima parte; & benè potest stare, quòd præscribatur actio contra negligentem, & tamen non acquiratur dominium præscribenti in præjudicium sequentium, quibus adhuc non cessit dies: & ista est intentio Doctor. communiter dicentium, quòd præscriptio in re feudali, vel quæ aliàs ex dispositione testatoris debet ordine successivo venire ad agnatos, vel cognatos, non nocet sequenti in gradu, de quorum mente est supponere, quòd dominium rei non sit acquisitum, ut cesset dictum inconveniens; & benè potest stare, quòd quis acquirat præscriptione jus excipiendi contra actionem, & non dominium rei, ut *in L. si quis emptionis*, §. 1. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* & constat quòd de intentione Doct. sit, quòd nec præscriptio 30. annorum noceat sequenti, cui dies adhuc non cessit, cùm loquantur in feudo, in quo minor præscriptio non currit, ut *in dicto* §. *si quis per* 30. Et quòd de intentione Paul. de Castr. sit loqui respectu illius cui dies cessit, & non aliorum, patet ex ejus dictis *in dicto* §. *sed quia nostra*, cùm dicit, quòd in præscriptione longi temporis, etiam posteaquàm dies cessit, non nocebit fideicommissario, licèt secùs esset in præscriptione longissimi temporis: & sic loquitur tantùm respectu illius cui dies cessit, & in aliis vult non nocere, cùm superiùs dicat, dando rationem cur pendente conditione non procedat præscriptio, dicens esse ex eo, quia fideicommissarius adhuc agere non potest, & non valenti agere non currit præscriptio. Præterea non reputatur à lege inconveniens, quòd dominium rei prohibitæ alienari sit, pendente conditione, & antequàm cedat dies fideicommissi, apud illum in quem gravatus alienavit, & quòd istud expiret, & dominium convolet in fideicommissarium, adveniente die fideicommissi, ut *in L. servo legato* 69. §. 1. *ff. de legat.* 1. & *L. si fundum* 105. *ff. de cond. & demonst.* & nil mirum, quòd sit idem in alienatione per præscriptionem, quod in alienatione per contractum, cùm præscriptio fundetur in negligentia, & tacito consensu illius contra quem præscribitur, ut notat Bart. *in dicto* §. *Divi*, & non est amplioris potentiæ præscriptio in hoc casu, quàm verus titulus cum voluntate tradentis, Bald. *in L. nullo*, *C. de rei vind.* & cujus non noceret alienatio, nec contra eum lapsa præscriptio, ut suprà deduxi, & est communis sententia Doct. & procederent hæc præsertim, cùm omnes possessores prætendant titulum à gravato, quem comprehendit, & ligare potest prohibitio testatoris, qui sicut non potuit alienare, sic nec tranferre usucapiendi, vel præscribendi conditionem, *L.* 2. & quod ibi notat Bald. *de usuc. pro empt.* Et per hæc tolluntur responsiones fragiles, quas adduxit Corneus *in dict. consil. ad dict. L. servo legato*, & *L. si fundum*, quòd præscriptio 30. vel 40. annorum perfectionem, & complementum acceperit: nam

se estado otro alguno tenedor del. Otrosi dezimos, que si el fijo varon, que dexasse el vassallo que tuuiesse feudo del Señor, estouiesse año, e dia (4) despues de la muerte de su padre, que non viniesse ante el Señor que diera el feudo a su padre, a fazer pleyto, e omenaje, de guardarle lealtad por aquel feudo, e de fazerle seruicio por el, en la manera que su padre era tenudo de lo fazer, quan-

nam certum est, quòd ad hoc ut rationes adductæ per Corneum *in dicto consil.* aliquatenùs possent facere, esset necesse, quòd in personam unius, in quem cessit dies fideicommissi, tota præscriptio 30. seu 40. annorum compleatur, ut sic dominiò acquisito, prout ipse vult, non convolaret in alium; & non sufficeret, quòd in personis plurium successivè vocatorum ad fideicommissum compleretur, prout ipsemet Corneus tenet pro constanti *in dicto consil.* 304. *col. pen.* cùm dicit: Sin autem ante finitam longi temporis præscriptionem cessisset dies fideicommissi, & fideicommissarius consecutus fuisset dominium rei relictæ, & consequentèr oporteret, quòd possessor niteretur præscriptione adversus jus quæsitum ipsi fideicommissario; tunc ratio viva suaderet, quòd tempus antea lapsum non obstaret ipsi fideicommissario, & actioni suæ, licèt postea compleretur tempus, quod restabat ad præscriptionem complendam: tunc enim militat ratio *dicti* §. *illud, & reg. supra dicta*, & maximè Bald. qui ibi in lectura nova facit mentionem de præscriptione longissimi temporis, sentiens, quòd in casu *illius* §. præscriptio longissimi temporis non obstet fideicommissario conditionali, per *reg. dicti* §. *illud.* Hæc sunt verba sua, per quæ apertè vult, quòd prædixi: & hæc apertiùs procedent, stante dict. dispositione legum Regni, quibus cavetur, ut immediatè, & ipso jure possessio transeat in sequentem vocatum: nam & tunc alia ratione nova præscriptione, & integra opus est: cùm fiat interruptio per amissionem possessionis, *L. naturaliter* 5. *ff. de usucap. L. pen. tit.* 29. *Part.* 3. & solus defectus, sive amissio possessionis hoc operatur, cùm possessio civilis sit quæ causat præscriptionem, ut notat Gloss. & communiter Doct. *in dicta L.* 3. §. *ex contrario*, *ff. de acquir. posses.* & *in dicta L.* 1. *C. de serv. fugit.* itaque, cùm per adventum diei, quo cedit dies fideicommissi, seu majoriæ, præscriptio cœpta interrumpatur, de toto tempore præterito non curatur; sed opus est de novo, & ex integro præscriptionem inchoare, ut est text. *in dicta L. pen. tit.* 29. *Part.* 3. & *in L. si ædes*, §. *libertas*, & ibi notat Bald. *ff. de servit. urban. prædior.* Abb. *in cap. cum non liceat*, & *in cap. illud*, *de præscript.* Nec obstat similiter, quod adductum fuit de sententia, quòd lata super re alienari prohibita contra ipsum prohibitum, quòd noceat ei, in quem res debeat venire ex fideicommisso; nam contrarium tenet Bart. *in dicta L. filiusfamilias*, §. *Divi*: & licèt aliqui teneant contra Bart. ut Ang. Imola, & Alex. ibi, & Felin. *in cap. quamvis*, *col. pen. de re jud.* tamen in quæstione nostra indubitanter videtur verior, & communior opinio Bart. cùm succedentes in majoria non succedant jure hæreditario, sed ex propria persona successivè; sicut habemus expressum in agnatis, qui ex propria persona successivè veniunt in feudo antiquo, quòd sententia lata contra unum, non nocet aliis agnatis, ut concludit And. de Iser. *in cap.* 1. §. *si vasallus*, *si de feud. fuer. contr. inter domin. & agnat.* & idem tenet ibi Jaco. Alvarot. & Felin. *in cap. fin. col.* 2. *de major. & obed.* & sequitur Philip. Deci. *dicto consil.* 445. *col.* 6. ubi dicit, esse communem opinionem, & ibi alia adducit, quæ referre non curo. Præterea Imola, & Doctor. volentes (contra Bar. *in dicto* §. *Divi*) quòd sententia noceat fideicommissario, limitant ita tamen, quòd fideicommissarius poterit pro suo interesse à tali sententia appellare, quando sententia erit sibi notificata; nec curret sibi tempus ad appellandum, antequam sit certificatus de tenore sententiæ, ut dicit Alex. *in dicto* §. *Divi*, *col.* 4. & Felin. *in dicto cap. quamvis*, *col. pen.* & sic in effectu omnes concordant, quòd sententia sibi non præjudicet, ex quo non transit in rem judicatam contra ipsum. Præterea, in sententia est multùm diversa ratio, quàm in præscriptione: cùm judicium reddatur in invitum, & non est quid imputetur ei, contra quem lata est; quod cessat in præscriptione, in qua adest ejus incuria, & negligentia, quæ non debet præjudicare sequenti, qui ad fideicommissum vocatus est: & habemus expressum, quòd ei non præjudicet, prout superiùs latè deduxi. Similiter non obstat consil. Socini, quod adducebam, quòd inter collaterales posset præscribi majoratus, etiam contra ejus constitutionem: nam ut suprà dixi, contrarium videtur verius de jure, & quia Socinus non dicit, quòd talis præscriptio noceat sequentibus vocatis ad majoriam, quibus dies adhuc non cessit, nec etiam loquitur Socinus, quando præscribentes haberent causam à prohibito, prout est in casu nostro, in quo nulla est dubitatio, quòd tali casu non habeat locum præscriptio: prætereà loquitur Socinus in juribus primogenituræ, & ubi non est prohibitio alienationis, & per consequens præscriptionis; quod patet ex fundamento, cùm dicit, quòd jus primogenituræ potest donari, & vendi, & per consequens præscribi: & sic loquitur in casu, in quo alienatio non est prohibita: prætereà fundat se in doctrina Bart. *in dict.* §. *Divi*, contra quem, ut dixi, est communis opinio. Nec etiam obstat ultimum, quod adducebatur de præscriptione feudi: quia sublatum est per prædicta, cùm communis sit sententia, quòd non noceat agnatis successivè vocatis ad feudum. Pro resolutione hujus quæstionis videtur, quòd distinguendi sint aliqui casus. Primus, quando is, contra quem præscribitur, qui vocatus erat ad majoriam, non erat impeditus agere impedimento juris; veluti, quia ultra prohibitionem legis prohibentis alienationem rei subjectæ restitutioni, concurrebat etiam prohibitio hominis de non alienando: quo casu in re alienata per possessorem, statim, ejus morte non spectata, admittuntur ad revocationem alienationis, & ad petendum rem alienatam, sequentes post eum vocati; ita quòd fideicommissa quæ prius erant conditionalia, quia vocabantur post mortem possessoris, efficiuntur pura, ut statim agatur, ut est text. *in L. cum pater* 77. §. *libertis* 27. *ff. de legat.* 2. tradit Paul. *in L. peto*, §. *fratre*, *eod. tit.* & *in dicta L. filiusfamilias*, §. *Divi*, *col.* 2. *ff. de legat.* 1. & sic isto casu præscribi possit contra talem vocatum, non impeditum agere, non præscriptione longi temporis, sed præscriptione longissimi temporis: & ita procedunt, quæ dicta sunt ex dictis Paul. de Castr. *in dicto* §. *sed quia nostra majestas*, & in hoc omnes Doct. videntur convenire. Sit secundus casus, quando sequens vocatus non poterat statim agere; sed de necessitate tenebatur sperare mortem primi ante eum vocati: & tunc sine dubio videtur, quòd non possit præscribi contra eum, ex quo impeditus est agere, *L. Atillicinus*, *ff. de servit. urban. præd. d. L.* 1. *C. de annal. except.* quia cùm præscriptio inducta sit in odium negligentis, ut habetur *in dicta L.* 1. & huic non possit negligentia imputari, ex quo est impeditus agere; meritò non potest contra eum præscribi, & in hoc similiter omnes Doctores convenire videntur. Sit tertius casus, quando præscribens non habet titulum à prohibitis alienare, sed ab alio: quo casu Bald. *in L.* 2. *C. de usucap. pro empt.* voluit, quòd tunc præscribatur contra sequentem vocatum, cùm non habeat causam à prohibito; quod dictum mihi est valdè dubium, quia Bal. in hoc loquitur sine lege, & quia Bal. non loquitur apertè in rebus subjectis restitutioni, sed in rebus prohibitis alienari, ut constat ex suo fundamento, & novissimè perpendit Rodericus Suarez in suis allegationibus, *allegat.* 3. undè adhuc crederem, quòd idem esset, & si haberet titulum à tertio, sicut si à prohibito, quoad respectum præscribendi contra sequentes vocatos ad majoriam. Sit quartus casus, an dato quòd præscriptio inchoaretur, & finiretur contra sequentem priori loco vocatum, & esset præscriptio longissimi temporis, utrùm talis præscriptio noceret sequentibus vocatis ad majoriam, natis forsitan, vel non natis: & in hoc, ut dixi, Philippus Corneus consuluit, quòd omnibus præjudicet, per prædicta fundamenta, quibus jam est responsum: & iste casus est magis dubius; sed in puncto juris crederem, talem præscriptionem aliis posteriùs vocatis non nocere, & quòd veniente die suæ vocationis agere possint per superiùs deducta; super quo tu latius cogita, quia pro nunc non video rationem sufficientem, quæ inclinare me possit in contrariam sententiam. Sit quintus casus, quando præscriptio esset de tempore immemoriali: & isto casu crederem, præscriptionem omnibus vocatis præjudicare, ex quo talis præscriptio habet vim tituli, & privilegii, *L. hoc jure* 3. §. *ductus aquæ* 4. *ff. de aqua quot. & æstiv. cap. super quibusdam* 26. §. *prætereà*, *de verb. sign.* & voluit Roderic. Suarez *dict.* 3. *alleg.*

(4) *Año. e dia.* Adde *cap. prim. in princ. quæ fuit prima caus. benef. amit.* & procedit non solùm in masculo

quando era biuo; que pierde porende el feudo, fueras ende, si fuesse menor de catorze años (5), ca estonce non lo pierde. Esso mismo dezimos que deue fazer el vassallo, o el su fijo, al heredero del Señor (6), despues que fuer muerto su Señor.

LEY XI.

Quien deuen ser Juezes, entre el Señor, e el Vassallo, quando contienda han entre si por razon del Feudo.

Contienda acaesciendo entre el Señor, e el vassallo sobre el feudo; diziendo el Señor (1), que auia fecho el vassallo por que lo deue perder, e el otro dixesse, que non era assi, e que le queria complir de derecho; estonce tal pleyto como este, o otro semejante del, non deue ser librado por el Señor: ante dezimos, que si el Señor ouiere otros vassallos (2) que tengan feudo del, deuen el Señor e el vassallo, tomar vno, o dos dellos (3), en que acordassen amos, que lo oyan, e lo libren; e desque ellos assi escogieren, e les dieren poder de lo librar, deue cada vno dellos auer por firme, e estar por lo que ellos juzgaren (4). Mas las otras contiendas, que acaescieren entre los vassallos sobre los feudos que tuuieren de vn Señor, el los deue oyr, e librar (5). E si la contienda fuere entre el vassallo, e otro ome estraño, estonce el Juez ordinario (6), que oye todos los pleytos, lo deue librar, maguer aquello sobre que han la contienda, sea del feudo. Esso mismo seria, si la contienda fuesse entre vassallos de dos Señores. E lo que diximos en este Titulo, de los vassallos que tienen

lo, verùm etiam in fœmina, secundùm Bald. *in §. prætereà, si quis feudatarius, de prohib. feud. alien. per Freder.* & procedit etiam si antecessor fecisset juramentum fidelitatis pro se, & successoribus suis, secundùm Joannem Andræam *in cap. veritatis, de jurejur.* & communiter Doctores Canonistæ, licèt contrarium tenet Bald. *in L. unica*, versic. *excepto, C. de caduc. tollend.* Et non currit iste annus, & dies, nisi a tempore quo filius se immiscuit hæreditati paternæ, *capit.* 1. *in princ.* & ibi Bald. *de capit. Corrad.* & quid si post istud tempus dominus vassallum recipiat, vide Glos. *in cap.* 1. *quo tempore miles.*

(5) *Catorze años. Capit.* 1. *§. prætereà si quis infeudatus, de prohib. feud. alien. per Freder.*

(6) *Al heredero del Señor.* Adde *capit. prim. quo temp. miles*, ubi text. limitat, nisi justa causa impediat, vel justa absentia: & adverte, quòd licèt vassallus perderet feudum propter non petitam investituram infra annum & diem, non tamen hoc noceret ejus filiis, vel cæteris agnatis, quando feudum esset paternum, ut tenet Andræas de Iser. *in dicto cap.* 1. Alvarotus *in dicto cap.* 1. *decima nona conclusione, quæ fuit prima causa benefic. amit.* quæ opinio est tenenda, licèt Bald. post Odofred. voluisse videtur contrarium *in cap.* 1. *si vassal. feud. priv.* secundùm Socin. *consil.* 66. *col.* 4. 3. *vol.* ubi vide per eum ad materiam hujus legis in secundo dubio: & quid si juramentum fidelitatis fuit præstitum defuncto pro se, & successoribus suis? Vide quæ dixi suprà in glos. super verbo *año, e dia*; & vide per Alexandr. *consil.* 79. 1. *vol. col. fin.*

LEX XI.

Controversia feudi inter dominum, & vassallum debet cognosci per Pares Curiæ ab eis electos: inter duos autem vassallos debet cognosci per eorum dominum: si verò inter vassallum, & extraneum, per judicem ordinarium est talis causa dirimenda. Hoc dicit.

(1) *Diziendo el señor.* Idem si controversia sit super investitura, vel super violentia facta per dominum vassallo in feudo, secundùm Innoc. *in cap. cæterum, de judic.* Bald. *in dicto §. prætereà* el *fin. de prohib. feud. alien. per Freder.* vel si vassallus dicat se vassallum, & dominus neget, ut *in cap.* 1. *de controv. inter vassal. & episc. de benef.*

(2) *Otros vassallos.* Isti dicuntur Pares Curiæ, ut *in cap.* 1. & ibi Bald. *si de invest. inter dom. & vassal. lis oriatur*, & debent præstitisse juramentum fidelitatis, ut possent dici Pares Curiæ, & cognoscere de causa feudali, Bald. *in L. summa rerum, col.* 5. *ff. de rer. divis.* & dicit Socinus *consil.* 12. 1. *vol.* quòd in Regno Franciæ viget ista consuetudo Parium, & dicit Bald. quòd sunt quatuor Curiæ in feudis: vide eum *in cap. unico, an apud judic. vel cur. domin.* Et quid si dominus non habeat alios vassallos, & sic deficiunt Pares Curiæ? Dic, quòd tunc cognoscet judex ordinarius; & idem, si Pares Curiæ essent necessariò producendi in testes, ut tradit Franc. de Aret. *in cap. cæterum, col. pen. de judic.* & Francisc. Curt. *in suo tract. feudal.* 7. *part. ad fin.* & fortè hodie de consuetudine Regni de omnibus istis causis feudalibus cognoscetur in Regalibus Auditoriis, cùm videamus de omnibus causis ibi cognosci, & non sit in usu recurrere ad istos judices feudales; pro quo vide quod notat Bald. *in dicto cap. imperialem, §. præterea si inter duos, de prohib. feud. alien. per Fred.* Abb. *in cap. novit, col.* 3. *de judic.*

(3) *Uno, o dos dellos.* Adde *cap. imperialem, §. præterea si inter duos, de prohib. feud. alien. per Fred.* & ibi Glos. notabilis, & ibi vide etiam per Bald. an isti Pares debeant esse de eadem provincia: adde eundem in versic. *si qua controversia, de pace Constant.* Et nota, quòd etsi vassallus sit clericus, Pares Curiæ possunt esse judices, secundùm Bald. *in cap.* 1. *de controv. feud. apud pares termin.* & etiam licèt Pares sint minores ipsis litigatoribus, secundùm Bald. *in proœm. Decretal.* & sequitur Felin. *in cap. cæterum, de judic.* Quid tamen si pares curiæ nollent, vel non auderent cognoscere, vel aliàs essent domino nimis favorabiles, vide Andr. de Iser. & Bald. *in dicto §. pen.* Bald. *in cap.* 1. *an apud judicem, vel curiam domi.* Et quid si non agatur de feudo jam constituto, sed de constituendo de novo, vide Abb. *in dicto cap. cæterum*: & an isti possint in casu reconventionis super re non feudali cognoscere, vide Bald. *in cap.* 1. *de controv. feud. apud pares term.* & *in dict. §. prætereà*: & quid si agatur possessorio super feudo, vide Glos. *in dict. cap. cæterum*, & per Bald. *in cap.* 1. *apud quos controv. feud. debet decid.*

(4) *E estar por lo que ellos juzgaren.* Ad quem autem appelletur in causis feudalibus, vide per Inn. & Joan. Andr. *in dicto cap. cæterum*; non possunt tamen isti Pares dominum bannire, ut dicit Bald. *de milite vassal. qui contumax est, col.* 3.

(5) *El los deue oyr, e librar.* Adde *dict. cap. Imperialem, §. prætereà si inter, de prohib. feud. alien. per Freder.* & *cap.* 1. *de controv. feud. apud pares term.* & *dict. cap. cæterum, de judic.* & si quæstio est inter duos Comites, vel Barones, solus Princeps cognoscit, *cap.* 1. *apud quem, vel quos controv. feud. debet termin.* vide de hoc latè per Francisc. Curt. *in suo tract. feud. ult. part.* vide Gloss. notabil. & ibi per Bald. *de investit. in mari facta*: & nota, quòd si non constat de domino, quia litigantes producunt diversos investitores, tunc cognoscet judex ordinarius, ut *in §. si tres*, & ibi Bald. *in fine, de pace tenend.* & Ab. *in cap. cæterum, de jud. col.* 5.

(6) *Ordinario.* Vide Glos. & Doct. *in dict. cap. cæterum.*

nen feudo, entiendese tambien de los vassallos de los otros Señores, como de los que lo tienen de los Reyes. E de todas las otras maneras en que son tenudos los vassallos de guardar a sus Señores, e si fazen yerro contra ellos, que pena merescen; mostramoslo assaz complidamente en la segunda Partida deste libro, do fabla de las huestes, e de las guerras.

TITULO XXVII.

Del debdo que han los omes entre si, por razon de Amistad.

AMistad es cosa que ayunta mucho la voluntad a los omes, para amarse mucho. Ca segund dixeron los Sabios antiguos, el verdadero amor passa todos los debdos (1). E pues que en el Titulo ante deste fablamos del debdo que es entre los vassallos, e los Señores, por naturaleza, e por bien fecho, por seruicio, o por conoscencia; queremos aqui dezir de los otros debdos, que han los omes entre si, solamente por amistad. E mostraremos, que cosa es tal amistad como esta, e a que tien pro. E quantas maneras son della. E como deue ser guardada, despues que fuere puesta. E por quales razones se puede partir.

LEY I.

Que cosa es Amistad.

AMicitia en latin tanto quier dezir en romance, como amistad: e amistad, segund dize Aristoteles (1), es vna virtud, que es buena en si, e prouechosa a la vida de los omes (2): e ha logar propiamente (3), quando aquel que ama, es amado del otro a quien ama, ca de otra guisa non seria verdadera amistad: e porende dixo, que departimiento (4) muy grande ha entre amistad, e amor, e bien querencia, e concordia. E puede ome auer amor a la cosa, e non aura amistad a ella; assi como auiene a los enamorados (5), que aman a las vegadas a las mugeres, que les quieren mal. E porende dixieron los Sabios, que amor vence todas las cosas: ca non tan solamente faze amar al ome a las quel aman, mas avn a las que le desaman. E otrosi han amor los omes a las piedras preciosas, e a las otras cosas, que non han almas, nin entendimiento para amar a aquellos que las aman. E assi se prueua, que non es vna cosa amistad, e amor: porque amor puede venir de vna parte tan solamente, mas la amistad conuiene en todas guisas que venga de amos a dos. E bien querencia (6), es propiamente buena voluntad, que nasce en el coraçon del ome, luego que oye dezir alguna bondad de ome, o de otra cosa que non vee, o con quien el non ha otro afazimiento; queriendol bien señaladamente, por aquella bondad que oye del (7), no lo sabiendo aquel a quien quiere bien. E concordia (8) es vna virtud (9), que es semejante a la amistad. E desta se traba-
ja-

TITULUS XXVII. DE AMICITIA.

(1) *Passa todos los debdos.* Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit, quàm frater, *Proverb.* 18. *cap. v.* 24. Valerius Maximus dicit, quòd amicitiæ vinculum prævalidum est, neque ulla ex parte sanguinis viribus inferius; hoc etiam certius, & exploratius, quòd illud quod nascendi sors fortuitum opus dedit, hoc uniuscujusque solido judicio inchoata voluntas contrahit: & æquiparat lex amicos consanguineis, *L. cum alienam* 10. *C. de legat.* tradit Bald. *in L. ut vim*, *col.* 2. *ff. de just. & jur.* ubi refert dictum Aristotelis, quòd veri amici sunt una anima in pluribus corporibus. An autem singularis amicus contineatur nomine suorum, vide per Bald. *in L.* 1. *col.* 11. *C. qui accus. non poss.* & Seneca *in epist.* 103. quendam plangentem filium redarguit, dicens: Quid faceres si amicum perderes, ex quo periculum incertæ spei sic plangis? Quasi dicat, amicum esse filio præferendum, si fuerit verus amicus.

LEX I.

Amicitia est virtus humanæ vitæ commodosa; & est propriè quando amans per amatum diligitur: amor autem dicitur, quando amans non amatur ab amato: benevolentia verò est, quæ ex auditu generatur: concordia est vita pacifica inter homines. Hoc dicit.

(1) *Aristoteles.* 6. *Ethic.*

(2) *A la vida de los omes.* Hoc ideò dicit, quia charitate sublata, omnis est vitæ humanæ sublata jucunditas, ut inquit Cicero *in lib. de amic. ad fin.*

(3) *Propiamente.* Est enim amicitia æqualitas animorum, secundùm Tullium *Rhetor.* 2. *cap.* amicitia non est sine reamatione, secundùm Aristot. 8. *Ethicor.*

(4) *Que departimiento.* Nota differentiam inter amicitiam, amorem, & benevolentiam, & concordiam.

(5) *Lo creyesse.* Imputatur ei, qui fuit credulus, ut hìc, & notat Gloss. *in L. si mei causa*, *ff. eod.* cujus dictum approbatur in ista lege. Limita, & intellige, nisi commodatarius habeat justam causam credendi, ut quia portavit instrumentum falsum, vel erat famulus consuetus mitti pro talibus, ut *in L. pen. ff. quod cum eo*, & *L. vel universorum* 12. *ff. de pign. action.* tenent Ang. & Paul. *in dict. L. eum qui*, §. *fin. ff. isto tit.* facit *L. cuicunque* 5. §. *sed cum fullo* 10. *ff. de institor.* & *L. quicunque* 4. *C. de servis fugitiv. vers. quod si servus*, & adde Bart. *in L. si quis uxori*, §. *apud Labeonem*, *ff. de furtis.*

LEX V.

Hæres commodatarii tenetur sicut defunctus: & si sint plures hæredes, tenetur restituere tenens rem commodatam; sed si est perdita, omnes tenentur pro partibus hæreditariis: & si duobus commodatur res, quilibet pro parte, nisi fuerint in solidum obligati. Hoc dicit.

(1) *Que aya aquella cosa.* Procedit hoc ex æquitate contra regul. *L. pro hæreditariis* 2. *C. de hæreditar. action.* & adde *L.* 3. §. *hæres* 3. *ff. isto tit.* & limita, nisi priùs fuisset lis contestata cum defuncto super restitutione rei, ut *in L.* 2. *in fin. ff. de prætor. stipul.* & notat Gloss. *in L. in conditione*, *ff. de condict. furtiva.*

rio, por su culpa; que son tenudos cada vno dellos (2) de la pechar, pagando cada vno su parte en aquella cosa, segund valier; o deuen comprar otra tal como aquella, e tan buena, e darla a aquel cuya era la otra que se perdio. E aun dezimos, que si vna cosa fuere emprestada a dos omes, o mas, e quando gela emprestaron, non se obligassen cada vno dellos en todo, para tornarla; si aquella cosa se perdiesse (3), tenudos son cada vno dellos, de pechar su parte, e non mas (4).

LEY VI.

Como aquel que presta la cosa, que ha alguna maldad en ella, deue apercebir al otro que la toma prestada.

PIdiendo vn ome sieruo prestado, para seruirse del algund tiempo, si aquel sieruo fuesse ladron, e el señor del non apercebiesse ende, a aquel que lo emprestaua, mas se callasse (1); si este sieruo tal furtasse alguna cosa, a aquel que lo tomo prestado, tenudo es el señor, de pechar aquello que le furtasse el sieruo. Otrosi dezimos, que si prestasse vn ome a otro, alguna cuba, o tinaja, o otra cosa, para tener vino, o azeyte; si aquella cosa que le prestasse, fuesse quebrantada, o fuesse tal, que rescibiesse mal sabor el vino, o el azeyte, o se perdiesse, o se menoscabasse en otra manera, aquello que y metiesse; e sabiendo (2) el Señor della, que tal era, se callasse, que lo non dixesse al que la prestaua, tenudo es de pecharle todo el daño, que le viniesse por razon de aquella cosa que le presto.

LEY VII.

Que el que toma sieruo, o cauallo emprestado, que le deue dar a comer, mientra que lo touiere.

CAuallo, o sieruo, o otra cosa semejante desta, tomando vn ome de otro prestada, el que lo rescibe, tenudo es de darle de lo suyo, que coma, e todas las cosas que fueren menester, demientra que se siruiere della. Mas si por auentura cayesse en alguna enfermedad, sin culpa de aquel que la auia emprestado, todas las cosas que le fuere menester, para guarecer aquella enfermedad, tambien en las melezinas, como en galardon al Maestro, que le guaresciere, por su trabajo, el señor (1) de la cosa es tenudo de lo pagar, e non el que tiene la cosa prestada.

LEY VIII.

Como aquel que perdio la cosa emprestada, e la pecho a su dueño, la deue auer, si la fallare despues.

PErdiendo alguno la cosa que tomasse prestada, e despues que fuesse perdida, fiziesse emienda della a aquel cu-

(2) *Cada vno dellos.* Adde *L. si duo* 22. *ff. deposit.* & Gloss. *in L. si ut certo*, §. *si duobus vehiculum*, *ff. commod.* in parte *habebuntur.*

(3) *Se perdiesse.* Ex hoc verbo colligitur, quòd loquitur hæc lex de obligatione secundaria ratione doli, vel culpæ.

(4) *Su parte, e non en mas.* Nota benè istam legem, quia de jure communi opinio communis Doct. erat in contrarium, scilicèt, quòd in obligatione secundaria, quæ datur ratione doli, vel culpæ, si ambo commodatarii deliquerunt, seu fuerunt in culpa, propter quam res commodata fuit deperdita, ut quilibet eorum teneatur in solidum: & moventur Doctor. per text. *in dict.* §. *si duobus vehiculum*, *ad finem*, ibi: *Quodammodo duo rei habebuntur.* Ista verò lex disponit, quòd non teneantur, nisi pro parte; nisi actum fuerit, ut quilibet teneatur in solidum. Tene ergò menti istam legem, quæ videtur approbare opinionem Gloss. *in dict.* §. *si duobus vehiculum*, in verbo *habebuntur*, quæ intelligit illum text. si hoc actum est, ut sint duo rei, non aliàs; intelligendo Gloss. quòd loquatur de dicta obligatione secundaria: quam tamen Gloss. Doct. intelligunt, quòd loquatur de obligatione primitiva ad rei restitutionem, non de secundaria. Limita, & intellige istam legem, quando uterque commodatarius dolum, vel culpam commisit: nam si unus tantùm committeret, ille solus teneretur in totum, ut *in L.* 1. §. *si apud duos* 43. *ff. deposit.* Bart. *in dict.* §. *si duobus*, *col.* 3. versic. *oppono*, & videtur, quòd in obligatione secundaria.

LEX VI.

Commodans tenetur de damno commodatario illato per servum furem commodatum, vel vas vitiosum; si dominus scivit, & commodatario non certificavit. Hoc dicit.

(1) *Se callasse.* Cùm sciret eum esse furem, ut hìc, & in *L. si servus* 22. *ff. eod.* & hoc requiritur, ut possit agi actione contraria commodati: nam si ageret noxali, posset, etiam si commodator esset ignorans, *L.* 1. 2. *&* 3. *ff. de noxal.*

(2) *Sabiendo.* Secùs si ignorante, ut hìc, & in *L. in rebus* 18. §. *item qui sciens* 3. *ff. eod.*

LEX VII.

Tenetur commodatarius ad expensas rei commodatæ, quandiù eam tenet: sed de expensis in infirmitate factis tenetur dominus. Hoc dicit.

(1) *El señor.* Intellige, si expensæ sunt magnæ; secùs si modicæ, ut *in L. in rebus* 18. §. *possunt* 2. *ff. eod.* & quæ dicatur quantitas magna, vel parva, relinquitur arbitrio judicis, Gloss. *in authent. ut hi qui obligatas se perhibent habe. res minor.* §. *sed & si quis*, Bart. *in authent. minoris*, *C. qui testam. tutor dar. poss.* vide Bald. *in L. ædem*, *col. penul. C. locat.* & facit ista lex contra Gloss. *in L. arboribus*, §. *de illo*, *ff. de usufruct.* quæ dicit famulum infirmum debere habere necdùm expensas, sed & salarium: de quo vide Bart. *in L. si uno*, §. *item cum quidam*, *col. fin. ff. locat.* & *in L. operæ*, *ff. de usufruct. legat.* & Bald. *in L. fin. C. de condit. insert.* & *in L. liberti*, *col.* 5. *C. de operis libert.* & Specul. *tit. de locat.* §. *postquam*, *col.* 6. versic. *quod si mercenarius.*

LEX VIII.

Si commodatarius perdat rem commodatam, & solvit æstimationem commodanti, & postea invenit eam dominus; ipsius est electio, vel retinere pretium, vel recipere rem, & pretium restituere: sed si extraneus eam invenit, recuperat eam commodatarius tamquàm suam. Hoc dicit.

cuya era, pechandogela; si acaesciesse, que el señor fallasse despues aquella cosa, que era perdida, en su escogencia (1) es, de la tomar para si, si quisiere, e de tornar al otro el precio que ouiesse tomado por ella, o de retener el precio para si, e dar al otro la cosa. E si otro alguno la fallasse, que non fuesse el señor della, puedegela demandar aquel que la perdio, tambien como si fuesse suya (2), porque el auia ya dado el precio al señor della.

LEY IX.

Quando deue tornar el prestamo, aquel que lo rescibio; e que pena deue auer, si lo non fiziere.

PAra seruicio cierto, o fasta tiempo señalado, rescibiendo alguno de otri, cauallo, o otra cosa semejante, emprestada; dezimos, que luego que el seruicio fuesse fecho (1), o el tiempo sea complido (2), tenudo es de la tornar a su señor: e non la puede tener dende en adelante como en razon de prenda (3), *Ley 1. tit. 17. lib. 5. Recop.* maguer aquel que gela auia prestada, le ouiesse a dar alguna debda, o otra cosa; fueras ende, si la debda fuesse por pro, o por razon de aquella cosa mesma, que rescibio prestada. E aun estonce ha menester, que sea fecha despues que gela prestaron (4), e non ante. Ca es-

(1) *Escogencia* Approbat opinionem Gloss. *in L. in commodato* 17. §. *fin. ff. eod.* non aperit tamen ista lex, quam actionem actor intentare debeat, an rei vendicationem ex eo, quòd æstimationem solvit, ut *in L. si culpa* 63. *ff. de rei vendic.* an condictionem sine causa ad repetendum pretium, ut *in L. si fullo* 2. *ff. de condict. sine causa*, an actionem commodati contrariam ad rem, vel pretium alternativè, prout elegerit solvere reus, ut hìc, & in *dict.* §. *fin.* ubi Bart. post Jacob. Butri. tenet, quòd actor possit eligere unam ex istis, quam vellet; & si eligit rei vendicationem, & lis super ea contestatur, non poterit post litem contestatam reus eligere, ut solvat pretium, sed cogetur solvere secundùm naturam actionis intentatæ. In contrarium tamen videtur, imò quòd non competat in isto casu actori rei vendicatio: quia licèt solverit æstimationem, ex quo tamen non est nactus possessionem, non est factus dominus; & cùm ei non sit cessa rei vendicatio, non potest agere actione in rem; & hoc credo verius, & tenet Angel. & Paul. de Cast. *iu dict.* §. *fin.* post Dyn. *in cap. pro possessore, de reg. jur. lib.* 6. Poterit ergò intentare actor vel condictionem sine causa, vel contrariam commodati, ut hìc, & *in dict. L. si fullo*: duobus tamen casibus posset actori competere rei vendicatio. Primò, si re extante, & hoc sciens commodans recepit sponte rei æstimationem: quia cùm videatur vendidisse, si postea res perveniat ad eum, tenebitur ad rei restitutionem utili in rem. Secundò, si dolo ipse commodator habuit æstimationem, ut quia ipse surripuerat rem, & nihilominus habuit æstimationem, ut *in L. rem mihi* 21. & ibi Alber. *ff. commod.* vide Gloss. & Doctor. *in dict. L. si culpa*, in verbo *juvari*, secundùm Gloss. *in dict. L. si fullo*, & vide quæ dixi *in L.* 19. *tit.* 22. *Part.* 3. *in gloss.* super verbo *que le torne.*

(2) *Suya.* Dabitur ei ergò utilis in rem, etiam sine cessione, ut *in dict. L. si culpa* 63. *ff. de rei vend.* & probatur etiam hìc.

LEX IX.

Restitui debet commodatum expleto usu, vel tempore: nec potest retineri prætextu debiti, nisi pro necessariis expensis in commodato factis, postquàm fuit res commodata: & nisi restituatur, tenetur commodatarius ad expensas, & etiam tenetur de caso post moram contingente. Hoc dicit.

(1) *Fecho.* Id est, post usum expletum, ut *in L. in commodato* 17. §. *sicut, ff. commod.* & *in cap.* 1. *eod. tit.* non ante; aliàs daretur contraria commodati, ut in dictis juribus. Precarium tamen revocari potest quandocunquè, etsi res concèderetur precariò ad certum usum, ut notat Abb. *in cap. fin. de precario*, & *in cap.* 1. *super gloss.* 1. *col.* 2. *de commod.* Limitat tamen, & intelligit notam *in dicto cap. fin. col. fin.* nisi ex revocatione precarii intempestiva fieret magnum damnum precariò recipienti; quia tunc obstaret exceptio doli: quia non potest negari, quin precarium sit beneficium: & quomodo distinguatur commodatum à precario, vide per Gloss. & Alber. & Doct. *in dicto* §. *sicut*, Abb. *in dict. cap.* 1.

(2) *Complido.* Quid si commodavi tibi equum ad eundum Parisios, & tenuisti tantum in domo, quòd potuisti ire, & redire? Dic, quòd possum revocare ante usum, vel aliud tempus expletum, arg. *ff. de verb. oblig. L. interdum* 73. & tenet Alberic. post Jacob. de Raven. *in dict. L. in commodato*, §. *sicut*, *ff. eod.* ubi dicit, esse idem, etsi commodatarius sit impeditus uti casu fortuito; & idem dicit, si commodatarius non posset uti re commodata, nam tunc statim potest revocari: vide etiam ibi per Bar.

(3) *De prenda.* Concordat *L. fin. C. eod.* & *L. petenti* 27. qui est casus notabilis, & ibi Bart. *ff. de pign. action.* & ratio hujus decisionis est, secundùm Alberic. post Jacob. Butri. *in L. fin.* quia res pervenit ad retinere volentem ex tali causa, ex qua patet noluisse tradentem, jus in ea constituere, ut *in L. rei commodatæ* 8. *ff. eod.* & sic cessant contraria de *L.* 1. *C. etiam ob chirographar. pecun. pign. ten. pos. & aliarum LL.* Et quid si pecunia commodatur, ut species? an possit retineri pro debito, vide Salic. post Gloss. *in dict. L. fin.* ubi ipse, & Bald. & Angel. latè distinguunt in ista materia: vide per eos in ista materia retentionis, & per Bart. *in L. fin. C. in quibus caus. pig. vel hypot. tacitè contrah.* & *in L. si non sortem*, §. *si centum*, *ff. de condict. indeb.* & Bald. novell. *in tract. de dote*, *fol.* 42. *col.* 1. *&* 2.

(4) *Despues que gela prestan.* Approbat, & declarat opinionem Gloss. *in dict. L. fin. C. eod.* & sic habes hìc unum casum, in quo competit jus retentionis, scilicèt, ratione impensarum, quæ factæ fuerunt in re commodata: non procederet tamen in factis in re deposita, ut *in L. fin. in fin. infrà tit. prox.* Et adde, quòd potest quis retinere rem defuncti, quousquè sibi solvantur expensæ factæ in ejus funere, vel infirmitate, *L. in restituenda* 4. ubi Bald. *C. de petit. hæredit.* Et etiam malæ fidei possessor poterit retinere rem propter expensas factas causa fructuum percipiendorum, ut *in L. si à domino* 36. *ff. de petit. hæred. L. fundus* 51. *ff. famil. ercisc.* & *in L.* 42. *tit.* 28. *Partit.* 3. Et si res minoris, vel furiosi pignori detur sine decreto, licèt datio non teneat, competit tamen retentio, si in utilitatem minoris est versum, *L. si pupillorum* 7. §. *pen. ff. de rebus eorum*, Gloss. *in L.* 2. *C. de curat. furios.* Item minor à vendicando alienata repellitur, si pretium in ejus utilitatem versum non restituat, *L. utere* 14. & *L. si prædium* 16. *in fin. C. de prædiis minor.* Item uxor potest retinere res viri pro dote, ut sibi solvatur, *L. si filiofamilias* 25. *in princ.* & ibi Bar. *ff. sol. matrim.* & vide in hoc omninò, quæ tradit Angel. Aret. *in tract. maleficior.* in parte *& ejus bona publicamus*, *col.* 2. & Bald. *in L. cum tibi*, *C. qui potior. in pign. habe.* text. *in authent. de exhibend. reis*, §. *quia vero*, *collat.* 5. & procedit hoc antequàm hæres intret possessionem bonorum hæreditatis; aliàs non posset hæredibus non consentientibus, ut *in L. dotis actionem*, *ff. solut. matrim.* Decius *consil.* 400. *column.* 2. De retentione bovis intrantis in fundum alicujus, quousquè satisfaciat de damno, vide Bart. *in L. hoc ampliùs*, §. 1. *in fin. ff. de damn. infect.* Item licitè retinet procurator instrumenta litis,

estonce bien la puede tener, fasta que sea entregado de la despensa que fizo en la cosa prestada; seyendo la espensa atal, que con derecho (5) la puede demandar. E la pena que deuen auer aquellos que non tornaren la cosa prestada, es esta; que la deuen dar con las costas, e las missiones, que fizo en demandandola, a aquel que la presto. E demas, si la cosa se perdiesse, o se muriesse, o se menoscabasse, despues que el pleyto fuesse comencado por demanda, e por respuesta, seria el peligro (6) de aquellos que la recibiessen prestada.

TITULO III.

De los Condessijos, a que dizen en latin Dopositum.

DEpositum en latin, tanto quiere dezir en romance, como condessijo. Onde, pues que en los Titulos ante deste fablamos de los emprestidos, de que reciben gracia, e ayuda, aquellos que lo toman de otro; queremos aqui dezir de los condessijos, en que fazen plazer, e amor, los que los tienen en guarda, a los otros de quien los reciben. E mostraremos, que cosa es condessijo, a que dizen en latin depositum. E onde tomo este nome, e quantas maneras son del: e que cosas son aquellas que vn ome puede encomendar a otro, e qual las puede comendar, e a quien: e a quien las puede demandar, e quando: e a quien deuen ser tornadas, e en que maneras: e que pena meresce, quien lo non quiere tornar.

LEY I.

Que cosa es condessijo, a que dizen en latin depositum, e onde tomo este nome, e quantas maneras son del.

COndessijo, a que llaman en latin depositum, es quando vn ome da a otro (1) su cosa en guarda, fiandose en

tis, quousquè sibi satisfiat de sumptibus, *L. quæ omnia, vers. item*, & ibi Bart. *ff. de procurator.* Poterit etiam dominus fructus sectos per colonum adhuc extantes in fundo loco pignoris pro mercede retinere, ut *in L. in prædiis 7. ff. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah.* notat Bald. *in L. ædem, post princip. C. locat.* Et cùm emptor non tenetur stare colono, poterit colonus retinere rem propter expensas in re factas, *L. colonus 12. ff. de vi, & vi arm.* Bald. *in L. emptorem, col. 2. C. locat.* adde Bald. *in L. non ab re, C. unde vi.* Competit etiam jus retentionis in casu *L. ratis* 8. & ibi Bart. *ff. de incend. ruin. naufrag.* Pupillus etiam in contractu ultrò citròque obligatorio, licèt ipse sine auctoritate tutoris non obligetur, obligat tamen sibi alium, ut *in L. pupillus* 5. §. 1. *ff. de auctorit. tut.* & per Bart. *in L. obligari, in princ. ff. eod.* tamen si pupillus agat contra eum cum quo contraxit, datur jus retentionis ei, qui à pupillo convenitur, nisi pupillus impleat ex parte sua: tenet Bart. *in dict.* §. 1. Et si vassallus vendidit feudum ignoranter, licèt non perdat feudum propter ignorantiam, & debet sibi ab emptore restitui; poterit tamen emptor retinere, donec sibi à venditore satisfiat de interesse, Bald. *in* §. *si vassallus*, el 2. *si de feud. fuer. controv. inter domin. & agnat.* & adde etiam alium casum, ubi consulitur per modum retentionis, per Gloss. & ibi Paul. de Cast. *in L. si ex pluribus, ff. ad Leg. Falcid.* Et jus retentionis transit etiam in singularem successorem, ut habetur in *L. 1. ff. quibus mod. pig. vel hypot. solv.* & *in L. cum prior, ff. de distract. pignor.* Bart. *in L. si tertius*, §. *si prius, ff. de aqua pluv. arcend.* & probatur *in L.* 3. & ibi Bal. *C. quod met. caus.* tradit Socin. *consil.* 158. *col.* 9. *vol.* 2. Et licèt retentionis jus, quod causatur ex jure pignoris, porrigatur etiam ad fructus rei, ut *in L. quamvis 3. C. in quibus caus. pig. vel hypot. tac. contrah.* tamen in jure retentionis, causato aliàs propter impensas in re factas, non extenditur ad fructus rei jam separatos à re ipsa, cùm talis retentio non habeat locum, nisi in ea re in qua facta est impensa, *dicta L. si in area*, & *dict.* §. *si centum*, & in fructibus separatis tenet Bald. novel. *in tract. de dote, fol. 4. col. 1.*

(5) *Con derecho.* Vide suprà *eodem L.* 7.

(6) *Seria el peligro.* Etiamsi eodem modo res esset peritura penes commodantem, ut *in L. cum res* 47. §. *fin. ff. de legat.* 1. & *in authent. de deposito, & denuntiation.* 1. *responso, collat.* 7. & tenet Azo *C. eod. in summa*: & in debitore ex contractu ista est communis sententia, ut tenet Bart. & alii communiter *in L. quod te mihi, ff. si cert. pet.* & *in L. nemo rem suam*, la 1. *ff. de verb. oblig.* Huic tamen communi conclusioni videtur fortiter obstare text. *in L. si plures* 14. §. 1. *ff. depos.* neque videtur obstare responsio Gloss. ad illam legem, quòd intelligatur, quando debitor habebat justam causam litigandi propter impensas: quia ultra id quod est divinare ad illum textum, depositarius non habet justam retentionem rei depositæ propter impensas, ut patet *in L. fin. infrà tit.* 1. & *in dict. authent. de depos. & denuntiat.* 1. *resp.* undè Paul. de Cast. *in dict. L. cum res, in fine*, distinguit in hoc aliter, quàm Bart. & Doctor. scilicèt quòd aut constat, quòd res non fuisset ita peritura, quia fuisset vendita, & tunc debitor tenetur; aut constabat, quòd non fuisset venditurus, & sic eodem modo fuisset peritura penes commodantem, vel creditorem, & quòd non teneatur, per *dict. L. si plures*, §. 1. aut dubitatur, & tunc præsumatur contra morosum, quòd non fuisset peritura, & quòd fuisset venditurus commodans, vel legatarius, ut est casus *in dict. L. cum res, in fin.* & per istam distinctionem in actione personali dicit multas leges reduci ad concordiam, & cum dictis Paul. de Cast. transit Decius *in dict. L. quod te*, & contra communem tenet Jaso ibidem, & *in dict. L. nemo*: & fortè in puncto juris istud esset tenendum, licèt communis opinio sit ea, quam prædixi. Si verò agatur actione reali, dic ut *in L. item si verberatum* 15. §. *fin. ff. de rei vendic.* & per Bart. & Doctor. *in dict. L. quod te.* In foro tamen conscientiæ non tenebitur, qui obligatus est ex contractu ad restituendam rem, si naturaliter intereat, & eodem modo esset peritura apud creditorem commodantem, vel deponentem, ut tradit notabiliter Pet. de Ancha. *in repet. reg. peccatum, fol. 3. col.* 2. vers. *in quæstione autem supra dicta, de reg. jur. in* 6. & adde in materia text. notab. *in L. qui ratiario* 30. *ff. de pignor. act.* & Gloss. & Paul. de Cast. *in L. si possessor*, §. *fin. ff. de petit. hæred.*

TITULUS TERTIUS.

LEX I.

Depositum est, quando unus dat res suas alteri custodiendas, confidens de eo: & contrahitur tribus modis. Uno modo voluntariè; alio modo necessariè propter incendium, ruinam, vel naufragium, ut salvetur; tertio modo sequestrando rem, de qua in judicio contenditur. Hoc dicit.

(1) *Da a otro.* Et sic, ut sit depositum, requiritur, quòd recipiatur in custodiam, non si simpliciter res relinquatur in domo alicujus: aliud est enim deponere, aliud custodiam committere, ut *in L. si ego* 9. §. *fin. ff. de jur. dot.* & tenet Jo. And. post Lamberti. de Rampo. *in addit. ad Specul. in rubr. de deposito*, ubi vide alias duas notabiles quæstiones in hoc.

en el. E tomo este nome, de peño; que quiere tanto dezir, como poner de mano en guarda de otro, lo que quiere condessar (2). E son tres maneras de condessijo. La primera es, quando alguno, sin otra cuyta (3) que le acaezca, da a otro en guarda sus cosas. La segunda es, quando alguno lo ha de fazer en tiempo de cuyta; esto seria, como si se quemasse, o se cayesse la casa, a alguno, en que tuuiesse alguna cosa, o se quebrantasse la naue en que lo lleuasse, o acaesciendo alguna destas cuytas, diesse en guarda a otro, a aquella sazon, alguna de aquellas cosas que tuuiesse y, por estorcerlas de aquel peligro. La tercera es, quando algunos omes contienden en razon de alguna cosa, e la meten en mano de fiel (4), encomendandogela, fasta que la contienda sea librada por juyzio.

L E Y II.

Que cosas se pueden dar en condessijo.

EN guarda, e en condessijo pueden ser dadas las cosas, de qual manera quier que sean. Mas, propriamente, vsan a dar mas en condessijo las cosas muebles, que las otras. Otrosi dezimos, que estonce toma ome en condessijo las cosas, quando non recibe precio, nin gualardon, por guardarlas. Ca si lo recibiesse, o prometiesse de gelo dar, estonce non seria condessijo, mas seria loguero (1), pues algo señalado toma por la guarda. E porende este atal mas tenudo (2) seria, de guardar aquello que assi recibiesse en encomienda, que non de otra guisa. E aun dezimos, que el señorio, e la tenencia (3) de la cosa que es dada en guarda, non passa a aquel que la recibe; fueras ende (4), si fuesse de aquellas que se pueden contar, o pesar, o medir, si quando la recibiesse, le fuesse dada por cuento, o por peso, o por medida, ca estonce passaria el señorio a el. Pero seria tenudo de dar aquella cosa, o otro tanto, e atal como aquello que recibio, al que gelo dio en guarda.

Ley 15. tit. 18. lib. 5. Recop.

L E Y III.

Quien puede dar las cosas en condessijo, e a quien.

EN guarda, e en condessijo puede ome dar (1) las cosas que tuuiere en su poder, a todo ome (2), quier sea Clerigo (3), o lego, o Religioso (4), o seglar,

(2) *Condessar.* Hispanum vocabulum antiquum, id est custodiendum dare.

(3) *Sin otra cuyta.* Quid intersit scire, an propter imminentem necessitatem fiat depositum, vel necessitate cessante, vide *in L.* 1. *ff. eod.* & infrà *eod. L.* 8.

(4) *En mano de fiel.* De hoc habes *in L. licet* 17. §. 1. *ff. eod.* & *in L. interesse* 39. *ff. de acquir. poss.* & *in L. proprie* 6. *ff. isto tit.*

L E X II.

Omnes res possunt deponi; sed communiter deponitur mobilis, si non datur pretium pro custodia; aliàs esset locatio, de qua tenetur recipiens præstare majorem custodiam, quàm depositarius simplex. Item non transfertur in depositarium dominium, nec possessio rei depositæ, nisi in rebus consistentibus pondere, numero, vel mensura: tenetur tamen depositarius de lata culpa, & dolo; de levi tamen non tenetur, nisi ad hoc se obligavit, vel se obtulit deposito, aut si pretium recepit pro custodia: & dicitur lata culpa, quando non custoditur res eo modo, quo major pars hominum custodit; levis quando non custoditur eo modo, quo sapiens diligens homo custodiret. Hoc dicit.

(1) *Loguero.* Ut in §. 1. *instit. de locat.* & *instit. mandat.* §. *fin.* & §. *item is cui* 2. *instit. quibus mod. re contr. oblig.*

(2) *Mas tenudo.* Ut in *L.* 1. §. *si quis servum* 9. *ff. eod.* & *cap.* 2. *eod. tit.*

(3) *La tenencia.* Adde *L. licet* 17. §. *rei*, *ff. eodem.*

(4) *Recibe, fueras ende.* In his enim transfertur dominium in depositarium, ut *in L. Quintus* 28. & *in L. die sponsaliorum* 25. §. 1. & *in L. Lucius Titius* 24. *ff. eod.* & tunc periculum transiret in depositarium, ut *in L. incendium* 11. *C. si certum petat.* & adde *L.* 5. *tit.* 15. *Libro* 3. *Foro Leg.* Et limita istam legem nisi sint deposita ista signata, vel clausa: nam tunc tacitè videtur prohibere, ne eis utatur; nisi in contrarium agatur, ut in dictis juribus, & tenet Azo *C. eod. in summa in princ.* vide Bald. 5. *volum. consilio* 219. incipit *præmittendum est ad evidentiam.* Et an liceat deponere pecuniam penes usurarium, tradit S. Thomas 2. 2. *quæstion.* 78. *artic.* ultimo, qui ad finem concludit, quòd si quis comittat pecuniam suam usurario, non habenti aliàs undè usuras exerceret, vel hac intentione, ut indè copiosiùs per usuram lucraretur, illicitum est, & ipse deponens est particeps culpæ; si autem committeret pecuniam suam usurario, aliàs habenti undè usuras exerceret, ut tutiùs pecunia servetur, non peccat, sed utitur homine peccatore ad bonum: & fortè istud dictum S. Thom. in hoc debet intelligi, etiam quando fuit deposita pecunia ad numerum, & ita videtur ex ejus mente.

L E X III.

Depositarius tenetur de lata culpa, & de dolo; de levi autem non tenetur, nisi ad hoc se obligavit, vel se obtulit deposito, aut si recepit pro custodia pretium. Et dicitur lata culpa, quando non custoditur res eo modo, quo major pars hominum custodit; levis verò dicitur, quando non custoditur eo modo, quo sapiens diligens homo custodiret. Hoc dicit.

(1) *Ome dar.* Et quid si Judex faciat depositum, utrùm liberetur depositarius reddens de mandato Judicis, licèt pars, cujus est, non vocetur, vide Bald. *in L. fin. C. de bon. auctor. judic. possid.* ubi dicit, quòd sic, per text. ibi; quod intelligerem, quando mutando depositum in alium depositarium ex causa justa Judex præciperet, vel quando juberet reddi alicui, & notoriè non constaret, quòd injustè præciperet; nam si hoc expressè appareret, non liberaretur sponte reddens, & non appellans, juxta ea quæ notat Bald. *in L. falsus, pen. & fin. col. C. de furt.* & quæ habentur *in L. Herennius* 63. §. *Gaja, ff. de eviction.*

(2) *A todo ome.* Et si sit fœmina, *L. Publia* 26. *ff. eodem*, & de pupillo vide *L.* 1. §. *an in pupillum* 15. *ff. eod.*

(3) *Clerigo.* Vide *in cap.* 1. *de depos.* & quando Clericus recipit depositum electus à Judice sæculari potest per eundem Judicem compelli ad restitutionem depositi: quia non proceditur contra eum propriè per modum judicii, sed executivè, ex consequentia officii suscepti, secundùm Bald. *in L. acceptam, col.* 2. *C. de usur.* & adde in materia *L.* 7. *infrà eodem.*

(4) *O Religioso.* Sed qualiter tenebitur Religiosus, cùm non

glar, o libre, o sieruo (5). Pero aquel que recibio la cosa, tenudo (6) es de gela guardar bien e lealmente, de guisa que non se pierda, nin se empeore por su culpa (7), nin por su engaño. E por su culpa dezimos que se pierde la cosa, quando la non guardasse en aquella manera, que toda la mayor partida de los omes suelen guardar (8) sus cosas. Mas si la cosa se pierde por leue culpa (9) de aquel que la ouiesse en guarda, non seria tenudo de la pechar, fueras ende en tres casos. El primero es, si quando aquel que recibio la cosa, se obliga (10) a pecharla, maguer se pierda por tal culpa leue. El segundo caso es este, quando aquel que recibe el condessijo, el mesmo, non gelo rogando el otro, pide (11), e ruega, que gelo encomienden. El tercero caso es este, quando recibe precio (12) por guardar la cosa que le dan en condessijo. E en qualquier destas tres maneras sobredichas, si la cosa que assi fuesse dada en condessijo, se perdiesse, o se empeorasse por descuydamiento, o por mala guarda de aquel que la recibio, tenudo es de la pechar. E por leue culpa (13) dezimos que se pierde la cosa, quando aquel que la tiene, non pone toda aquella acucia, e femencia, que otro ome acucioso, e sabidor, deuia poner.

L E Y IIII.

Como el que tiene la cosa en condessijo, si se perdiere por ocasion, non es tenudo de la pechar, fueras ende en cosas señaladas.

OCasion acaesce a las vegadas, en las cosas que ome tiene en guarda de otri, de manera que se han de menoscabar, o perder. E esto seria, quando se muriesse la cosa encomendada, de su muerte natural, o la matasse otro, sin su culpa de aquel que la tuuiesse en guarda, o si gela robassen, o gela furtassen (1). Ca en qualquier destos casos (2), o en otros semejantes dellos, non seria tenudo de la pechar, aquel que la tuuiesse en guarda, fueras ende por quatro razones (3). La primera, si quando el que la recibe en guarda, se obliga a pecharla, si se perdiere en qualquier manera (4). La segunda es, quando aquel que recibe la cosa en condessijo, non la quiere tornar a su dueño, podiendolo fazer. Ca si despues que el gela demandare en juyzio, e fuere el pleyto començado (5) por demanda, e por respuesta,

non habeat proprium, ut *in cap. nolo*, 12. *q*. 1. neque ex ejus facto tenebitur Monasterium, ut *in d. cap*. 1. & *cap. quod quibusdam, de fidejussor*. dic secundùm Innoc. *in d. cap. cum olim, de privileg.* el 2. quòd poterit agi contra eum rei vend[ic]atione, vel depositi, vel furti, seu aliis competentibus actionibus: & si Abbas viderit res depositas apud Monachum rapi, vel furto subtrahi, vel aliàs perire, & facilè posset eas liberare, teneretur depositi in solidum, propter dolum suum: sed si Monachus surripuisset, tunc secùs esset, quia Abbas non erat obligatus ex ejus maleficio: & adde quod habetur infrà *eod. L*. 7.

(5) *Sieruo*. Adde *L*. 1. §. *si apud servum* 18. & *L. si apud filium* 21. *ff. eodem*, & per Azon. *in summa, col.* 2. versic. *datur*.

(6) *Tenudo*. Quid si velit se exonerare à deposito, vide *L. ei apud quem* 5. §. *si velit, ff. eod. tit.* ubi vide Paul. de Cast.

(7) *Culpa*. Intellige de lata culpa, ut hìc, & *in L. quod Nerva* 32. *ff. eod.* & *C. eod. L*. 1.

(8) *Suelen guardar*. Vide quæ dixi suprà *tit*. 1. *L*. 2. in verbo *las sus cosas proprias*: & adverte, quia ista lex diffinit, quid sit lata culpa, & videtur approbari diffinitio Joan. de Bro. quam ponit Bart. *in L. quod Nerva, ff. eod.* & probatur *in L. latæ culpæ* 223. *ff. de verb. signif.* & vide ibi per Bart. *col*. 5.

(9) *Por leue culpa*. Quæ sit levis culpa, vide quæ dixi suprà *tit*. 1. *L*. 2. & habetur hìc in fine, & adde ad istum text. *L. quod Nerva* 32. *ff. eod.*

(10) *Se obliga*. Adde *L*. 1. §. *si convenit* 6. *ff. eod.*

(11) *Otro pide*. Adde *L*. 1. §. *sæpe* 35. *ff. eod.* & *cap*. 2. *de depos.* & isto casu necdùm tenebitur de levi, verumetiam de levissima culpa, ut *in L. si quis* 4. *ff. si certum petatur*; non verò de casu fortuito, secundùm Bart. *in L. quod Nerva, ff. eod. col*. 11. & per Abb. *in dicto cap*. 2. *notab. secundo*, & habetur *in L*. 1. §. *sæpe* 35. *ff. eodem*.

(12) *Precio*. Adde *L*. 1. §. *si quis servum* 9. *ff. eod.* & *dict. cap*. 2. *eod. tit.* & isto casu communiter tenetur, quòd venit levis culpa, non levissima, secundùm Abb. *in dict. cap*. 2. *notab*. 2. *Lex* tamen *Fori* 3. *tit*. 15. *lib*. 3. dicit, quòd teneatur de levissima, & ita ibi tenet Montalvus: quia tamen Leges Fori non sunt recipiendæ ut leges, nisi illæ quæ usu sunt approbatæ, tene quod dixi.

(13) *E por leue culpa*. Hìc habes diffinitionem levis culpæ, & dixi suprà *tit. prox. L*. 2.

L E X IIII.

De casu fortuito depositarius non tenetur; tenetur tamen, si de hoc convenit, vel si est in mora restituendi, aut si culpa, vel dolus præcessit casum, vel si gratia recipientis tantùm fuit depositum. Hoc dicit.

(1) *O gela furtassen*. Vide quæ dixi suprà *tit*. 2. *L*. 3. *in gloss.* super parte *furtassen*, & adverte, quòd non concludit: Fuit interfectus, ergò derobatus, ut *in L*. 1. *C. eod.* & ibi notat Bald. neque sequitur: Est derobatus, ergò de istis rebus est derobatus; nisi probaretur, quòd illas res secum portabat, & postea apud eum non sunt repertæ, argum. *L. si quando* 9. *C. unde vi*, & notat Salic. *in dict. L*. 1.

(2) *Qualquier destos casos*. Sed cui incumbat probatio de perditione rei, & quòd fuit casu fortuito, vide distinctionem Bart. *in L. si quis ex argentariis*, §. *prætor, ff. de edendo*: & adde ad istam legem, quòd depositarius non tenetur de casu fortuito, *L*. 1. *C. eod.* & limita, nisi culpa præcessit casum, ut quia transiens per silvas insolitas fuit derobatus, secundùm Salic. ibi, & *L*. 3. *suprà tit*. 1. & ibi dixi, & infrà *ista L*. ibi, *la tercera*.

(3) *Quatro razones*. Adde Gloss. ponentem istos casus, *in L*. 1. §. *sæpe, ff. eod.* & Gloss. *in L*. 1. *C. eod.*

(4) *Manera*. Innuit sufficere, quòd in se recipiat generaliter periculum casuum fortuitorum, licèt non specificentur: vide quæ dixi suprà *tit*. 2. *L. tertia, in gloss.* super parte *por alguna destas cosas*, & adde ad istam legem *L. primam*, §. *si convenit* 6. *ff. eod.* & Gloss. *in cap*. 2. *eod. tit.*

(5) *Comenzado*. Gratia exempli ponit: nam idem esset si aliàs extrajudicialiter constitueretur in mora, ut dixit Gloss. *in L. vinum*, super parte *cum petitum esset, ff. si cert. petat.* quia non est vis in modo constituendi quem in mora, ex quo quis est in mora, ut teneatur de casu, & probatur *in L*. 3. *suprà tit*. 2.

ta, se muriesse (6), o se perdiesse aquella cosa, tenudo es aquel que la recibio, de la pechar. La tercera es, si por su culpa (7), de aquel que tiene en condessijo, o por su engiño (8), acaescio la ocasion, por que se perdio, o se murio. La quarta es, quando la cosa es dada en guarda, principalmente por pro (9) de aquel que la recibe en deposito, e non por el que la da: en qualquier destos casos, maguer la cosa que es dada en condessijo, se pierda, o muera, o se empeore por ocasion, tenudo es aquel que la recibio en guarda, de la pechar a aquel que gela dio en condessijo, o en guarda, o a su heredero.

L E Y V.

Quien puede demandar la cosa que es dada en condessijo, e quando: e a quien deue ser tornada, e en que manera.

TEnudo es el que recibe la cosa en guarda, e sus herederos (1), de la tornar (2) a aquel que gela dio a guardar, o a los que heredassen (3) lo suyo, cada que gela demandassen (4). E maguer que le ouiesse a dar alguna cosa aquel que gela encomendasse, con todo esso non gela deue tener, el que recibio el condessijo, por razon de prenda, a que dizen en latin Compensatio (5), que quiere tanto dezir, como descontar vna debda por otra; ante deuele luego entregar della, e despues desto puedele demandar aquello que le deuiere. Pero si aquella cosa que recibiesse alguno en guarda, era en contienda entre dos omes, o mas, o gela diessen amos en fieldad; estonce non seria tenudo (6) el que la assi recibiesse, de la dar a ninguno dellos, fasta que el pleyto, o la contienda que auian sobre ella, fuesse librado por juyzio, o fuessen auenidos (7). Ca estonce deuela tornar, segund el pleyto fue puesto quando la recibio, o segund ellos fuessen acordados, que se tornasse. E deue ser torna-

(6) *Se muriesse.* Innuit, ut non distinguatur, utrùm eodem modo interitura esset apud deponentem, vel non: quod & tenuit Azo *C. eod. in summa, col.* 5. vide quæ dixi *in L. fin. suprà tit.* 2.

(7) *Culpa.* Adde *L. quod Nerva* 32. *ff. eod.* & *cap. fin. eod. tit.*

(8) *Engaño.* Adde *L.* 1. §. *si rem* 25. *ff. eod.* & præsumitur in dolo, si rebus suis salvis existentibus, depositas dicit se perdidisse, ut *in cap.* 2. *eod. tit.* & *in L. quod Nerva* 32. *ff. eod.* quod enim quis facit in suo, præsumitur facere potuisse in alieno, *L. tutor* 13. §. *non est*, & ibi Bart. *ff. de admin. tutor.* & vide *LL.* 1. 2. & 4. *tit.* 15. *lib.* 3. *Foro Leg.* & *L. si ut certo* 5. §. *quod vero senectute* 4. *ff. commod.* ubi Glos. & Bart. & adde, quod dicit Bald. *in L. quæ fortuitis, col.* 5. versic. *sed juxta hoc quæritur, C. de pignor. action.* de eo, qui bovem commodatum reliquit in loco tuto, suum tamen posuit in tutissimo, & bos commodatus fuit de nocte à latronibus ablatus: vide ibi. Et quid si res suæ erant pretiosiores, vel saltim æquales, an teneatur, si prætulit suas? Vide Gloss. quòd non, *in dicto* §. *quod vero senectute*; imò & secundùm Abbatem *in dicto cap.* 2. non tenebitur, si non potens subvenire utrisque, suas etiam viliores prætulit: quia primò tenetur quis subvenire sibi, demùm proximo, *cap. si non licet*, 23. *quæst.* 5. & *cap. non satis* 14. 86. *distinct.* demùm dicit non posse dari in hoc certam doctrinam, sed ex variis conjecturis Judex præsumat dolum adesse, vel abesse: quid enim si salvavit res vilissimas, & dimisit res depositas valdè pretiosas? Ex qualitate ergò personarum, vel rerum Judex præsumat dolum, qui ex conjecturis probatur, ut *in L. dolum* 6. *C. de dolo*: & fortè in persona paupere præsumitur, quòd absit dolus, licèt præferat suas vilissimas, argumento ejus, quod habetur *in L. illicitas* 6. §. *ne tenuis* 5. in verbo *lumine, ff. de offic. præsid.* Prælatus tamen non debet præponere utilitatem suam utilitati Ecclesiæ, ut *in cap. quicunque*, 12. *quæst.* 4. Gloss. *in cap. placuit*, el 1. 7. *quæst. prima*, & adde in hoc, quod in quolibet clerico dicit Abb. *in cap. tua nos*, el 1. *circa finem, de jurejur.* & Gloss. notat in materia *in cap. scias* in verbo *præferenda*, 7. *quæst.* 1.

(9) *Por pro.* Approbat opinionem Joan. de qua per Gloss. *in L.* 1. §. *sæpe, ff. eodem*: & nota benè, quia communiter Doctor. post Azonem tenebant contra istam opinionem *in L. si quis neque causam, ff. si certum petat.* & Joan. de Imol. *in cap. fin. col. antepen. de depos.* Bart. *in L. quod Nerva, col. antepen. ff. eod.*

L E X V.

Restituendum est depositum deponenti, vel ejus hæredi, nec potest depositarius id retinere prætextu compensationis debiti; sequester tamen non tenetur uni litigantium depositum restituere, nisi finita lite, vel de partium voluntate: & restituetur cum fructibus. Hoc dicit.

(1) *E sus herederos.* Adde quod habetur *in L. si duo hæredes* 22. & *in L. in depositi* 9. & *in L. si hominem* 7. §. *datur, ff. eod.* & *L. ex depositi* 12. *ff. de action. & oblig.* ubi videbis, quando detur contra hæredes pro parte hæreditaria, & quando in solidum.

(2) *Tornar.* Et debet reddi in eodem loco, in quo deposita est, vel ubi sine dolo depositarii reperitur, *L. si in Asia* 12. §. *depositum, ff. eodem*, ubi vide qualiter hoc limitatur, & vide *L. ei apud quem* 5. §. *in sequestrum, ff. eod.*

(3) *A los que heredassen.* Cuilibet pro parte hæreditaria, quando deposita res est dividua, vel in solidum, si est individua: vide *L.* 1. §. *si pecunia in sacculo* 36. & §. *apud Julianum* 37. *ff. eod.* & vide quod habetur *in L. si plures* 14. *eod. tit.* & *in L. fin. C. eod.*

(4) *Cada que gela demandassen.* Nam & si deposuero apud te, ut post mortem meam, vel post mortem tuam reddatur mihi, potero mutare voluntatem, & agere antequàm moriar, vel moriaris, ut *ff. eod. L.* 1. §. *pen.* & adde *cap. secundum, eod. tit.*

(5) *Compensatio.* Concordat cum *L. si quis vel pecunias* 11. *C. eod.* & *cap.* 2. *eod. tit.* Quid autem si depositum sit factum per constitutum; ut quia videlicèt se quis constituit depositarium sine actuali receptione depositi? Bal. *in cons.* 384. incipit, *duo sunt videnda*, 1. *vol.* relato per Socin. *cons.* 143. *col. pen.* 1. *vol.* vult, quòd *dicta L. pen.* & sic etiam ista, non habeant locum nisi in deposito actualiter facto, & non in eo de quo constat ex sola confessione, qui per aliqua motiva confirmat dictum Baldi; quod tamen non caret scrupulo: videtur in contrarium, quod notat idem Bald. *in rubr. C. depos.* vers. *quinto quæritur*, & Bart. *in L. Lucius Titius, ff. eod.* & quia fundamentum Baldi est ex notatis per Gloss. *in L. assiduis, C. qui potior. in pign. hab.* de dote confessata, quæ licèt non operetur idem, quod actualis numeratio in præjudicium tertii, tamen in præjudicium confitentis benè operatur; & quia qui se obligat ad leges depositi, non video cur in tali non habeant locum leges depositum privilegiantes, argum. *L.* 1. §. *si convenit* 6. *ff. depositi.*

(6) *Non seria tenudo.* Quid si ipse sua sponte velit reddere, vide *L. ei apud quem* 5. §. *si velit* 2. *ff. eodem tit.*

(7) *Fuessen auenidos.* Quid si cùm duo deposuerint, fuit conventum ne redderetur uni sine altero? Dic, quòd ita adimplendum est: & in hoc casu Philosophus quidam liberavit quandam ancillam depositariam, quæ uni tantùm reddiderat, ut refert Azo *C. eod. in summa*, & fuit Demos-

nada la cosa que es dada en guarda, con los frutos (8), e las rentas, e las mejorias que saliessen della.

LEY VI.

Por quales razones non es tenudo aquel que tiene la cosa en condessijo, de tornarla al que la dio.

QVatro razones son, que por qualquier dellas non es tenudo, aquel que recibio el condessijo, de lo tornar a aquel que gelo dio, nin a sus herederos. La primera es, quando la cosa que es dada en guarda, es espada, o cuchillo, o alguna de las otras armas, con que los omes vsan a ferir, o matar. Ca si acaesciesse, que aquel que la dio en guarda, se ensandeciesse despues (1) que gela dio, non gela deue tornar, demientra que le durare la locura: e esto, por guardar que non faga alguna enemiga con ella. La segunda, quando aquel que la dio en guarda, es desterrado por algun mal fecho que fizo, por que le mando el Rey tomar todo quanto ha: ca estonce, lo que ouiesse dado en guarda ante que aquel yerro conteciesse, todo deue ser del Rey, e non de sus herederos. La tercera razon es, quando algun ladron (2) da alguna cosa en guarda, de aquellas que ouo de furto; e quando la demanda, viene en vno (3) con el, aquel a quien la furto, e dize al que la tiene, que non gela de, ca el quiere prouar que suya es, e que gela furto: ca estonce, non gela deue tornar, fasta que sea prouado, si es verdad lo que este atal dize; e si esto non pudiere prouar, deuegela tornar a aquel que gela dio en guarda. La quarta es, quando algun ome da en guarda a otro, alguna cosa que ouiesse furtada a el mesmo: ca este que la tiene en guarda, desque conosciere que la cosa es suya (4), non es tenudo de gela tornar, si prouare que assi es.

LEY VII.

Como deue ser tornado el condessijo, que fue puesto en Eglesia, o en otro lugar religioso.

EN Eglesia, o en Monasterio, poniendo ome alguna cosa en guarda, con otorgamiento, e con mandado del Perlado, e del Cabildo dessa Eglesia; tenudos son de tornar aquella cosa, a aquel que gela dio en guarda, bien assi (1) como faria otro ome qualquier, que la touiesse en guarda. Esso mesmo seria, si quando diesse la cosa en guarda, estouiesse delante el Perlado (2), o el Cabil-

mosthenes iste Philosophus, cui hoc accidit, ut refert Erasmus *in lib. apophthegmat.*

(8) *Con los frutos.* Adde *L.* 1. §. *hanc actionem* 23. *ff. eod.* & *C. eod. LL.* 2. & 4. & infrà *eod. L.* 8.

LEX VI.

Depositarius non tenetur restituere arma stulto, si timetur, quòd cum eis lædat; nec ei cujus bona pertinent ad fiscum; nec furi, veniente domino cum eo, & ne detur furi protestanti; vel si depositarius est rei depositæ dominus, & deponens fur, & hoc probatur. Hoc dicit.

(1) *Despues.* Intelligitur ergò, quòd reddere tenetur, rebus in eodem statu permanentibus, ut dixit Gloss. *in cap. nequis*, in verbo *furens*, 22. *q.* 2. de quo vide per Jason. *in L. quod Servius, pen. & fin. col. ff. de condict. ob causam.*

(2) *Ladron.* Quid si deponens erat bonæ fidei possessor? Videtur, quòd dominus non præferatur ei, arg. *L.* 1. §. *idem Pomponius* 7. *ff. nautæ, caupon. stabular.* Azo tamen *C. eod. in summa*, *col.* 2. dicit, de æquitate potiorem esse causam domini; quod nota multum pro extensione hujus legis.

(3) *En vno.* Concordat *L. bona fides* 31. *ff. eod.* à qua ista lex habuit ortum. Quid tamen si consuetudo esset in contrarium, veluti in castellis datis sub homagio, quæ reddi debent deponenti, licèt postea veniat dominus petens sibi dari castrum? Dic, quòd servanda esset consuetudo, secundùm Oldral. *consil.* 93. *col. fin.* vers. *ad id quod dicebatur.*

(4) *Es suya.* Non enim tenuit depositum rei propriæ, *ff. eod. L. bona fides* 31. & *ff. de contrah. emption. L. suæ rei* 16.

LEX VII.

Si rei depositio fiat in Ecclesia cum consensu Prælati, vel capituli, vel eis scientibus, & non contradicentibus, tenentur ipsi restituere deponenti: sed si apud unum eorum deponitur, cæteris ignorantibus, ille solus restituet; nisi in utilitatem Ecclesiæ probetur conversum, quia tunc omnes tenentur. Hoc dicit.

(1) *Bien assi, &c.* Ex hoc videtur, quòd Ecclesia recipiens depositum, obligabitur, etiamsi nihil ex deposito lucretur; quod est contra doctrinam Innoc. *in c.* 1. *de depos.* qui dicit Ecclesiam non teneri, nisi de deposito lucrum senserit, argum. *L. licet*, §. *si filius*, *ff. de pecul.* & Innoc. sequitur Joann. Andr. & Abb. *col. fin. ad fin.* qui multùm notat hoc dictum Innoc. subdens, esse rationem, quia tunc depositum fit gratia utriusque, & ideò Ecclesia obligatur: secùs verò si fiat gratia tantùm deponentis; nam tunc dicit non sibi occurrere, cur Ecclesia obligetur; saltim cùm sit perveniendum ad distractionem immobilium, vel mobilium pretiosorum, ex contractu prælati, & capituli non inniti ad utilitatem Ecclesiæ, contra *capitulum sine exceptione*, 12. *q.* 2. & rationem *L. præses* 12. *C. de transaction.* Joann. de Imola tamen ibi *col.* 12. vult, Ecclesiam obligari, etsi nihil lucri recipiat ex deposito, per illum text. & hoc videtur approbari hìc in ista lege, neque juvabitur Ecclesia restitutione in integrum, quando dolo delinqueret in re deposita, ut *in L. si ex causa* 9. §. *nunc videndum*, *ff. de minor.* & tenet Joan. Andr. *in dict. c.* 1. ubi & Joan. de Imol. 4. *notabil.* referens Pet. & Floria. dicentes, quòd obligatur Ecclesia recipiens depositum, sicut si alius recepisset, ut & dicit hæc lex. Ad rationem Abb. potest responderi, quòd ex quo Canon permisit recipi deposita per Ecclesiam, in consequentiam veniant alia de distractione rerum pro restitutione depositi.

(2) *Perlado.* Approbat Gloss. *in dict. c.* 1. *eod. tit.* in verbo *personæ*: & idem vult ibi Joan. Andr. si depositum fiat apud sacristam Ecclesiæ deputatum ad deposita recipienda; secùs si esset deputatus ad custodiam vasorum Ecclesiæ: & vide ibi per Joan. de Imol. quid si sacrista esset deputatus ad deposita Ecclesiæ, & de consuetudine esset, quòd ille apud Ecclesiam reciperet alia deposita: vide per eum *col.* 12.

bildo, e se callassen, e non lo contradixessen; maguer non la dexasse con su mandado, nin con su otorgamiento. Mas si la dexasse en guarda de vno dellos tan solamente, non lo sabiendo los otros, estonce aquel solo (3) seria tenudo de lo tornar, e non el Perlado, nin el Cabildo. Fueras ende, si fuesse prouado, que aquella cosa fuera dada, o espendida, en pro de la Eglesia: ca estonce todos serian tenudos (4), de la pechar.

LEY VIII.

Como deue ser tornado el condessijo, que ome faze en tiempo de cuyta, o en otra manera: e que pena deue auer el que lo negare, si le fuere prouado.

VEyendose ome muy cuytado, de fuego que le quemasse la casa do touiesse sus bienes; o de auenidas de aguas que veniessen, que gelas leuaria; o si las touiesse en algund nauio, que estouiesse en ora, o en manera de peligrar; e por alguno destos embargos, o por algunos semejantes dellos (1), diesse alguna cosa, de aquellas que temia que se le perderian, en guarda a otro; si este atal que la rescibio, la negasse (2) quando gela demandasse, e despues desto gelo prouasse el otro, deuegela pechar doblada: e por esso gela deue assi pechar, porque faze grand enemiga (3), en negar lo que le auian dado en guarda en tal sazon, que estaua cuytado en alguna de las maneras sobredichas, e non podria ser apercebido, de catar si era ome de recabdo, aquel a quien la daua en guarda, o non. Mas aquel que niega, que non rescibio los condessijos que son dados en alguna de las otras maneras de que fezimos emiente en la segunda ley deste Titulo, si le fuere prouado en juyzio, valdra menos porende, e sera enfamado (4); e deue tornar el condessijo, o la estimacion, con las costas (5), e los daños, e los menoscabos (6) que ouiere fecho el otro por esta razon. E quanto en los daños, e en los menoscabos, deue ser creydo por su jura (7), el que dio la cosa en guarda. Pero el Juez los deue estimar, e templar (8), catando todavia, que ome es aquel que jura por ellos. Estos menoscabos dezimos que se deuen entender, por los daños que venieron, porque la cosa non fue tornada quando la pidio; mas non de lo que pudiera auer ganado (9) por ella. E los daños que le podrian venir por esta razon, seria, como si ouiesse a dar dineros, o otra cosa, a dia señalado, con penas, o con cotos, o en otra manera semejante destas; e porque non le fue tornado el condessijo a la sazon que lo deuiera auer, cayo en aquellas penas, e en aquellos cotos. E si la cosa que es dada en condessijo, es de tal natura que de fruto de si, tenudo es de pechar demas desto, todos los frutos (10) que ouo della, despues que gela dio en guarda, e que pudie-

(3) *Solo.* Vide quæ dixi suprà *eodem L. tertia.*

(4) *Tenudos.* Ut hìc, & *in cap. quod quibusdam* 3. *de fidejussor. L. ei qui* 7. *C. quod cum eo*, & habetur *in dict. cap.* 1. *isto tit.*

LEX VIII.

Negans depositum, necessitate incendii, vel naufragii depositum, tenetur ad duplum; sed si est alterius generis depositum, tenetur in simplum, & ad expensas, fructus, & interesse damni, non lucri, & efficitur infamis: & super æstimationem jurabit actor in litem cum judicis taxatione. Hoc dicit.

(1) *O por algunos semejantes dellos.* Tollit hæc lex dubium, quod movebat Joan. Fab. *in* §. *sequens*, *instit. de action.* & approbatur hìc opinio, quam tenebat Ang. & Jaso contra Fabrum.

(2) *Si este atal que la rescibio, la negasse.* Requiritur negatio, ut sit pœna dupli, ut hìc, & §. *sed & furti* 26. *instit. de action.*

(3) *Porque faze grand enemiga.* Cùm enim existente necessitate deponat, crescit perfidiæ crimen, & publica utilitate coercendum est, vendicandæ reipublicæ causa, *ff. eod. L.* 1. §. 1. *in fine*: & si negans condemnetur ad restitutionem depositi, est infamis, ut *in L. qui depositum* 10. *C. eod.* & *in L.* 1. *vers. qui furti*, *ff. de his, qui not. infam.* & infra *in ista L.* quæ licèt loquatur, quando ex aliis causis fit depositum, à fortiori procedit in eo, quod fit ex istis causis necessariis.

(4) *Enfamado.* Concordat *L. qui depositum* 10. *C. eod.* & *L.* 1. *vers. qui furti*, *ff. de his, qui notant. infam.* & procedit, quando proceditur ordinariè, & condemnatione facta; secùs si procederetur executivè, mittendo instrumentum depositi executioni, secundùm Bald. *in L. si quis*, *C. eod.* An autem, si tabellio infamaretur ex tali causa, possit instrumenta conficere? Vide Bart. *in L. eadem*, §. 1. *ff. ad Leg. Jul. repet.* Bald. & Salicet. *in dict. L. qui*, *depositum*, & Innoc. *in cap. qualiter*, *& quando* el 2. *in gloss. magn. de accusat.* vide ibi omninò de damnato ex actione famosa descendente ex contractu, an removendus sit ab officio, seu an teneant gesta per eum.

(5) *Con las costas.* Ut in *L. properandum* 13. §. *sin autem* 3. *C. de judic.* & *in authent. de judicib.* §. *oportet* 10. cum ibi notatis.

(6) *Los menoscabos.* Adde *L.* 3. *ff. de in litem jurand.* & *L. pen.* §. 1. *ff. si quis in jus vocat. non ierit*, *L. semper* 15. §. *hoc interdicto* 7. *ff. quod vi, aut clam*, & *in cap. conquestus* 8. & *in cap. salubriter* 16. *de usur.*

(7) *Por su jura.* Adde L. 3. cum Gloss. ibi *ff. de in litem jur.* & hoc propter difficultatem probationis interesse, ut *in L. fin. ff. de prætor. stipul.* nam dolus cum difficultate probationis adjuncta talem probationem videtur admittere, *L. si quando* 9. *C. unde vi*, *L.* 1. §. *non solum* 41. *ff. de vi, & vi armat. L. in actionibus* 5. §. *plane* 4. & *L. cum furti* 9. *ff. de in litem jur.* & adde L. 1. §. *in depositi* 26. *ff. eod.*

(8) *Templar.* Adde *L. videamus* 4. §. *fin. cum L. sequenti*, *ff. de in litem jurando.*

(9) *Ganado.* Sequitur Glossam *in dict. L.* 3. *ff. de in litem jur.* & sic habes, quòd nummis non restitutis, non habeatur ratio lucri. In contrarium videtur text. *in L. arbitraria* 2. §. *nunc de officio* 8. *ff. de eo quod certo loco*, & hoc tenet Bart. *in dict. L.* 3. maximè per *L.* 1. *C. de sentent. quæ pro eo, quod interest*: quod fortè procederet, & sic limitaretur ista lex, quando qui prætenderet interesse lucri, esset solitus lucrari, puta si esset mercator, & lucrum esset quasi certum, seu appareret certum, secundùm modernos Doctor. *in dicta L.* 3.

(10) *Los frutos.* Adde *L.* 1. §. *hanc actionem* 23. *ff. eod.*

diera auer (11), despues que la pidio el dueño della, o sus herederos.

LEY IX.

Como el condessijo que recibio el finado en su vida, deue ser tornado ante que las otras debdas, fueras ende en cosas señaladas.

Dineros contados, o otra moneda de oro, o de plata, o alguna de las otras cosas, que se suelen, e pueden contar (1), o pesar, o medir, recibiendo alguno en guarda de otro; si se muriesse aquel que la recibio en guarda, ante que la tornasse, tal priuilegio han las cosas que son dadas en condessijo, que primeramente (2) deuen entregar, e pagar las cosas que fuessen encomendadas, que ninguno de los otros debdos que deuiesse el finado. Fueras ende, si ante que aquellas cosas ouiesse recebido en guarda, ouiesse fecho algund debdo, por que ouiesse obligado (3) señaladamente todos sus bienes, o parte dellos: ca estonce, ante pagaria el debdo que ouiesse, que aquello que assi ouiesse recebido en guarda. Esso mismo seria, si algund debdo fuesse fecho por razon de la sepultura (4) del finado; o si aquel que tiene la cosa en guarda, fuesse debdor de otro, por marauedis que le ouiesse prestado, para fazer (5) alguna casa, o naue, o otra cosa semejante, que estaua en manera de se perder, si la non refiziesse; o si el finado deue alguna cosa a su muger, que le ouiesse dado por dote (6); o si ouiesse ante fecho (7) algund pleyto con el Rey (8), por que fuessen sus bienes obligados, o por malfetrias (9) que ouiesse ante fecho (10), por que ouiesse algo de pechar: ca estonce, tales debdas como estas se deuen ante pagar, que el condessijo que fuesse assi dado. Mas las otras cosas que fuessen dadas en condessijo, non

eod. & *L.* 5. *suprà eod.* Et quid si fructus fuerint per eum consumpti, & tempore consumptionis non tantum valebant, sicut valuerunt post tempus consumptionis? Vide Bald. *in L.* 2. *in fin. C. de fruct. & lit. expens.* qui tenet considerari tempus consumptionis, & vide Bart. *in L. divortio*, §. *ob donationes*, *ff. solut. matrim.*

(11) *Que pudiera auer.* Vide quæ habentur *in L.* 39. *tit.* 28. *Part.* 3. & quæ ibi dixi, & *L.* 2. ubi Bald. & Doctor. *C. de fruct. & lit. expens.* & *L. certum* 22. *C. de rei vendicat.*

LEX IX.

Deponens rem, quæ consistit pondere, numero, vel mensura, præfertur anterioribus creditoribus personalibus: sed non præfertur realibus, nec ei quod expenditur in funus defuncti, vel in domus, vel navis refectione necessaria, nec præfertur Regi, si quid ei ex delicto, vel contractu debetur, vel etiam pro dote uxoris. Si autem res deposita non fuerit de his, quæ pondere, numero, vel mensura consistunt, si invenitur in potestate depositarii, vel hæredum ejus, præfertur deponens omnibus aliis creditoribus. Hoc dicit.

(1) *Contar.* De his rebus dicit, quia in eis transit dominium in depositarium, ut suprà *eod. L.* 2. nam si extaret res deposita, cujus dominium non transiret, tunc deponens indistinctè præferretur, *L. in rebus* 30. & ibi Bald. 2. *lectura*, *C. de jure dot. L. si ventri* 24. §. *in bonis* 2. *ff. de reb. auctorit. jud. poss.* & *ista L. in fine.*

(2) *Primeramente.* Istud privilegium datur deposito propter frequentiam contractuum, & necessarium usum, *ff. depositi L. si hominem* 7. §. *fin. cum L. sequenti.*

(3) *Obligado.* Nam habens hypothecam præfertur omnibus privilegiis personalibus, *L. eos* 9. *C. qui potior. in pign. hab.* & hypotheca sequitur ipsam rem, *L. rescriptum* 10. *ff. de pact.* Quid tamen si hypotheca facta fuit in fraudem chirographarii deponentis, vel depositarii, vide quod dicit Bald. *in rubr. C. de revocand. his, quæ in fraud. credit. alien. sunt*, *in princ.* versic. *item certum*, & Gloss. *in L.* 1. §. *ex contrario*, *ff. de separat. bonor.*

(4) *Sepultura.* Adde *L. pen. ff. de relig. & sumpt. fun.* & *L.* 30. *tit.* 13. *infrà ead. Part.* ubi vide quæ dixi.

(5) *Para fazer.* Adde *L. interdum* 5. *ff. qui potior. in pign. hab.* & *L.* 28. *tit.* 13. *infrà ead. Part.*

(6) *Dote.* Adde *L. fin. C. qui potior. in pign. hab.* & *L.* 33. *tit.* 13. *ead. Part.*

(7) *Ante fecho.* Idem si post, dummodò non in fraudem deponentis, *in dict. L. eos* 9. *C. qui pot. in pign. hab.* & vide Gloss. *in L. quod quis*, *in gloss. fin. ff. de privileg. creditor.*

(8) *Pleyto con el Rey.* Adde *L. pen.* §. *respublica*, & *L. privilegia* 32. *ff. de reb. auctor. jud. poss.* & *L. si cum pecuniam*, & *L.* 2. *C. de privileg. fisci*, & *L.* 2. *C. in quibus caus. pign. tacit. contrah.*

(9) *Malfetrias.* Videtur hìc innui, quòd fiscus habeat tacitam hypothecam in bonis delinquentis, etiam contra creditores, etsi sint depositarii, quod & voluit Gloss. *in L. una*, *C. pœnis fiscal. credit. præfer. lib.* 10. Gloss. tamen *in L. aufertur*, §. *fiscus*, *ff. de jure fisci*, tenet contrarium, & in *L. rescriptum*, *in princ. ff. de pact.* Adverte tamen, quòd ista lex non probat, quòd in delictis habeat fiscus tacitam hypothecam; sed tantùm probat, quòd in prosecutione sortis propter delictum habeat privilegium personale, ut præferatur aliis creditoribus, cum quibus delinquens contraxit; & secundùm hoc concordat ista lex cum *L. quod placuit* 37. *ff. de jure fisci*, & notat Cin. & ibi etiam Alber. *in L. si quis posthac*, *C. de bon. proscript.* & idem Alber. *in dict. L. quod placuit*: de veritate tamen primi dicti, an fiscus in delictis habeat tacitam hypothecam, vide Bart. *in L. post contractum*, *ff. de donat.* & *in L. aufertur*, §. *fiscus*, *ff. de jur. fisci*, Alber. *in L.* 1. *C. de privileg. fisci*, & per Alex. *in dict. L. rescriptum*, *in princ.* & magis communis videtur opinio, quòd ante inchoatum judicium criminale bona non habet hypothecata; imò neque ante sententiam latam, secundùm Bart. *in dict. L. post contractum*, & per Alex. *in dict. L. rescriptum*, *in princ.* quem vide. Et per istam hypothecam non excluduntur creditores condemnati, qui essent creditores aliter, quàm ex delicto illius, per *dictam L.* 1. *C. pœnis fiscal. &c.* sed solùm competit hypothecaria fisco contra debitorem possidentem, vel tertium possidentem, qui non esset creditor, secundùm Bald. Angel. & Alex. *in dict. L. rescriptum*, *in princ.* Dic ergò, quòd ista lex intelligatur, non quando fiscus petit pœnam delicti, quia tunc præferentur creditores indistinctè; sed quando damnum fuit datum, vel maleficium fuit factum in re fiscali: nam si fiscus agit ad tale damnum, præfertur etiam depositario; imò tali casu posset dici, quòd fiscus habeat bona delinquentis tacitè hypothecata: quia bona delinquentis in fiscum sunt tacitè obligata, secundùm Azon. *C. de privileg. fisci*, *in summa in princ.* & hoc est, quod etiam voluit Bald. *in dict. L. rescriptum*, *in princ. in lect. antiqua*, prout ibi refert Alex. quòd si fiscus persequatur rem familiarem, ut quia agat pro damno dato in fundo fiscali, habeat incontinenti bona tacitè hypothecata, non expectata sententia: nam tunc propriè non prosequitur pœnam; aliàs melioris conditionis esset delinquens in damnum fisci, quàm contrahens; quod non est dicendum, secundùm eum, & satis videtur probari in ista lege.

(10) *Ante fecho.* Idem si post, ut dixi suprà, quando maleficium fieret in re fiscali: si verò fiat in re alicujus extranei, vide *L.* 13. *tit.* 14. *infrà ead. Part.*

non por cuento, nin por peso, nin por medida, si fueren falladas (11) entre los bienes del finado, e si le fuere aueriguado, que le fueron dadas en guarda, ellas deuen ser entregadas en todas guisas a sus dueños, o a sus herederos, ante que se paguen las otras debdas, de qual manera quier que sean.

LEY X.

Que las despensas que fueren fechas por razon del condessijo, deuen ser tornadas a aquel que las fizo.

DEspensas faziendo, aquel que touiesse alguna cosa en guarda de otri, por pro della, como quier que las deue cobrar, con todo esso non deuen retener (1), como en razon de prenda por ellas, aquella cosa que le fue dada en guarda; mas deuela dar aquel cuya es, quando gela demande. Otrosi dezimos, que es tenudo (2) el otro, de darle aquellas despensas que fizo en esta razon. Otrosi dezimos, que si algund ome diesse a otro algund sieruo en guarda, sabiendo que era ladron, e non le apercibiesse dello, e este sieruo furtasse alguna cosa a su guardador, que tenudo es el señor de pechar aquello que furtasse. Mas si el que lo dio en guarda non lo sopiesse (3), estonce, en su escogencia es de pechar el furto, o de desamparar el sieruo, por emienda del furto que desta manera le fizo.

TITULO IIII.

De las Donaciones.

Leyes del titul. 10. lib. 5. Recop.

DAr es vna manera de gracia, e de amor, que vsan los omes entre si, que es mas cumplida, e mejor, que las que diximos en el Titulo ante deste. Ca el que empresta, o da lo suyo en condessijo, fazelo con entencion de cobrar todo lo suyo; mas el que da, quitalo de si del todo. Onde, pues que en los Titulos de suso fablamos de los prestidos, e de los condessijos, que fazen los omes vnos a otros, por fazerles amor e ayuda; queremos aqui dezir de las donaciones, que se fazen por gracias, o por bondad de aquel que lo da, o por merescimiento de aquel que lo rescibe. E primeramente diremos, que cosa es donacion. E quien la puede fazer. E a quien. E de quales cosas. E en que manera. E despues diremos, por quales razones se desata la donacion, despues que es dada. E de todo lo al, que a esta razon pertenesca.

LEY I.

Que cosa es donacion, e quien la puede fazer, e a quien, e de que cosas.

Leyes 1. y 7. tit. 10. lib. 5. Recop.

DOnacion (1) es bien fecho que nasce de nobleza, de bondad (2) de corazon, quando es fecha sin ninguna premia (3). E todo ome libre (4) que es mayor de veynte e cinco años (5), puede dar lo suyo, o parte dello, a quien se quisiere, maguer non lo conosca (6); solamente, que non sea aquel a quien lo da, de aquellos a quien defienden (7) las leyes deste nuestro libro, que lo non puedan tomar. Pero, si el que faze la donacion es loco, o desmemoriado, o desgastador de sus bienes, de manera que le es defendido del Judgador del logar que non vse dellos, non valdria la dona-

(11) *Si fueren falladas.* Adde *dict. L. si ventri 24. §. in bonis 2. ff. de reb. auctorit. jud. possid.*

LEX X.

Licèt res deposita non debeat prætextu debiti retineri propter expensas, quas depositarius fecit, poterit eas repetere à deponente: & tenetur deponens de furto servi depositi, si scivit furem, nec depositarium certificavit; sed si non sciebat, liberatur dando servum pro noxa. Hoc dicit.

(1) *Tener.* Approbat opinionem Joan. de qua in Gloss. *in L. si quis*, super parte *exceptionem*, *C. eod.* licèt Doctor. communiter ibi approbent opinionem contrariam, quæ fuit Placentini. Tene ergò menti istam legem, quòd pro expensis factis in re deposita per depositarium non competit sibi jus retentionis.

(2) *Tenudo.* Hoc casu datur actio depositi contraria, *ff. eod. L. actione* 23. Et nota, quòd in actione depositi contraria venit etiam levissima culpa, ut *in L. si servus* 61. §. *quod vero* 5. & ibi Bart. *ff. de furt.*

(3) *Non lo sopiesse.* Adde *L. si servus pignori* 31. *ff. de pignor. action.* & approbat ista lex opinionem Placent. de qua per Azon. *C. depos. in summa ad fin.* Gloss. tamen *in dict. L. si servus*, & ipse Azo ubi suprà, & Doctor. communiter *in L. in rebus*, §. *item qui sciens*, *ff. commod.* tenent indistinctè deponentem, scientem vel ignorantem, teneri ad interesse, neque liberari dando pro noxa: quia officium suum non debet esse depositario damnosum, *L. si servus* 61. §. *quod vero* 2. *ff. de furt.* Nota benè istam legem, quæ decidit contra Gloss. & communem opinionem, & sequitur opinionem Placentini.

TITULUS QUARTUS.

LEX I.

Donatio est beneficium ex cordis nobilitate procedens, quando ex libera voluntate fit: & potest donare quilibet liber major 25. annis, cui vult; dum tamen non sit de prohibitis: donatio tamen stulti, vel prodigi, cui bonis est interdictum per Judicem, non valet; licèt talibus donari potest. Hoc dicit.

(1) *Donacion.* Concordat *L. 1. ff. eod.*

(2) *De bondad.* Ille propriè dicitur magnificus, & liberalis, qui dat sine prætextu alicujus retributionis, ut hìc, & in *L. 1. ff. eod.* & ibi notat Joan. de Imol.

(3) *Premia.* Nam si necessitate cogente, non est donatio *L. rem legatam* 18. *ff. de adim. legat.*

(4) *Libre.* Nam servus, vel monachus non potest donare, *cap. non dicatis*, 12. *quæst.* 1. etiamsi servo concedatur libera peculii administratio, *L. contra juris* 28. §. *fin. ff. de pact.* de filiofamilias vide *L. filiusfamilias* 7. *ff. de donation.* & *L. 3. infrà eod.*

(5) *Mayor de xxv. años.* Nam minor etiam cum decreto non donat, *L. fin. vers. cum autem*, ubi vide Gloss. *C. si major. fact. alien. fact. sine decreto rat. habuer.*

(6) *Non lo conozca. C. eod. L. in extraneos* 29.

(7) *Defienden.* Ut si donetur uxori, vel pater filiofam. vel miles donet concubinæ.

nacion que ninguno destos fiziesse; como quier que valdria, la que a ellos fiziessen.

LEY II.

Quales omes no pueden fazer donacion.

SAbido seyendo, que algund ome se trabajasse de muerte del Rey, o de lision de su cuerpo, o departimiento de su Reyno, o de alguna partida del, non puede fazer donacion de lo suyo, nin de alguna partida dello, desde el dia (1) que se mouio a fazer, e consejar esta enemiga; e si la fiziere, non vale (2). Otro tal dezimos que seria, de los que se trabajassen de muerte, o de lision, de aquellos que el Rey ouiesse escogido señaladamente por sus consejeros (3) escogidos, e honrrados. E aun dezimos, que si algund ome es judgado por Hereje, por juyzio de Santa Eglesia, la donacion que fiziesse despues (4), non valdria en ninguna manera. Mas si alguno fuesse acusado de otro yerro, maguer fuesse atal, que seyendo prouado, deue morir (5) por ello, o ser desterrado por siempre; dezimos, que la donacion que fiziesse, fasta el dia que diessen la sentencia (6) contra el, que valdria (7); como quier que si fuesse fecha despues de la sentencia, non seria valedera. Otrosi dezimos, que si fuesse la donacion en antes (8) que ouiesse fecho el yerro, que maguer que le accusassen despues, e diessen juyzio contra el, que valdria la donacion.

LEY III.

Quales fijos pueden fazer donacion, e quales non: e como deue valer la donacion, que el padre faze a su fijo.

FIjo, o nieto, que estouiesse en poder de su padre, o de su abuelo, non puede fazer donacion, a menos de otorgamiento de aquel en cuyo poder esta. Fueras ende, si fuesse Cauallero que ouiesse fecho ganancias de su Caualleria, o otro qualquier que ouiesse ganado algo en algunas de las maneras que son llamadas en latin castrense, vel quasi castrense peculium: ca de lo que ouiesse ganado assi, bien podria fazer donacion, sin otorgamiento de aquel en cuyo poder estouiesse. Pero si el fijo, o el nieto touiesse algund pegujar apartadamente, que le ouiesse dado el padre, o el auuelo, con que ganasse; maguer este pegujar atal fuesse de los bienes del padre, o del auuelo, bien podria dar dello el que lo touiesse, alguna cosa a su madre, o a su hermana, o a su sobrina, o algunos de los otros sus parientes, o parientas, para casamiento, o para otra cosa, que el entendiesse que le era grand menester, que le fuesse guisada, e conuenible, e derecha. E esso mismo dezimos que seria, si le diesse en salario a algund su Maestro, que le mostrasse sciencia, o alguna arte, o menester; mas en otra manera non lo podria fazer. Mas

Ley 1. y 10. tit. 6. lib. 5. Recop. LL. 1. 2. y 5. tit. 2. lib. 5. Recop.

LEX II.

Donare non potest, qui crimen læsæ majestatis commisit, vel si est per Ecclesiam hæreticus judicatus: si tamen aliud crimen etiam capitale contraxit, donare potest usque ad sententiam; postea verò non. Hoc dicit.

(1) *Desde el dia.* Adde *L. quisquis* 5. & *L. fin. C. ad Leg. Jul. majest.* & *L.* 4. *tit.* 2. *Partit.* 7.

(2) *Non vale.* Adde dicta jura, & *L. donationes* 31. §. *fin. ff. isto tit.* & idem dic in aliis casibus, & delictis, in quibus à tempore commissi criminis bona confiscantur ipso jure, ut *in L. commissa* 14. *ff. de publican.* & *cap. cum secundum leges* 19. *de hæret. lib.* 6. & *in authent. incestas*, *C. de incest. nup.* & notatur *in L. Imperatores* 34. *ff. de jure fisci.*

(3) *Consejeros.* Vide quæ dixi *in L.* 1. *tit.* 16. *Part.* 2.

(4) *Despues.* Adde *L.* 4. *in fin. tit.* 26. *Part.* 7. ubi vide quæ dixi.

(5) *Deue morir.* Adde, & etiam debent bona publicari, ut notatur per Bart. & Doctor. *in L. post contractum*, *ff. de donation.*

(6) *Que diessen sentencia.* Approbat opinionem Gloss. Din. & Bart. *in dict. L. post contractum*, & reprobat opinionem Odofr. quem ibi refert Bart. *in princ. lecturæ*, quam dicit Angel. *in L. si quis posthac*, *C. de bonis damnat. in princ. col.* 2. quod communiter sequebantur advocati, & assessores, scilicèt, quòd donatio pendeat ex futuro eventu, ut si condemnatio sit secuta, non teneat; si verò sequatur absolutoria sententia, teneat donatio: quæ opinio, ut vides, reprobatur hìc, & contra opinionem Odofr. est etiam casus rotundus, secundùm Ang. ibi, *in dict. L. si quis posthac.*

(7) *Valdria.* Intellige in delictis, in quibus ipso jure non interdicitur administratio, prout est regulariter, ut *in L. aufertur* 46. §. *in reatu* 6. *ff. de jure fisci*, secùs in his in quibus interdicitur, ut *in L. ex judiciorum* 20. *ff. de accusat. L. quæsitum* 15. *ff. qui, & à quibus*, nisi alienatio sit necessaria, ut *in L. reo* 41. *ff. de solution.* ut pro suis alimentis, advocatis, vel scripturis ad causam pertinentibus, de quo vide pleniùs per Bart. *in dict. L. post contractum*, *col.* 4. *ff. eod.* Intellige etiam, nisi donatio, vel alienatio fieret in fraudem fisci metu pœnæ, *L. si aliquis* 7. *ff. de donat. caus. mort. L. in fraudem* 45. *in princ. ff. de jure fisc.* & *L. cum ratio* 7. §. *ex bonis*, *ff. de bonis damnat.* & *L. qui rei* 3. *in princ. ff. de bonis eorum, qui sibi mort. consciv.* & ex quibus præsumatur fieri in fraudem, vide Bart. *in dict. L. post contractum*, 2. 3. & 4. *col.* & notabiliter per Ang. *in dict. L. si quis posthac*, *col.* 2. *C. de bonis damnat.* & per Decium *cons.* 235.

(8) *Antes.* Adde *L. si quis posthac* 9. §. *si quid etiam*, *C. de bonis proscript.* & limita, nisi fieret in fraudem fisci (ut dixi in præcedenti gloss.) & adde Specul. & ibi Joan. Andr. *in addit. tit. de donat. versic. item pone aliquis intendens*, & Bart. *in L. jusjurandum*, §. *procurator*, *col. pen. ff. de jurejur.*

LEX III.

Filiusfamilias non potest donare sine consensu patris, qui eum habet in potestate, nisi de castrensi peculio, vel quasi. De profectitiis autem donare potest consanguineis pro dote, vel alia justa causa: & de eis potest magistro suo salarium dare. Item non valet donatio per patrem filiofamilias facta: nam post mortem patris communicatur cum fratribus; nisi filius fiat miles, & pater donet ei equum, & arma, aut scholari libros. Hoc dicit: & concordat cum *L. filiusfamilias* 7. *in princ. ff. eod.*

LL. 1. y 10. tit. 6. lib. 5. Recop.

Mas si el padre diesse algo de lo suyo a alguno de los fijos, non valdria (1). Ca el fijo a quien lo diesse, si ouiesse otros hermanos, tenudo seria despues de muerte de su padre, de aduzirla, e meterla a particion (2) con ellos, o de rescebirla en su parte (3), entregandose cada vno de los otros hermanos, de otro tanto como valiesse la donacion que le dío el padre. Fueras ende, si el padre fiziesse Cauallero (4) a su fijo, e le diesse cauallo, e armas, o le fiziesse aprender alguna sciencia (5), o le diesse libros en que la aprendiesse. Ca el donadio que fuesse fecho en alguna de las maneras sobredichas, valdria (6); e non seria tenudo de aduzirlo a particion entre los otros hermanos.

(1) *Non valdria.* Non valet donatio facta à patre filio in potestate, ut hic, & *in L. 2. C. de inoffic. donat.* & *L. donationes, quas parentes 25. C. de donat inter vir. & uxor.* & hoc est regulare: limita, ut per Bart. *in L. frater à fratre, in fin. ff. de condict. indeb.* & ibi latè per Jason. *in utraque lectur. pen. & fin. folio, pen. & fin. col. 2. lectur.* Hodie tamen de jure Regni tenet donatio facta filio in potestate: & si sit tradita rei donatæ possessio, est irrevocabilis, *L. 17. in Ordin. Taurinis*; si tamen non interveniat traditio, est revocabilis, tàm in filio in potestate, quàm in emancipato, ut *in dict. L. 17.* quam vide *cum L. 26.* Adverte tamen, quòd hoc procedit respectu tertiæ partis bonorum, in qua pater potest meliorare filium, & in quo casu loquitur *dict. L. 17.* respectu verò aliorum bonorum patris jura antiqua remanebunt incorrecta, *L. præcipimus 32. C. de apellat.*

(2) *Particion.* Hic habes, quòd filiusfamilias confert fratribus donationem simplicem sibi à patre factam; quod est contra communem doctrinam Bart. & aliorum Doctorum *in authent. ex testamento, C. de collat.* & per Bart. *in L. 1. §. neque castrense, col. 4. ff. de collat. bonor.* & sic de jure isto Partitarum nulla in hoc erat differentia inter filium in potestate, & filium emancipatum, nam uterque confert simplicem donationem: intellige tamen, ut dicam in gloss. sequenti.

(3) *En su parte.* Hoc idem erat de jure communi: nam donatio simplex facta filiofamilias imputatur sibi in legitimam, ut notat Bart. *in L. 1. §. neque castrense, col. 4. ff. de collat. bonor.* & *in L. in quartam, ff. ad Leg. Falcid. col. pen.* per *L. filium, quem habentem*, secundùm lectur. Azon. *C. famil. ercis.* & probatur *in L. 4. tit. 15. Partit. 6.* quæ tamen lex dicit, ita demùm hoc procedere, si inter filios emergat inæqualitas, non aliàs, ut ibi, & *in L. pen. C. de collat.* & sic secundùm illam legem deberet ista intelligi, & limitari; aliàs istæ leges essent contrariæ: sed dic, quòd ista limitetur, & declaretur per illam, tàm respectu imputationis, quàm collationis: & hoc nota, quia Rodericus Suarez perpendit contrarietatem istarum duarum legum Partitarum *in repetitione L. quoniam in prioribus, fol. 90. col. 4.* & non solvit. Hodie tamen per *L. 26. in Ordinam. Taurinis*, cùm filius videatur per donationem melioratus, non tenebitur conferre, neque computare in eo, quod tertium & quintum bonorum non excedit; & ita intelligatur id, quod habetur *in L. 29. ejusdem Ordin. Tauri.*

(4) *Cauallero.* Adde *L. 1. §. nec castrense 15.* & ibi Bart. *ff. de collat. bonor.*

(5) *Sciencia.* Adde *L. quæ pater 50. ff. famil. ercis.* Bart. *in L. 1. §. neque castrense, 4. col. ff. de collat. bonor.* & *L. 5. tit. 15. 6. Part.* ubi vide quæ dixi.

(6) *Valdria.* Ex isto verbo constat apertè, quòd si pater misit filium ad studium, & dedit ei libros ad addiscendum, quòd videtur tales libros sibi donasse, & donatio tenet; de quo vide latè per Bald. *in L. filiæ cujus*, vers. 3. *quæritur, C. famil. ercisc.* cujus contrarium voluit Ang. *in L. filiæ licet, C. de collat.* ubi vult, quòd isto casu non videtur donare, quia videtur ex necessitate tradidisse, ex quo misit filium ad studium; & ideò infert, quòd tunc tales libri, ut communes dividentur: quod dictum videtur reprobari hic in ista lege: & cogita, an possit limitari, quando donatio librorum non esset in magna quantitate, ex dictis Bald. *in dict. L. filiæ cujus*: vide quæ latiùs dixi *in L. 5. tit. 15. 6. Part.*

LEY IIII.

En que manera puede ser fecha la donacion.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

FAzer se puede la donacion en quatro maneras. La primera, quando es fecha sin ninguna condicion. La segunda, quando aquel que la da, pone condicion en el donadio. La tercera, quando son presentes en algund logar, el que da, e el que rescibe la donacion. La quarta, quando aquel que quiere fazer la donacion, es en otra tierra. Ca estonce non la puede fazer (1) si non por carta, o por mensajero cierto, en que le embie a dezir señaladamente lo que le da. E quando la donacion es fe-

LEX IIII.

Fit donatio purè, vel sub conditione, & præsenti, vel absenti. Et tenetur donans, vel ejus hæres rem donatam tradere donatario; deducto tamen ne egeat donator. Hoc dicit.

(1) *Non lo puede fazer.* Adde *L. absenti 10. ff. eod.* & *L. nec ambigi 6. C. eod.* ubi gloss. notabilis (quam sequitur communis Doctorum sententia) dicit, quòd si quidam, qui non fuit ad hoc deputatus nuntius, sed ipse motu proprio voluntatem donatoris à se intellectam ipsi donatario declaraverit, non videbitur perfecta donatio; & satis probatur hic. Ludovicus tamen Romanus in hoc tenet contrarium, motus per aliqua pulchra fundamenta, *consil. 295.* volens, quòd dato, quòd non interveniat nuntius, vel epistola, sufficiat ad valitudinem donationis, quòd donatarius quocunque modo certificetur, & donationem acceptaverit: & ejus fundamenta breviter etiam reassumit Phil. Corn. *consil. 254. vol. 3. col. 1.* & tandem dicit non esse recedendum in decisoriis à communi opinione: & dicit Paul. de Cast. satis pulchrè *in L. Titia, §. idem respondit*, el 2. *ff. de verb. oblig.* quòd, etsi contineatur in instrumento, *talis donavit tali*, si non dicitur *præsenti, & recipienti*, cùm donatio possit fieri inter absentes, non præsumitur præsentia; & si non apparet de acceptatione illius, donatio non valet: ut enim donatio accipiat perfectionem, exigitur consensus donantis, & donatarii, sicut est in cæteris contractibus, qui consensu contrahuntur, *L. 1. in fin. ff. de contrah. empt. L. consensu 2. ff. de action. & oblig.* Neque obstat *cap. si tibi absenti 17. de præbend. lib. 6.* quia loquitur in beneficialibus, secundùm Joan. Fab. *in dict. L. neque ambigi*, vel secundùm Archid. *in dict. cap. si tibi absenti*, & etiam videtur velle Gloss. ibi: In casu illo erat qui recipiebat nomine absentis, & fuit investitus. Sed an hodie stante *L. Ordin. 3. tit. 8. lib. 3.* quæ dicit obligationem contrahi inter absentes, donatio fieri possit absenti? Est satis dubium, & versatur communiter in palatiis. Mihi tamen semper visum est, quòd per illam legem non tolluntur prædicta. Moveor ex doctrina Bart. *in L. illud, ad fin. C. de Sacros. Eccles.* ubi in quæstione Gloss. ibi de donatione facta pauperibus, dicit, quòd si constat, quòd quis contractum donationis voluit celebrare, non tenet donatio facta, etiam pauperibus absentibus, ex quo non fuit aliquis præsens, ut etiam Gloss. ibi vult; aut est dubium, & tunc dicit ipse, quòd valebit jure cujusdam voti, seu pollicitationis, & sic sit obligatus personaliter, *L. 2. in princ. ff. de pollicitat.* & *de voto, & voti redempt. per totum*: & sic, quando quis vult facere contractum donationis, non intendit se obligare, nisi secundùm formam à jure traditam super forma, & valore donationis, & sic cessat dispositio *dict. L. Ordin.* Hoc etiam videtur expressè velle Bart. *in dict. L. 2. ff. de pollicit.* post Gloss. ibi, dum vult, quòd dispositio *L. fin. C. de*

fecha simplemente por carta, o por palabra, mas non es aun entregado aquel a quien la fazen, tenudo es (2) de complirla aquel que la faze, o sus herederos (3). Pero esto se deue entender desta guisa: que si aquel que la donacion ha de complir, fuesse tan rico, que aya, de lo que le fincare, tanto de lo suyo (4) que pueda bien beuir, de guisa que non aya que demandar lo ageno; estonce es tenudo en todas guisas, de la dar complidamente. Mas si por auentura non le fincasse (5) de que pudiesse biuir, si lo compliesse, estonce non seria tenudo de complir la donacion.

LEY V.

En que manera vale la donacion, que es fecha so condicion.

Ley. 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

SO condicion faziendo algund donadio vn ome a otro, como si dixesse el que lo faze: Dote tal campo, o tal heredad, si tu padre te sacare de su poder; si la condicion se compliesse, vale el donadio, e si fallesce, non vale. Pero si acaesciesse, que el padre se muriesse ante que el fijo sacare de su poder, como quier que la condicion non se complio en la manera que cuydo el que fizo la donacion, vale el donadio: porque la condicion se cumple por la muerte del padre, e sale ende el fijo de su poder. Ca en este caso, e en todos los otros semejantes del, en que sea puesta condicion, en qual manera quier (1) que se cumpla la voluntad del que la puso, vale el donadio sobre que fuera puesta.

LEY VI.

En que manera vale el donadio, que faze vn ome a otro con alguna postura.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

POr cierta cosa, e por señaladas razones se mueuen los omes a las vegadas, a fazer donaciones a otros; que si

de Sacros. Eccles. non procedit in voto, seu pollicitatione, & quòd illa lex loquens in contractibus in casibus specialibus, ubi transfertur sine traditione dominium, procedit in his, in quibus contractus celebratur ex duorum consensu, & sic, quòd illa lex procedat, cùm loquitur de donatione, quando intervenit etiam consensus Ecclesiæ, in quam fit donatio. Præterea intentio illius *L. Ordin.* non est tollere formam datam à jure contractibus, qui consensu contrahuntur, ut *in dict. L. consensu*, & *in dict. L.* 1. aliàs sequeretur absurdum, quòd si quis venderet absenti, & ignoranti, dicatur, quòd per illam legem tenuit venditio: solùm voluit illa lex tollere formam antiquam stipulationis, & dare vinculum obligationi, qualitercunquè aliquis se vellet alteri obligare; non tamen voluit totam formam juris in contractibus, qui consensu contrahuntur, subvertere. Si tamen ex verbis donationis constat, donantem se velle obligare, ut quia promisit non revocare, vel juravit, tunc obligaretur personaliter tali absenti, per illam legem; non tamen dominium rei donatæ in eum transiret, acceptatione donationis non sequuta: & ad hoc etiam benè facit, quod dicit Decius *consil.* 226. *col. fin.* & vide quæ dixi *in L.* 1. *tit.* 11. *infrà ead. Partit. in gloss.* super verbo *gran pro.* Et adverte etiam, quia si notarius stipularetur, & reciperet donationem nomine absentis, non posset donator revocare, ex dictis Bald. *in L. cum à socero, ad fin. C. de jure dot.* Francis. de Aret. *consil.* 74. *col.* 4. Guido Papæ *decis.* 49. Ludov. Gozadi *consil.* 87. *num.* 14. Et adverte, quia licèt hæc lex requirat præsentiam donatarii, vel in absentia certum nuntium, vel epistolam, ut possit dici perfecta donatio; intelligendum videtur quoad contractum, & donationem, quia non intervenerunt organa media. Si tamen donatarius aliàs certificatus de donatione, donatore in eadem voluntate perseverante (quod præsumitur, nisi constet de revocatione) acceptaverit donationem, vel rei donatæ possessionem acceperit, transfertur in eum dominium: ita voluit singulariter Bald. *in dicta L. neque ambigi*, & isto casu fortè procederent dicta Lodov. Roman. *in dicto consil.* quia habent maximam æquitatem, & benè faciunt, quæ dixi suprà 4. *Part. tit.* 1. *L.*10. *super gloss.* in verbo *ni consienten.* Si tamen ante acceptationem donatarii donator revocaret donationem, donatio esset nullius momenti, ut probat text. *in L.* 2. §. *sed si quis donaturus* 6. *ff. de donation.* & tenet Bart. & Paul. de Cast. *in dict. L. absenti*, ubi Paul. respondet ad *dict. cap. si tibi absenti*, Decius *in regul. contractus*, *col.* 5. *ff. de regul. jur.* Sed quid si donator non revocavit, sed mortuus est? an mortuo eo poterit donatarius acceptare donationem? Andr. de Iser. *in* §. *donare*, *qualiter hodie feud. alien. possit*, *col.* 5. tenet, quòd non, per *L. bonorum*, *ff. rem rat. haberi*: & similiter mortuo donatore, non posset ratificari per hæredes donatarii in præjudicium hæredum donatoris, in quos est dominium translatum ante ratificationem, per text. *in L. si ego* 9. §. *si res*, *ff. de jure dot.* & quia ratificatio non posset fieri in præjudicium tertii, cui interim jus, & dominum est quæsitum, etiam ex causa habita à debitore, ut notat Spec. *in tit. de oblig. & solution.* §. 1. vers. *pone obligasti*, & tradit Paul. de Cast. *consil.* 195. *vol.* 2. *in* 2. *dubio*, incipit, *visis his*, *quæ narrantur*: si enim donator ante acceptationem donatarii moriatur, videtur moriendo pœnitere; & sic res non esset integra, quando consensus donatarii accedit, ut *in dict. L. si ego*, & per Joan. de Imol. *in L.* 2. §. *si pecuniam*, *ff. de donat.* Favore tamen dotis non habet locum pœnitentia; ideò moriendo non videtur pœnitere, ut *in dict. L. si ego*, §. 1. declarat Bart. & Joan. de Imol. ubi suprà.

(2) *Tenudo es.* Concordat cum *L. si quis argentum* 35. *C. eod.* & cum §. 2. *vers. perficiuntur, instit. de donation.*

(3) *O sus herederos.* Et sic donatio ex omni parte est realis, & transit ad hæredes, ut hìc, & *in dict. L. si quis*, §. *fin.* & ibi Bald.

(4) *De lo suyo.* In donatione deducitur æs alienum, *L. inter eos* 19. §. *fin. ff. de re judic.*

(5) *Non le fincasse.* Adde *dict. L. inter eos* 19. §. *fin. ff. de re judic.* & *instit. de action.* §. *sunt præterea* 36. & Bald. *de notis feudor. cap.* 1.

LEX V.

Donatio alicui facta sub conditione valet, si conditio impleatur, aliàs non. Item donatio alicui facta sub conditione, si pater liberet filium à potestate, impletur, etiamsi non per emancipationem, sed per patris mortem efficiatur sui juris: qualitercunquè enim impleatur conditio etiam per modum non expressum, sufficit, ex quo disponentis voluntas impleatur. Hoc dicit.

(1) *Quier.* Et sic etiam in contractibus sufficit aliquid fieri per æquipollens, ut hìc, & *in L. fin. C. de donat. quæ sub modo*: vide quæ notat Bart. *in L. Gallus*, §. *& quid si tantum*, *col.* 2. & 3. *ff. de liber. & posth.* & quod dicit Bald. *in L.* 1. *ad fin.* 9. *col. C. de Sacros. Eccles.* & *in rubr. C. de exercit. col.* 3. per Jason. *in L. cum servus*, *ff. de verb. obligat.* & per Alex. *consil.* 137. *col.* 3. *vol.* 2. ubi quid in statutis.

LEX VI.

Donatio inter vivos facta sub modo revocatur, si modus non adimpleatur. Hoc dicit.

si por ellas non se mouiessen, por auentura non farian las donaciones. E esto seria, como si vn ome diesse a otro marauedis, o alguna eredad, diziendo señaladamente, quando se faze la donacion, que lo da, porque este el otro todavia guisado de cauallo, e armas, para fazerle seruicio; o si lo diesse a algund menestral, o a otro ome qualquier, e dixesse abiertamente, que gelo daua por alguna lauor, o seruicio que le fiziesse. E porende dezimos, que si aquel que rescibiere la donacion en la manera sobredicha, cumple la conuenencia, o la postura, o faze aquello por que gelo dieron, vale el donadio en todas guisas. E si non lo cumple, o non lo faze bien, puede apremiarle, que cumpla lo que prometio de fazer, o que desampare (1) la donacion que le fizo. Otrosi dezimos, que dando vn ome a otro viña, o huerta, o eredad, o otra cosa qualquier, en esta manera; diziendo señaladamente, quando faze aquella donacion, que daua aquella cosa, porque de los frutos que saliessen della, diessen cosa cierta a algunos omes para gouierno, o para sacar catiuos (2), o para otra razon semejante destas; si aquel que rescibe assi el donadio, cumple aquello por que gelo dieron, vale la donacion; e si non lo cumple, bien lo puede reuocar (3). E qualquier donacion de las que son dichas en esta ley, dizen en latin sub modo; que quier tanto dezir en romance, como donadio fecho so otra manera.

LEY VII.

De la donacion que es fecha a dia cierto, e a tiempo señalado.

FAsta dia cierto (1), o a tiempo señalado, puede ser fecha la donacion; esto seria, como si dixesse el que la faze a otro alguno: Dote tal heredad, o tal cosa, que la labres, e que la esquilmes, e te aproueches della, fasta tal dia, o tal tiempo: e de aquel tiempo en adelante, que la desampares, e que finque a mis herederos; o a otro ome alguno, qualquier que nombrasse ciertamente, a quien fincasse. E porende dezimos, que la donacion que assi fue fecha, valdria fasta aquel dia, o aquel tiempo que señalasse el que la fizo. E de aquel dia en adelante ganarian la possession (2), e

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

(1) *Desampare.* Est ergò in electione ejus, qui dedit ob aliquam causam finalem, vel agere ad implementum modi, ut hìc, & *in L. legem* 9. *C. eod.* & *in L. si donationis* 3. *C. de contrah. emption.* vel agere condictione ob causam, ad recuperandum donata sub modo, ut hìc, & *in L.* 1. ubi Gloss. *C. de donat. quæ sub modo*, & ibi etiam Salycet. & an si agat condictione ob causam possit mora purgari, Cyn. Alber. & Salyc. ibi dicunt, quòd sic, tribus concurrentibus; scilicèt, quòd lis non sit contestata, & quòd sit infra modicum tempus, & quòd jus donantis non sit factum deterius. Et nota, quòd favore Ecclesiæ modus appositus in donatione non censetur in dubio causa finalis, ut *in cap. verum* 4. *de condit. appos.* & ibi per Abb. & per Bald. *in L. dictam legem, C. de condict. ob causam, col.* 2. & de legatario modum non implente, vide *in L. si hæres* 11. *ff. de condict. causa data*, & *L. Scia* 6. §. *Lucius* 2. *ff. de auro, & argen. legato*, & Bart. *in L. quibus diebus*, §. *Termilius*, *ff. de condit. & demonstrat.*

(2) *Catiuos.* Nota hoc exemplum, nam *L.* 1. *C. de donation. quæ sub modo* tantùm dicit de datis ob causam alimentorum.

(3) *Reuocar.* Et isto casu datur etiam utilis rei vendicatio, ut *in dict. L.* 1. favore alimentorum, seu piæ causæ.

LEX VII.

Valet donatio facta usque ad certam diem; & post diem habebit rem donatam, quem voluit donans, & transit ad eum ejus possessio, & dominium: & si donans neminem expressit, qui haberet post diem, habebunt rem donatam donatoris hæredes. Hoc dicit.

(1) *Cierto.* Adde *LL.* 2. & 3. *C. de donat. quæ sub modo.*

(2) *Possession.* Quid in legato ad tempus alicui relicto, & post tempus alii? Videtur, quòd sit idem, cùm legatum sit donatio quædam, *instit. de legat. in princ.* & *L. legatum* 36. *ff. de legat.* 2. & adde ad istam legem *L.* 45. *in Ordin. Taurinis.* Sed quid si ex tenore instrumenti majoriæ novus successor non potest acquirere possessionem bonorum majoriæ, non præstito priùs ab eo juramento de non alienandis bonis, vel aliàs? an tunc procedat dispositio istius legis, & *dictæ L. Taurinæ*? Advertenda essent verba talis dispositionis, an considerent ipsam acquisitionem, vel acquisitionis effectum: nam si disponunt, quòd possessio non acquiratur, videretur fortè dicendum, quòd tunc alio ingrediente possessionem ante præstitum tale juramentum, impediret acquisitionem possessionis, etiam postea præstito juramento: benè ad hoc conferunt, quæ habentur *in L. si post mortem* 68. *in princ.* & §. *seq. ff. de legat.* 1. ubi Bart. & Paul. de Castr. In dubio tamen fortè præsumendum est, talia verba apposita respectu effectus, ut videlicèt bona non intret realiter, neque his utatur; non verò de acquisitione possessionis, de qua in ista lege, & *in dicta L. Tauri*; cùm ista acquisitio tendat in conservationem bonorum majoriæ, ad quam intendit, qui talia verba posuit in instrumento majoriæ. Si tamen clarè constaret, quòd & istam acquisitionem voluit prohibere, teneret dispositio, & impediretur translatio possessionis, & dominii: ex his, quæ notat Paul. de Cast. *in L. nemo potest, in fin. ff. de legat.* 1. dum dicit, quòd testator potest impedire translationem dominii rei legatæ. Sed quid si Ecclesia sit in possessione rei, quæ prætenditur esse majoriæ? an adhuc habebit locum ista lex, & *dicta lex Taurina*? Pulchrum dubium est, & fortè dicendum est, quòd sic, ex quo lex injecit hoc vinculum, antequàm possessio perveniret in Ecclesiam, ex his quæ notantur *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ* 10. *de constit.* & confert optimè, quod notat Bart. *in L. fin. ff. ut in posses. legator. esse lic.* Et adverte, quòd omnes exceptiones detrahentes proprietati majoriæ, detrahunt & possessioni, Bart. *in L.* 1. §. *parvi, ff. quod vi, aut clam*, Abb. *in cap. item cum quis, de restit. spol.* Sed an illæ, quæ requirunt altiorem indaginem, reservabuntur judicio proprietatis, juxta *L. fin. C. de edicto Divi Adriani toll.* videtur, quòd sic, saltem quando majoria facta fuit in testamento, *L. si in adoptionem* 11. *versic. sed non jure scriptus, ff. de bonor. pos. contr. tab.* & vide per Bald. *in rubrica de causa posses. & propriet.* & *in L.* 1. *C. de appel.* & *in rubr. de consuet.* & *in cap. item cum quis, de restit. spol.* & Alex. *in L. cum hæredes in princ. ff. de acquir. posses.* & ibi videbis per Bald. quòd possidens corporaliter, debet citari: de quo vide per Alex. *consil.* 82. & *consil.* 83. 2. *vol.* & *consil.* 40. *vol.* 3. & sunt notabilia consilia in ista materia. Et nota, quòd si semel adivit judicem, non poterit postea propria auctoritate intrare possessionem, secundùm Bald. *in L.* 1. *C. de execut. rei judic.* de quo plenè *in L. de pupillo* 5. §. *meminisse* 10. *ff. de novi oper. nuntiat.* & per

e el señorio (3) della, sus herederos del que ouiesse fecha la donacion, o el otro (4) a quien nombrasse para auerla. E si por auentura, quando fizo la donacion, non señalo (5) en quien fincasse de aquel dia en adelante, dezimos que la deuen auer los que heredan (6) los otros bienes, de aquel que fizo la donacion.

LEY VIII.

De las donaciones que se mueuen los omes a fazer, por razon que non han fijos, como non valen despues que los han.

MVeuense los omes a las vegadas a fazer donaciones, porque non han fijos (1), ni han esperança de los auer

Ley 1. tit. 2. lib. 5. Recop.

per Bald. *in L. 2. C. de servitut.* & Jaso *in tract. de jure emphyt.* & limita, nisi adiverit judicem, ut eum ad occupandum adjuvet, *L. 6. C. quod cùm eo*, & ibi Doctor. Et an huic possessori competat interdictum recuperandæ, vide per Bald. *in authent. defuncto, C. ad Tertul.* & Alex. *consil. 37. vol. 1. col. pen.* Item & huic possessori competit interdictum *ne vis fiat ei*: vide Salyc. *in L. ea lege, col. 4. C. de condict. ob caus.*

Quid autem si iste, in quem transit ista ficta, & legalis possessio, ante apprehensionem corporalem transferat auctoritate legis jus suum in alium, & constituat se ejus nomine possidere, vel si ex licentia Principis vendat aliquam rem majoriæ, & constituat se nomine emptoris possidere? an transfertur in alium ista possessio? Bald. quòd non, *in dict. rubrica dè causa posses. & propriet.* quia duæ fictiones non concurrunt. Sed quid si iste, in quem ex lege transfertur possessio, moriatur ante apprehensionem realem? an transmittat in sequentem vocatum? Et videbatur, quòd non, ex dicto Baldi superiùs relato: videtur tamen, quòd auctoritate legis non eadem possessio numero, quæ fuit primo relata, sed alia transferatur in sequentem, & sic non est opus tractare de transmissione. Item, quid si ante mortem possessoris defuncti aliquis occupavit possessionem? an tunc transferatur in sequentem? Et videtur, quòd non: quia ubi possessio est apud alium, illa per actus fictos non transfertur in alterum, non interveniente consensu, seu facto illius, penes quem est (dato, quòd benè per actus corporeos transferretur). Probatur *in L. quamvis 32. §. 1. ff. de acquir. poss.* conjuncta *L. 3. §. si servus 10. eod. tit.* & hinc est, quòd aspectu, & verbis non transfertur possessio, quando alius erat in possessione, ut tradunt Doctor. *in cap. 2. de consuet.* Alexand. *dict. consil. 83. col. 1.* Lex tamen Tauri 45. apertè decidit contrarium, ibi: *Aunque otro la aya ante tomada en vida del tenedor.* Quid autem si ille, in quem possessio ista legalis transfertur, suspicetur se posse repelli? an perdat possessionem? Et videtur, quòd sic, quia nihil est, quod repugnet, *L. clam possidere 6. §. qui ad nundinas, ff. de acquir. posses.* Sed quid si mortuo possessore majoriæ, ingreditur ille in possessionem bonorum majoriæ, ad quem non pertinebat, & hæres defuncti in aliis bonis extra majoriam vult mitti in possessionem bonorum majoriæ ex edicto Divi Adriani, vel agere contra invadentem remedio *L. cum quærebatur 11. C. unde vi?* an poterit? Et certum est per istam legem, & *L. Tauri*, quòd non: quia ille, ad quem pertinet majoria, est qui habet possessionem à lege in eum translatam, & ipse debet agere: & videtur idem dicendum ex jure communi, quia cùm hìc veniat possessio accessoriè ad dominium, cessante dominio, cessat possessio: notabilis theorica Bald. *in L. cum alienam, col. 1. C. de legat.* Sed pone, quòd possessor majoriæ fecit aliquas expensas, propter quas conceditur sibi à jure retentio: an poterit retinere, non obstante dispositione hujus legis, & *dictæ L. Taurinæ*? Et videtur, quòd sic, per ea quæ notat Abb. *in cap. de multa, col. 4. de præbend.* & quod notat Bart. *in L. quod dicitur, ff. de impens. in rebus dotal. factis*, & *in L. 2. ad fin. ff. de appel. recip.* Item quæro, an in infantem transferatur ista possessio? Et videbatur, quòd non, per *L. 1. §. si infanti, ff. de acquir. posses.* sed credo contrarium esse verius, per id quod notat Paul. de Cast. *in L. donatarum, C. de acquir. posses.* de possessione, quæ transfertur ficto modo. Sed an transiret ista possessio in eum, qui adhuc est in utero, dixi *in L. 3. tit. 23. 4. Part.*

(3) *E el señorio.* Ortum habet ista lex ab his, quæ habentur *in L. quoties 3. C. de donat. quæ sub modo*, quæ secundùm Doctor. ibi non ita latè providebat, sicut hìc vides providere istam: nam per illam legem tantùm dabatur actio utilis ex stipulatu, secundùm unam expositionem, vel condictio ex lege, secundùm aliam; quòd tamen haberet actionem realem, & quod elapsa die ille, in quem post tempus fuit collata donatio, esset dominus, & transiret in eum dominium, & possessio, non fuit provisum per illam legem, sicut per istam: ideò tene eam menti, quia est valdè singularis, & semper allegatur in palatiis. Benè tamen verum est, quòd Specul. *tit. de locato, §. nunc aliqua, vers. 70. quæritur* in quæstione per eum ibi posita extendit *dict. L. quotiens* ad actionem realem; sed casus Speculatoris est longè diversus ab isto: est enim mirabile, quòd sine traditione aliqua iste secundus donatarius adipiscatur possessionem, & dominium contra regul. *L. traditionibus 20. C. de pactis*, & de hoc dicto Specul. vide Decium *consil. 239. pen. & fin. col.* & sic quilibet ex nominatis in donatione erit dominus, & non nudus minister: vide Joan. Andr. *in addition. ad Specul. tit. de instrum. editio. §. nunc vero aliqua*, in additione, quæ incipit *per superiora*. Et ex ista lege habes, quòd succedens in majoria est dominus, & non usufructuarius, & idem vult gloss. notabilis *in L. Titia cum testamento, §. fin. in gloss. fin. ff. de legat. 2.* & Socin. *in L. qui Romæ, in princ. col. pen. ad fin. ff. de verb. oblig.*

(4) *El otro.* Sed an donator possit ante tempus in quo acquiritur secundo donatario, revocare istud onus, seu istud jus competens secundo donatario, est quæstio multùm dubia. Bart. *in L. qui Romæ, §. Flavius, ff. de verb. oblig.* tenuit, quòd sic, etiam si sit donatio facta Ecclesiæ: movetur per *L. 3. ff. de servis exportand.* & subdit, quòd hæres donantis hoc non posset; & idem tenet ibi Alexand. post multa, quem vide. Paul. de Cast. tenet contra Bart. & plerique alii; & opinionem contra Bart. dicit magis communem Guillel. Benedictus *in rep. cap. Raynutius de testam.* super verbo *si absque liberis moreretur* la 2. *fol. 335. col. 2.* ubi refert tenentes istam opinionem: adde etiam Roder. Suar. *allegation. 20.* ubi allegat istam legem. Ego verò adhærerem opinioni Bartol. quam limitarem, nisi pacto huic apposito in favorem secundi donatarii accederet præsentia, & consensus secundi donatarii, vel donator fecisset in hoc promissionem in favorem secundi donatarii, seu ex verbis appareat promisisse de non revocando, juxta ea, quæ dixi suprà *eod. L. 4.* & adde ad prædicta Decium *consil. 58. & consil. 239. col. 2. ad fin. & col. 3.* Bald. *in L. cum à socero, C. de jure dotium*, & *in L. si constante, C. de donat. ante nupt.* Socin. *consil. 25. vol. 1. in 2. dubit.* & Alexand. *consil. 27. & 28. col. 2. vol. 5.* & quæ dicit *consil. 106. & 107. vol. 2.*

(5) *Non señalo en quien fincasse.* Quid si designavit, sed ante tempus quo sibi debuit quæri, mortuus est? Dic, quòd manebit penes primum donatarium gravatum de restituendo, ut *in L. pater filium 38. §. fideicommisit 6. ff. de legat. 3. L. unica, §§. 1. & 2. C. de caduc. tollend.* Joan. Andr. *in dict. addit. tit. de instrum. editione, §. nunc vero aliqua*, in additione quæ incipit *per superiora*.

(6) *Los que la heredan.* Adde *L. fin. C. de legat.*

LEX VIII.

Donatio facta propter filiorum defectum, revocatur in totum, habitis filiis legitimis postea natis: si autem habens filios legitimos, donet, non revocatur, si legitima eis salva remaneat; revocatur tamen usque ad legitimam. Hoc dicit.

(1) *Porque non han fijos.* Si ergò haberet filios, vel filium, non videtur, quòd haberet locum dispositio hujus legis, ut hìc colligitur à contrario sensu, & *in L. si unquam 8. C. de revocand. donation.* ibi, *filios non habens.* In contrarium tamen videtur *L. cum pater 77. §. cum existimaret 29. ff. de legat. 2.* & quia videtur etiam in isto casu militare eadem ratio, ac si nullum filium habuisset, cùm potiùs velit pater dare bona filiis, quàm extraneis, ut *in L. cum accutissimi 30. C. de fideicommis. L. generaliter 6. §. cum autem, C. de instit. & substit. L. cum avus 102. ff. de condit. & demon.* & in hanc sententiam in-

Ley 8. tit. 10. lib. 5. Recop.

auer (2). E porende dezimos, que si alguno, por tal razon, diesse (3) a otro (4) to-

Ley 11. tit. 6. lib. 5. Recop.

inclinat Angel. *in dict. L. si unquam*, eo casu, quo est verisimile patrem non donasse, si scivisset alios sibi nascituros, ut in exemplo ibi posito per eum; & idem vult Bald. *in L.* 1. *col.* 3. versic. *sed quid si tempore donationis, C. de inoffic. donation.* ubi Paul. de Cast. distinguit, an filius natus ante donationem esset odiosus patri, vel non: undè hoc totum residebit in judicis arbitrio, consideratis circumstantiis, an pater, si cogitasset de liberis postea nascituris, donaret, vel non, ut tradit Andreas Tiraquellus *in comment. dict. L. si unquam*, super verbo *filios non habens.*

(2) *Ni han esperanza de los auer.* Istud verbum ponderat Joannes Bernardus Diaz de Luco, olim Regii Consilii Indiarum collega meus, nunc benemeritus Episcopus Calagurritanus, in regulis, & fallentiis suis, in littera *d. regula* 141. pro communi conclusione Doctorum, quòd si potest ostendi, quòd donator tempore donationis cogitavit de filiis, non revocabitur donatio per *dict. L. si unquam*, neque per hanc legem, ut voluit Bart. *in L. Titia*, §. *Imperator*, *ff. de legat.* 2. Joan. de Imol. *in cap. fin. de donat.* quam dicit communem esse sententiam Socin. *consil.* 53. *col.* 3. *vol.* 4. In contrariam tamen partem facit, quia dispositio istius legis, & *dict. L. si unquam*, non fuit introducta favore donantis, sed filiorum; undè non potest per patrem huic dispositioni renuntiari, ut *in L. scire debetis* 7. *C. ut in posses. legator. L. quod de bonis* 15. §. *fin. cum simil. ff. ad Leg. Falcid.* & tenet expressè Oldral. *consil.* 173. & Joan. And. *in addit. ad Specul. tit. de instrum. edition.* §. *porro*, *in addit. fin.* versic. *hoc autem certum est*, quem sequitur Roman. *in consil.* 269. *in fin.* tenet etiam Alber. *in dict. L. si unquam*, ubi dicit, se ita obtinuisse de facto, licèt Specul. *tit. de instrum. edition.* §. *porro*, versic. *donatio autem firma*, vult contrarium, ponens pro forma, quòd promittatur de non revocando etiam in casu supervenientium liberorum. Bart. etiam *in dict.* §. *Imperator*, *col. pen.* versic. *quæro utrum*, *L. si unquam*, tenet, quòd revocationi, quæ potest fieri per *dict. L. si unquam*, potest renuntiari per donantem; non tamen querelæ inofficiosæ donationis, quæ introducitur favore filiorum: quod est maximi effectus, nam per *L. si unquam* revocatur donatio in vita patris, & per patrem; revocatio tamen, quæ fit per querelam inofficiosæ donationis, non fit in vita patris, sed post mortem ad petitionem filiorum: nam nullum jus habent in vita patris, ut *in L. fin.* & ibi notat Bart. *ff. de liber. agnosc.* & si dicatur, quòd eveniet inconveniens, & damnum filiis in vita patris propter alimenta, si fortè sunt pauperes, dicendum est, secundùm Cyn. Rayn. & Joan. de Imol. *in dict.* §. *Imperator*, quòd in illum, in quem transeunt bona per donationem, transibit hoc onus alimentorum, ut *in L. si quis à liberis* 5. §. *fin. ff. de liber. agnosc.* & opinionem Bart. dicit veriorem Ludov. Roma. *consil.* 26. movetur prout Bart. *ex cap. quicunque*, 17. *q.* 4. ibi, *cum filios non haberet, neque speraret*, prout etiam sunt verba nostræ legis, & ex aliis, quæ poteris videre per eum: & ita tenet Socin. dicens esse communem opinionem, quòd possit renuntiari, *consil.* 147. incipit *visa facti contingentia*, *vol.* 2. *col. fin.*

(3) *Diesse.* Et sic non haberet locum ista lex in venditione, vel alio contractu oneroso, sed in contractu gratuito donationis: quod intellige, nisi venditio esset facta modico pretio, secundùm Bald. *in dict. L. si unquam*, & *in L.* 1. *C. de pactis*, & adducit latè Socin. *consil.* 215. *col.* 1. & 2. *vol.* 2. Quid si denetur pro dote alicujus puellæ ab alio quàm à patre? an revocetur talis donatio ex supervenientia liberorum? Habui de facto, & defendi, quòd adhuc habeat locum ista lex, & *dict. L. si unquam*, quia adhuc talis pro dote datio dicitur mera liberalitas, & donatio, ut *in L. fin.* §. *si à socero* 1. *ff. quæ in fraud. creditor. L.* 1. §. *accedit* 13. *C. de rei uxor. action. cum simil.* & in terminis adducebam *consil. Alex.* 71. *vol.* 4. & nunc *in commento hujus legis* vide Andr. Tiraquel. idem tenentem, & allegantem *dict. consil. Alex. in dict. suo commento L. si unquam*, super verbo *donatione largitus*, *num.* 193. ibi, *duodecimo ista dotis mentio*, vide ibi. In donatione verò ob causam, quæ respiceret favorem donantis, quatenùs respiceret, & valor causæ concurreret, non haberet locum ista lex, ut tenet Ang. *in dict. L. si unquam*, & Alex. *consil.* 40. *vol.* 4. dictus And. Tiraquel. in dicto verbo *donatione largitus*, *num.* 122. In donatione etiam remuneratoria non haberet locum ista lex, neque *dicta L. si unquam*, ut tenet Ang. notabiliter ibidem, & Decius, qui alios recitat, *consil.* 20. & dictus Andreas in dicto verbo *donatione largitus*, *num.* 11. *usque ad num.* 94. ubi multa dicit, & declarat quinque declarationibus: adde Decium *consil.* 366. *col. pen.* Et in donatione mutua, seu reciproca, an habeat locum ista lex, vide eundem Andr. Tiraquel. in dicto verbo, ubi de aliis multis in hac materia. Et an habeat locum ista lex in filia renuntiante juxta formam *cap. quamvis pactum*, *de pactis lib.* 6. vide Decium *consil.* 181. *in fin.* Et quid in legato facto, an revocetur per supervenientiam liberorum, vide Alex. *consil.* 31. *vol.* 3. & Bart. *in L. pen. ff. de confirm. tutor.* Et an procederet ista lex in donatione juris nondùm delati, vide Socin. *consil.* 39. *vol.* 3. Et quid si filius major renuntiet majoriæ, & velit, ut succedat secundogenitus? an si primogenito postea nascantur filii, possit petere majoriam, decides ex notatis per Paul. de Cast. & alios *in L. si actionem*, *C. de pactis*, & ex his, quæ habentur *in cap. unico*, *de eo*, *qui fidem fecit agnato de feudo paterno.*

(4) *A otro.* Quicunque sit ille, sive libertus, sive extraneus: & sic cessabunt opiniones, nam Azo *in summa*, *C. de revocand. donat.* tenebat, *L. si unquam* non procedere, si donaretur alii, quàm liberto: idem tenuerunt Guill. de Cug. & Cyn. *in L.* 1. *C. de inoffic. donat.* quam opinionem dicebat procedere in puncto rationis Socin. *in dict. consil.* 53. Communis tamen opinio post Gloss. *in dict. L. si unquam*, erat in contrarium, quam sequitur ista lex. Quid tamen si donaretur filio proprio? Dic, quòd tunc non revocatur, nisi usque ad debitum bonorum subsidium, *L. si totas* 5. *C. de inoffic. donat.* Bart. *in dict.* §. *Imperator*, *col.* 1. & idem, si donaretur Ecclesiæ, vel pio loco, ut *in cap. quicunque*, ubi text. cum Gloss. 17. q. 4. Bart. *in* §. *Imperator*, *suprà alleg.* Sed an revocabunt filii postea nati per querelam inofficiosæ donationis, vel ex dispositione hujus legis, vel *dictæ L. si unquam*? Pendet decisio, an in donatione facta filio jam nato pater de aliis filiis nascituris cogitavit, vel non, juxta ea, quæ dixi suprà *in gloss.* 1. Et quid si donatio facta jam nato erat magna, non tamen excedit valorem tertiæ, & quintæ partis bonorum, & partem legitimæ talis filii? an filii postea nati revocabunt talem donationem? Videtur, quòd non: quia pater visus fuit talem filium jam natum meliorare in dicta tertia, & quinta bonorum, ut *in L.* 26. *in Ordin. Taurinis.* Dictus tamen Dominus Episcopus Calagurritanus in loco suprà allegato, in gloss. 2. tenet contrarium, imò quòd revocabitur donatio, & reducetur ad æqualitatem cum aliis filiis, & non habebit talis filius unicus majorem partem, ex dicta consideratione quòd visus fuit pater meliorare eum: nam cùm esset unus filius tantùm, non cadit, quòd videatur meliorare: quia non debet præsumi illa prædilectio, neque melioratio respectu nasciturorum, quorum merita nondùm novit, & quia facultas meliorandi intelligi debet, pluribus filiis extantibus, inter quos cadere possit affectio, & prædilectio; quæ cessat, quando unicum tantùm habet: & licèt nihil alleget, ad hoc potest allegari text. *in* §. *datur*, *instit. de assignat. libertor.* ubi habetur, quòd illa facultas (de qua *in illo tit.*) assignandi libertum, datur ei, qui duos pluresvè liberos habet, & ibi glossa parva dicit, quòd in unico filio hoc non est necesse; & facit etiam text. *in L. cum pater* 77. §. *hæreditatem* 4. *in fin. ff. de legat.* 2. ibi: *Viriles autem inter eos fieri, qui eo tempore vixerint, cum de aliis eligendi potestas non fuerit.* Præterea, cùm ista revocatio fiat ex præsumpta mente patris donantis, qui, si alios sibi filios nascituros cogitasset, non tantùm filio unico, quem habebat, donaret, sed æqualitatem inter eos servaret; non potest dici, quòd dictus filius unicus videatur melioratus à patre: & sic opinio dicti Domini Episcopi nititur summa æquitate, & veritate, & ego credo esse veram in hoc. Subdit etiam dictus Dominus Episcopus, in tantum hoc procedere, quòd si pater unicæ filiæ donationem magnam pro dote fecisset, supernascentes filii, non relicto sibi tertio, donationem usque ad suam legitimam revocarent; neque in hoc secundùm eum gener videbitur deceptus, etsi prætendat causam onerosam; cùm imputet sibi, qui non providit in casu supernascentium liberorum, neque ignorare debuit dispositionem *dict. L. si unquam.* Neque huic ultimæ conclusioni adversari dicit *L.* 29. *in Ordin. Tauri*, qua cavetur, quòd ad hoc ut dicatur dos inofficiosa, debeat considerari, quòd excedat legitimam, & tertiam, & quintam partem bonorum:

todo lo suyo, o gran partida dello (5), que si despues (6) ouiesse fijo, o fija, de su muger legitima (7), con que casasse despues (8), que luego

rum: quia, secundùm eum, illa lex loquitur, quando dos venit moderanda per querelam donationis, seu dotis inofficiosæ; non autem quando revocatur ex dispositione *dictæ leg. si unquam*, & hujus nostræ legis: & subdit istud esse rationi, & æquitati consonum, & per hoc evitari parentum quorumdam affectiones indiscretas, ut ibi latiùs per eum. Cui ego in hoc non assentio, nam cùm talis dotis datio à patre fiat, judicatur non mera donatio, sed ob causam, ut probatur *in L. cum multæ* 20. *C. de donat. ante nupt.* & ibi Gloss. & Bald. *col.* 2. *L. Pomponius Philadelphus* 35. *ff. famil. ercisc.* undè talis donatio non revocaretur per nativitatem sequentium liberorum: ita tenet Jaso *consil.* 171. & ante eum Socin. cujus ipse meminit, *consil.* 147. incipit *visa facti contingentia*, *col. fin. vol.* 1. & novissimè Tiraquell. *in dict. commento suo*, vers. *donatione largitus*, *num.* 196. Pro opinione tamen Domini Episcopi facit, quia licèt pater teneatur ex paterno officio dotare filiam, non tamen potest negari, quin exerceat liberalitatem, & donationem in filiam, ut probatur *in L.* 2. ibi, *parentum munificentia*, *C. de bonis, quæ liber.* facit etiam opinio illa quàm plurium Doctorum, in taxanda dote filiæ metam esse legitimam, ut tradit Salic. *in authen. res quæ*, 2. *notabil. C. com. de legat.* & Alexand. qui alios refert *consil.* 69. *vol.* 1. & vide hodie novam pragmaticam factam in Curiis de Madrid, anno Domini 1534. petitione 101. quod ergò dat ultra legitimam, non ex debito, sed ex liberalitate facit; ergò habebit locum ista lex, & *L. si unquam*: ad quæ tamen potest responderi, non esse veram illam opinionem, quòd in dote filiæ meta sit legitima, sed consideranda est dignitas filiæ, & quantitas facultatum patris, & numerus liberorum, ut *in L. si filiæ pater* 43. *ff. de legat.* 3. *L. quæro* 60. *cum L. si quando*, *ff. de jure dot.* *L.* 5. *tit.* 7. 6. *Partita*, ubi textus notab. & tradit latè Socin. *consil.* 288. *col.* 7. *cum seq. vol.* 2. Decius *consil.* 26. *&* *consil.* 180. & dos, quam pater assignat filiæ, judicanda est competens, cùm nullus meliùs, quàm pater sciat capere consilium pro filia, *L. neque in ea*, *ff. de adulter.* Præterea, si pater volens acquirere generum divitem, & potentem, det dotem filiæ, etiam excessivam, dictis considerationibus attentis, non potest negari, quin faciat suum negotium, & utilitatem sibi, & suæ familiæ: ergò donatio est ob causam, & sic non procedit dispositio hujus legis, neque *L. si unquam*; quod tamen cessat, quando extraneus donaret causa dotis, ut suprà dixi: tunc enim cessant istæ utilitates, & causæ, & mera liberalitas exercetur. Posset tamen salvari opinio Domini Episcopi, quando pater desperans de aliis liberis, & cùm posset dotare filiam minori dote cum marito illo, cum quo contraxit, dedit sibi ampliorem dotem, considerans se nullum alium filium habere: tunc, quia exercet donationem simpliciter, & cessant dictæ, vel consimiles considerationes, nil mirum si tunc revocetur donatio in eo, quod dos fuit excessiva.

(5) *O gran partida dello.* *L. si unquam*, undè ista sumitur, dicit aliquam partem; undè verificari videtur in qualibet parte etiam minima, ut aliàs dicit Gloss. *in Clem.* 1. in verbo *aut earum parte*, *de foro compet.* Bald. tamen *in L.* 1. *C. de inoffic. donat.* & *in L. sicut certi*, & *in L. si cum vel in utero*, *C. de testam. milit.* tenet, quòd requiratur, ut saltim pars sit dimidia, per *L. nomen filiarum* 164. §. *partitionis*, *ff. de verb. signif.* Bart. verò *in dict.* §. *Imperator* tenet, quòd verificetur, etsi donat quis rem particularem, & sic non quotitativè, & Franciscus Curtius senior *consil.* 1. *col.* 6. adducit auctoritatem Baldi, & Joan. de Imol. quòd saltem sit quarta pars bonorum. Ego hoc relinquerem arbitrio judicantis, & sic, quòd donatio ascendat ad talem portionem, vel res particularis donata, quòd non esset verisimile se donaturum, si de liberis cogitaret: & hoc tenet Joan. Bapt. d. Sancto Seve. *in dict. L. si ut certi*, & *L. si cum vel in utero*, dicens, ita vidisse judicari in Civitate Senarum, & tenet Franciscus de Aret. *in L. Titius*, *in princ. ff. de liber. & posth.* Socin. *in dict. consil.* 53. *col.* 5. & istud voluit ista lex, cum dicit *gran partida*, licèt posset dici, quòd imò hoc verbum innuat, quòd requiratur, ut donatio sit majoris partis bonorum, ut *in L. propter litem* 21. & ibi Bald. *ff. de excusat. tutor.* sed tenendum est, quod dixi, cùm ista materia tendat ad præsumptam mentem donantis, & quia aliud est dicere *plurima parte*, ut *in dict. L. propter litem*; aliud *magnam partem*; de quo etiam vide Andr. Tiraquell. *in commento illius L.* super verbo *omnia*, *vel partem aliquam*, *num.* 27. *cum sequent.*

(6) *Si despues.* Sive modico intervallo, sive magno postea nascantur; dum tamen de liberis tempore donationis non fuit cogitatum, ut quia fortè maritus diutiùs ab uxore prægnante abfuisset, quæ statim post donationem peperit filium, argum. *ff. de captivis*, *L.* 1. & idem, si tempore donationis habebat filium, quem tamen ignorabat se habere, ex mente, & sententia hujus legis, & probatur *in L. sicut certi* 9. & *in L. si cum vel in utero* 10. *C. de testam. milit.* & *L. Titius* 25. §. *Lucius*, *ff. de liber. & posth.* & est de mente Bart. *in repet. L.* 1. 2. *quæst. principali*, *C. de Sacrosanct. Eccles.* tradit dictus Andr. Tiraquell. *in commento dict. L. si unquam*, super verbo *filios non habens*, *num.* 14. *&* 15.

(7) *De su muger legitima.* Non ergò procedit dispositio hujus legis in filiis adoptivis, neque in spiritualibus quos donator de sacro fonte levavit, neque in monasterio in quo donans ingrederetur, neque in filiis naturalibus, etiamsi ex rescripto Principis legitimentur: de adoptivis voluit expressè Paul. de Cast. *in L.* 2. *C. si quid in fraud. patron.* Alexand. *consil.* 40. *vol.* 4. Decius *consil.* 399. de spiritualibus patet, quia isti non succedunt patribus spiritualibus, ut notat Anton. & Abb. *in cap. tanta*, *qui filii sint legit.* tradit dictus And. Tiraquell. *in dict. L. si unquam*, super verbo *suscepit liberos*, *num.* 21. *cum sequent.* de Monasterio tenet Alber. *in dict. L. si unquam*, Francisc. de Aret. *in L.* 1. *col.* 7. *ff. de testam.* & tradit dict. Andreas super dicto verbo, *num.* 36. *&* 37. vide ibi *num.* 42. an revocet saltem usque ad legitimam: de filiis naturalibus tenet Oldral. *consil.* 278. incipit *licet quantum ad claustrales in* 3. *dubio*, per *L. qui libertinus*, §. *pen. ff. de operis libert.* & *L. generaliter*, §. *cum autem*, *C. de instit. & substit.* sequitur Tiraquell. ubi suprà *num.* 45. Ripa tamen ibi *quæst.* 28. vult contrarium, ex præsumpta voluntate donantis, quæ fuit ratio *dict. L. si unquam.* Ista lex Partitarum favet primæ opinioni, ut dixi *in princ. hujus gloss.* & idem dicit Tiraquellus, esse de filio naturali respectu matris donantis, *num.* 51. si tamen essent tales filii naturales, qui matri possent succedere ex testamento, & ab intestato, veluti qui non sunt ex damnato coitu; videtur, quòd per istos revocetur donatio, ex quo etiam dicere possunt inofficiosum testamentum matris: vide ibi per eum, & *L.* 9. *in Ordin. Tauri*, & adde quæ notat Alex. *consil.* 40. *vol.* 4. 4. *dubio*: de filiis natalibus restitutis, vel per Principem legitimatis, quòd donatio prætextu eorum non revocetur, tenet Salic. *in dict. L. si unquam*, Bald. *in L.* 1. *col. pen. C. de inoffic. donat.* & *in L.* 2. *C. si quid in fraud. patron.* & *in cap. innotuit*, *de election.* ubi contrarium dicit esse, si legitimaretur talis filius per subsequens matrimonium: nam per istum revocaretur donatio: vide de his latè per dictum Andream super dicto verbo, *num.* 58. *&* 59. *cum multis sequen.* & Decium *consil.* 307. *col. fin.* & latè *consil.* 366. Adverte tamen, quia ista lex videtur decidere, quòd imò & per legitimatum per subsequens matrimonium non revocetur donatio, dum dicit: *Que si despues ouiesse fijo, o fija, de su muger legitima con que casasse despues*: vult enim ista lex, ut requiratur filium natum esse ex uxore legitima, & sic quòd tempore conceptionis nascatur ex uxore legitima: quia qualitas adjuncta verbo debet intelligi secundùm tempus verbi, *L. in delictis* 4. §. *si detracta* 3. *ff. de noxal.* *L. si extraneus* 6. *ff. de condict. ob causam*: & sic innuit secùs esse, si non nasceretur ex uxore legitima, licèt postea ex subsequenti matrimonio legitimetur: neque est de hoc mirandum, cùm etiam attenta sola dispositione juris communis, Alexand. *in L. Gallus*, §. *& quid si tantum*, *col. fin. ff. de liber. & posth.* hoc idem videtur tenere, motus hac ratione, quòd hujusmodi legitimatio non trahitur retrò in præjudicium legitimè nati, ut notat Joann. And. *in regula sine culpa*, *de reg. jur. lib.* 6. & *in cap. tanta*, *qui filii sint legit.* quia tamen hoc est rigidum, cogitandum super hoc relinquo: vide quæ dixi *in L.* 1. *tit.* 13. *Part.* 4. *in gloss.* super verbo *son legitimos.*

(8) *Con que casasse despues.* Hoc dicit, quia certum est, quòd de filiis natis de tali uxore, donator tempore donationis non cogitavit. Non tamen intelligas, quòd si ex uxore, quam tempore donationis habebat, nascerentur, quòd ideo donatio per istos non revocaretur: nam idem esset de eis dicendum, si & similiter appareret, de eis donantem tempore donationis non cogitasse, cùm militet eadem

go (9) que los ha, es reuocada (10) porende la donacion, e non deue valer en ninguna manera (11). E si por auentura alguno que ouiesse fijos legitimos, quisiesse fazer donacion a otro, puedelo fazer en tal manera, que toda-via finque en saluo a los fijos la su parte legitima, tambien en vida (12) de su padre, como despues de la su muerte. E la parte legitima es, segun dize en el Titulo del establescimiento de los herederos. E si el padre fiziere mayor dona-

dem ratio; & ita tenet Bald. *in dict. L. si unquam*, in casus positione: & in dubio, an præsumatur cogitasse de liberis, vel non, vide Bart. *in dict.* §. *Imperator*, *col. pen.* versic. *quæro, quid si in dubio.* Et nota quòd in eo, qui non potest opinari, quòd naturaliter sit habiturus filios, sed est desperatus se posse habere eos, tunc licèt de filiis cogitaverit, habebit locum hujus legis dispositio, secundùm Socin. *consil.* 126. *vol.* 3. *col.* 2. versic. *aliquando, & tertio*, & hoc ex ratione, in qua fundata est ista lex, & *dicta L. si unquam*: vide ibi per eum, qui dicit hunc casum non reperisse à Doctorib. decisum: & subdit ibi *col.* 4. quòd promissio de non revocando propter liberos suscipiendos, & renuntiatio *dictæ L. si unquam* videtur intelligenda respectu filiorum, & de filiis ex uxore, quam tunc habebat, procreandis; non autem de filiis procreandis ex alia uxore: & dictum Socin. latiùs repetit, & prosequitur dictus Andr. Tiraquell. *in dict. repet. L. si unquam*, *num.* 100. vers. 3. *declaratur*: vide ibi per eum.

(9) *Que luego.* Et sic, non expectata morte donantis, ut filius sic revocet; imò & ipse pater statim potest, ut hìc, & apertiùs *in dict. L. si unquam*, ubi gloss. fin. filius tamen vivente patre non posset agere ad revocationem, secundùm Cin. & Joan. Fab. *in L.* 1. *C. de inoffic. donation.* Si tamen egeret filius, recursum haberet contra donatarium ad alimenta, ut *in dict. L. si quis à liberis* 5. §. *fin. ff. de liber. agnosc.* Mortuo tamen patre, filius revocabit, sicut & pater poterat, licèt & pater in hoc nullam declarationem suæ voluntatis fecisset, secundùm Alberic. *in dicta L. si unquam*, ex quo lex ipso jure revocavit.

(10) *Es reuocada.* Ipso jure, ut hìc dicitur, & notat Gloss. *dict. L. si unquam*, & si possessio per constitutum fuit translata in donatarium, redit in donatorem constituto ipso resoluto, secundùm Philipp. Decium *consil.* 366. *ad fin.* quia constitutum sequitur naturam ejus actus, cui apponitur, Bald. *in L. ex testamento*, *ad fin. C. de fideicommis.* & *in cap.* 2. *de feud. dat. in vicem leg. commissor.* & adde, quod revocabitur donatio, etsi sit jurata, ut notat Bart. *in dict.* §. *Imperator in fin.* & est communis Doct. conclusio.

(11) *Manera.* Id est, revocatur in totum, ut *in dict. L. si unquam*, & quia licèt filii postea nati decedant, donatio non reconvalescit, secundùm Alberic. ibi, & Bart. *in dict. L. Titia*, §. *Imperator*, *col. pen.* vers. *quæro, pone filii sunt nati*, *ff. de leg.* 2. licèt Alberic. *in L.* 1. *ff. de assig. libert.* argum. illius legis contrarium inferebat.

(12) *En vida.* Id est, neque in vita, neque in morte donabit, vel legabit ultra legitimam: vide *L.* 28. *in Ordin. Tauri*, ubi habetur, quòd vigore diversarum Legum Fori permittentium donari posse in vita per parentem, habentem filios legitimos, quintam partem, & etiam in morte posse legari extraneis, vel pro anima quintam, parens non potest nisi unam tantùm quintam donare, vel legare, sive in vita, sive in morte: & licèt illa lex loquatur, quando donat, vel legat descendentibus, à fortiori si extraneis; & sic per illam legem tollitur illa antiqua Doctorum Hispanorum dubitatio, an vigore illarum legum Fori possint parentes disponere de duabus quintis; de qua quæstione vide Roderic. Suarez *in calce comment. sui super L. quoniam in prioribus*, *C. de inoffic. testam.* qui tamen ad decisionem oblitus est hujus legis Partitarum, ex qua satis probatur, quòd non possit disponere parens ultra unam quintam partem, sive in vita, sive in morte, ut salva sit legitima filiis, quæ est hodie omnia bona, excepta quinta: & satis probat ista lex, hoc procedere, sive disponat parens per modum quotæ, sive particularium rerum donationes faciendo in vita: & dicit Roder. ibi unum bonum verbum, quòd ubi pater in vita non donasset quintam per modum quotæ, sed fecisset aliquas particulares donationes modicas (ut fit quotidie) quòd non consuevit attendi, ut tempore mortis habeatur consideratio ad diminuendam quintam partem bonorum, quam pro anima legasset, propter illas particulares modicas donationes factas à patre in vita: quia esset hoc quodammodò ligare manus patris, ut induceretur interdictio distributionis, & administrationis bonorum; quod, secundùm eum, non esset procul ab iniquitate: & nihil allegat ad hoc, nisi consuetudinem, & absurditatem, quæ aliàs resultaret. Et certè, quando esset modicus excessus, & filii parùm gravarentur in legitima ex donationibus minutatim factis in vita, æquum videtur hoc dictum, maximè sic consuetudine roboratum: si tamen esset notabilis excessus, & gravamen, idem judicarem in pluribus donationibus ad minutum factis, sicut in una magna alienatione, ut probatur *in L. nomen* 34. §. 1. & ibi Gloss. in verbo *prope*, *ff. de legat.* 3. notat Bald. *in L. fraus*, *ff. de legib.* Et an ista prohibitio, quòd parentes non donent, neque in ultima voluntate legent ultra quintam, intelligatur de ipsis bonis parentum, & proprietate eorum tantùm, an etiam comprehendat fructus quos in vita parentes habent de suis propriis bonis, ut sic fructus in hoc judicentur, sicut cætera bona? Est pulchrum dubium, & non memini me vidisse per aliquem tactum, nisi per Socin. *consil.* 93. *vol.* 1. incipit *circa primum præsentis consultationis articulum in* 3. *dubitatione*, ubi arguit ad utramque partem, & tandem concludit, quòd idem sit judicium de fructibus sicut de cæteris bonis, deducto eo, quod attinet ad necessitatem victus, attenta personæ qualitate, & dignitate, juxta notata per Gloss. & Doct. *in L. maritum*, *ff. solut. matrim. L. plenum* 12. §. *equitii* 4. *ff. de usu, & habit.* & loquitur ibi Socin. in casu suo multùm conformi ad leges nostri Regni, ubi per statutum fuerat augmentata legitima filiorum, & parenti tantùm licebat disponere de quarta parte bonorum: movetur ipse, quia lex generaliter loquitur, ergò generaliter debet intelligi, *L.* 1. §. *& generaliter*, *ff. de legat. præstand. cap. si Romanorum*, 19. *distin.* non enim minùs dicuntur bona fructus percepti ex bonis quàm ipsa bona, quæ à beando dicuntur, *L. subsignatum* 39. §. *bona*, *ff. de verb. signific.* neque in eis potest dari ratio differentiæ; & cùm verba statuti non repugnent, sed propriè verificentur, verificari & debet dispositio, *L.* 1. §. *si is qui navem* 19. *ff. de exercitor.* & confirmatur hoc per casum, quem dicit singul. *in L. fin. versic. pen. ff. de requirendis reis*, ubi patet, quòd dispositio illius tituli, per quem immobilia, & mobilia absentis citati annotantur, & conscribuntur, ut si veniat intra annum recuperet, interpretantur per illum textum, ut vendicet sibi locum in fructibus postea perceptis illo anno, qui inter mobilia computantur: adducit etiam dictum Baldi *in cap.* 1. *in fin. princ. de pace tenenda*, quòd publicatio mobilium, quæ fit ob pacis violationem, vendicat sibi locum in fructibus: adducit etiam *L. Paulus* 29. §. 1. *ff. de pign.* & *L. quamvis* 3. *C. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah. cum concord. ibi allegat. in gloss.* & quòd fructus augent ipsam rem, *L. item veniunt* 20. §. 3. *vers. fructus*, *ff. de petit. hæred.* & dicit Jacob. Butr. *in L. jubemus*, *C. ad Trebel.* quòd fructus censentur res hæreditariæ, sicut & reliquum patrimonium: & quia ejusdem naturæ debet esse augmentum, sicut & ipsa res principalis, *L. etiamsi* 8. *C. de jure dot.* *L. si convenit* 18. §. *si nuda*, & quòd ibi Bart. dicit, *ff. de pignor. action. L. fin. C. de frument. urbis Constantinopol. lib.* 11. allegat etiam alia, quæ ibi poteris videre: & ad finem etiam subdit bonum verbum, ista non esse ita amarè recipienda, ut & si parens aliquantò magnas expensas fecisset in victu, & aliquos fructus erogasset in pios usus, deberet fieri imputatio in illam quintam, vel quartam partem in casu suo; sed si deberet superesse notabilis quantitas, ita quòd verisimiliter, si non invenitur, parens in alias personas præsumatur verosimiliter erogasse. Contra ista tamen dicta Socin. urget textus notabilis, & ibi Bald. *in L. cum oportet* 6. §. *non autem* 2. *C. de bonis quæ liber.* ubi habetur, quòd pater, qui habet usumfructum in bonis adventitiis filii, potest istum usumfructum donare, & relinquere, cui voluerit, neque ex hoc filii poterunt intentare querelam inofficiosæ donationis: & sic licèt isti fructus sint bona patris, disponit tamen de eis liberè, ut ibi patet: urget etiam dictum Didaci de Segura *in rep. L.* 1. §. *si vir*, *col.* 26. *ff. de acquir. posses.* ubi motus ex dicto Gloss. *in L.* ge-

nacion, puedenla reuocar los fijos, fasta en la quantia de la su parte legitima (13).

LEY IX.

Fasta que quantia puede fazer ome donacion de lo suyo; e de lo que demas fiziere, que sea reuocado.

Ley 7. tit. 8. lib. 5. Recop. EMperador, o Rey, puede fazer donacion, de lo que quesiere, con carta (1), o sin carta, e valdra. Esso mismo dezimos que puedan fazer los otros omes, quando quieren dar algo de lo suyo al Emperador, o al Rey. Ca guisada cosa es, que como ellos pueden fazer donaciones por carta, o sin ella, que los omes puedan dar a ellos lo que quisieren, en essa misma manera. Pero dezimos, que quando el Emperador, o el Rey, faze donacion a Eglesia (2), o a Orden, o a otra persona qualquier, assi como de Villa (3), o de Castillo, o de otro logar en que ouiesse Pueblo, o se poblasse despues (4); si quando gelo *Ley 1. tit. 2. lib. 5. Recop. Ley 12. tit. 6. lib. 5. Recop. Leyes 4. y 8. tit. 10. lib. 5. Recop.*

generaliter, §. *plane*, in verbo *ex aliqua causa*, *in fin. ff. de fideicommis. libertat.* infert, quòd si pater habens plures filios uni eorum donavit bona sua ita inofficiosè, quòd postea alii filii revocaverunt hanc donationem, tanquàm inofficiosam per *tit. de inoffic. donat.* remanente apud hunc filium donatarium legitima parte sua, & tertio, & quinto bonorum; quòd hoc casu fructus, quos percepit talis filius respectu illius partis, quæ ei aufertur per alios fratres, non tenebitur restituere, arg. *L. ea demum* 6. *C. de collat.* Sed si rectè inspiciantur, ista non obstant: nam in his casibus fructus non percipiuntur ex re patris, ut sic eodem jure censeantur, prout vult Socin. sed proprietas bonorum adventiorum est filii; & etiam dominium rerum donatarum filio, ut in casu Didaci de Segura, est ipsius filii: & sic non potest dici, quòd talis fructus sit de bonis patris, neque in suo patrimonio: quia ex quo exivit dominium ab eo per donationem, fructus ex re donata non fuerunt sui, & ut dicit Bald. *in L. fin. C. de usucap. pro donato*, fructus, & accessiones rei non dicuntur propriè donari, quia non cadunt in contractu secundùm formam contractus, & ideò, secundùm eum, non augent quantitatem donationis, neque requirunt insinuationem, *L. in ædibus*, §. *ex rebus*, & ibi Gloss *ff. de donation.* Et sic remanent vera dicta Socini cum istis duabus limitationibus; scilicèt, si pater donet usumfructum, quem habet in bonis filii: quia ista donatio non revocabitur per querelam inofficiosæ donationis, prout dicit Bald. *in dict.* §. *non autem*: item si fructus proveniant ex re alteri donata, & tradita; quia tales fructus non augent rem donatam, ut dicit Gloss. *in dict.* §. *plane*, & probatur *in dict.* §. *ex rebus*, nec fuerunt in bonis patris: tene ista menti, quia quotidiana sunt.

(13) *Legitima.* Habes hìc, quòd donatio inofficiosa, facta in præjudicium filiorum jam natorum, revocatur per querelam inofficiosæ donationis usque ad legitimam tantùm, & non in totum: super quo de jure communi fuerunt diversæ opiniones inter Azon. & Hugolin. Glossatores, ut dicit Gloss. *in L.* 1. *C. de inoffic. donat. in gloss. mag.* 5. *q.* & opinio Hugolini ibi recitata, distinguentis inter donationem inofficiosam, re & consilio factam, vel re tantùm, magis communiter per Doct. ibi approbatur, & ita attestatur Socin. *consil.* 126. *col.* 1. *vol.* 3. Hæc lex approbat opinionem Azon. ut nulla facta distinctione, tantùm usque ad legitimam revocetur; quam opinionem etiam tenuit Bald. *in dict. L.* 1. *col.* 4. & sub dubio fortè dicit ibi Paul. *col.* 3. istam opinionem fore meliorem. Et adde ad istam legem, quòd neque remunerando potest parens donare in præjudicium legitimæ filiorum: & sic donatio etiam remuneratoria revocatur usque ad filiorum legitimam, ut voluit Gloss. & ibi notant Fulg. Paul. de Castro, & Jaso *in authent. unde si parens, C. de inoffic. testam.* licèt secùs sit in liberto, ut *in L. vivus* 9. *ff. si quid in fraud. patron.* Quid autem si pater alienet bona in fraudem filiorum titulo oneroso? an filii revocent usque ad legitimam? Vide Bart. *in L. non usque adeo*, *ff. si quis à parente fuer. manum.* & latiùs Bald. *in L.* 2. versic. *quæro an filius*, *C. si quid in fraud. patron.* Paul. de Cast. *in L. Imperator*, *ff. ad Trebel.* Joan. And. *in addit. ad Spec. tit. de reb. Eccl. non alien.* super parte *cæterum*, la 2. Alexand. *consil.* 57. *vol.* 5. Et an filii possint in casu, in quo pater dilapidat bona, petere ut eis assignetur aliqua possessio patris pro alimentis? Vide Bald. *in dict. L.* 2. versic. *sed pone pater*: & quid de bonis, quæ pater perdidit in ludo, an revocent filii usque ad legitimam? Vide Bald. *in L.* 1. *C. si quid in fraud. patron.* & Angel. *in suo tractat. malefic.* in parte *metidore de mali dati*, *col.* 3. & per Jason. *in L. in executione*, §. *fin. ff. de verb. oblig.*

LEX IX.

Valet donatio sine insinuatione usque ad quingentos morapetinos auri; & ultra non valet, nisi cum licentia, & scientia judicis loci, ubi fit donatio: tamen in donationibus factis à Principe, vel à privato Principi, non requiritur insinuatio; nec in dote, nec in donatione propter nuptias, quantacunque sit in summa; nec in donatione pro redemptione captivorum, aut refectione Ecclesiæ, vel domus, aut hospitalis. Et si Imperator donat alicui Villam cum suis juribus, non intelligitur concessisse monetam, nec merum imperium; nisi specialiter concedat. Et si specialiter concedit, nihilominùs tenetur facere pacem, & guerram pro eo donatarius, & erunt appellationes Principis. Hoc dicit.

(1) *Con carta.* Quando donatio excedit quingentos solidos, requiritur scriptura, ut hìc, & *in L. donatio* 25. & *in L. pen. C. eod.* notat Gloss. *in cap.* 1. *de censib. lib.* 6. fallit in donatione, quam facit Princeps privato, vel privatus Principi, quæ neque requirit scripturam, neque insinuationem, ut hìc, & *in L. sancimus* 34. *in princ. versic. exceptis*, & *in authent. ibi posita*, *C. eod.*

(2) *A Eglesia.* Habes hìc, juncto verbo, quod est infrà *ead. L.* ibi, *Justicia de sangre*, quòd in generali donatione, seu concessione castri, seu loci, non venit merum imperium; etiamsi donetur Ecclesiæ. Cujus contrarium in donatione facta Ecclesiæ per Principem, tenuit Din. in quodam suo consilio relato per Joan. Andr. *in addit. ad Spec. tit. de jur. omn. judic. in additione* super verbo *pastoralis*, & tenuit Oldral. *consil.* 252. incipit *ad quæstionem*, per fundamenta, quæ ibi videbis: & hoc idem, quod in ista lege in hoc disponitur, cautum etiam est per *L. Ordin. tit.* 9. *L.* 2. *lib.* 5. quæ facta fuit ad declarationem hujus legis, & *L. pen. tit.* 15. *Part.* 2.

(3) *Villa.* Villæ, & castra sunt quædam nomina, quæ in se continent jurisdictionem, & honorem, & districtum, & jus patronatus: vide Bald. *in cap. unico*, *col.* 3. *de capit. qui curiam vend.* Bart. *in L.* 1. §. *sive autem*, *ff. de novi operis nuntiat.* & dicuntur villæ, ædificia sine muris, ut patet *Levitic.* 25. *c. v.* 31. & dicit Bart. *in extravag. ad reprimendum*, *in gloss.* super parte *provinciæ.* Et an posset Rex homines suos stipendiarios alterius facere, ita quòd transeant in ejus dominio, tradit Lucas de Penna concludens, quòd non, *in L. unica*, *C. de capit. civ. censib. exim. lib.* 11. quod nota ad *L. de Valladolid*, & limita, ut *in L.* 51. *tit.* 18. *Partit.* 3. Quid autem si Rex donavit mihi castrum, reservatis sibi quibusdam vassallis, quod castrum multiplicatum est postea in hominibus, & magnitudine? quæritur, ad quem pertinebit illud augmentum? Dic, quòd distinguendæ sunt familiæ, undè processerunt: quia progenitores suos suffecti sequi debent, ut *C. de agric. & censit. L. cum scimus* 22. *lib.* 11. ita Bald. *in c.* 1. §. *si quis de manso*, *col.* 3. versic. *sed pone*, *de controv. invest.*

(4) *Despues.* Posset hoc fieri absque alia auctoritate superioris, ut notat Bald. *in L. ex hoc jure*, *ff. de justit. & jure*: licet enim ædificare villas, & castra in loco proprio, ut *in L. quicunque* 3. *C. de fundis limitroph. lib.* 11. tamen tale castrum, sic in loco proprio ædificatum, nullam habet jurisdictionem; sed ille, qui est dominus Civitatis quoad jurisdictionem, est dominus illius castri, *L. nulli* 28. *C. de Episcop. & Cler. L. qui ex vico* 30. *ff. de municip.* est enim ædificium ejus jurisdictionis, cujus est solum, secundùm illam regul. *quidquid ædificatur*, *&c.* secundùm Bald. *in L.* 1. versic. *in initio*, *ff. de*

lo dio, otorgo por su priuillejo, que gelo daua con todos los derechos (5) que auia en aquel logar, e deuia auer, non sacando ende ninguna cosa; entiendese, que gelo dio con todos los pechos, e con todas las rentas, que a el solian dar, e fazer. Pero non se entiende, que el da ninguna de aquellas cosas que pertenescen al señorio del Reyno (6) señaladamente, assi como moneda (7), o justicia de sangre (8). Mas si todas estas cosas fuessen puestas, e otorgadas (9) en el preuillejo de la donacion, estonce bien passaria al logar, o a la persona, a quien fuesse fecha tal donacion; saluo ende, que las alçadas (10) de aquel logar deuen ser para el Rey que fizo la donacion, e para sus herederos; e deuen fazer guerra, e paz (11) por su mandado. Otrosi dezimos, que todo ome puede fazer donacion por carta, o sin ella, dando quanto quisiere, para sacar catiuos (12), o para refazer alguna Eglesia (13), o casa derribada; e por dote, o por donacion que se faze por razon de casamiento. E avn dezimos, que si algund ome quisiere fazer donacion a alguna Eglesia, o a logar religioso, o a Ospital, que lo puede fazer sin carta. Pero si quisiere dar a otro ome, o a otro logar, puedelo fazer sin carta fasta quinientos marauedis de oro (14). Mas si quisiere fazer mayor donacion (15) de lo que es sobredicho en esta ley, lo que fuesse dado demas, non valdria. Fueras ende, si lo fiziesse con carta, e con sabiduria (16) del mayor

de offic. præfect. urb. col. 2. *in fin.* ubi ipse ponit notabilem quæstionem, ad cujus decisionem confert ista lex: ponit enim, quòd Princeps donavit mihi locum publicum, puta talem montem, & ibi ego castrum ædifico, cui deputo pro territorio totum montem: quæritur, an castrum sit meum, & an habeam jurisdictionem, ac si Princeps donasset mihi sub nomine universali, scilicèt territorii: cujus resolutio est, quòd si Princeps donat sub nomine territorii, venit jurisdictio, & castrum est meum quoad proprietatem, & jurisdictionem, ut *in L. pupillus* 239. §. *territorium* 8. *ff. de verb. signific.* si autem donasset, non expresso nomine universali, dicit Bald. quòd non veniet jurisdictio in concessione: quia merum, & mixtum imperium nominatim est concedendum, *L.* 1. *ff. de offic. ejus cui est mand. jurisd.* & hoc idem videtur velle idem Bald. *in L. à procuratore*, *C. mand.* ubi dicit, quòd nihil commune habet proprietas fundorum cum jurisdictione. Hæc tamen lex innuit, quòd si donatio talis loci fuit cum omnibus juribus, quæ ibi Rex habebat, quòd venit jurisdictio causarum civilium, non tamen merum imperium, facit *L. si quando* 2. *C. de bonis vacant. lib.* 10. sed tamen adhuc limitarem hoc, & intelligerem, quando sub nomine universali donaret, ut etiam hìc innuit, cùm dicit, *villa, o castillo, o otro logar*; & sic, quòd sit ejusdem qualitatis, & universalitatis. Sed quid si aliquis fecit majoriam ex facultate Regis, vel legis, & inter cætera bona assignavit filio majori, & cæteris vocatis jurisdictionem alicujus castri, vel villæ? an ex hoc videatur donare majoriæ omnia alia jura, & reditus villæ? Et videtur, quòd non per supradicta, & quæ habentur, & notantur *in cap. unico, de capitan. qui cur. vend.* & potest induci ad hoc bonus text. *in L. alimentorum* 11. *ff. de assign. libert.*

(5) *Los derechos.* Habes hìc, & infrà, cùm dicit, *entendiesse*, quid comprehendatur in donatione Principis, cum dicit, *cum omnibus juribus*: adde *L. si quando* 2. & ibi Lucam de Penna, & Joan. de Plat. *C. de bon. vacan. lib.* 10. vide etiam Paul. de Cast. *in L. pro parte*, *ff. de servit.*

(6) *Del Reyno.* Quæ sunt ista, habes hìc, & *in L. penul. tit.* 15. *Part.* 2. & ibi dixi.

(7) *Moneda.* Intellige, & declara, ut *in dict. L. pen. tit.* 15. *Partit.* 2.

(8) *De sangre.* Est ergò de regalibus merum imperium, ut hìc vides, & dicit Oldral. *consil.* 252. quod communiter dicitur per Legistas, merum imperium adhærere ossibus Principis, quod nullo modo potest à se abdicare, & fuit dictum quorundam antiquorum, ut refert Joan. And. *in dictis addit. ad Spec.* in verbo *pastoralis*, *tit. de jurisd. omnium judicum.*

(9) *Otorgadas.* Habes hìc, quòd Rex potest alicui concedere ea, quæ sunt regalia, & idem habetur *in dict. L. pen. tit.* 15. 2. *Part.* quod nota, nam Lucas de Penna *in L. contra publicam*, *C. de re milit. lib.* 12. super hoc latè insistit, quòd Rex non possit concedere regalia in perpetuum; imò neque ad tempus, nisi ille cui concederetur, esset multùm proba persona, & utilis Regno: quod tamen talis concessio ad vitam Regis concedentis tantum valeat, habes *in dict. L. penul.* secundùm quam ista est limitanda, & vide quæ dixi *in L.* 10. *titul.* 18. 3. *Partit.* in concessione verò meri imperii, vide quod habetur *in dict. L.* 2. *tit.* 9. *lib.* 5. *Ordin. Regal.* ubi & de donationibus castrorum, & villarum: an autem is qui reperitur in possessione regalium, de quibus hìc, cogatur ostendere titulum suæ possessionis, videas per Lucam de Penna ubi suprà, quòd sic; & nisi ostendat, licitè compellitur ad restitutionem eorum: adde *L.* 4. *tit.* 1. *lib.* 2. *L.* 2. *tit.* 1. *lib.* 3. *Ordin. Regal.* & intelligit, & limitat Lucas de Penna ubi suprà, quando lis est cum Rege, vel ad ejus petitionem instatur, ut ostendatur titulus; secùs si quæstio sit inter privatos.

(10) *Que las alzadas.* Adde *L. pen. tit.* 15. *Part.* 2. & quæ dixi *in L.* 22. *tit.* 13. *ead. Part. in gloss.* super verbo *o le embargassen*, & quæ habentur *in cap. venientes* 19. *de jurejur.*

(11) *Guerra, e paz.* Adde *L. pen. tit.* 15. *Part.* 2. & quæ dixi *in dict. L.* 22. *tit.* 13. *ead. Part. in gloss.* super verbo *o no le fiziessen hueste.*

(12) *Para sacar catiuos.* Adde *L. pen. C. eod.* & *L. fin. C. de jure dot.* & *authent. eo decursum*, *C. de donat. ante nupt.* ubi ista habentur.

(13) *Eglesia.* Approbat opinionem Pilei glossator, de qua per Joan. Andr. *in addition. ad Spec. tit. de instrum. edition.* §. *porro*, super verbo *illud*, quam ibi sequitur ipse; & eandem opinionem tenet Bart. *in L. illud*, *C. de Sacrosanct. Eccles.* sed Bald. *in dict. L. illud* tenet opinionem contrariam, scilicèt, quòd donatio facta Ecclesiæ ultra quingentos aureos exigat insinuationem, & videtur de mente Glos. *in L. sancimus*, *in princ.* super verbo *quingentorum*, *C. eod.* & istam opinionem tenet etiam Salic. & Paul. de Cast. *in dict. L. illud*: ideò tene menti istam legem.

(14) *De oro.* Arbitror esse castellanos aureos hujus Regni; quod patet ex his quæ notat Paul. de Cast. *in L. quicunque*, *col.* 3. *C. de servis fugitiv.* & *in L. fin. in princ.* ubi in individuo loquitur de istis quingentis aureis, *C. comm. de legat.* & ex his quæ notat Joan. de Plat. *in L. quotiens*, *C. de suscept. & archar. lib.* 10. & *in rubr. C. de veter. numism. potest. lib.* 11. & Abb. *in cap. conquerente*, *de offic. ordin.* adde quæ dixi *in L.* 2. *tit.* 11. 3. *Part.*

(15) *Mayor donacion.* Sed quid si faciat pactum de non petendo aliquod debitum excedens dictam summam? an egeat insinuatione? Joan. Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de instrumen. editione*, §. *porro*, *in addit. magna* tenet, quòd non, & Salic. *in L. creditori*, *C. de pactis*; Gloss. tamen tenet contrarium *in L. si quis obligatione*, *ff. de regul. jur.* & Bart. *in L. Modestinus*, *ff. de donation.* & est magis communis opinio, secundùm Alexand. *in dict. L. creditori*, ubi Jaso, & Socin. Quid autem si quis remittat pœnam caducitatis? an egeat insinuatione? Vide Bald. quòd non, *in c.* 1. *in princ. quid juris si post alien. vassal. feud. redem.*

(16) *Con carta, e con sabiduria.* Non ergò sufficeret præsentia tabellionis, & testium; sed requiratur etiam præsentia judicis ultra notarium: ita dicit Paul. de Cast. *in L. acta* 45. *ff. de re jud.* & sequitur ibi Alexand. & ante eos

yor Judgador de aquel logar (17), do fiziesse la donacion.

LEY X.

Como por razon de desconoscencia se puede rouocar la donacion.

DEsconoscientes son los omes a las vegadas, contra aquellos que les dan algo, o les fazen alguna gracia (1); e porende touieron por bien los Sabios antiguos, que non fincassen sin pena, e establescieron quatro razones, que por qualquier dellas deue perder la cosa que le fue dada. La primera es, quando aquel que rescibe el donadio, es desconosciente contra aquel que gelo faze; faziendole grand desonrra de palabra (2), o accusandole (3) de algund yerro, por que ouiesse de rescebir muerte, o perder algund miembro, o cayesse en enfamamiento, o perdiesse la mayor partida de lo suyo, si le fuesse prouado: ca, como quier que otro alguno pueda dezir contra la persona del que faze el donadio, non lo puede dezir, ni deue, el ome que rescibe el algo del. La segunda es, faziendole tuerto de fecho, metiendo manos yradas (4) en el. La tercera es, fazien-

eos hoc tenuerunt Cin. & Bald. *in L. fin. C. qui admitti*, quos ipsi non allegant, ubi etiam tenet Jaso dicens se ita consuluisse; & dicit Paul. de Cast. *in dict. L. acta*, quòd si aliud diceretur, omnia jura loquentia de insinuatione essent inania, cùm de qualibet donatione conficiatur instrumentum: & quotidie practicatur in isto Regno, ut quando donatio excedit 500. aureos, insinuetur coram Judice, & opponitur in palatiis de isto defectu, neque unquàm fuit receptum, ut sufficeret instrumentum notarii: dicendum est tamen, quòd donatio sic excedens, si fiat in actu coram Judice, sufficiat, cùm acta desiderant Judicis præsentiam, ut *in dict. L. acta* 45. & *in L. sive apud acta* 28. *C. de transaction.* & hinc est, quòd inventarium, quod fit apud acta, dicitur insinuatum, Bald. *in authent. si omnes in fin. C. si se, ut ab hæred. abstineat*; si tamen extra acta fiat donatio, etsi fiat cum tabellione, & testibus, vel cum testibus, requiritur, quòd postea illa donatio insinuetur coram Judice: quia insinuatio fit, non solùm cùm præsente Judice fit donatio, sed etiam si post factum instrumentum donationis Judici intimetur, ut probatur *in L. donatio* 25. *C. eod.* & ibi Ang. & *eod. tit. L. in hac* 30. ubi etiam notant Bald. & Ang. & comprobatur ex notatis per Joan. Andr. *in tit. de instrumentorum editione*, §. *porro*, *in additione magna* super verbo *subscribat.* Sed quid si tabellio, coram quo conficitur instrumentum donationis, esset Judex, & tabellio? Vid. Alexand. *consil.* 157. *vol.* 2. incipit *viso instrumento donationis*, *col.* 1. & 2. ubi tenet, quòd tunc sustinebit tabellio vicem duorum, & coram ipso sufficit insinuari, ex quo est Judex. Sed an requiratur, quòd Judex approbet expressè donationem, vel sufficiat, quòd tantùm sibi intimetur? Gloss. *in auth. ut non fiant pignorationes*, §. *illud quoque*, *collat.* 5. in verbo *gestis monumentorum*, tenet quòd requiratur expressa Judicis approbatio: & per illam gloss. ita tenet Guiliel. *in L. illud*, *C. de Sacrosanct. Eccles.* qui etiam dicebat, in insinuatione requiri causæ cognitionem, ne donans decipiatur, *C. eod. L. data* 27. & potest, & debet interrogari de causis, quare patrimonium suum sic exhaurit; & dicta Guiliel. recitat Bald. *in L. si consul, ff. de adoption.* 1. *lectur.* 2. *col.* versic. *tertia quæstio.* Contrarium tamen tenet Bart. *in L. Modestinus*, *ff. de donat.* & Bald. *in dict. L. illud* dicit de hoc esse casum *in L. fin. C. de præd. decurion. lib.* 10. qui textus hoc non benè probat, quia non loquitur, ubi donatio esset excessiva; & quòd illa lex hoc non probet, licèt rationem non assignet, dixit Joan. de Plat. *in L.* 1. *C. de apochis public. lib.* 10. *in fin. primæ col. seu princ.* 2. Opinio Bart. & aliorum, quòd non requiratur decretum, videtur probari hic, cùm dicit, *con sabiduria*; uno tamen casu procedere posset opinio Glos. & Guilliel. scilicèt, quando insinuatio esset contradicta per aliquos oppositores, veluti conjunctos donanti, qui dicerent ex levitate, vel ex turpi causa factam esse donationem, ut declarat Bald. quem vide *in L. nec quicquam*, §. *ubi decretum* 1. *col.* 2. *ff. de offic. proconsul.*

(17) *Del mayor judgador de aquel logar.* Nota hanc legem declarantem, coram quo Judice debeat fieri donationis insinuatio: de jure communi non erat ita clarum, ut *in L. in hac* 30. *C. eod.* & *in authent. de defensor. civit.* §. *nulla*, & notat Joan. Andr. *in dict. addition. ad Specul. de qua in gloss. præcedenti.*

LEX X.

Propter ingratitudinem donatarii commissam vituperando, vel de crimine capitali, aut famoso, vel ex quo, si probaretur, perderet donator majorem partem bonorum, accusando; vel percutiendo, aut magnum damnum in bonis inferendo, sive mortem donatoris tractando, revocat donationem: sed si post donationem factam filio, mater secundò nubat, non revocat donationem; nisi filius de ejus morte laboret, vel si percutit eam, seu ut ipsa perdat majorem partem bonorum laboret: & si donator vivens non fuit conquestus de ingratitudine ad revocandam donationem, ejus hæredes non posssunt hoc facere. Hoc dicit.

(1) *Alguna gracia.* Quid si donetur propter benemerita? Videtur, quòd non revocetur, cùm illa non sit propriè donatio, ut *in L. Aquilius* 27. *ff. de don.* & facit *L. si pater* 34. §. 1. *eod. tit.* ubi Gloss. & Gloss. hoc etiam vult *in L. fin. C. de revocand. donation.* & tenet Abb. *in cap. fin. de donat. col. pen.* In contrarium tamen arguit Bald. *in c.* 1. *col. pen.* vers. *dicit Dominus Jacob de Ravenna*, quòd demerita ultima magis præponderant, quàm merita præcedentia, quia ultima culpa nocet, *L. si & per emptorem* 51. *ff. de action. empt.* sed tene, quod prædixi: quia probatur *in dict. L. si pater* 34. §. 1. ubi Gloss. hoc tenet, & adde Jason. *in L. ex hoc jure*, *col.* 13. *in secundo effectu obligationis antidotalis*, *ff. de justit. & jure.* Et nota etiam, quòd dos data non revocatur prætextu ingratitudinis per patrem, secundùm Bald. *in L. fin. col.* 3. *C. de dotis promis.* Bald. & Imol. *in L. post dotem*, *col.* 7. *ff. solut. matr.* Jaso *in* §. *fuerat*, *col.* 22. *instit. de action.* quod in patre verum videtur, eò quia tenetur ad dotandum, *L. capite* 19. *ff. de ritu nupt.* & sic non potest dici gratia; in extraneo tamen, cùm sit gratia, & donatio saltim respectu mulieris dotatæ, videtur contrarium dicendum: ad hoc faciunt, quæ dixi suprà *eodem L.* 8. *in gloss.* super parte *diesse.* Quid autem si in aliqua dispositione majoriæ caveatur, prout aliquandò fit, quòd inobediens patri, vel possessori majoriæ, privetur successione? an procedat etiam in illo inobediente, qui non primo loco, sed ulteriori sperabat succedere, vide text. *in L. fin. de bonis libert.* & facit *L. Titius* 25. & ibi Bartol. *ff. de testam. milit.* quòd non: quod fortè posset limitari, nisi sit nepos major, cùm ille in omnem casum, cessante morte ejus, vel culpa, debet succedere: facit *L. vivo* 27. *ff. de bonis libert.* & *L. si quis incesti* 5. *C. de incest. nupt.* & vide *in L. Divi fratres* 17. *ff. de jure patron.*

(2) *De palabra.* Ita intelligebat Joan. Andr. *in c. fin. eod. titul.* nam de personalibus injuriis statim subdit: & idem dic, si eum fugavit, vel carceratum tenuit, etiam sine manus injectione, secundùm eum, & Alberic. *in L. fin. C. de revocand. donat.* & per istam legem, & per *dict. cap. fin.* patet, non esse necesse, ut sæpè inferatur injuria verbalis, vel realis, prout dixit Faber *in* §. *sciendum*, *instit. de donat.* motus per verbum *effundat* positum *in dict. L. fin.*

(3) *Acusandole.* Tene menti, nam non reperies hoc ita expressum de jure communi, & vide *L. qui cum major* 14. §. *si libertus* 6. *ff. de bonis libert.* & *in aliis* §§. *illius leg.*

(4) *Manos yradas.* In *dict. L. fin.* & *cap. fin.* dicit *impias manus*; & sic non procederet hoc, si se defenden-

ziendo grand daño (5) en sus cosas. La quarta es, si se trabaja en alguna manera de su muerte. Mas si muger alguna (6), auiendo fijo de su marido, despues de la muerte del faze donacion (7) al fijo, e se casa con otro; como quier que diximos de suso, que son quatro razones, por que puede ome reuocar la donacion, en tal caso como este non son mas de tres. El primero es, si despues de la donacion se trabajo de la muerte de la madre. El segundo, si metiere en ella manos yradas. El tercero es, si se trabaja de fazerle perder todos sus bienes, o la mayor partida dellos. E por qualquier destos tres casos sobredichos puede tal madre reuocar la donacion que ouiesse fecho a su fijo. Estas razones de desconoscencia, que dezimos en esta ley, puedelas poner, e razonar, aquel que fizo la donacion. E si el se callare ende en su vida, sus herederos (8) non la pueden retraer, nin querellar despues.

LEY XI.

De las donaciones que fazen los omes seyendo enfermos; quales deuen valer, e quales non.

A Las vegadas fazen los omes donaciones (1), estando cuytados en enfermedades, o temiendo otros peligros, de

dendo, vel aliàs percutit donatorem, ut *in cap. ad aures* 10. & *in cap. in quibusdam* 12. *de pœnis*, & *in cap. si vero* 3. §. *penult. & fin. de sententia excommunicat.* & tenet Joan. Andr. *in dict. cap. fin.* idem si jocosè, secundùm eum, qui & subdit idem esse, si ignoravit illum esse donatorem; cùm ingratitudo in ignorante notari non possit, *L. si ignorans* 50. *ff. locat. cap. si vero* el 2. *de sententia excommunicat.* habebit tamen locum, secundùm eundem, hæc lex, etsi manu propria non percutit, sed per alium percuti faciat, *cap. si quis suadente* 17. *quæst. quarta*, juncto *cap. mulieres* 6. *in fin. de sententia excommunicat.* & idem dicit, si non manu, sed pede percutiat.

(5) *Grand daño.* Procedit etiam si non fiat in tota substantia, vel majori parte: quia & in minori potest grave damnum inferri; undè hoc erit in arbitrio judicis, secundùm Joan. Andr. *in dict. cap. fin. columm. fin.* & dicit probari *in cap. pen. eod. tit.* Et quid si damnum non fuit sequutum, fuit tamen attentatum? Joan. Andr. ibi inclinat, quòd isto casu non habeat locum ista pœna revocationis: neque obstat littera sequentis casus, quia ipsa illatio periculi ibi est delictum consummatum.

(6) *Alguna.* Concordat *auth. quod mater*, *C. de revocand. donat.*

(7) *Donacion.* Quid si promisit de non revocando, etiam prætextu ingratitudinis? Vide quæ dixi *in L.* 67. *tit.* 18. *Part.* 3. Et quid si fuerunt plures donatarii unius rei individuæ? an commissa ingratitudine contra unum tantùm revocetur donatio in totum? Vide in argum. *L. si quis hac lege* 30. §. *quotiens* 4. & ibi Gloss. *ff. qui, & à quibus*, & per Gloss. & Alberic. *C. de libert. & eorum liber. L.* 2.

(8) *Sus herederos.* Adde *dict. L. fin. C. de revoc. donat.* & *cap. fin. isto tit.* & *L.* 1. & *L. his solis* 7. ubi Bald. *C. de revoc. donat.* & facit *L. omnimodo* 30. *in princ. C. de inoffic. testam.* & *L. non tantum* 3. §. *si emancipatus* 5. *ff. de bonor. possess. contra tab. L.* 1. *in fin. ff. ad Syllan. L.* 2. & *L. Divi fratres* 17. *ff. de jure patron. L. Procula* 26. *ff. de probat.* Limita nisi donator fuisset conquestus, dum vixit, *L. ea quæ à patre* 7. *C. de restitut. milit.* vel injuriam ad animum revocasset, *L. fin. C. de injur.* vel cœpisset, vel præparasset se ad revocationem, vel dum venisset ad movendum hujusmodi litem, mortuus est, *L. posthumus* 6. §. *fin. ff. de inoffic. testam. L. scimus* 36. *in fin. C. eod. tit.* Item limita, nisi ex pacto apposito, vel aliàs propter talem ingratitudinem donatio revocaretur ipso jure; nam tunc transiret in hæredem, etiam querela non præparata: quia injuria, quæ trahit secum executionem, transit in hæredem, ut notatur *in L.* 3. §. *quod ait prætor*, *ff. quod quisque jur.* & tenet in terminis Bald. *in* §. *insuper*, *col. fin.* versic. *ex his etiam, de prohib. feud. alien. per Freder.* & sequitur Florentin. *in dict. c. fin.* ubi vide. Joan. de Imol. *col.* 6. *ad fin.* nititur impugnare hoc dictum: præcedens tamen opinio est verior, & communis, quam & tenet Bart. *in dict. L.* 1. *ad fin. primæ col. ff. de privat. delict.* Alvarotus, & Card. Alex. *in dict.* §. *insuper*, Socin. *consil.* 66. *col. pen. vol. tertio.* Limita etiam, si donator ignoravit causam ingratitudinis; vel si scivit, non habuit tempus competens ad agendum, argum. *cap. cum in veteri* 52. *de elect.* & *cap. fin. de donation.* & ejus, quod notat Gloss. *in L. fideicommissum*, *C. de fideicommis.* & *in L. sororem*, *C. de his, quibus ut indign.* secundùm Joan. Andr. & Abb. *in dict. cap. fin. super gloss. fin.* Item limita, & intellige istam legem in hoc quod dicit, quòd sit opus, quòd donator revocet propter ingratitudinem in donatione perfecta, & aliàs irrevocabili: si enim de suî natura esset revocabilis usque ad mortem, ut illa quæ fit per viam majoriæ, vel donationis in tertia bonorum, juxta leges Regni, tunc videtur, quòd ipso jure revocetur, argum. *L.* 3. §. *fin. ff. de adimend. legat.* Limita tamen hoc, nisi prælegatum, seu donatio revocabilis haberetur loco institutionis; quia tunc necessaria esset exhæredatio in filio: quia quando prælegatum, seu divisio bonorum facta per patrem, est ita magna, quòd videtur succedere loco institutionis, seu hæreditatis relictæ, judicatur tanquàm institutio, non tanquàm legatum, Bart. *in L. Marcellus*, *ff. ad Trebel.* Et nota, quòd in casu, quo revocatur, licèt superveniat postea calamitas magna filio, ex quo diceretur pater misertus filio, non tamen reintegratur donatio, *L. non putavit* 8. §. *postliminio autem* 9. *ff. de bonor. posses. contra tabul.* An autem contra hæredem donatarii ingrati possit donator agere, Gloss. *in dict. cap. fin.* videtur velle, quòd non, ex quo tacuit donator in vita donatarii, & idem vult gloss. fin. *in dicta L. fin.* & sequitur ibi Cin. Bald. Angel. Joan. Andr. & Abb. *in dict. c. fin.* nam ista actio dicitur quasi actio injuriarum, quæ tendit ad vindictam: igitur, si non fuit intentata, neque competit contra hæredem, neque hæredi, *L. cum emancipati* 2. §. *emancipatus filius* 4. *ff. de collat. bonor.* & quod notatur *in L. si ille* 62. ubi Joan. de Plat. *C. de decurion. lib.* 10. In contrarium tamen facit, quod habetur *in L. fin. C. de adulter.* de muliere decedente ante motam quæstionem adulterii, quòd nihilominùs marito competat jus contra hæredem mulieris: & solve, ut per Joan. de Imol. *in dict. cap. fin. col.* 7. ex cujus dictis collige, quòd si donatario non fuisset res tradita, sed promissa; tunc poterit exceptione se tueri donator contra hæredem donatarii.

LEX XI.

Donatio causa mortis infirmatur, si donatarius moritur antequàm donans, aut pœnitet donantem, aut si convalescit de infirmitate: & donatio causa mortis fieri potest ab eo, qui habet testamenti factionem; & debet fieri coram quinque testibus: & filiusfamilias licèt non posset facere testamentum, potest facere donationem causa mortis de parentis consensu: item non tenet donatio vi, vel metu facta. Hoc dicit.

(1) *Donaciones.* Nota tamen, quòd appellatione donationis non semper venit donatio causa mortis: quia non est propriè donatio, *L.* 1. §. 1. *ff. eodem*: undè dic, quòd si istud verbum ponatur permissivè, tunc non includitur donatio causa mortis, *L. si filius*, *ff. eodem*; si verò ponatur prohibitivè, ut si statutum dicit, quòd mulieres non possint donare, tunc includitur donatio etiam causa mortis, Bald. *in cap.* 1. *in princ. num.* 26. *de prohib. feud. alien. per Freder.* & facit ad legem Regni prohibentem mulierem contrahere sine licentia viri, quòd neque possit donare causa mortis. In contrarium tamen facit *L. final. C. de donat. causa mortis.* Fortè potest dici, quòd si ista donatio fiat pacto, vel stipulatione; quia tunc accedit magis contrac-

de que non cuydauan estorcer: e porende queremos aqui fablar de las tales donaciones. E dezimos, que la donacion que ome faze de su voluntad, estando enfermo, temiendose de la muerte (2), o de otro peligro, que vale (3). Pero tal donacion como esta puede ser reuocada, en tres maneras (4). La primera es, si se muere ante aquel a quien es fecha, que el otro que la fizo. La segunda es, si aquel que la fizo, guaresce de aquella enfermedad, o estuerce de aquel peligro, por que se mouia a fazer la donacion. La tercera es, si se arrepiente ante que muera. Ca tal donacion como esta puede ser fecha por todo ome (5) que ha poder de fazer testamento: e deuese fazer (6) delante cinco testigos (7) a lo menos. E maguer diximos en el Titulo de los Testamentos, que el fijo que esta en poder del padre, non puede fazer testamento (8); con todo esso bien puede fazer tal donacion como esta, con otorgamiento (9) de su padre: e sera valedera. E sobre todo dezimos, que si el ome fiziesse donacion, por premia que le fiziessen, o por miedo (10) que ouiesse, que le matarian, que tal donacion como esta, que non valdria.

TITULO V.

De las Vendidas, e de las Compras.

VEndida, e compra, es vna natura de pleyto, que vsan mucho a menudo los omes entre si, porque es cosa que non pueden escusar. Onde, pues que en el Titulo ante deste fablamos de las donaciones, queremos aqui dezir de las vendidas, e de las compras. E monstraremos, que cosa es vendida. E quien son aquellos que la pueden fazer. E en que manera puede ser fecha. E de que cosas. E a quien pertenesce el pro, o el daño, de aquello que es vendido, si se empeora, o se mejora. E que cosas, e que pleytos son aquellos, que deuen guardar, e fazer, entre los que venden, e compran. E sobre todo esto mostraremos, por quales razones se puede desfazer la vendida, despues que es fecha.

LEY I.

Que cosa es vendida.

VEndida, es vna manera de pleyto que vsan los omes entre si; e fazese con consentimiento de las partes, por precio cierto (1) en que se auienen el comprador, e el vendedor.

LEY

tractui, quàm ultimæ voluntati, exigatur mariti consensus: si verò fiat sine pacto; quia tunc magis accedit ultimæ voluntati, non exigatur: hæc distinctio colligitur ex dictis Bald. *in L.* 1. *C. de donation. caus. mort.* Et quòd donare sit contrahere, vide *L. si donationis* 7. & ibi Gloss. *C. de his quæ vi metusve causa.*

(2) *De la muerte.* Debet ergò in donatione hac fieri mentio mortis, vel periculi, ut dicatur donatio causa mortis: neque enim eo ipso, quòd moriens donet, videtur donare causa mortis, ut *in L. Seja* 42. §. *final. ff. de donation. causa mortis*; ita dicit Azo *C. eod. in summa*: si tamen ex actis de hoc constaret, staremus certo, ut notat Bartol. *in L. quæ dotis, col.* 2. *ff. soluto matrim.* & in dubio, ubi fit mentio mortis, præsumitur donatio causa mortis, ut *in dict. L. Seja* 42. §. *final. L. Seja* 11. *ff. de dote præleg.* Gloss. *in L. mortis causa*, §. *Titia, ff. de donation. causa mortis*, Cin. & alii *in L.* 2. *C. de jure dot.* & vide in materia text. notab. *in cap. de his* 4. *de sepultur.* & Alexand. *consil.* 81. *vol. primo*, & *consil.* 14. *eod. vol.* & *consil.* 78. *vol.* 4. incipit *visis, quæ allegantur*, & *consil.* 81. *primo vol.* & Socin. *consil.* 53. *vol.* 1. & *consil.* 232. *secundo vol.* Et in donatione causa mortis facta per eum, qui de propria vita desperavit, tacitè intelligitur conditio, si de illa infirmitate decesserit, licèt secùs si in hæredis institutione, secundùm Bald. *in L. fin. C. de posthum. hæred. instit.* Et hæc verba, *dono tibi post mortem meam*, vel, *utere bonis meis post mortem meam*, an inducant donationem causa mortis, vel inter vivos? Vide Bald. *in L. si mortis*, & *in L. in donationibus, C. ad L. Falcid.*

(3) *Que vale.* Sed an transeat dominium sine traditione, vide Bald. *in L. si mortis, C. ad Leg. Falcid.*

(4) *En tres maneras.* Adde §. *primum, instit. de donation.* & *L. nòn omnis* 19. *ff. si certum petatur*, *L. Senatus* 35. *de donation. causa mortis*, & repetit donator causa mortis fundum donatum cum fructibus, *L. cum quis* 12. *ff. de condict. causa data*, & potest agere contra emptorem, qui emit à donatario eo vivente, secundùm Bart. *in L. illud*, §. 1. *ff. de donat. causa mortis.*

(5) *Todo ome.* Sed an minor, qui donat causa mortis, debeat jurare, ut valeat? Vide Bald. sub dubio fortè, quòd sic, quando donat promittendo, *in* §. *item sacramenta, col.* 3. *de pace juram. firmanda.*

(6) *Fazer.* Et an donatio causa mortis requirat præsentiam donatarii, vide Gloss. quæ istam quæstionem disputat *in L.* 1. *C. de donat. caus. mort.* & concludit, quòd sic: sed distingue, ut ibi latiùs per Salic. post Din. & vide *L. inter mortis* 38. *ff. eod.* & quod notat Bald. *in L.* 3. vers. *modo formatur talis quæstio, C. qui testam. fac. pos.*

(7) *Cinco testigos.* Adde *L. fin. C. de donation. caus. mort.* sed an præsumatur donare inter vivos, quando non adhibuit tot testes, vide Socin. *consil.* 232. *vol.* 2. incipit *multùm eleganter, col.* 1.

(8) *Testamento.* Hodie per *L. Tauri* 5. potest filiusfamilias ætatis legitimæ condere testamentum.

(9) *Con otorgamiento.* Adde *L. tam is* 25. §. 1. *ff. de donat. causa mort.* & limita, ut *in cap. licet* 4. *de sepultur. lib.* 6. sed an exigatur mors utriusque, patris scilicèt, & filii, ut isto casu donatio causa mortis confirmetur, Gloss. dicit, quòd sufficit mors solius filii, *in L. pen. C. de donat. caus. mort.* super quo distingue latiùs, ut ibi per Bald. & Salic. vide etiam Bart. *in L.* 2. §. 1. *ff. de donation. col. fin.* & *in L. qui pretio*, ubi Gloss. *ff. de donat. caus. mort.*

(10) *Por miedo.* Adde *L. si donationis* 7. *C. de his quæ vi metusve caus.*

TITULUS QUINTUS.

LEX I.

Est venditio unus modus pacti, quo multùm homines utuntur cum partium consensu certo pretio inter ementem, & vendentem interveniente. Hoc dicit.

(1) *Por precio cierto.* Nulla enim est venditio sine pretio, ut hìc, & *in L.* 9. *infrà eod.* §. *pretium* 1. *instit. de empt.*

LEY II.

Quien puede fazer vendida, e quien non.

AQuellos omes dezimos que pueden comprar, e vender, que son atales que se pueden obligar (1) cada vno dellos, el vno al otro. E porende, lo que vendiesse el padre al fijo que tiene en su poder, o el fijo al padre, non valdria, porque non pueden fazer obligacion entre si. Ca, como quier que sean dos personas segun natura, segun derecho son contadas por vna (2). Mas si el fijo ouiesse ganado alguna cosa, de aquellas ganancias que son llamadas castrense, vel quasi castrense, segun diximos en el Titulo que fabla del poder que han los padres sobre sus fijos, de tales cosas como estas bien podria fazer vendida a su padre.

LEY III.

Como ninguno non deue ser apremiado, de vender lo suyo.

FVerça, nin premia non deue ser fecha a ninguno, de vender (1) lo suyo, ni otrosi, de comprar si non quisiere: e si alguno la fiziesse a miedo (2), non valdria. Pero si dos omes ouiessen vn sieruo de so vno, e el vno dellos lo quisiesse aforrar, e el otro non, aquel que lo quisiesse franquear, bien podria comprar (3) la parte del otro, maguer non gela quisiesse vender; e dandole precio conueniente (4), e guisado por el, segun aluedrio de dos omes buenos, podriale apremiar por el Juez del logar, que lo resciba, maguer non quiera, e desampare el sieruo, porque pueda ser franqueado. Esso mismo dezimos que seria, si alguno ouiesse su sieruo, a que fiziesse premias malas, e sin guisa; como si le diesse poco de comer (5), o si le firiesse de malas feridas, o le mandasse fa-

empt. & vend. ubi Joan. Fab. pulchrè dicit, quòd licèt exhibeatur instrumentum, in quo venditor confiteatur se vendidisse certo pretio, non tamen declaretur, non valeret, neque sufficeret talis confessio; & idem, si testes de venditione ita deponerent contra venditorem, licèt secùs esset contra tertium, ut notat Bald. *in L.* 1. *C. de rebus alien. non alien.* & tradit Alexand. *consil.* 18. *vol.* 1. & Socin. *consil.* 208. *vol.* 2. *col.* 2. incipit *visis actis.* Et procedit ista lex, etiam si venditor dicat, quòd vendit justo pretio: nam ex quo pretium non declaratur, non tenet venditio, secundùm Joan. de Imol. *in L. sciendum, col.* 2. *ff. de verb. oblig.* neque obstat *L. si fundus* 16. §. *fin. ff. de pignor.* quia ille est casus specialis. Sed an daretur hoc casu actio præscriptis verbis, si emptor, vel locator fruitus est re? Azo *in summa instit. de location.* tenet quòd sic per §. *qua de causa, eod. tit.* quem refert, & sequitur Bald. *in L. contractus, col.* 3. *C. de fide instrum.* & succederet tunc arbitrium boni viri in declarando pretium ex qualitate rei, ut declarat Bald. novel. *in tract. de dote, fol.* 11. *col.* 1. *in princ.* Jaso *in L. cum stipulatus, col.* 7. *in princ. ff. de verb. oblig.* vide tamen text. *in L. si merces* 25. *in princ. ff. locat.* & ego ex mente Azon. per *dict.* §. *qua de causa, instit. de locat.* intelligerem re vendita jam consumpta, vel perempta in potestate emptoris; aliàs non succederet arbitrium boni viri in declarando pretium rei, sed pretium ejus usus; & commodi, quod emptor, qui nunc allegat defectum pretii, habuit ex illa re. Cogita, quia Doctores non tangunt.

LEX II.

Hi possunt emere & vendere, qui possunt ad invicem contrahere, & obligari: & ideò inter patrem, & filium in potestate constitutum, non valet venditio, quia una persona reputantur; nisi de Castrensi, vel quasi Castrensi peculio. Hoc dicit.

(1) *Obligar.* Prosequitur dicta Azon. *C. eod. in summa, col. fin.* vers. *contrahitur autem venditio*, vide *L.* 4. *tit.* 11. *infrà ead. Part.*

(2) *Por una.* Adde *L. fin. in fin. C. de impuber. & aliis substit.* & quæ notat Gloss. *in L.* 2. *C. qui ætate, lib.* 10. & Alexand. *consil.* 48. *vol.* 1. *col.* 1.

LEX III.

Nemo invitus compellitur vendere, nec emere; & si metu, vel vi fecerit, non valet: si tamen servus sit communis, & socius velit ei dare libertatem, potest dare socio pretium arbitrio bonorum virorum: & idem, si contra jus dominus servum malè tractaret, ut vapulando, vel famem ei dando: aliàs nemo compellitur regulariter emere, nec vendere, & si compellitur, non valet. Hoc dicit.

(1) *De vender.* Adde *L. invitum* 11. *C. eod.* & *L. nec emere* 16. *C. de jure deliber.* & utrobiquè videbis fallentias aliquas in Gloss. & per Jason. *in L. neque emere*, ubi Alber. aliquos casus fallentiæ ponit notatos, scilicèt *in L. Julianus* 13. §. *idem Celsus* 17. *ff. de action. empti*, & *L.* 2. *C. de commun, rerum alien.* & casum *in L.* 1. *C. ut nemi. lice. in empt. specier. se excus. lib.* 10. & *L.* 1. *C. de metallar. & metall. lib.* 11. & subdit, quòd alios casus fortè curiosus lector poterit reperire. Ego ex studiis meis collegi casum *in L. si fundum* 35. *cum L. sequent. ff. mandat.* alium *in L.* 2. *C. de debitor. civit. lib.* 11. & ibi Bart. & Joan. de Plat. alium *in L. communi dividundo* 7. §. *fin. ff. commun. divid.* adde *L. cursum ambularem* 22. & ibi Joan. de Plat. versic. *item allegatur, C. de cursu publ. lib.* 12. adde Joan. Andr. *in addition. ad Spec. tit. de empt. & vendit.* §. *prius, in additione* super parte *Celsus*, adde alios duos casus *in L.* 11. *tit.* 9. *lib.* 5. *Ordin.* versic. *los maravedis de juro que compraron*, & *in fin. illius L.* adde alium casum *in L.* 19. *tit.* 4. *lib.* 6. *Ordin. Regal.* adde etiam, quòd compellitur quis vendere ob necessitatem reipublicæ, argum. *L.* 1. *in fin. C. de caduc. tollend.* notat Angel. *in* §. *fin. instit. de donation.* adde etiam *L. si quis sepulchrum* 12. *in princ. ff. de religios. & sumptib. funer.* per quam legem dicit ibi Guilliel. & sequitur Florian: quòd si religiosi non habeant locum ad habitandum congruentem, vel sufficientem, quòd possunt petere, quòd loca sic condecentia eis assignentur: & ea ratione cogitur vicinus vendere domum, quia favore publicæ utilitatis compellitur quis vendere rem suam, & idem tenet Barth. Cepol. *in suo tract. de servit. urban. prædior. cap. fin.* qui alios refert: sic & aliàs dicebat Joan. Andr. *in addition. ad Spec. tit. de execut. sentent. in princ.* quòd ad erectionem furcæ compellitur quis vendere solum suum.

(2) *A miedo.* Adde *L. si donationis* 7. *C. de his quæ vi, metusve causa.*

(3) *Comprar.* Adde *L.* 1. §. *his itaque, C. de communi servo manum.* & §. *fin. instit. de donat.* & *L.* 2. *tit.* 22. *Part.* 4.

(4) *Precio conueniente.* Non ergò habet locum taxatio, de qua *in dict. L.* 1. §. *ne autem, C. de communi servo manum.* vide quæ dixi *in L.* 2. *tit.* 22. *Part.* 4. *in glos.* super parte *por precio derecho.*

(5) *Poco de comer.* Adde *L.* 6. *tit.* 21. *Part.* 4.

fazer alguna cosa contra razon (6), e contra derecho. E por qualquier destas razones, o otra semejante dellas, pueden apremiar segund derecho a su señor, que lo venda; e es tenudo el señor de venderlo, maguer non quiera: assi como diximos en la quarta Partida deste nuestro libro, en el Titulo que fabla de la libertad.

LEY IIII.

Como los Guardadores non pueden comprar ninguna cosa, de los bienes de los huerfanos que tienen en guarda.

Tutores son llamados en latin, los que son guardadores de los menores de catorze años. E estos tales (1) non deuen enagenar (2) las cosas (3) de los huerfanos; fueras ende, quando les fuesse tan gran menester (4), que non podrian al fazer, o por gran pro dellos (5): e estonce se ha de fazer con muy grand sabiduria (6), e con otorgamiento del Juez (7) del logar (8). Pero dezimos, que ninguno de los guardadores non puede comprar ninguna cosa, de las que fueren de aquel (9) que tienen en guar-

(6) *Contra razon.* Ut si dominus urgeret ancillam ad impudicitiam, & castitatis violationem secum, vel cum alio, ut *in L. 2. in princ.* & ibi gloss. 1. *ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur.*

LEX IIII.

Non potest tutor rem pupilli vendere, nec alienare, nisi in causa necessaria, & cum judicis decreto: nec potest rem pupilli emere, nisi judice autorizante, vel cum alterius contutoris consensu: & quamvis sic emerit, restituetur, si est læsus, ad quatuor annos post legitimam ætatem. Hoc dicit.

(1) *Estos tales.* Idem dic de curatoribus, *L. 2. C. de præd. minor.* & *ff. de rebus eorum in rubrica*, & *per totum*, & *L. 60. tit. 18. Part. 3.* & quæ ibi dixi, & *L. 18. tit. 16. Part. 6.*

(2) *Enagenar las cosas.* Largè hìc accipitur pro quacunque specie alienationis, *L. non solum 4. C. de præd. minor. L. fin. C. de rebus alien. non alien.* & tenet Azo *in summa, C. de præd. minor. col. 2.* & comprehendit etiam hypothecam, *L. 1. in princ.* cum Gloss. ibi *ff. quæ res pign. oblig. possunt*, & *L. si consensit 7. ff. quibus mod. pig. vel hypoth. solv. L. 1. §. fin. cum L. seq. ff. de rebus eorum.* Posset tamen tutor, vel curator pro observantia contractus liciti, quem facit in rebus minorum, generaliter obligare bona minoris, sicut & potest prælatus, ut *in cap. nulli 5. de reb. Eccles. non alienand.* & ibi Host. Joan. Andr. Card. & Abb. & tradit Alexand. *consil. 118. col. pen. vol. 5.* versic. *insuper*, ubi dicit istam esse magis communem opinionem. Sed licèt hoc procedat in prælato, in quo non videtur prohibita generalis, sed specialis hypotheca tantùm, ut *in dict. cap. nulli 5.* & *in §. nos igitur 1. in authent. de non alienand. aut permut. rebus Eccles. collat. 2.* & ibi Gloss. in tutore, vel curatore non crederem in generali hypotheca includi immobilia, si non fieret cum decreto judicis, per prædicta, & per text. *in L. pen. C. de his, qui ven. ætat. impetr.* & quia esset eadem ratio: nam ita ex hypotheca generali veniretur ad distractionem rei immobilis, sicut ex speciali, prout etiam in prælato dicebat Anton. & Joan. de Imol. *in dict. cap. nulli*, & adde *ff. de rebus eorum in rubr.* & Joan. de Plat. *in L. 2. C. de præd. decur. lib. 10.* & vide Gloss. & Bald. *in L. curator, C. si res alien. pign. data sit.*

(3) *Las cosas.* An intelligatur etiam de mobilibus juxta dispositionem *L. lex quæ tutores 22. C. de admin. tut.* videtur, quòd non, sed tantùm de immobilibus, ut *in L. 18. tit. 16. Part. 6.* Cogita, quia lex ista generaliter loquitur: & licèt *dicta L. 18.* tantùm excipiat servos antiquos, idem videtur in aliis rebus mobilibus, quæ utiles essent, & servari possent, ut *in dicta L. lex quæ tutores*: & ratio suadet, ne sit in potestate tutoris solius mobilia pretiosa alienare, cùm hæc immobilibus æquiparentur, juxta notata per Gloss. *in cap. tua, de his, quæ fiunt à prælat. sine consens. capit.* & *in cap. unico, de cler. ægrot. lib. 6.* An tamen possit pignorare mobilia ad utilitatem minoris, vide *in L. 8. tit. 13. infrà ead. Partita.*

(4) *Gran menester.* Ut si urgeret æs alienum, *L. 1. in princ. §. 2. versic. quod si forte, de reb. eorum, L. 18. tit. 16. Part. 6.* ubi ponit alias causas; vel si pupillus ali non possit aliundè, ut *in L. sancimus 22. C. de Sacros. Eccles.* & tenet Bart. *in L. magis puto, §. in primis, ad fin. ff. de rebus eorum*, & Gloss. ubi vide alios casus *in L. ob æs 12. C. de præd. minor.*

(5) *Pro dellos.* De jure communi tantùm videtur permitti propter æs alienum, ut *in dicta L. 1. §. 2. vers. quòd si fortè æs alienum, ff. de rebus eor.* undè Joan. de Plat. *in L. fin. in addit. C. de jure reipub. lib. 11.* assignans differentiam inter pupillum, & civitatem, dicit, quòd pupillus non vendit rem immobilem, nisi urgente debito, sed civitas vendit pro suo commodo, licèt debitum non sit, *L. fin. C. de vendend. rebus civit. lib. 11.* Ista lex vult, quòd etiam pro magna utilitate minoris res immobilis possit distrahi, sicut & fit in rebus Ecclesiæ, *cap. sine exceptione, 12. quæst. 2.* notat Gloss. *ead. caus. & quæst. in summa*; & fortè in hoc ista lex sequuta est dictum Speculat. *tit. de emption. & vendition. §. nunc dicendum restat*, versic. *hoc quoque*, ibi, *aut ob evidentem utilitatem pupilli*: & adde Gloss. *in L. quæcunque, C. de bonis, quæ liber.* & ibi Bald.

(6) *Con muy grand sabiduria.* Id est, cum cognitione causæ, *L. magis puto 5. §. non passim 9. ff. de rebus eor. L ob æs 12. C. de præd. minor.* tradit Specul. *tit. de emptione, & venditione, §. nunc dicendum*, versic. *hoc quoque*, Decius, qui alios allegat *consil. 403. col. 2. ad fin.* & ibi habetur, quæ debeant intervenire in ista causæ cognitione: & dicit ibi Spec. quòd ubi decretum judicis reperitur interpositum, præsumitur omnes solemnitates fuisse adhibitas: tradit etiam Joan. de Imol. *consil. 98.* Quod tamen est limitandum, nisi ex brevitate temporis arguatur, decretum fuisse interpositum sine causæ cognitione, ut consuluit notabil. Petr. de Anchar. *consil. 83.* incipit, *visis diligenter actis, & actitatis*, quam decisionem dicit singularem Jaso *in L. nec quicquam, §. ubi decretum, col. 17. ff. de offic. procon.* super quo adde, quæ ipse dicit *ead. col.* versic. *nota & secundo diligenter*, & quod notat Gloss. *in L. 2. C. de fide & jure hastæ fiscal. lib. 10.*

(7) *Otorgamiento del Juez.* Adde *dict. L. 1. §. 2. ff. de rebus eor.* & *dict. L. ob æs 12. C. de præd. minor.* requiruntur ergò tria, ut dicit Gloss. *in dicta L. 1.* judicis decretum, & causa alienandi, & præsentia tutoris, vel curatoris: adde L. 60. & quæ ibi dixi, *tit. 18. Part. 3.*

(8) *Del logar.* Non aperit cujus loci, an domicilii, vel ubi res sita est; & videtur, quòd loquatur de judice domicilii, & adde *L. magis puto 5. §. illud 12. ff. de rebus eor. Lex* tamen *si prædium, C. de præd. minor.* exigere videtur, quòd sit judex loci, ubi res est, ubi Cyn. Alber. & Bald. tenent, quòd uterque sit judex competens: idem tenet Bald. *in L. 1. C. de contrah. empt.* neque ista lex hoc videtur negare.

(9) *De aquel.* Adde *L. cum ipse 5. C. de contrah. emptione*, & *L. si in emptione 35. §. fin. ff. eod.* Hodie per *L. Ordin. tit. 5. lib. 5.* neque publicè, neque clàm licet tutori, vel curatori emere res minorum; sed an per illam legem corrigatur ista, ita quòd neque liceat tutori emere rem pupilli, etiam cum auctoritate judicis, vel alterius contutoris? Videbatur, quòd sic, quia in casu illius legis non poterat tutor aliàs emere, nisi auctorante alio tutore, vel judice: quia ipse non potest sibi suam auctoritatem interponere, *L. 1. in fin. ff. de auctor. tutor.* & ita intelligit Angel. & Alber. *in dicta L. cum ipse.* Contrarium tamen, imò,

guarda; fueras ende, si lo fiziesse con otorgamiento (10) del Juez del logar, o de alguno (11) otro que lo ouiesse otrosi en guarda, tambien como el. E aun ha menester, que aquello que desta guisa comprare del, que sea a pro del huerfano, e non a su daño. Ca, si engañado se fallasse el menor por razon de tal vendida, puedela desfazer, despues que fuere de edad complida, fasta quatro años; assi como dezimos en las leyes (12) que fablan de la guarda de los menores, e de los bienes dellos.

LEY V.

Como los Adelantados, ni los Juezes ordinarios, non pueden comprar ninguna cosa, en aquella tierra en que han poder de judgar.

ADelantado (1), o otro Juez qualquier (2) que sea puesto para judgar (3), o para fazer justicia en alguna tierra, o en alguna Cibdad, o Villa, non puede comprar (4) heredamiento, ni casas, el, ni otro por el (5), ni otrosi ninguno de su compaña (6) en aquella tierra, ni en aquel lugar, sobre que son apoderados (7). Fueras ende las cosas que non

imò, quòd illa lex non corrigat istam, videtur verius: nam & de jure communi antiquo, secundùm communem opinionem, tutor, se auctorante, potest emere à pupillo majore infante palàm, & bona fide, ut notat Bart. *in L. pupillus, §. fin. ff. de auctor. tutor.* & per Doctor. signanter Salyc. *in dict. L. cum ipse, C. de contrah. emption.* istum ergò casum tantùm corrigit illa nova lex; si ergò emat bona fide cum auctoritate judicis, vel alterius tutoris, poterit, ut hìc habetur; super quo latiùs distingue, ut per Bart. *in dict. §. fin. dict. L. pupillus*, & per Salyc. & Paul. de Cast. *in dict. L. cum ipse.*

(10) *Con otorgamiento.* Intellige, si res mobilis esset; aliàs, si immobilis, utrunque requireretur, auctoritas scilicèt tutoris, & decretum judicis, ut declarat Bart. *in L. si curatorem, C. de in integr. restit. minor.* & vide Bart. *in L. 1. ff. de rebus eor.* & quid si tutor esset minùs legitimè constitutus, an sufficiat decretum judicis cum tali minùs legitimo tutore, vide Specul. *tit. de tutore, §. generaliter, col.* 3. ubi notabiliter.

(11) *O de alguno.* Vide Gloss. *in L. 2. §. tutor, ff. pro emptore*, & quod ibi dicit Paul. de Castro.

(12) *En las leyes.* Vide *L. 5. & 8. tit. fin. Part. 6.*

LEX V.

Præses, aut Judex non potest emere per se, vel per alium, nec familiares ejus in loco suæ jurisdictionis, nisi necessaria pro victu, & vestitu: benè tamen potest rem vendere sui patrimonii ante habitam. Hoc dicit.

(1) *Adelantado.* Hic est, qui de jure communi dicitur Præses provinciæ, ut habetur *in L. 22. tit. 9. Part. 2.* Sed quid de Consiliariis Principis, an possint emere res subditorum, vide *L. fin. C. de rescind. vendit.* ubi Gloss. & Bald. dicit, quòd non, ubi & Alber. post Odofred. dicit, quòd illa lex obviat baratariis illorum, qui conversantur in Curiis dominorum, ne sub prætextu emptionis fraudes committant: & quia malè servantur, secundùm eum, fiunt in Curiis, & officiis baratariæ multæ. Aliqui verò intelligunt illam legem in rebus privatorum, quæ subhastantur à fisco, ut Proceres Curiæ, & Consiliarii Principum illas non emant: & istam lecturam refert, & sequitur ibi Salyc. Quidquid tamen sit de jure, contrarium videmus servari de facto: vide quæ dicam infrà in gloss. sequenti.

(2) *Juez qualquier.* Sive sit de majoribus judicibus, sive de minoribus, *L. 1. C. de contract. judicum, L. principalibus 33. ff. si cert. petat. L. non licet 46.* & *L. qui officii 62. ff. isto tit. L. si per impressionem 11. C. de his, quæ vi, metusve caus.* vel sive sit judex perpetuus, vel ad certum tempus. De jure tamen communi magis communis est opinio, quòd ista prohibitio non habeat locum in judicibus perpetuis, per text. *in L. præsidis 34.* ibi: *Quia perpetui sunt, ff. si cert. petat.* & tenet Bart. & magis communiter Doct. *in L. principalibus, eod. tit.* Bald. *in L. solent, §. non vero, ff. de offic. procons.* & idem dicunt de officiali ad beneplacitum: quia propter incertitudinem æquiparatur perpetuo, Gloss. *in Clement. 2. de rescript.* tradit Jas. *in dict. L. principalibus, col.* 2. & secundùm hoc videmus Auditores Regalium Cancellariarum quotidie emere, & contrahere cum provincialibus: quia licèt lex Regni præcipiat, quòd tales Auditores non intelligantur nominati, nisi ad unum annum, ut *in L. 4. tit. 4. lib. 2. Ordinam.* ex quo jubentur servire elapso anno ad beneplacitum Principis (ut in Ordinationibus Regalis Audientiæ Vallis Oleti) & de consuetudine Principis est, quòd non solet illos removere, judicantur perpetui, secundùm Angelum *in L. eos qui, C. si certum petatur.* Licèt tamen hoc de facto servetur; attenta tamen ista lege, quæ generaliter loquitur, videtur, quòd dicti Auditores, neque alii judices etiam perpetui, vel ad beneplacitum, non possint emere, neque contrahere cum subditis, juxta dispositionem hujus legis; & quia *dicta L. præsidis*, per quam Doct. moventur, hoc non probat, nisi in officialibus præsidis, qui essent perpetui, in quibus non est eadem ratio prohibitionis, vel saltim non tanta, sicut est in ipsis judicibus: nam de facili per præsidem possunt corrigi oppressiones talium officialium, quod non ita de facili fit in factis judicium: & crederem de jure veriorem opinionem Guilliel. *in dict. §. non vero*, & Salyc. *in dict. L. principalibus*, qui tenuerunt, judices etiam perpetuos includi in hac prohibitione; imò plùs possunt terrere officiales, seu judices perpetui, quàm temporales, præsertim attentis verbis generalibus hujus legis, quæ nullam faciunt distinctionem: quia tamen consuetudine opinio communis est recepta, fortè defenderentur propter consuetudinem, impressione per eos facta cessante.

(3) *Para judgar.* Non ergò procedit ista prohibitio in officiali habente administrationem sine jurisdictione, & ita tenet Bart. *in L. aufertur, §. quod à præside, ff. de jure fisci*: exactores ergò tributorum non includuntur sub hac prohibitione; licèt contrarium voluit Gloss. *in L. pen.* in parte *possessoribus, C. de exactor. tribut. lib.* 10.

(4) *Comprar.* Latior prohibitio est *in dict. L. 1. C. de contract. judic.* & *dict. L. principalibus*, & *in Capitulis Correctorum, cap.* 2. Sed an hæc prohibitio extendatur ad alios contractus, quàm emptionis, vel aliàs positos in istis legibus, videtur, quòd sic ex eadem ratione: quia timor est impressionis: & ita etiam Jaso *in dict. L. principalibus in princ.* dicit de cæteris contractibus, & facit *L. statuliberi 29. §. 1.* ibi: *Quoniam Lex duodecim tabularum emptionis verbo, ff. de statuliber.* Et extende istam legem, etiam si palam, & bona fide emat, & etiam cum auctoritate alterius administratoris, secundùm Gloss. *in dict. L. 1.* & tenent Bald. & Salyc. *in L. quisquis, C. si cert. petat.* & sequuntur Doct. communiter *in dict. L. principalibus*, ubi Jaso *col. 3. 7. limitatione*; licèt contrarium voluit Andr. de Iser. *de feudo guardiæ in vers. fin.* & ibi dicit, quòd si judex emeret à magno viro sibi subdito, de quo certum erat, quòd eum non timebat, neque poterat timere, neque habuerit causam, vel negotium coram eo, neque aliquis de suis, dum fuit officialis; ex quo cessat ratio prohibitionis, cessabit ipsa prohibitio: quod dictum est notabile, & illud reassumpsit Paris de Puteo *in suo tractat. syndicatus, fol.* 36. vers. *contrahere*; sed non credo verum: quia licèt cesset timor impressionis, adsunt aliæ rationes prohibitionis, de quibus in dictis locis: & quia divites potentes in multis indigent judicibus.

(5) *Ni otro por el.* Imò ex interpositione personæ præsumitur major fraus, *L. pupillus 5. §. fin. ff. de autor. tutor.* adde *L. fin. in fin. C. de contract. judic.* & *dict. L. eos 3. C. si cert. petat.*

(6) *De su compaña.* Adde *dict. L. principalibus*, ibi: *Qui circa eos sunt*, & *in rubrica C. de contract. judic.* & nisi hoc fuerat dictum, prohibitio facta principali non extenderetur ad domesticos, & familiares, secundùm Bald. *in L. 1. C. si rector provinciæ* per illum text.

(7) *Son apoderados.* Etiam si modicum sit officium, *L. si per impressionem 11. C. de his quæ vi, metusvæ caus.*

&

non podrian escusar, assi como lo que ouiessen menester, para comer (8), o para beuer, o para vestir. Pero si qualquier destos sobredichos ouiesse alguna heredad, o otra cosa, que ouiesse heredado de su padre, o de alguno de los otros parientes, o ganado en otra manera ante que le ouiessen escogido para este officio, bien la puede vender (9) a los de aquel lugar.

LEY VI.

En que manera se deue fazer la vendida, e la compra.

COmpra e vendida se puede fazer en dos maneras. La vna es con carta, e la otra sin ella. E la que se faze por carta, es quando el comprador dize al vendedor: Quiero (1) que sea desta vendida, carta fecha (2). E la vendida que desta guisa es fecha, maguer se auengan en el precio el comprador, e el vendedor, non es acabada, fasta que la carta sea fecha, e otorgada: porque ante desto puedese arrepentir qualquier dellos. Mas despues que la carta fuesse fecha, e acabada con testigos, non se podria ninguno dellos arrepentir, nin yr contra la vendida, para desfazerla. E sin carta se podria fazer la vendida, quando el comprador, e el vendedor se auienen en el precio, e consienten amos en ello; assi que el comprador, e el vendedor se pagan cada vno de la cosa, e del precio, non faziendo mencion de carta. Ca estonce dezimos que seria acabada la vendida que assi fiziessen, maguer non diesse señal (3) ninguna el comprador al vendedor, por que serian ambos tenudos de complir el pleyto, que assi ouiessen puesto.

LEY VII.

Quien deue ganar la señal que fue dada por razon de compra, si la vendida non se acabare.

SEñal dan los omes vnos a otros en las compras, e acaesce despues, que se arrepiente alguno. E porende dezimos, que

& ex hoc verbo patet, quòd non procedit prohibitio, quando contrahit cum non subditis extra jurisdictionem, Gloss. & ibi Salic. *in L. quisquis, C. si cert. pet.*

(8) *Para comer.* Adde *dict. L.* 1. *C. de contract. judic.* & *L. solent* 6. §. *fin. ff. de offic. procons.* ubi & Bald. dicit de equis in quibus equitent: nam non debent ire pedites. Limita etiam si contraheret de licentia Principis, ut *dict. L.* 1. & *L. non licet*, & si emeret res paternas, quæ fuerunt confiscatæ, ut *in dict. L. qui officii* 62. *ff. de contrah. empt.* vel si acciperet donationem remunerationis causa, *L. Aquilius* 27. & ibi Bart. *ff. de donat.* Et quid si contractus esset juratus? Dic quòd non firmabitur juramento: quia tamen hoc prohibetur odio creditoris, servandum est juramentum, & postea repetendum condictione sine causa, vel habita absolutione à juramento, secundùm Bart. *in L. si quis pro eo, col.* 4. *in princ.* vers. 4. *dixi, ff. de fidejussor.* Neque potest huic juri renuntiari: quia jure prohibitivo non potest renuntiari, ut tenent Doctores moderni, signanter Decius *in dict. L. principalibus.* Si tamen ei aliquid legaretur, vel relinqueretur in ultima voluntate, posset accipere, *L. non dubium* 16. & ibi Bart. *C. de testam. L. milites* 9. §. *fin. ff. de re militari.*

(9) *Vender.* Videbatur contrarium, ex quo omnis contractus cum subditis est prohibitus, & quia erat eadem ratio, & timor impressionis: ideò tene menti istam legem, & ad præsens non memini de consimili in jure communi: imò, ut dicit Azo *C. de contract. jud. in summa,* potest magistratus donare, & vendere, ut ait Placentinus; licèt in venditione, secundùm Azon. non adeò pronta sit ratio: tene ergò menti istam legem, quæ vult, quòd non possit vendere, nisi tantùm isto casu.

LEX VI.

Emptio & venditio fit dupliciter: in scriptis, vel sine scriptis: si autem partes conveniant, ut fiat scriptura, non perficitur, nisi fiat cum litteris, & testibus: si autem non fit mentio de scriptis, perficitur venditio, cùm partes convenerint de pretio, etiamsi arra non interveniat. Hoc dicit.

(1) *Quiero.* Approbat opinionem Azon. *C. de fide instrum. in summa, col. fin.* & sic, quòd in dubio videtur contrahi in scriptis, quando in contractu, vel ante contractum conveniunt, quòd indè scriptura fiat; quæ etiam fuit opinio Placentini, & approbat Gloss. *instit. de empt. & vendit. in princ.* in verbo *conficiuntur*, & *in L. contractus* super verbo *in scriptis, C. de fide instrum.* & hanc tenet Specul. *tit. de empt. & vendit.* §. 1. vers. *sed si dictum*, Cyn. Nicol. de Matha, & Bald. *in dict. L. contractus.* Contrariam opinionem, imò, quòd non videatur contrahi in scriptis, nisi quando agitur, ut aliter contractus non valeat, tenet Bart. *in dict. L. contractus*, & *in L. fin.* & *authent. ibi posita, C. si cert. petat.* ubi & hoc tenet Bald. & latiùs Salyc. qui ibi multùm egregiè tangit istum articulum, & concludit, quòd non ex hoc solo, quòd conveniunt scripturam fieri, dicatur contrahi in scriptis, nisi sint aliquæ conjecturæ, per quas aliàs appareat, quòd partes voluerunt contrahere in scriptis; & idem Salyc. tenet istam partem *in dict. L. contractus*, 2. *quæst.* Angel. etiam *consil.* 156. incipit *domina Angelina, circa fin.* Joan. Fab. Angel. de Aret. *in princ. instit. de empt. & vendit. col.* 2. Fabianus de Monte *in tract. empt. & vendit.* 9. *quæst. principali*, vers. *tertio quæritur*, & istam attestatur communem opinionem Decius *consil.* 340. *pro resolutione dubiorum col.* 2. Tene ergò menti istam legem, & nota eam in practica; & quòd ista opinio, quam ista lex elegit, in puncto rationis sit verior, comprobatur ex dicto Paul. de Castr. *in L. cum res, col.* 1. *C. de probation.* ubi adducit rationem, quia cùm agatur, quòd instrumentum debeat fieri, notarius in instrumento apponet diem instrumenti, & ita partes tacitè videntur egisse, cùm non possit rogari, nisi de his, quæ in præsentia ejus fiunt, & sic opus est, quòd denuò in præsentia notarii contrahant, & priùs non dicitur factus contractus. Limitarem tamen istam legem, nisi ex aliquibus conjecturis constaret de intentione partium, quòd noluerunt per hoc in scriptis contrahere, sed voluerunt tantùm scripturam ad probationem, ut tradit Francis. de Aretio. *consil.* 159. incipit *longa est disputatio secundo dubio.* Decius *dict. consil.* 340.

(2) *Carta fecha.* Intellige, quando ad substantiam contractus hoc fuit volitum; secùs si ad illius probationem, ut *in dict. L. contractus*, ubi Bald. & Salyc. & secundùm Bald. ibi, quando à principio fuit dictum de scriptura, colligitur animus contrahendi in scriptis: vide tamen, quod post Salyc. dicit Aret. *instit. de empt. & vendit. in princ.* Sed quidquid sit de jure communi, opinio Azon. posita *in dict. L. contractus*, approbatur hic, & vide Salyc. notabiliter loquentem *in authent. sed novo jure pen. col. C. si cert. petat.* & Joan. Fabr. *in dict. princ. inst. de empt. & vendit.* & Decium *consil.* 11. *col.* 1. & 2. & *consil.* 340. *col.* 2. & *consil.* 159. & Socin. *consil.* 32. *vol.* 3.

(3) *Señal.* Adde *L. quod sæpe* 35. *in princ. ff. de contrah. empt.* & *instit. de empt. & vendit. in princ.*

LEX VII.

Ante traditionem rei venditæ, arris datis, potest emptor pœnitere, & perdit arras: & si venditor pœniteat, reddat eas duplicatas: si tamen arræ dentur etiam pro parte pretii, non est locus pœnitentiæ. Hoc dicit.

(7) *Que la pro.* Quod dictum est in periculo rei venditæ, intelligendum est & in commodo, ut hìc, & *in dict. L.* 1. etiam si sit commodum fortunæ, *ff. eod. L. habitationum* 18. *in princ.* & tradit Bald. *in rubr. C. eod. ad fin.* Et quid si venditor ante traditionem rei compromisit cum quodam extraneo, & quia extraneus non paruit sententiæ arbitri, venditor consecutus est pœnam? an cedat commodo emptoris, quod sic venditor consequutus est? Bald. tenet, quòd non, *in L.* 1. *col. fin.* versic. *extra quæro, C. eod.* quia hæc pœna provenit non ex re, sed ex contemptu, & vide per Bart. & Doct. *in L. prætor, §. quod de fructibus*, ubi bonus text. *ff. de bon. auct. judic. poss.*

(8) *A su poder.* Non ergò requiritur traditio rei ad perfectionem emptionis quoad commodum, vel periculum, licèt quoad translationem dominii requiratur traditio, ut *in L. traditionibus* 20. *C. de pactis*, & adde *L. si vendita* 11. *ff. de peric. & commod. rei vend.* à fortiori ergò est dicendum, re tradita, ut tunc periculum sit emptoris; & idem si haberetur res pro tradita, & sic esset quasi tradita, ut *in L. quod si neque* 14. *§. fin. in fin. ff. eod.* veluti si vendidi tibi quasdam trabes pendentes in nemore, & tu signasti eas, istud signaculum habet vim traditionis; & si vendidi tibi aliquos porcos de grege, & tu signasti eos, videor tradidisse, ut *in dict. §. fin.* & notat Bald. *C. eod. in rubr. col.* 1. licèt secùs dicat in signato vino: vide ibi, & *L.* 1. *§. si dolium, ff. eod.*

(9) *Auiniessen.* Adde *L. id quod* 7. *ff. de peric. & commod. rei vend.* & *§. cum autem* 3. *instit. de empt. & vendit.*

(10) *Valiesse.* Adde *L. sicut* 12. *C. de action. empt.* & *L. cum pro pecunia* 24. *C. de solution.*

LEX XXIIII.

In rebus quæ ponderantur, vel mensurantur, periculum ante gustum, ponderationem, aut mensurationem proveniens, spectat ad venditorem; nisi apposito termino ad hoc faciendum fuerit emptor in mora; aut non apposito termino, requisitus non gustet, ponderet, seu mensuret: quo casu potest etiam alii vendere; & si minus valeat, tenetur emptor ei. Item potest expensis emptoris conducere vasa ad ponendum res emptas. Et si non invenerit vasa, & sua sint sibi necessaria pro novis fructibus, potest ejicere in calle, seu fundere rem, ad pondus, vel mensuram venditam. Item, antequam res vendita mensuretur, seu ponderetur, periculum pertinet ad venditorem; si verò plus, vel minùs in valore res ascendit, imputatur emptori. Item venditione perfecta, etiam ante traditionem damnum, & commodum pertinet ad emptorem; nisi damnum culpa venditoris contingat. Hoc dicit.

(1) *Vino.* Intellige, quando venditur in genere subalterno, ut in vino talis cellæ, vel dolii; nam si esset in genere generalissimo, non cadit tractatus de peremptione, vel deterioratione, quia genus perire non potest, *L. in ratione* 30. *§. incertæ* 5. *ff. ad Leg. Falcid.* declarat Bald. *in L.* 2. *C. de peric. & commod. rei vend.*

(2) *O pesadas.* Vult hæc lex, sufficere solam degustationem, ut omne periculum tam deteriorationis, quàm effusionis, seu peremptionis post degustationem, sit emptoris: quæ fuit opinio Azon. *C. eod. in summa*, licèt Gloss. aliter dixit *in L.* 1. *ff. de peric. & commod. rei vend.* & *in L. sicut, C. de action. empt.* & ibi Doct. Sed si vendatur totum vinum, quod est in tali vegete, ad rationem decem solidorum pro qualibet salma, vel pro quolibet corbe, an dicatur tunc venditum in specie, vel ad mensuram, quæstio est magni effectus: nam si dicatur, quòd sit in specie, statim est periculum emptoris, ut supra *L. proxim.* & notat Gloss. *in L.* 1. *ff. de peric. & commod. rei vend.* si verò non in specie, sed in genere, vel ad mensuram, tunc procedit, quod hìc in ista lege habetur. Bald. movet istam quæstionem *in L. sicut, C. de action. empt.* & primò arguit, quòd videatur venditum adhuc ad mensuram, quia pretii declaratio pendet ex mensura; concludit tamen in contrarium, imò, quòd talis venditio sit in specie; & quòd tunc videtur venditum ad mensuram, sive in genere, quando dicitur: *Vendo tibi tot salmas vini ex tali vegete, vel ex tali cellario*: quia cùm fiat, secundùm eum, sub forma mensuræ, substantia formæ, materiæ, & contractus est in ipsa mensura; quod non est, quando venditur totum vinum vegetis, cùm tunc mensuratio non venit ad substantiam, sed ad declarationem solius pretii, quod in se ipso certum est tam naturaliter, quàm per artem geometricam: & cum dicto Baldi transit etiam ibi Paul. de Castro, & dicit tenenda esse menti perpetuò hæc verba Baldi, quia ex eis declarantur infinitæ leges, & sine ipsis de facile erraretur; & fortè secundùm eum multi dicerent contrarium, imò quòd qualitercunquè de mensuratione sit facta mentio, dicatur facta ad mensuram. Salic. *in dicta L. sicut* retulit hæc verba Baldi, & tenet ipse contra Bald. movetur, quia totale vinum non est appretiatum, quod requiritur quando ut species venditur, sed quælibet mensura est appretiata; & quia leges dicunt, si vinum sit venditum ad mensuram, & non dicunt duntaxat, si mensuræ vini venditæ sunt, quasi ista duo sint paria, & æquipollentia: cogita, quia pro dicto Salic. facit *L.* 2. *C. de peric. & commod. rei vend.* ibi: *Cum autem universum, quod in horreis erat po-*

ende viniesse, del comprador (3), e non del vendedor. Pero si se auiniessen el comprador, e el vendedor, en el precio, e señalassen dia, a que gustasse el comprador la cosa, e en que la pesassen, o en que la mediessen; si el comprador non viniesse aquel dia (4) que señalaron, e despues desto se perdiesse, o se menoscabasse, entonce seria el peligro del comprador. Mas si por auentura acaesciesse, que el vendedor, e el comprador, seyendo auenidos en el precio, non señalassen dia (5) cierto en que gustasse el comprador la cosa, nin en que la pesassen, o la mediessen, segund diximos; estonce el vendedor puede fazer afruenta al comprador delante testigos, que vaya a gustar, o a pesar, o a medir la cosa que le vendio. E si non lo quisiere fazer, dende adelante, si la cosa se perdiesse, o se empeorasse, es el peligro del comprador. E aun dezimos, que el vendedor, despues que esta afruenta aya fecho, que puede vender (6) la cosa a otro, si quisiere. E si algo menoscabare en la vendida, es tenudo el comprador de refazerle aquello, que por esta razon menoscabare. Otrosi dezimos, que podria mas fazer el vendedor; que si ouiere menester aquellos vasos, en que tuuiesse el vino, o otra cosa que ouiesse vendido, que puede alogar otros, a costa, e a mission del comprador. E si por auentura non fallasse (7) vasos a loguero, e aquellos que ouiesse vendido fuessen de tal cosa, que ouiessen de coger otro fruto atal como aquel, e non lo ouiesse en que meter, assi como vino, o otra cosa semejante; estonce (8) puede echar en la calle, o en la carrera publica, aquello que assi ouiesse vendido, pesandolo, o midiendolo primeramente, echandolo assi de fuera. E esto puede fazer el vendedor, desdel dia adelante que fue puesto, que viniesse el comprador a medir, o a pesar las cosas sobredichas, despues que fue afrontado que las viniesse a tomar, assi como sobredicho es. E lo que dezimos en esta ley, ha lugar en todas las cosas que los omes han por costumbre de gustar, o de medir, o de pesar. Mas si la vendida fuesse fecha de oro, o de plata, o de ciuera, o de otra cosa semejante, que se suele (9) vender a peso, o a medida tan solamente; estonce dezimos, que si peligro alguno acaesciesse en aquella cosa, perdiendose toda, o parte della, ante que sea pesada (10), o medida, que es del vendedor el peligro. Pero si rafezassen, o encaresciessen en aquel lugar, las otras cosas que fuessen atales como aquella, la mejoria (11), o el menoscabo que auiniesse por esta razon, seria del comprador tan solamente.

LEY

positum, venisse sine mensura, &c. licèt Salic. *dict. leg.* pro se non alleget: facit etiam *L.* 25. *infrà eod.* ibi, *non las pesando, ni las midiendo, &c.*

(3) *Del comprador.* Limita, nisi periculum effusionis accideret ex vitio vegetis, ut quia circulus erat malè ligatus, vel vitiosus: nam tunc periculum esset venditoris, qui malè ligavit, vel vitiosum circulum posuit vegeti, secundùm Bald. *in L. sicut, C. de action. empt.* per *L. tenetur* 6. §. *si vas* 4. *ff. de action. empt.* qui non ita benè probat hoc: sed æquum est dictum Baldi, ubi aliqua culpa in hoc posset imputari venditori, qui de hoc non præmonuisset emptorem: facit *L. si vina* 15. *ff. de peric. & commod. rei vend.* ubi vide per Salic.

(4) *Non viniesse aquel dia.* Adde *L. ratio* 3. §. *si per venditorem* 3. *ff. de action. empt.*

(5) *Señalassen dia.* Adde *L. si quis vina* 4. §. *fin. ff. de peric. & commod. rei vend.* & *eod. tit. L.* 1. §. *licet* 3.

(6) *Vender* Adde *dict. L.* 1. §. *licet* 3. *de peric. & comm. rei vend.* Et non intelligas, quòd venditor possit vendere ad sui commodum, tanquàm contractu dissoluto, ex quo emptor noluit venire ad degustandum, vel mensurandum, quia imò adhuc durat contractus quoad ejus indissolubilitatem; sed permittit hoc ista lex ad minus incommodum emptoris, quia sibi melius est, quòd vendatur per venditorem, quàm quòd effundatur; & hoc patet ex ista lege in verbis sequentibus, *e si algo, &c.* & patet *in dicto* §. *licet*, ubi Bald. & hoc notat ad decisionem cujusdam quæstionis, de qua per Matthæum de Afflictis in decision. Neapolitanis *decisione num.* 280. & hoc idem patet in fine hujus legis ibi, *pero si rafezassen, &c.*

(7) *Non fallasse.* Si ergò reperiat, vult ista lex, quòd locet ea, & non effundat.

(8) *Estonce.* Plura ergò debent concurrere, antequàm effundat; scilicèt, quòd coram testibus primò denuntiet, quòd veniat ad degustandum, vel appendendum, aut mensurandum; quod procedit etiam, si dies statuta sit ad degustationem, vel mensurationem, ut habetur *in L.* 1. §. *licet* 3. *ff. eod.* qui textus in hoc non reperitur alibi, secundùm Alberic. ibi, & Jason. *in L. si ex legati causa, col.* 4. *ff. de verb. obligat.* & habes etiam hìc, cùm inferiùs subdit, *despues que fue afrontado.* Item, quòd vendat, si potest, antequàm effundat. Item, quòd locet vasa alia priùs, si ea reperiat, & quòd habeat ea necessaria pro novis fructibus colligendis, vel ad ponendum alios, si est mercator, ut *in dict. L.* 1. §. *fin.* & *L. sequenti*, quæ incipit *hoc ita.* Adverte tamen quia Gloss. *in dict. L.* 1. §. *licet*, super verbo *commodius* tenet, non esse de necessitate, quòd vendat priùs, vel locet alia vasa, sed quòd hoc fit de commoditate, non autem quòd venditor necessitetur ad hoc: & idem est de mente hujus legis, cùm dicit *pueda vender*: & vide, quod dixi suprà in gloss. *non fallassen.*

(9) *Se suele.* Non tamen exigit degustationem.

(10) *Ante que sea pesada.* Intellige, nisi per emptorem steterit, quominùs metiatur, vel appendatur, ut *in L. si per emptorem* 5. *ff. de peric. & commod. rei vend.* & *in L.* 2. *C. eod.* nam si emptor est in mora, ejus est periculum.

(11) *La mejoria.* Ista lex est valdè singularis in hoc, & eam habui de facto in causa ardua: & non ita benè hoc reperitur expressum de jure communi, licèt Paul. de Cast. *in L. sicut, C. de action. empt.* per illam legem hoc idem dicit, quod hìc habetur, scilicèt, quòd licèt venditio vini, vel frumenti fiat ad mensuram, & mensuratio adhuc non sit facta; licèt ante mensurationem periculum non pertineat ad emptorem, quia quoad hoc venditio non dicitur perfecta, tamen quoad augmentum, vel diminutionem pretii censetur perfecta; & sic si pretium postea diminuatur, nihilominùs emptor teneatur solvere pretium conventum, & si augeatur, non teneatur plùs solvere, quàm convenit, & augmentum sit lucro emptoris: non tamen hoc ita benè probatur in illa lege, sicut in ista; ideò tene multùm menti.

LEY XXV.

A quien pertenesce el pro, o el daño de las cosas que se suelen contar, o pesar, o medir, quando las venden a vista, si se empeoran, o si se mejoran.

AViene a las vegadas, que algunas de las cosas que se podrian pesar, o medir, que las venden los omes ayuntadamente a vista, non las pesando, nin las midiendo; assi como quando vende vn ome a otro el vino de alguna bodega, o el olio de algund almazen, o la vua de alguna viña, o otra cosa semejante. E porende dezimos, que despues que el comprador e el vendedor se auienen (1) en el precio sobre alguna de las cosas sobredichas, o otra semejante dellas, faziendo la vendida a vista (2), assi como sobredicho es, que si despues desso, se pierde, o se menoscaba, o encaresce la cosa que es assi vendida, que la pro, o el daño es del comprador tan solamente.

LEY XXVI.

A quien pertenesce el pro, o el daño de las cosas que se venden so condicion, si se mejoran, o se empeoran.

COndicion seyendo puesta en la vendida, si la cosa que es assi vendida se empeorasse, o se mejorasse, ante que la condicion sea cumplida; estonce el daño de aquel empeoramiento, o la pro, pertenesce al comprador (1). Mas si la cosa se perdiesse, o se destruyesse toda, por qual manera quier, el daño seria del vendedor; maguer se cumpliesse la condicion despues. Otrosi dezimos, que si fiziessen algunos vendida so condicion, e ante que fuesse cumplida se muriesse el comprador, o el vendedor, ambos, o qualquier dellos; si despues que fuessen muertos se cumpliesse la condicion, valdria la vendida (2), e serian tenudos los herederos dellos, de la auer por firme.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

LEY XXVII.

A quien pertenesce el daño de la cosa vendida, quando por tardança de la non entregar el vendedor, se empeorasse.

TArdança faziendo el vendedor, de dar, e entregar la cosa al comprador, quel vendio, despues que fuessen auenidos en el precio; si el comprador le afrontasse ante testigos, que le diesse aquella cosa que auia comprado del, e que recibiesse el precio (1) della, combi-

LEX XXV.

Illa quæ sine pondere, vel mensura venduntur, ut fructus unius vineæ, vel totum vinum penus, vel vasis; damnum, vel lucrum spectat ad emptorem, etiam ante traditionem. Hoc dicit.

(1) *Se auienen.* Licèt non fiat degustatio, quia est venditio in specie, ut *in L. si vina* 15. *in princ. ff. de peric. & commod. rei vend.* & *eod. titul. L. si quis vina* 4. ubi Glos. & Alber. nisi actum fuisset de degustatione.

(2) *A vista.* Id est, non ad mensuram, ut suprà dixi, ibi: *Non las pesando, nin las midiendo*; & sic per istam legem videtur destrui dictum Baldi *in L. sicut, C. de action. empt.* de quo dixi suprà *in L. proxima, in gloss.* 1.

LEX XXVI.

Rei venditæ sub conditione damnum, & lucrum, pendente conditione, pertinet ad emptorem, nisi deterioratio totam rem absorbeat. Præterea si contrahentes decedant conditione pendente, & postea conditio existat, hæredes obligantur adimplere contractum, sicut defunctus, si viveret. Hoc dicit.

(1) *Al comprador.* Intellige, si conditio advenit, non aliàs, ut hìc colligitur, & *in L. necessario* 8. *in princ. ff. de peric. & commod. rei vend.* undè ista lex sumpta est.

(2) *La vendida.* Quasi jam contracta emptione in præteritum, ut *in dict. L. necessario, in princ.* & habetur, ac si purè contractus factus fuisset, *L. potior* 11. & *L. qui balneum* 9. *ff. qui potior. in pignor. hab.* & *L.* 32. *tit.* 13. *infrà ead. Part.* ubi vide quæ dixi.

LEX XXVII.

Si venditor est in mora rem tradendi, & oblato pretio per emptorem, noluit rem tradere, periculum est venditoris; nisi postea eo moram purgante emptor recipere recuset. Hoc dicit.

(1) *El precio.* Non enim tenetur venditor ad traditionem rei, nisi priùs offeratur sibi pretium, ut hìc, & *L. Julianus* 13. §. *offerri* 8. *ff. de act. empt.* & *eod. tit. L. qui pendentem* 25. & *L. ædiles* 25. §. *fin. ff. de ædil. edicto*: quod intellige, si venditor de hoc opponat; nam si non opponat, benè competit actio ex empto, & per interpellationem emptoris petentis rem sibi tradi, constituetur in mora, secundùm Bald. *in L.* 1. *col.* 3. vers. *quæro, quid si est legatus, C. de usur. & fruct. legat.* & *in L. si traditio, col.* 3. *C. de action. empt.* & *in L.* 2. *C. de his, quæ sub modo*, & *in L. universa, C. de precib. imperat. offer.* & tenet Alex. contra Fulgos. ibi *in L. filiæ licet, C. de collat.* Jaso *in L. jurisgentium in princ.* 3. *notabil. ff. de pact.* Sed licèt Doct. isti ita teneant, tamen saltim respectu constituendi venditorem in mora, ego crederem veriorem opinionem Fulgosi, quam novissimè tenet Decius *cons.* 421. & *in dict. L. filiæ licet*, qui moventur ponderantes verbum *offerri*, quod propriè dicitur, quando non petitur à parte, ut notat Gloss. *in Clement. sæpe*, in verbo *necessario, de verb. signif.* & quia text. *in dict.* §. *offerri* dicit, quòd si partem pretii offerat, nondùm ex empto actio est: ego etiam pondero verbum hujus nostræ legis, cùm dicit, *combidandolo con el*; quod verbum est magis clarum, ut non requiratur, quòd aliquid à venditore excipiatur, seu apponatur: & hoc etiam vult Petrus de Anchar. *consil.* 331. incipit *visis diligenter*: ista enim gerundia, *combidandolo, e mostrandogelo*, denotant conditionem, *L. si tu ex parte* 76. *ff. de acquir. hæred.* ubi Gloss. & Bart. & sic non aliter venditor dicatur morosus, nisi sibi offeratur pretium, ut hìc habetur. Secundò intellige, nisi fides esset habita de pretio, dato termino ad solutionem: nam tunc cùm venditor teneatur tradere, & ex quo dedit terminum solutioni, non procedet dispositio *dict.* §. *offerri*, neque quod hìc habetur; imò ex sola interpellatione, absque oblatione pretii constitueretur venditor in mora: ita est de mente Paul. de Cast. *in dict.* §. *offerri*: facit *L.* 1. & *L. venditi* 6. *C. de action. empt.*

bidandolo con el, e mostrandogelo (2); si el vendedor estonce non le diesse la cosa, e despues desto se perdiesse, o se empeorasse, seria el peligro del vendedor, porque es en culpa, por razon de tal tardança (3). Pero si despues desto quisiesse el vendedor dar la cosa al comprador, ante que fuesse perdida, nin menoscabada, e el que la comprasse tardasse, que la non quisiesse recebir; si despues desso se perdiesse, o se empeorasse la cosa, estonce seria el peligro del comprador, porque la tardança postrimera (4) auino por su culpa.

L E Y XXVIII.

Que cosas, e que pleytos son aquellos, que deuen fazer, e guardar, los que venden, e compran.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

PAgar deue el comprador al vendedor el precio quel prometio; e aquel que fizo la vendida, deue al otro entregar (1) en aquella cosa quel vendio, con todas las cosas que pertenezcan a ella (2), o le son ayuntadas. Onde dezimos, que si vn ome vende a otro alguna casa, que non se entiende que le vende la casa tan solamente; mas aun los pozos (3), e las canales, e los caños (4), e los aguaduchos, e todas las otras cosas, que solian ser acostumbradas para seruicio de aquella casa, quier sean dentro en ella, o de fuera (5). Otrosi dezimos, que los ladrillos, e los cantos, e la teja, e la madera, que estuuiessen mouidos, o puestos en la casa vendida, si fueren de aquella casa misma, non los puede lleuar el vendedor. Mas si el vendedor ouiesse comprado cal, o ladrillos, o teja, o madera, o otra cosa semejante, o lo ouiesse tomado emprestado, o gelo ouiessen dado; maguer lo ouiesse y aducho, con entencion de lo meter en lauor de aquella casa, con todo esso, lleuarlo puede el vendedor, aquello que assi ouiesse aducho, e que non ouiere metido en la lauor.

LEY

(2) *Mostrandogelo.* Non ergò requiritur, quòd actualiter priùs solvat, quàm res sibi tradatur, ut hìc vides. Sed quid fiet, si non confidunt de se, quia neque emptor vult solvere pretium, nisi res sibi tradatur, neque venditor tradere rem, nisi sibi pretium solvatur? Dic, ut per Spec. *tit. de sequestr. posses. & fruct. in versic. fin.* qui vult, quòd res sequestretur, pretio numerato, vel oblato realiter: quod intellige, ut emptori sit cautum, quòd res sibi tradatur; sed respectu constituendi venditorem in mora sufficit, quòd interpelletur, & fiat oblatio, ut hìc dicitur.

(3) *Tardanza.* Adde *L. cum inter* 4. *C. de peric. & commod. rei vend.* & *L. quod si neque* 14. *ff. eod.*

(4) *Tardanza postrimera.* Adde *L. illud* 17. *ff. de peric.* & *commod. rei vend.* & *L. si servum* 91. §. *sequitur* 3. *ff. de verb. oblig.* & quod singulariter notat Innoc. *in cap. calumniam, de pœnis*, ibi, *imò plus dicunt quidam.*

L E X XXVIII.

Accedunt venditioni domus emptæ ea, quæ consueverunt accedere ad ejus servitium, ut tigna etiam separata, quæ priùs in opere domus stabant; secùs si non stabant, licèt causa refectionis ibi erant deducta. Hoc dicit.

(1) *Entregar.* Sed quid si venditor, cùm non esset sibi pretium solutum, tradidit emptori rem hoc pacto, quòd non transeat dominium, donec pretium integraliter solvatur? nunquid tenet illud pactum? Bald. *in rubric. C. de contrah. empt.* tenet notabiliter, quòd valet, & impedit translationem dominii, quousquè pretium solvatur; soluto tamen pretio, non erit necessaria nova traditio, secundùm eum, per *L. si cum fundum*, §. *fere*, *ff. eod.* & *L. quædam mulier*, *ff. de rei vendicat.* Sed an venditor teneatur colere fundum venditum, anteaquàm illud tradat? Et videtur, quòd non, imò quòd licitum sit ei negligere culturam, ut est text. notabilis *in L. venditor ex hæreditate* 21. *ff. de hæred. vel action. vend.* ibi, *quamvis si neglexisset, ut alienum, &c.* Bald. *in L. si traditio, col. fin. C. de action. empt.* versic. *nono quæritur* distinguit, quòd aut venditor obtulit emptori fundum, & potest negligere culturam; & idem si non obtulit, erat tamen in potestate emptoris ingredi fundum, ut quia venditor constituit se precariò possidere, vel licentiam dedit ingrediendi possessionem: si tamen non erat emptori talis potestas, tunc si non offerat, non potest negligere culturam, sicuti neque posset deserere custodiam castri venditi, vel alterius rei venditæ, & nondùm traditæ, *L. venditor* 36. *ff. de action. empt.* & *L. si ea res* 31. *eod. titul.* & *L. quod sæpe* 35. §. *si res* 4. *ff. de contrah. empt.* & idem videtur tenere Paul. de Cast. *in L. si mora, col.* 2. *ff. solut. matr.* licèt Bald. non alleget, & inducit *dict. L. venditor ex hæreditate*, ibi: *Nisi culpa ejus argueretur.* Alexand. tamen *in dict. L. si mora, col. pen.* tenet contra Bald. & Paul. in hoc; imò quòd etsi venditor non se constituisset precariò possidere, neque dedisset licentiam ingrediendi possessionem, ex quo emptor illam posset petere, & adipisci, venditor non teneatur ad culturam fundi: & ad dictum verbum positum *in dicta L. venditor* respondit, quòd intelligatur de culpa commissa circa ipsam substantiam rei; non si circa fructus, prout etiam intelligit Gloss. *in L. venditor*, in verbo *argueretur*, dum dicit, quòd fructus pendentes, qui pars sunt rei, passus est corrumpi: allegat etiam Bald. Angel. & Imol. *in L. si servum, in princ. ff. de verb. oblig.* & satis mihi placent dicta Alexand. quia aliàs non video bonum responsum ad *dict. L. venditor ex hæreditate*: & vide ad prædicta, quæ notat Bald. *in dict. L. si traditio, quæst.* 10.

(2) *Pertenezcan a ella.* Et tenebitur etiam ad fructus, quos percepit: nam perfecto contractu venditionis fructus pertinent ad emptorem, ut *in L. fructus* 13. *C. de action. empt.* & intellige, & distingue, ut ibi per Bald. & per Paul. de Castro *in L. Julianus*, §. *ex vendito*, versic. *nunc oppono*, *ff. de action. empt.* adde etiam quæ notat Bart. *in dict. L. Julianus*, §. *offerri*, *eod. tit.* & quæ habentur, & notantur *in L. curabit* 5. *C. eod.*

(3) *Pozos.* Adde *L. fundi nihil* 17. §. *castella* 8. *ff. de action. empt.* & quid si puteus sit inter duas domos, venditam scilicèt, & aliam, vide *L.* 4. §. *de puteo*, *ff. commun. divid.* Bald. *in c.* 1. §. *si quis de manso*, *col.* 3. versic. *quæro, quid si inter domum, de controv. investit.*

(4) *E los caños.* Adde *L. lines, & labra* 15. *ff. de action. empt.* & venit etiam rota, per quam trahitur, ut *in L. qui fundum* 40. §. *fin. ff. de contrah. emption.* ubi Gloss. dicit, quòd talis rota erat in palatio domini Accursii.

(5) *O de fuera.* Adde *L. fundi* 17. *ad fin. ff. de action. empt.* ad hoc, & ad id; quod statim sequitur in ista lege.

LEY XXIX.

Como los alfolies, e tinajas soterradas, que estan en la casa vendida, deuen ser del comprador.

ALfoli (1) para pan, que fuesse fecho de madera, e que estuuiesse fincado en la casa que fuesse vendida, o que fuesse tan grande que se non pudiesse mouer; o tinajas para azeyte, que estuuiessen otrosi fincadas, o soterradas (2), o las otras cosas semejantes destas, non las puede lleuar el vendedor. Ca entiendese que estas cosas atales pertenescen a la casa, e porende deuen ser del comprador. Mas todas las otras cosas que son muebles, e non son ayuntadas a la casa, nin le pertenescen, son del vendedor, e puedelas lleuar, e fazer dellas lo que quisiere; assi como los almarios, e las cubas, e las tinajas que non estuuiessen soterradas, e las otras cosas semejantes.

LEY XXX.

Como los pescados, que se crian en las albuheras de las casas que venden, e las otras animalias que crian en ellas, deuen ser del vendedor.

FVente, o alberca seyendo en la casa, o en el heredamiento que es vendido, el pescado (1) que y se criasse, e fuer y fallado, a la sazon que la casa se vende, deue ser del vendedor; bien assi, como las gallinas, e las otras aues, que se crian en la casa. Esso mismo dezimos de las bestias, que han los omes acostumbrado de criar en sus casas: e lo que diximos en las leyes ante desta de la casa, entiendese tambien de Castillo, o de cortijo, o de otra morada qualquier, que fuesse vendida.

LEY XXXI.

Como los xaharizes, o los molinos de azeyte, o bodegas con tinajas, que son en campo, o en viña, o en oliuar que se vende, non son del comprador, si señaladamente non se nombrare en la carta de la vendida.

OLiuar, o campo, o viña, o huerta vendiendo vn ome a otro, en que ouiesse lagar, o xahariz, o molino de azeyte, o otra cosa apartada (1) que fuesse para alfoli, o para bodega, en que ouiesse tinajas para encerrar vino; ninguna destas cosas sobredichas, non se entiende que entran en la compra; fueras ende, si fuesse dicho (2) que entrasse en la vendida, o si estas cosas atales fuessen señaladamente puestas, para coger (3) e aliñar el fruto de aquella casa, o heredamiento que se vendio. Otrosi dezimos, que si vn ome vendiesse a otro alguna viña, o parral, que ouiesse menester palos (4), para alçar las vides: ca maguer el vendedor los tuuiesse tajados, o comprados, si non los ouiesse aun metidos, que non se entiende que entraron en la compra. Mas si los ouiesse metidos vna vez, maguer los tirasse ende despues, para tornarlos y otro año, estonce serian del comprador.

LEY

LEX XXIX.

Ædibus affixa, & vasa sub terra posita, sunt emptoris; illa autem, quæ non sunt fixa, sunt venditoris. Hoc dicit. Habuit ortum à *L. fundi* 17. *per totum*, *ff. de action. empt.*

(1) *Alfoli.* Adde *L. granaria* 18. *ff. de action. empt.* & *eod. tit. L. si venditor* 38. §. *fin.*

(2) *O soterradas.* Adde *L. dolia* 76. *ff. de contrah. empt.*

LEX XXX.

Pisces inventi in lacu, vel fonte rei venditæ, tempore venditionis, & gallinæ, & bestiæ sunt venditoris. Hoc dicit. Concordat *L. non magis* 16. *cum sequenti*, *ff. de action. empt.*

(1) *El pescado.* Adde *L. lines* 15. *versic. pisces autem*, *cum L. sequenti*, *ff. de action. empt.* veniunt enim in venditione ea tantùm, quæ sunt de natura rei venditæ ut dicit Innocent. *in cap. ex litteris*, *de jure patronat.* & Alexand. *in L.* 3. *in princ. col. pen. ff. de acquir. posses.*

LEX XXXI.

Accedunt venditioni, quæ sunt causa rei venditæ in ea affixa: & etiam si non sunt fixa, & jam serviebant ejus usui, ut sunt pali pro levandis vitibus. Hoc dicit.

(1) *Apartada.* Et sic non sunt immobilia, vel quasi, sed separari possunt, ut *in L. fundi* 17. *in princ.* & ibi Gloss. *ff. de action. empt.* & *L. dolia* 76. *eod. titul.* & suprà *eod. L.* 29.

(2) *Dicho.* Ut in *L. pen.* §. *fin. ff. de action. empt.*

(3) *Para coger.* Adde *L. sed addes* 19. §. *illud.* 2. *ff. locati.* Sed quid si haberet iste venditor in oliveto, vel vinea domunculam ædificatam, in qua haberet molendinum pro oleo, vel torcular pro uvis, non causa colligendorum fructuum ex illo oliveto, vel vinea, sed ad quæstum habendum ab aliis, qui ibi adducerent fructus suorum olivetorum, vel vinearum? Videtur, quòd non veniat in venditione, nisi dicatur, ut hìc dicitur in ista lege, & probare videtur *dict. L. fundi*, *in princ.* dato, quod ipse venditor ibidèm premeret fructus vineæ, vel oliveti, ex quo ad hos fructus signanter, & principaliter hoc non fuit factum.

(4) *Palos.* Adde *L. fundi* 17. §. *fin. ff. de action. empt.*

LEY XXXII.

Como el vendedor es tenudo de fazer sana al comprador la cosa que le vende.

QVita e libre (1) de todo embargo deue ser entregada la cosa vendida al comprador, de manera que si otro alguno gela quisiere embargar, o mouerle pleyto sobre ella, que gela deue fazer sana (2). Pero luego quel mouieren ende pleyto, tenudo es el comprador, de fazerlo saber al que gela vendio; o a lo mas tarde, ante que sean abiertos los testigos (3), que fueren aduchos sobre aquella cosa en juyzio contra el. E si alguno assi non lo fiziesse saber (4) al

LEX XXXII.

Si lis fuerit mota super re vendita contra emptorem, tenetur emptor ante testium aperturam denuntiare venditori litem motam, ut eum defendat; aliàs non tenetur: & re evicta tenetur restituere pretium, & interesse: & si fuit promissum duplum, tenetur ad duplum veri valoris rei evictæ, non pretii, emptori, & ejus hæredibus. Hoc dicit.

(1) *Quita e libre.* Adde *L. qui rem* 3. & *L. ex prædiis* 5. *C. de eviction.* undè si conveniatur ad pretium, potest excipere de re non tradita, ut ibi, etiamsi esset obligatus ad pretium per instrumentum confessionatum; etiam stante statuto, quòd nulla exceptio possit opponi, ut dicit Bald. *in dict. L. ex prædiis*, & *in L. si traditio*, 3. *q. in fin. C. de action. empt.* & Decius *consil.* 119. *col.* 1.

(2) *Fazer sana.* Etsi nihil de hoc sit promissum, ut hìc, & *in L. non dubitatur* 6. *C. de eviction.* & *L.* 2. *ff. eod.*

(3) *Abiertos los testigos.* Sequitur opinionem Gloss. *in L. si rem, quam*, §. *fin. ff. de eviction.* & *in L. emptor*, *C. eod.* est enim fienda eo tempore, quo venditor habeat legitimum tempus ad probandum de jure suo. Sed an possit fieri in causa appellationis? Videtur, quòd sit, ut *in dict.* §. *fin.* & tenet Bald. *in L. libera*, *C. de sentent. col.* 3. quod intellige, dummodò jura venditoris tunc sint integra circa testes, & alia opportuna, & nihil ei perierit, secundùm Joan. de Imol. *in cap. fin. col.* 2. *de emption. & vendit.*

(4) *Non lo fiziesse saber.* Adde *L.* 1. *C. de peric. & commod. rei vend. L. emptor* 8. *C. de eviction.* & *cap. fin. de empt. & vendit.* si tamen venditor sit absens, vel ejus persona non posset haberi, haberetur denuntiatio pro facta, ut *in L. si ideo* 55. §. *fin. ff. de eviction.* Bald. *in L. cum successores*, *C. eod. tit.* & *in L. si permutationis*, ubi & Salic. *eod. tit.* dicit, quòd si extra provinciam, non teneretur mittere ad denuntiandum; & si non potest haberi venditor, denuntiandum est ejus familiæ, secundùm Alber. *in dict. L. emptor*, & ibi vide per eum, an sufficiat denuntiare procuratori, vel marito pro uxore, & de aliis notabilibus quæstionibus in ista materia. Et tene menti notabile dictum Joan. de Imol. *in dict. cap. fin. ad fin. de empt. & vendit.* dum dicit, quòd si non sit facta denuntiatio, si tamen venditor nihil rationabile allegat, neque ostendat contra jus illius, cui facta sit restitutio, adhuc sit locus remedio evictionis: quia non videtur interesse denuntiationem fuisse factam, ex quo apparet nullam eum habere defensionem contra jura illius, cui res fuit restituta. Aget ergò tali casu emptor de evictione; & si excipiatur de denuntiatione non facta, replicabitur, quòd sua non intererat denuntiationem fieri, ex quo nullam defensionem habebat contra evincentem: & cum dicto Imol. transit Alexand. *consil.* 67. *vol.* 3. ubi allegat Fulgos. & Ludovic. Roman. idem tenentes: potest enim emptor agnoscere bonam fidem, & rem restituere sine sententia, si constat sibi rem esse alienam, *L. ex empto* 11. §. *emptorem* 12. ubi Gloss. *ff. de action. empt.* Alber. *in dict. L. emptor.* Advertendum tamen est, quòd Gloss. *in dict. L. emptorem*, in verbo *posse*, quam ibi Bart. sequitur, dicit, quòd etsi notoria sit justitia agentis, adhuc est denuntiandum venditori; sequitur etiam Angel. de Aret. *in* §. *fin. instit. de empt. & vendit.* & voluit etiam Alberic. *in L. at qui natura*, §. *cum me absente*, *ff. de negot. gest.* & istam dicit videri communem opinionem, à qua in judicando, & consulendo recedendum non est, Decius *consil.* 74. *col. fin.* Sed non video hanc esse communem opinionem, cùm hi, quos suprà retuli, teneant contrarium; cum quibus sto, cùm finis hujus denuntiationis sit, ut venditor possit jura sua docere; qui si non habet, quid doceat, neque docere potest, non debet juvari ex omissa denuntiatione.

Et an secundus, vel tertius emptor possit directò denuntiare auctori auctoris sui? Dic, quòd non, nisi cessæ sibi fuerint actiones, ut *in L. si res, quam* 59. *ff. de eviction.* & vide per Bart. *in L. Julianus*, §. 1. *ff. de verb. oblig.* & per Bald. *in L.* 2. *C. de rerum permutat.* & *in L. cum successores*, *C. de eviction.* & *in princ. de investit. de re alien. fact.* & *in L.* 1. *in fin. C. de jure dot.* & sufficit denuntiari principali, licèt non denuntietur fidejusori, *L. auctore laudato* 7. *C. de eviction.*

Et an requiratur, quòd emptor in denuntiatione ostendat venditori copiam libelli, Bart. quòd sic *in L. non solum*, §. *morte*, *ff. de novi operis nuntiat.* 11. *col.* Sed de communi consuetudine hoc non servatur, ut dicit Bald. *in L. emptor*, *C. de eviction.* ubi dicit, non recedendum à tali consuetudine: vide per Jason. *in dict.* §. *morte*, *col.* 20.

An autem sit denuntiandum substituto conditionali, Bald. *in L. cum successores*, *C. eod. tit.* dicit, quòd non: quia ante eventum conditionis non spectat ad eum defensio.

Et an cessionarius actionis, seu nominis, qui non denuntiavit cedenti motam sibi esse litem, & succubuit, possit agere contra cedentem, vide per Decium, quòd sic, *consil.* 102. Et nota, quòd non solùm quando emptor convenitur, tenetur denuntiare; sed etiam si agat ipse, ut specialiter in hoc dicit Paul. de Cast. *in L. fin. C. de action. empt.* qui allegat *L.* 1. *C. de peric. & commod. rei vend.* Et de emphyteota, quòd denuntiare teneatur auctori suo, vide per Specul. *tit. de locat.* §. *fin. versic. fin.* & ibi Joan. Andr. *in addition.*

Et an agere possit primus emptor, qui denuntiavit suo venditori, contra eum ad pretium, seu de evictione, antequàm ipse solvat interesse evictionis suo emptori, à quo res fuit evicta, vide Gloss. *in L. si pro re*, §. 1. in verbo *statim*, & ibi Bart. *ff. de eviction.* & Alexand. *consil.* 67. *vol.* 2. versic. *neque prædictis.*

Sed an per pactum remitti possit necessitas denuntiandi, Bald. *in dicta L.* 1. *column. fin. C. de peric. & commod. rei vend.* tenet, quòd sic, per *L. Herennius*, *in princ. ff. de eviction.* Si tamen emptor, & venditor simul essent conventi, non videtur necessaria denuntiatio: vide per Gloss. *in L. si dictum*, §. *si præsente*, *ff. de eviction.* super verbo *possit*, quam dicit singul. Bald. *in L. fin. col. pen. C. de usur. rei judic.*

De forma autem denuntiationis, an sit necesse, quòd requirat venditori, ut defendat causam, vel sufficiat sola denuntiatio litis motæ, Gloss. *in Clement. causam*, super verbo *in aliis*, *de electione*, videtur velle, quòd non sufficiat, sed oporteat requiri, & idem tenet Bart. *in dicta L. non solum*, §. *morte*, *dict. col.* 11. *ff. de novi oper. nuntiat.* & *in L. denuntiasse*, *ff. de adulter.* per *L. si parentes* 20. & per *L. empti actio* 21. *C. de eviction.* & idem tenet Bart. *in L.* 1. *C. de peric. & comm. rei vend.* In contrarium tamen videtur text. *in L. si cum quæstio* 17. *C. de eviction.* imò, quòd sufficiat denuntiare litem motam, & ita tenet Bald. *in dict. L.* 1. & *in cap.* 1. *si vassallus*, *de feud. ab aliquo interpell. fuer.* & Joan. de Imol. *in dict.* §. *morte*, *col. pen.* licèt dicat, cautius esse propter evitandas opiniones servare opinionem Bart. & cum opinione Bald. *in dicta L.* 1. transit Alexand. *in dict.* §. *morte*, *col. pen.* & illam ego crederem veriorem, & satis probatur in ista lege, quæ non arctat emptorem, nisi ad denuntiandum litem esse motam, licèt lex sequens innuat necessariam esse requisitionem, ut defendat. Tene etiam menti tres casus, quos ponit Bald. *in dict. L.* 1. *col.* 2. in quibus etiam absque denuntiatione tenetur venditor de evictione, dummodò aliàs venditor sciat litem motam, absque emptoris denuntiatione; scilicèt, si emptor sit minor, vel Ecclesia, in quibus comittitur mora irregularis, *L. in minorum* 3. *C. in quibus caus. in integ. restit. non est necess.* vel nisi venditor sit in mala fide, eo quòd habet instrumenta causæ, per quæ emptor potest vincere, & non notificat ea emptori, argum. *dict. L. Julianus* 13. §. *idem Julianus* 6. *ff. de action. empt.* vel ubi scienter vendidit rem alienam: quia tunc convenitur ratione doli, & tenetur emptori absque aliqua denuntiatione; imò neque isto casu re-

al vendedor, si despues fuesse vencido en juyzio, non podria demandar el precio a aquel que gela vendio, nin a sus herederos. Mas si gelo fiziesse saber, e non quisiesse (5) el vendedor amparar al comprador, o non lo puede defender a derecho; estonce el vendedor tenudo es de tornarle el precio, que rescibio del por aquella cosa que le vendio, con todos los daños (6), e los menoscabos (7) que le vinieron por esta razon. E si por auentura quando gela vendio, se obligo a pena del doblo (8) si non gelo amparasse segund derecho; con todo esso non se entiende que le deue pechar el precio doblado tan solamente, mas la cosa doblada (9), maguer mas valiesse.

LEY XXXIII.

Si la cosa agena fue vendida, que el dueño della la puede demandar a aquel en cuyo poder la falla.

Cosa agena vendiendo vn ome a otro, aquel cuya fue, puedela demandar al comprador a quien la fallo. Pero si el comprador dixere a aquel que gela vendio, que le venga a defender (1) en juyzio aquella cosa que le vendio, e a responder sobre ella al que la demanda; si el vendedor quisiere (2) entrar con el demandador en juyzio, para ampararla, obligandose a fazer derecho sobre ella, bien assi como si la el touiesse, entonce el demandador non ha razon de la demandar al comprador; ante dezimos, que la deue demandar al que la vendio, e dexar estar en paz al que la compro (3). E si el vendedor non quisiere entrar en pleyto con el demandador sobre la cosa, entonce puedela demandar al comprador. Pero en saluo finca su derecho al comprador (4), de afincar por juy-

requireretur, quòd aliàs haberet scientiam motæ litis, *L. servus, quem* 30. §. *si sciens, ff. de action. empt.* & ille textus non est alibi, secundùm Bald. *in L. libera, in fin. C. de sentent.* & cum istis dictis Baldi transit Roman. *in dict.* §. *morte*, ubi etiam Alexand. *col. antepen.* Secundum tamen casum, scilicèt, ubi venditor habet instrumenta, per quæ causa potest defendi, & non notificat emptori, reputo dubium: tum quia lex, quæ ad hoc allegatur, hoc non probat; tum etiam, quia si sibi lis non notificatur, non tenetur ad defensionem, ut hìc habetur, & clariùs probatur infrà *ista L.* ibi: *Mas si gelo fiziesse saber, e non quisiesse el vendedor amparar al comprador, o non lo puede, &c.* Et sic vult ista lex, quòd dato, quòd possit defendere, adhuc sibi est denuntiandum.

(5) *Non quisiesse.* Nota hoc verbum ad id, quod dixi *in gloss. præced. in fine*: & videtur ex hoc verbo etiam, quòd præcisè teneatur venditor emptorem defendere, & quod aliàs teneatur de evictione; de quo vide quod dicam infrà *L. proxim.*

(6) *Daños.* Adde *L. si cum quæstio* 17. *C. de eviction.* & sic tenebitur etiam ad sumptus litis, ut Gloss. ibi vult; de quo vide pleniùs per Gloss. *in L.* 1. *C. eod.* ubi vide Bart. & eundem Bart. *in L. venditores, ff. de verb. obligat.* & per Spec. *tit. de empt. & vend.* §. 1. *col.* 11. & opinio Bart. est magis communis, secundùm Jason. *in dict. L. venditores*, & limita, ut per eundem Jason. ibi ad fin.

(7) *Menoscabos.* Tenetur enim ad interesse, ut *in L. si in venditione* 60. *ff. de eviction.* & *in L. Titius* 43. §. *fin. cum L. sequenti, idque & Julianum, in princ. ff. de action. empti*, ubi Gloss.

(8) *Doblo.* Innuit ista lex, ex natura contractus non teneri ad duplam, nisi se obligaverit expressè: in contrarium tamen facit *L.* 2. & *L. emptori duplam* 37. *ff. de eviction.* & *L. quod si nolit* 31. §. *qui assidua* 20. *ff. de ædilit. edicto*; & non reperio istas leges juris communis approbatas isto jure Partitarum, neque unquàm in judiciis vidi peti duplam promitti, neque condemnationem fieri de dupla; imo ut dixi, ista lex vult, quod nisi conveniat, ad istam duplam venditorem nón teneri: & licèt aliqua sint solita fieri, & apponi in contractibus, non tamen præsumuntur intervenisse, nisi probentur, quando aliquid adjiciunt obligationi, ut eleganter dicit Bald. post Gloss. ibi *in L. si fundus*, §. *in commissoria, ff. de lege commissor.*

(9) *Doblada.* Adde *L. si cum venditor* 66. §. *fin.* & *L. evicta re* 70. *ff. de eviction.* & nota ad hoc dicta Specul. quæ retuli suprà *tertia Part. tit.* 18. *L.* 56.

LEX XXXIII.

Si quis vendat rem alienam, ejus dominus potest eam petere ab emptore: & si venditor requisitus ab emptore, velit eum in judicio defendere, aget actor contra venditorem; sed si non defendat, aget contra emptorem, salvo jure emptoris contra venditorem. Hoc dicit.

(1) *A defender.* Facit pro opinione Bart. de qua dixi supra *L. proxima, in gloss. magna*: vide ibi.

(2) *Quisiere.* Innuit hìc, & in aliis verbis hujus legis, quòd si non velit, non teneatur præcisè defendere, vel in se litem assumere, & quòd solùm subjicit se periculo evictionis; & ita etiam voluit Gloss. *in L. emptorem, in princ.* in verbo *posse, ad finem, ff. de action. empt.* & tenet Bald. dicens, illam gloss. menti tenendam, *in L.* 1. *col.* 2. *C. de peric. & commod. rei vend.* & adde quod notat Paul. Alexand. & Jaso *in L. venditores, ff. de verb. oblig.* & ita intellige *L. si plus* 74. §. *mota quæstione, ff. de eviction.* adde etiam Alberic. *in L.* 1. *C. ubi in rem actio*, ubi dicit esse casum, quòd non teneatur venditor invitus defendere, nisi de hoc sit conventum, sicut hodie communiter fit in instrumentis venditionum; nam tunc teneretur ex conventione.

(3) *Compro.* Admittitur ergò venditor assumens in se defensionem, etiam invito actore. Et intellige, quòd debet defendere in foro emptoris, ut *in L.* 1. ubi Gloss. *C. ubi in rem actio*, & ut simplex defensor, vel procurator in rem suam, & sic jurabit de calumnia, & totum judicium in se suscipiet, ut hìc; non tamen admittetur animo novandi, nisi actor velit, ut declarat Bald. post alios Doctor. *in dict. L.* 1. & intelligit de novatione actionis, nam instantia benè novatur, ut & hìc vides: & effectus est maximus secundùm eum, quia licèt fiat novatio instantiæ, fiet tamen executio in ipsum emptorem, *L. sæpe* 63. *vers. scientibus, ff. de re judicata*; sed si novaretur actio, nunquàm in emptorem posset fieri executio: quia esset liberatus per novationem: & dicit ista esse benè notanda, & rectè dicit, quia sunt notabilia. Quid autem si actor diceret personam emptoris esse legaliorem, & interesse sua secum, & non cum venditore litigare, & hoc probaretur? Vide per Paul. de Cast. *in dict. L.* 1. *col.* 1. *& super. gloss.* qui vult, quòd isto casu audiatur actor: per istam tamen legem fortè dicendum esset contrarium, cùm indistinctè velit, emptorem in pace dimittendum; & quia *in L. si actor*, in qua Paul. de Cast. se fundat, est diversa ratio.

(4) *Comprador.* Et debet emptor defendere causam: quia aliàs, etiam si denuntiasset, non ageret de evictione, ut probatur *in L.* 1. *C. de peric. & commod. rei vend.* ubi hoc tenet Bald. *col.* 2. versic. *ultimo oppono*: & dicit gloss. singul. *in L. quod si nolit*, §. *si mancipium*, in verbo *adhibuerit, ff. de ædilit. edicto*, quòd si emptor non conduxit bonum advocatum, non aget de evictione contra emptorem: adde Alexand. *in L. venditores, ff. de verb. oblig.*

juyzio al vendedor, quel faga sana (5) la cosa que le vendio.

LEY XXXIIII.

Si el que es establescido por heredero de otro, vendiere el derecho que ha en la herencia, en que manera lo deue fazer sano.

SI alguno que fuesse establecido por heredero, vendiesse a otro todo el derecho que auia en los bienes, e en la heredad, de aquel que le establescio por su heredero; maguer acaezca despues, que a tal comprador como este vençan por juyzio alguna cosa señalada de los bienes, con todo esso tal vendedor non es tenudo de fazerla sana (1) aquella cosa señalada de los bienes que le vencieron. Mas si por toda la heredad (2) le vencieren, tenudo seria entonce de fazerla sana la heredad; o de pecharle el precio que rescebio por ella, con todos los daños, e los menoscabos. Esso mismo dizimos que seria, si algund ome comprasse todas las rentas de algund almoxarifadgo (3), o de alguna heredad; que maguer lo venciessen en juyzio por alguna cosa señalada (4) que saliesse de aquellas rentas, que non seria tenudo el vendedor, de la sanear, nin de la descontar. Pero si por todas las rentas le venciessen, o por la mayor parte dellas, entonce tenudo seria de gela sanar, o de tornarle el precio, con todos los daños, e los menoscabos que ende vinieron.

LEY XXXV.

Como aquel que vende naue, o casa, o cabaña de ganado, la deue fazer sana.

NAue (1), o casa, o cabaña de ouejas, o de otra cosa semejante vendiendo vn ome a otro, con las cosas que le pertenescen; si venciessen al comprador en juyzio, por alguna cosa señalada de aquellas, tenudo es el vendedor de fazerle sana (2) al comprador aquella cosa señalada, como si le venciessen por toda la cosa principal sobre que fue fecha la vendida.

LEY

(5) *Sana.* Et posset etiam petere, quòd det sibi instrumenta, & testes, quæ attineant ad causam, ut *in L. empti* 21. *C. de eviction.* & per Paul. Alexand. & Jason. *in dict. L. venditores, ff. de verb. oblig.*

LEX XXXIIII.

Venditor hæreditatis de evictione totius tenetur, sed non de evictione rei singularis: venditor autem redituum alicujus generalitatis non tenetur, nisi tota, vel major pars evincatur; sed venditor domus, navis, vel gregis tenetur etiam de evictione partis. Hoc dicit.

(1) *De fazerla sana.* Adde *L.* 1. *C. de eviction.* ubi Glos. & Doctor.

(2) *Toda la heredad.* Idem si pro dimidia, vel alia parte, cùm tota hæreditas esset vendita, ut *in L. quod si nulla* 8. *ff. de hæred. vel action. vendit.*

(3) *Almoxarifadgo.* Vide *L.* 25. *tit.* 9. *Partita* 2.

(4) *Alguna cosa señalada.* Quid si evinceretur aliqua pars territorii, cujus gabellæ sunt venditæ? Videtur, quòd tunc agere possit de evictione, ex eo, quod notat Angel. per text. ibi *in authent. ut determin. sit numer. cleric. in fin. collat.* 1. ubi dicit, quòd si Titio est vendita gabella totius Comitatus pro certo pretio, & contingit, quòd Comitatus multùm augmentatur propter unionem alterius territorii, quòd debet augeri pensio pro rata augmenti emptori gabellarum: si ergò hoc est in augmento, idem à contrario in diminutione, *L. secundum naturam* 10. *ff. de regul. jur.* & de isto dicto Angeli per illum text. meminit Felin. *in cap. cum M. Ferrariensis, de constitut. numero* 3. & facit etiam pro hoc *L. si fundus* 33. *ff. locat.* & sic, quod dicitur in ista lege procedit, quando salva substantia territorii, in quo consistunt gabellæ, venit aliqua diminutio; quod patet ex verbis hujus legis, ibi: *Que saliesse de aquellas rentas, &c.* & facit etiam pro hoc, quod notat Bald. *in L. licet, quæst.* 3. ibi, *non à certi corporis qualitate, C. locat.* intelligitur namque, ita reditus emisse, si res in eodem statu permanserit, *L. cum quis* 38. *in princ. ff. de solution. cap. quemadmodum* 25. *de jurejur. L. quod Servius* 8. *ff. de condict. ob causam, cap. ne quis arbitretur*, 22. *quæst.* 2. & cùm iste emptor teneatur ad quantitatem respectu certæ speciei, perempta specie debet liberari, *L. in navem Saufeii* 31. *ff. locat.* & notatur *in L.* 2. *C. de rescind. vendit.* Hinc dicit Joan. de Imol. *in L. cum mulier* la 2. *ff. solut. matrim.* quòd si emptori gabellæ auferatur gabella pro futuro tempore, quòd non tenetur ad promissionem factam occasione gabellæ, si absque facto suo auferatur. In contrariam partem facit ista lex, & *L.* 1. *C. de eviction.* & quia de natura contractus emptionis est, quòd damnum, & commodum ad emptorem pertineat, *L.* 1. *C. de peric. & commod. rei vend. L. id quod* 7. *ff. eod. tit.* & suprà *eod. L.* 23. & videntur isti emptores gabellarum emere futurum eventum, qualiscunque sit, *L. nec emptio* 8. §. *aliquando, ff. de contrah. empt. L. si jactum retis* 12. *ff. de action. empti*, & assimilantur isti usufructuariis, secundùm Bald. *in L.* 2. *in fin. C. de verb. signif.* & sic quicunque eventus sustineri debet per eos, *L. usufructu* 7. & *L. item si fundi* 9. *ff. de usufruct.* & facit etiam notabile dictum Bald. & Angel. *in L. at ubi, ff. de petit. hæred.* & quæ in hoc etiam adducit Decius *consil.* 4. Nihilominùs tamen primam partem crederem esse veram, si pars territorii evinceretur: nam teneretur venditor facere certum, sanum, & integrum territorium, cujus gabellas locavit; & de isto damno non pertinet ad emptorem, per ea quæ suprà dicta sunt in primo loco: & minus dubium esset, si esset locatio gabellarum, & non venditio, ut patet ex his, quæ notat Bart. *in L.* 1. 2. *oppo. C. de jure emphyt.* & qualiter cognoscatur, an sit venditio, vel locatio, vide per Bart. *in L. cotem*, §. *qui maximos, ff. de publican. & vectig.* & *in sua disputatione* incipienti *publicanus*, & Paul. de Cast. *in dict.* §. *qui maximos.*

LEX XXXV.

Venditor domus, navis, vel gregis, tenetur etiam de evictione partis. Hoc dicit.

(2) *Castillo, o torre.* Ex istis verbis videtur, quòd non procedat Gloss. & quæ ibi notat Bald. *in L. quotiens, C. de fideicom.* scilicèt, quòd si prohibetur turris alienari à testatore, non est necessaria expressio causæ: quia ex qualitate rei præsumitur, quod testator voluerit rem in agnatione permanere; quod Bal. dicit nota dignum, nam cùm una sola ratio potuit testatorem movere, talis ratio habetur pro expressa, ut notatur *in L. quamvis* 15. *eod. tit. de fideicom.* & videtur probari *in L.* 2. *C. qui non possunt ad libertat. perven.* & ibi notat Bald. quod si causa potest comprehendi ex intentione testatoris, est perindè ac si esset expressa, & idem dicit Bal. in turri prohita alienari, *in L.* 2. *C. de usucap. pro empt.* Fortè dicta Gloss. & dicta Bald. intelligenda sunt, quando turris fuisset majorum testatoris, propter affectionem, juxta id, quod habetur *in L. si in emptionem* 35. *ff. de minor.* & *L. lex, quæ tutores* 22. *C. de administrat. tutor.* secùs si non esset majorum, & sic cessaret affectio; si verò fuit majorum, limitetur ex dicto illius gloss. & Bald. & facit ad hoc pulchrum dictum Bald. *in L. filiusfamilias*, §. *Divi, ff. de legat.* 1. *col.* 2. versic. *nota ergo*, quòd si res quæ prohibetur alienari, est talis in qua cadit affectio, & interesse ratione, seu favore ipsius rei prohibitæ, quòd videtur facta prohibitio cum causa, licèt non exprimatur: undè si testator prohiberet alienari vassallos, licèt simpliciter, & sine causa, prohibitio valeret favore vassallorum; ad quod in argumentum allegat *L. generaliter*, §. *si petitam, ff. de fideicom. libert.*

(3) *Razon guisada.* Adde *L. filiusfamilias* 114. §. *Divi* 14. *ff. de legat.* 1. & *L. pater filium* 38. §. *Julius Agrippa* 4. & *L. Lucius* 93. *in princ. ff. de legat.* 3. & *in L. quotiens* 11. *C. de fideicommis.* & requiritur expressio causæ, quando prohibitio fit favore personæ prohibitæ; secùs si fiat respectu certæ personæ, ut *in dict.* §. *Divi*, & ibi Bart. & infrà *ista L.* ut quia voluit certam personam habere, ut ibi etiam declarat Gloss. Et nota benè, quòd ubi testator relinquit rem pluribus, & vetat eos alienare rem, eo ipso videtur fideicommissum vicissim relinquere, si contingat alter eorum sine alterius consensu alienare, gloss. notab. *in L. codicillis*, §. *instituto, ff. de legat.* 2. super verbo *filiis*, quam multùm commendat ibi Joan. de Imol. & dicit forte meliorem non reperiri.

(4) *Non sea enagenada.* Id est, non alienetur: nam si testator uteretur verbo futuro subjunctivi, *si alinaveris, res perveniat in Titium*; tunc teneret alienatio, ut *in L. Stichus* 39. *ff. de manum. testam.* vide Bart. *in dict.* §. *Divi*, & Imol. ibi.

(5) *Finque siempre à mi fijo.* Idem si dicat, *remaneat in familia*, ut *in L. peto* 69. §. *fratre* 3. *ff. de legat.* 2. *L. cum pater* 77. §. *libertis* 27. *eod. tit. L. quotiens* 11. *C. de fideicom.*

(6) *Mas honrrado.* Divitiæ addunt amicos plurimos, *Pro-*

non enagenasse fasta que fuesse de edad (7) el heredero, o fasta que fuesse venido al lugar (8), si fuesse ydo a otra parte: por qualquier destas razones, o por otra que fuesse guisada (9) semejante dellas, non la pueden enagenar. Mas si el dixesse simplemente, que la non vendiessen, non mostrando razon guisada por que; o non señalando persona alguna (10), o cosa cierta, por que lo fazia; si la vendiesse, valdria (11) la vendida, maguer el lo ouiesse defendido.

LEY XLV.

De los que mandan, o venden a otros sieruo, con condicion que sea forro fasta cierto tiempo.

DAndo, o vendiendo vn ome a otro algund sieruo, so tal pleyto, que lo afforrasse fasta vn dia señalado, o que fuesse afforrado en todas guisas; dezimos, que maguer aquel que lo recibe sobre tal pleyto, non lo afforre aquel dia, nin aun despues, que es forro (1) el sieruo de aquel dia en adelante. Mas si dixesse, que le vendia, o daua el sieruo, a tal pleyto, que le fiziesse forro quando quisiesse aquel a quien lo daua, o le vendia; en tal caso como este seria libre, luego que muriesse (2) aquel que lo recibe so tal condicion, o pleyto: porque despues que el ome es muerto, non le finca querer (3), nin non querer. E si dixesse, que le daua, o quel vendia el sieruo, so tal pleyto, que lo afforrasse quando pudiesse (4), si aquel que lo recibe, estando el sieruo antel, fasta dos meses non lo afforrasse, dende adelante es libre el sieruo, por razon de tal pleyto como este. E si por auentura non estuuiesse el sieruo delante de aquel que lo recibio so tal pleyto, si lo non afforrasse fasta quatro meses, por carta, o por palabra, dende adelante finca el sieruo libre, maguer non lo afforrasse.

LEY XLVI.

Que la vendida del sieruo, que es fecha so condicion que nunca pueda ser forro, si vale, o non.

NAturalmente han por costumbre (1) los sieruos, de fazer yerros contra sus señores; fueras ende, quando lo han a *Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.*

Proverb. 19. *cap. v.* 4. & dives pauperibus imperat, *Proverb.* 22. *v.* 7. Ecclesiastici 13. *cap. v.* 4. Corona enim sapientum divitiæ eorum sunt, *Proverb.* 14. *v.* 24. & 18. *cap. v.* 11. ubi dicitur: Substantia divitis est urbs roboris ejus, & quasi murus validus circumdans eum, & *capit.* 10. substantia divitis urbs fortitudinis ejus; pavor pauperum, egestas eorum: adde de commodis divitiarum Gloss. *in cap.* 1. 21. *quæst.* 1. super parte *necessitatem*, & *L. ad subeunda* 45. *C. de decurion. lib.* 10. & ibi Joan. de Plat. & *in L. ne quis* 6. *C. de dignitat. lib.* 12. & Bart. *in L.* 1. *eod. tit.* ubi dicit, quòd divitiæ augent, & conservant nobilitatem, si sunt antiquatæ.

(7) *Fuesse de edad.* Vestitur tunc istud præceptum favore ætatis, & testamenti, secundùm Bald. *in L. quotiens, C. de fideicom. L.* 2. *de usucap. pro empt.*

(8) *Venido al lugar.* Nam absens non ita benè venderet; tum quia nesciret valorem rei, præsertim in loco remoto, ut aliàs dicit Bald. *in L.* 1. *C. de fals. monet.* tum quia meliùs perquireret emptores.

(9) *Guisada.* Debet ergò rationabilis esse causa, secundùm istam legem; quam nota, quia de jure communi hoc non erat ita benè expressum. Imò Alexand. *in dict.* §. *Divi, in princ.* dicit, quòd sufficeret quæcunque causa expressa à testatore, & subdit, quòd si diceret, *nolo alienari in Titium*, teneret prohibitio absque alia causæ expressione, quia videtur testator motus ad prohibendum odio Titii: allegat *L. codicillis*, §. *matre*, *ff. de legat.* 2. & alia. Paul. de Castr. tamen *in dict.* §. *Divi*, requirit causam rationabilem, etsi nihil alleget. Ideò tu tene menti istam legem; & quod dicit Alexand. quando prohibuit odio Titii, intelligerem de rationabili odio, ut *in dict.* §. *matre* habetur: nam odium irrationabile non esset bona causa, prout ista lex requirit. In contrarium tamen facit ista lex in sequentibus verbis, ibi: *Porque non señalando persona alguna.* Sed potest dici, quòd illud intelligitur aliter, scilicèt secundùm id, quod habetur *in dict.* §. *Divi*, ubi *nisi invenitur persona*, & ibi Gloss. & dixi suprà.

(10) *Persona alguna.* Ut in *dict.* §. *Divi.*

(11) *Valdria.* Limita, ut per Bart. & Alexand. *in dict* §. *Divi.*

LEX XLV.

Servus venditus, ut ad certum tempus manumittatur, efficitur liber, si illo tempore non fuerit manumissus: & si dictum fuerit, *quando voluerit emptor, manumittatur*, erit liber emptore mortuo: & si dicitur, *quando potuerit*; si præsens est servus, infra duos menses, si absens, intra quatuor menses debet manumitti; aliàs efficitur liber. Hoc dicit.

(1) *Es forro.* Adde *L. Paulus* 38. §. 1. *ff. de liber. caus.* & *LL.* 1. 2. & 3. *C. si mancip. ita fuer. alienat. ut manum.* & *L. si quis hac lege* 30. *in princ. ff. qui, & à quibus*, & Gloss. *in L.* 1. *C. si mancip. ita veneat, ne prostit. in gloss. fin.*

(2) *Que muriesse.* Habet ortum à notatis per Azon. *C. si mancip. ita fuer. alienat. in sum.* & Gloss. *in fin. dict. L.* 1. *C. si mancip. ita fuer. alien. ne prostit.* & à *L. fin. ff. qui sine manumiss. ad libert. perven.*

(3) *Non le finca querer.* Adde *L.* 3. *ff. de servis exportand.* & text. cum Glos. *in dict. L.* 1. *C. si mancip. ita fuer. alien.* & *L.* 4. *ff. locat. cap. si gratiosè* 5. *de rescript. lib.* 6. & est ratio secundùm Joan. And. ibi post Archid. quia cùm voluntas à certa persona dependeat, cum suo esse corporali moritur, quia solum corpus sine anima non est homo, ut *in cap. charitas est, de pœn. dist.* 2. & ex hoc colligit Ubertinus de Bobio relatus ab Alber. *in dict. L.* 1. quòd si filius juravit non ludere sine voluntate patris, quòd si ludat mortuo patre, non erit perjurus: & idem potest dici secundùm eundem Alber. in prohibito alienare sine alicujus voluntate, & de statuto, quòd bannitus non possit exire de banno sine voluntate offensi, & de aliis similibus: & si promitto tibi dare fundum cùm volam, me moriente, statim tenebitur hæres meus, ut probatur *in dic. L. fin. ff. qui sine manumiss. ad libertat. perven.* & tenet Bart. *in L. ita stipulatus, in* 11. *oppo. primæ partis, ff. de verb. oblig.* & tradit Alexand. *consil.* 118. *vol.* 3. incipit, *stantibus terminis.*

(4) *Quando pudiesse.* Adde *L. fin. ff. qui sine manumis. ad libertat. perven.*

LEX XLVI.

Si servus venditur, ne unquàm fiat liber, semper erit servus; nisi domino terræ revelet tractatum proditionis; aut si vindicet mortem defuncti domini, per se occidendo, vel per accusationem ad mortem occisorem producendo; vel si quando conditio fuit apposita, fuit servus emptus suis nummis, vel consanguineorum. Hoc dicit.

(1) *Por costumbre.* Est enim in servis nequitia servilis ingenii; undè si servus, ergò iniquus, ut *in L.* 3. & ibi no-

a dexar por miedo de pena (2): e porende dezimos, que si algund sieruo fiziesse tal yerro (3) contra su señor, por que lo ouiesse a vender, que le pueda poner por pena en la vendida, que nunca pueda ser afforrado (4). E si el comprador lo recibe con tal pleyto, nunca puede ser libre el sieruo, por quantas manos (5) quier que passe; fueras ende en tres casos. El primero es, si tal sieruo como este sopiesse ciertamente, que algunos se trabajauan de muerte, o deshonrra del Señor de la tierra, e lo descubriesse (6), apercibiendole dello por si, o por otro. El segundo es, si vengasse muerte de su señor, matando el por si (7), al que lo ouiesse muerto; o acusandol delante del Juez del lugar, siguiendo el pleyto fasta que le fiziesse matar (8). El tercero, si aquel que lo compro sobre tal pleyto, lo comprasse de los dineros del sieruo (9), o de sus parientes del sieruo, e non de los suyos proprios. Ca maguer tal pleyto como este fuesse puesto en la vendida, puede el sieruo ser libre por qualquier destas razones.

LEY XLVII.

Del pleyto, o postura, que puede poner el vendedor al sieruo; con que lo saquen de algund lugar señalado, e que non torne.

Pleyto, o postura de otra manera, puede aun poner el vendedor al sieruo, en la vendida que faze del, sin la que diximos en la ley ante desta. Como si dixesse al comprador: Vendovos este sieruo, so tal pleyto, que nunca entre en esta Villa de tal dia en adelante, o que non finque en toda España, e si contra esto fiziere en alguna manera, que lo pueda prender (1) por mi, e tornar en mi seruidumbre; o que me pechedes (2) vos tanto por pena, o todos los daños, e los menoscabos que me viniessen por esta razon: tal pleyto como este, seyendo puesto en la vendida, deue ser guardado; e puede el vendedor demandar, que se cumpla en la manera que fuere puesto. Pero si el sieruo fiziere alguna cosa destas, sin sabiduria de aquel que le ouiesse comprado, andando fuydo, o por falago que le fizies-

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

notat Bald. *C. de libert. & eorum liber.* & *in L. Julianus 13. §. item, qui furem, ff. de action. empt.* dixit Glos. si servus, ergò fur: est enim natura servorum furari, ut *in L. fin.* & ibi notat Bald. *C. quibus ad libertat. proclam. non liceat*, & Gloss. ibi dicit de famulis scholarium: si tamen sit tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua. Ecclesiastic. 33. *c. v.* 31. & *c. 7. v.* 23. dicit, servus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes eum libertate, neque inopem derelinquas illum: & servus sapiens dominabitur stultis filiis, & inter eos hæreditatem dividet, *Proverb. cap.* 17. *v.* 2.

(2) *Miedo de pena.* Servo malevolo tortura, & compedes, mitte illum in operationem, ne vacet, Ecclesiastic. 33. *cap. v.* 28. hinc dicitur timor servilis, qui quandiù est in homine non salvatur, ut *in §. ex his*, 23. *q.* 6. & notat Glos. *in cap. cum ergo*, 24. *q.* 3.

(3) *Fiziesse tal yerro.* Ex hoc verbo innuitur, quòd si servus non esset domino demeritus, non posset apponi tale pactum, ne manumittatur; & si poneretur, non impediretur libertas: quod benè nota, quia non ita expressum est de jure communi, quod ego meminerim; sed benè facit *L. final. C. qui non possunt ad libert. perven.* quia tamen talia pacta communiter apponuntur propter malitiam servorum, præsumitur offensa, ubi per dominos tale pactum apponitur, secundùm Bald. *in dict. L. fin. C. si mancip. ita fuer. alien.* qui allegat *L. testamento centurio, ff. de manumission.* & *L. Lucius, §. Lucius Titius Daman, ff. de legat.* 2. ubi hoc non benè probatur; tene tamen hoc menti propter auctoritatem Bald. & intellige nisi ex aliis conjecturis præsumatur, dominum sine causa odio motum in servum, cùm una præsumptio excludat aliam, etiam violentam, ut dicit Gloss. *in cap. dixit dominus*, 23. *q.* 1. & per Bald. *in cap. 1. in princ. col. 5. quibus mod. feud. amit.* & per Bald. *in cap. 1. in L. non ignorat, col. 2. C. qui accus. non pos.* & per Alexand. *consil.* 28. *vol.* 2. & Abb. *in cap. cum inter Rodericum Seniorem, pen. notab. de elect.* & *in cap. 1. col. fin. de his, quæ vi metusve causa fiunt.*

(4) *Ser afforrado.* Adde *L. servus hac lege 9. ff. de manum.* & *L. fin. C. si mancip. ita fuer. alien. ut manum.* & *L. fin. C. qui non pos. ad libert. perven.*

(5) *Quantas manos.* Adde *L. fin. C. qui non poss. ad libert. perven.*

(6) *Descubriesse.* Adde *L. 3. tit. 22. Part.* 4. & nota benè istam causam, nam glossæ juris communis duas tantùm, quæ sequuntur in ista lege, ponebant.

(7) *Matando el por si.* Videtur permittere servo, ut occidat propria auctoritate occisorem domini sui, sicut & aliàs in aliquibus casibus lex permittit, ut *in L. 1. & 2. C. quando liceat sine jud. se vindic.* & *in L. 3. §. transfugas, ff. ad Leg. Cornel. de siccar. L. amissione, §. qui deficiunt, ff. de capit. minut. L. 3. tit. 8. Part.* 7. Vel dic, quòd hoc procedat, lata sententia contra occisorem, & dato pro inimico, juxta *L. 76. in Ordin. Taur.* nam aliàs non liceret, ut *in L. non est singulis 176. ff. de reg. jur.* Vel dic, quòd licèt occidat injustè, quia propria auctoritate, adhuc tamen consequatur præmium libertatis; sed in contrarium facit *L. si ab hostibus 10. §. si vir uxorem, ff. solut. matrim.* & *L. 82. in Ordin. Taur.* & qui dicit jus sibi ipsi, non consequitur præmium legale, *L. interdum 56. §. qui furem, ff. de furtis*, Bald. *in dict. §. si vir.*

(8) *Fiziesse matar.* Nota hoc verbum, & adde *L. 3. tit. 22. Part.* 4.

(9) *Del sieruo.* Adde *L. 4. §. sive autem, ff. de manumis.*

LEX XLVII.

Pactum appositum, ne servus venditus intret in certum locum, alias revertatur ad venditorem, vel committatur alia pœna, si non observetur, valet: & si non observatur, committitur pœna; nisi contra voluntatem emptoris servus fecerit contra pactum. Hoc dicit.

(1) *Pueda prender.* Nota hìc de pacto manus injectionis propria auctoritate, & adde *L. si Titius 9. ff. de servis exportand. LL. 1. & 2. C. si servus exportan. veneat.* Et ut ista manus injectio habeat locum, debent concurrere tria, secundùm Angel. *in dicta L.* 1. Primum, quòd moram traxerit in loco prohibito, antequàm sit liber factus: nam si post manumissionem ingrederetur, vel moraretur, fiscus eum vendicaret, & in servitutem reduceret, ut habetur *in dicta L.* 1. Secundum, quòd iste ingressus, seu commoratio fiat de voluntate emptoris; aliàs, secùs, ut hìc, & *in dict. L.* 2. secundùm lecturam Gloss. *in dict. L. si Titius.* Tertium, quòd venditor legem asportationis non remiserit, nam potest illam remittere, ut *in dict. L.* 2. secundùm aliam lecturam, & *in L. 1. ff. de servis exportand.* & his concurrentibus, potest propria auctoritate manus injicere, per quascunque manus ambulaverit, ut *in dict. L. si Titius*, & *L. si quis sub hoc 56. ff. de contrah. empt.* ubi etiam habetur, quòd ante manus injectionem non transit dominium in venditorem.

(2) *Pechedes.* Et si copulativè, teneret pactum super utroque, ut per Gloss. *C. si servus exportand. veneat L.* 2.

ziesse engañosamente el vendedor; estonce non caeria el comprador en pena por razon de tal pleyto, porque el sieruo entro en aquel lugar, que le era defendido, sin culpa del que lo compro.

LEY XLVIII.

De la cosa que ome compra de sus dineros mismos por nome de otro, e las posturas que son puestas sobre ella, si pueden valer.

Ley 2. tit. 16. lib. 5 Recop.

Comprando algund ome de sus dineros mismos alguna cosa en nome de otro (1), si aquel en cuyo nome la compra, ha por firme (2) la compra, quando lo sabe, entonce aquel que tal compra faze, tenudo es de dar la cosa a aquel en cuyo nome la compro, con los frutos, e con todas las otras cosas que le pertenescen. Otrosi dezimos, que aquel en cuyo nome es fecha la compra, que es tenudo de dar el precio al comprador, con todas las despensas que fizo el otro, en coger los frutos, e en las otras cosas que fueron fechas a pro de la cosa comprada. E aun dezimos, que si algun ome embia su mensajero, diziendole assi: Ve a tal ome, e dile (3), que si me quiere vender tal cosa suya, que le dare tal precio por ella; si aquel a quien lo embia, otorga la vendida de la cosa, por aquel precio que embia dezir, vale la vendida (4); maguer non le ouiesse dado carta de personeria al mensajero, por que fiziesse la compra. E demas, este en cuyo nome es fecha la vendida e la compra, deue guardar los pleytos, e las posturas, que puso sobre ella aquel que la fizo en su nome; que pues que el otorgo la compra, que la aya por firme. Esso mismo seria, quando algun ome fiziesse su personero a otro, dandole poder, que pudiesse vender, o comprar alguna cosa en su nome, señalandole por quanto precio (5) la vendiesse, o la comprasse: si este personero atal firmasse la vendida o la compra en nome del otro, deuela auer por firme el que lo embio; e es obligado tambien, como si el por si mismo (6) la ouiesse firmado.

LEY

2. Et quid si nihil fuit conventum de manus injectione, vel pœna, seu interesse? Quòd tunc solus fiscus agit, ut *C. eod. L.* 3. Et adverte, quia per istas leges Partitarum non ponuntur illæ leges *C. si mancip. ita fuer. alien. ne prostit.* & fuit fortè ideò, quia jam per istas leges Partitarum cautum erat, prostitutam effici liberam, ut suprà *eod. L.* 36. & *L.* 4. *tit.* 22. *Part.* 4. & *L.* 36. *tit.* 13. *Part.* 5. & *L.* 2. *tit.* 22. *Part.* 7. Sed adhuc haberent locum leges illius tituli, si tale pactum de non prostituendo ancillam per venditionem apponeretur; nisi quòd fortè in casu *dict. L.* 4. *tit.* 22. licèt ex pacto venditor sibi reservaret manus injectionem, juxta formam *dict. L.* 1. *C. si mancip. ita veneat, ne prostit.* & *L. si quis sub hoc* 56. *ff. de contrah. empt.* nihilominùs serva efficeretur libera per *dict. L.*

LEX XLVIII.

Si negotiorum gestor suis propriis nummis rem emat nomine domini; si dominus ratam habeat venditionem, cùm priùs scit, & solvit ei pretium, & expensas in commodum rei factas, & pro fructibus, recuperat rem cum fructibus, & pertinentiis. Item emptio facta per nuntium, vel per procuratorem habentem speciale mandatum, valet, sicut si ipse dominus emeret. Hoc dicit.

(1) *En nome de otro.* Ut negotiorum gestor, ut *ff. de negot. gest. L. mandasti* 46. Et nota, quòd cùm emit ut negotiorum gestor, debet formare verba contractus in personam suam, puta, *vendis mihi rem talem, quam emo nomine talis, cujus negotia gero*? nam si conciperet verba ut nuntius, veluti si dicat, *vendis tali absenti, cujus sum gestor*? Tunc nihil valeret, etiamsi ratificaretur per absentem, cui volebat emere, ut est casus notabilis *in L. multum interest* 6. *versic. si vero, C. si quis alteri, vel sibi*, quia factum falsi nuntii non potest ratificari, quia non reperitur subjectum, in quo fundetur ratificatio: quia negotiorum gestor concepit verba in personam, quam non repræsentat ipse, quia non est ejus nuntius, neque voluntatem illius anuntiat, quæ tunc non est; & in se nihil vult acquiri, & in alium directo non potest: & ista est ratio, in qua fundatur dispositio *dicti versic. si vero*, secundùm Gloss. ibi in verbo *comparasti*, & latiùs declarat ibi Bald. *col.* 3. non enim sine mandato, etiam de isto jure Partitarum, alteri per alterum poterat acquiri actio, ut *in L.* 7. *&* 8. *tit.* 11. *ista Partita.* Sed cùm hodie per *L. Ordinamenti* 3. *tit.* 8. *lib.* 3. acquiratur actio absenti, licèt alius sine mandato sibi stipuletur, ratificatione secuta, venditore permanente in eodem consensu, competeret sibi actio, licèt verba conciperentur, *vendis tali, &c.* Et procederet adhuc, quod hìc in ista lege dicitur, venditore perseverante in eodem consensu: quod ideò dixi, quia ut notat Gloss. *in L. consensu, ff. de action. & obligat.* in istis contractibus requiritur consensus simultaneus; undè aliud esset, si ante acceptationem emptoris venditionem revocaret: vide quæ dixi suprà *ead. Part. tit.* 4. *L.* 4. *in gloss. magna*, & *in L.* 10. *tit.* 1. *Part.* 4. *in gloss.* super verbo *ni consientan en el.* Et idem est dicendum, & multo magis in procuratore, qui conciperet verba contractus ut nuntius, in quo etiam de jure antiquo procedebat, quod habetur *in dict. L. multum interest, versic. si vero*; nisi quòd, attenta *dict. L. Ordinamenti*, in tali casu venditor non posset pœnitere, cùm consensus etiam emptoris in venditione intervenit, quomodocunquè procurator verba conciperet.

(2) *Ha por firme.* Hoc, quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, *L. fin. C. ad Macedon.*

(3) *Dile.* Hìc ponitur, qualiter formet verba nuntius

(4) *Vale la vendida.* Ut in *L.* 1. §. *fin. ff. de contrahend. empt.* & suprà *eod. L.* 8.

(5) *Señalandole por quanto precio.* Nota, quòd in mandato ad emendum debet designari pretium: sed satis videtur designatum, si arbitrio procuratoris committatur, argum. *instit. de emption. & vendit.* §. *pretium*; imò, & si nullum pretium designetur, videtur mandare, ut vendat justo pretio, argum. *L. si fundus* 16. §. *fin. ff. de pignor.* & tenet Paul. de Castr. *in L. si eum servum, col.* 1. *ff. si cert. petat.* & Gloss. *in L. qui fundum*, §. *procurator, ff. pro emptore.*

(6) *Como si el por si mismo.* Quid si vendit minus dimidia justi pretii, vide Alberic. *in L.* 2. *in fin. C. de rescind. vendit.*

LEY XLIX.

Que fabla de los omes que compran heredamientos, de los dineros agenos que tienen en guarda; que deuen ser suyos, saluo en casos ciertos.

Ley 10. *tit.* 1. *lib.* 6. *Rec.*

De dineros agenos que tienen los omes a las vegadas compran para si heredamientos, o otras cosas que han menester: e porque dubdarian algunos, si aquella cosa que es assi comprada, es de aquel que la compro, o del otro cuyos eran los dineros; queremoslo aqui dezir, e departir. E dezimos, que deue ser de aquel que fizo la compra (1) en su nome. Fueras ende, si tales dineros fuessen de Cauallero (2), que estuuiesse en la Corte del Rey, o en otro lugar en su seruicio; o si fuessen de menor de veynte e cinco años (3), e

LEX XLIX.

Si emi rem nomine meo ex aliena pecunia, efficitur res tradita mea; nisi sit pecunia militis in Regis servitio constituti; vel si tutor emit de pecunia minoris; aut prælatus de pecunia Ecclesiæ; seu maritus de pecunia dotis: quia tunc res empta est ejus, cujus fuerunt pecuniæ: sed est in electione illius, cujus fuerunt pecuniæ, habere pretium, vel rem. Hoc dicit.

(1) *De aquel que fizo la compra.* Hoc est regulare, ut hìc, & *in L. si ex ea* 6. *C. de rei vendic. L.* 1. *C. si quis alteri, vel sibi, L. si patruus* 4. *C. commun. utriusque judic.* & non præsumitur res empta pro eo, cujus est pecunia, sed pro ipso emente, & ejus hærede, *L. ad probationem* 21. & ibi notat Bald. *in L. fin. C. de probation.* nisi probaretur interpositum fuisse ad emendum ab eo, cujus est pecunia, etiam si interpositus esset pupillus, vel Abbas alicujus Monasterii, ut notat Bald. *in L.* 1. *col. pen. ad fin. C. si servus extero*: & in dubio præsumitur pecunia fuisse solventis, *L. si ventri* 24. §. *fin. ff. de reb. auctorit. jud. possid.* Bald. *in L.* 2. *C. pro socio,* & adde ad prædicta *L. Titium, & Mævium* 47. §. *altero* 6. *ff. de admin. tutor.* & ibi per Bart.

(2) *De Cauallero.* Adverte, quia de jure communi erant opiniones, an id, quod hìc habetur, quòd res empta ex pecunia militis indistinctè efficiatur militis, à quocunque ematur, vel an requiratur, quòd talis emens fuerit procurator, vel negotiorum gestor militis, licèt non emerit nomine militis, sed suo, ut tunc sit speciale in milite, quòd talis res empta sit militis: quas opiniones ponit glos. fin. *in L. si ut proponis* 8. *C. de rei vendic.* undè ista sumpta est, & istam secundam opinionem, quam Gloss. ibi posuit primam, tenuit Guilliel. de Cugneo, quem ibi sequitur Bald. & Angel. & etiam Paul. de Cast. qui ad hoc moventur ex illa lege, quæ loquitur in terminis, quando ille, qui emit, erat procurator, vel negotiorum gestor militis, secundùm intellectum eorum; alii verò tenuerunt, quòd illa lex indistinctè intelligatur in quocunque emente, sive sit gestor, sive procurator, vel non, secundùm quod refert Gloss. in ultima opinione; & istam tenent ibi Cin. Alberic. & Salic. & ista opinio videtur hìc approbari in ista lege. Similiter de jure communi erat dubium, an intelligatur hoc indistinctè in quocunque milite; & Guilliel. de Cugneo dicebat, quòd non, sed tantùm in milite militante: nam ei ut plurimum lex favet, non aliis, ut *in* §. 1. *instit. de testam. milit.* & *in L. in testamento* 6. & *L. militis* 15. *C. de milit. test.* & adde *L.* 29. *tit.* 14. *ead. Part.* & *L.* 15. *tit.* 3. *Part.* 6. & *L.* 4. *in fin.* ubi text. notab. *tit.* 11. 6. *Part.* & sic non procederet in milite veterano, vel alio existente in domo sua; & istam opinionem tenet ibi Angel. & Paul. de Castro, qui assignant rationem, quia milites militantes prohibentur negotiari per se, ut *in L. milites agrum* 13. *ff. de re milit.* ideò in recompensationem sortitur hoc privilegium: secùs ergò si non militaret, sed staret in domo propria; quia tunc posset mercari per se; & ista fuit ratio dicti Guilliel. de Cug. Baldus tamen ibi tenet contrarium, imò, quòd idem sit in quocunque milite armatæ militiæ, qui & subdit hanc esse communem opinionem, & idem dicit ibi, & tenet Salicet. moventur, quia *dict. L. si ut proponis* loquitur indistinctè. Ut hìc vides, lex ista approbat opinionem Guilliel. & declarat, quòd miles, qui est in Curia Principis, vel in alio quocunque loco in servitio Regis, gaudeat hoc privilegio: militant nanque, qui sunt in Curia Principis in ejus servitio, ut *in L. unica, C. de comitibus, & archiatris sacri Palatii, lib.* 12. & *L.* 1. *C. de silentiar. & decurion. eod. lib.* & *de proxim. sacror. scrin. cæterisque qui in sacris scrin. militant.* Sed quæro, quis dicetur miles, ut competat sibi hoc privilegium? Et ut vides, Doctores intelligunt de milite armatæ militiæ, & Glos. *in L. pen. ff. ex quibus caus. major.* dicit, quòd multa debent concurrere, ut dicatur miles: nam debet examinari priùs, & jurare, quòd mortem reipublicæ causa non evitabit, & debet scribi in militum matricula, & alia quæ intervenire debent, secundùm Gloss. ibi, & latè hæc habentur *in L.* 14. *tit.* 21. *Partit.* 2. & si omnia ista requiruntur, cùm hodie de consuetudine non fiant, vel perrarò fiant, nullus penè erit miles, qui hoc gaudeat privilegio. Undè conclude, ut dixi *in L.* 23. *tit.* 21. *Part.* 2. quòd milites, qui vacant armis pro suo superiore, gaudent privilegio militum: licèt enim ordo, & solemnitas in assumptione militiæ desierit esse in usu, tamen effectus remansit. Undè militantes in armis in Regis servitio, sive sint equestres milites, sive pedestres, gaudebunt privilegiis militum: nam & est pedestris militia, *L. à caligato* 21. ubi Gloss. & Bal. *C. de nupt.* Dicit etiam Ludov. Roman. *consil.* 43. *ad primum quæsitum*, quòd jura loquentia de militibus habent locum etiam in magnificis dominis, qui dati sunt exercitiis armorum, allegat *L. fin. ff. de testam. milit.* & refert, & sequitur Socin. *in L. centurio, col.* 2. *ff. de vulgar. & pupillar.* & Decius *in rubr. C. de testam. milit.* & adde ad hoc pulchrum dictum Pauli de Castr. *in L. scriniarios, C. de testam. milit.* ubi quærit, quid de cive alicujus civitatis stipendiario, qui se in exercitiis armorum exercet, tamen non est miles, sed servit Regi suo, & stat ad ejus stipendia, vel suæ communitatis? an gaudebit iste privilegio militum? & licèt arguat, quòd non sit miles, quia non juravit, ut milites jurant, ut dicit *dict. gloss. L. pen.* & quia recipit stipendia, sicut alii extranei; tandem ipse tenet contrarium, dicens, idem esse olim in civibus Romanis, qui etiam recipiebant stipendia, ut *C. de erogation. milit. annon. per totum, lib.* 12. neque obstat secundùm eum, quòd non jurant: quia illa observantia non est hodie in usu, & sufficit, quòd capitaneus eorum juret pro omnibus: non enim curatur hodie de istis ceremoniis antiquæ militiæ, ut tradit Bald. *in L.* 1. *ad fin. C. qui bonis ceder. pos.* & secundùm Martin. Lauden. *in tractat. de milite, quæst.* 5. *versic.* 33. etiam navali, & pedestri militi competunt privilegia militum. Similiter & militantes in Curia Regis gaudebunt hoc privilegio, ut hìc; quod benè nota pro militibus officialibus Principis, qui resident in ejus Curia. Sed cùm milites officiales Principis residentes in Curia possint emere per se, & per procuratores, cur eis hoc conceditur privilegium? Potest dici, quia sunt nimis occupati in servitio Regis, & reipublicæ, & absentes à suis provinciis, ubi habent fortunas suas. Undè dicebat Bald. *consilio quodam*, incipit, *in primis videndum*, quòd gaudent Cardinales privilegiis militum in testando, quia dicuntur militare in Sacro Consistorio Principis: ex quo infert, quòd possent decedere pro parte testati, & pro parte intestati; licèt de hoc dicto dubitare videtur Socin. *in dict. L. centurio, col.* 2. *tit. de vulg. & pupil.* & relinquit cogitandum. Neque intelligas de quocunque officiali residente in Curia Principis, cùm ista lex dicat *Cavallero*: debet ergò esse miles creatus à Rege, seu aliquis capitaneus deditus militiæ, qui ad tempus residet in Curia, deindè mittendus in res bellicas.

(3) *Menor de veynte e cinco años.* Idem dic de furioso, & prodigo, cui bonis est interdictum, & omnibus qui sub cura sunt, ut *in L.* 2. & ibi Gloss. *C. de curat. furios.* & tenet Bald. *in dict. L. si ut proponis*, & idem dic, si ex pecunia, vel rebus minoris, militis, vel Ecclesiæ factum sit debitum, quod debeatur debitori eorum; nam etiam non lata sententia contra debitorem, & sive debitor eorum sit solvendo, sive non, & sive confiteatur debitum, sive non, non potest miles, Ecclesia, vel minor agere contra talem debitorem sui debitoris, ut *in L.* 3. §. *multa* 8. *ff. de jure fisci*, & *L. si pecuniam*

e el que fiziesse la compra le tuuiesse en guarda (4) ; o si fuessen los dineros de alguna Eglesia (5) , e el Perlado , e el que fuesse guardador a la sazon , fiziessen la compra (6) ; o si fuessen los dineros de la dote (7) de alguna muger, e su marido con voluntad della (8) fiziesse la compra. Ca en tales casos , maguer el comprador compre la cosa en su nome , gana el señorio della (9), aquel cuyos eran los dineros que fueron pagados por el precio della. Pero en su escogencia (10) es, de cada vno dellos, de tomar la cosa comprada , o los dineros, qual mas quisiere.

LEY

26. *ff. si certum petatur* , & notat Bald. *in L.* 3. *C. quando fiscus* , *vel privat.* & Joan. de Plat. *in L.* 1. *colum.* 2. *C. de conven. fisci debit. lib.* 10.

(4) *En guarda.* Adde *L. si curator* 3. *C. arbitr. tutel.* & *L. secundam* , *ff. quando ex facto tutor.* licèt enim curator emat de pecunia minoris nomine proprio , res empta est minoris ; quod intellige , si minor eam velit vendicare: vide per glos. notab. & ibi Bart. & Bald. *in L. idemque* , *ff. qui potior. in pign. hab.* & est ratio , quia tales administratores tenentur emere pro minoribus de pecunia minorum , ut *in L. ita autem* 5. *in princ. ff. de administr. tutor.* & istam rationem ponit Bald. *in L.* 1. *C. si quis alteri* , *vel sibi.* Si verò non esset tutor , vel curator , sed aliquis extraneus , qui emeret de pecunia pupilli , tunc res non efficitur minoris : quod intelligit Bart. post Thomam de Forlivio , *in d. L. si ut proponis* , & *in L. filiæ* , *ff. de solution.* nisi in subsidium , si emptor non esset solvendo pecuniam : quia tunc res empta , secundùm eos , succedit loco pecuniæ, & quæritur ipso jure dominium minori : & idem tenet Jacob. de Ravenna *in dict. L.* 2. quem ibi refert Alberic. moventur per *dict. L. filiæ, ff. de solution.* qui text. secundùm Baldum , & Salic. *in dict. L. si ut proponis* , hoc non probat , quia ibi tantùm tractatur de liberatione argentariorum , de quibus ibi , à personali obligatione : benè tamen est fatendum , quòd empta ex pecunia minoris est tacitè obligata per legem ipsi minori , ut *in L.* 3. *in princip. ff. de rebus eorum*, ex quo infertur , quòd minor non est dominus , ut *in L. neque pignus* 45. *ff. de regulis juris* , & rectè dicunt. Undè concludendum est , quòd extraneo emente , neque in subsidium res empta erit minoris ; sed aget hypothecaria, & sic habebit suam pecuniam.

(5) *Eglesia.* Approbat Glossam *in dict. L. si ut proponis* , & *in L. uxor marito* , *ff. de donat. inter virum, & uxor.* Gloss. *in cap. Apostolicos* , 12. *quæst.* 2. ubi & vide de ædificio facto in solo Clerici de pecunia Ecclesiæ , quòd erit Ecclesiæ , & sic eo casu solum cedit ædificio , quam ad hoc allegant Alexand. & Jaso qui eam dicit singul. *in L.* 1. §. *nuntiatio* , *ff. de novi operis nuntiat.* de quo vide Joan. Andr. *in addit. ad Spec. tit. de empt. & vendit.* §. *tertio loco* , *col.* 4. super parte *Apostolicos* , & Rochum *in tract. de jure patronatus, fol.* 22. *col.* 4.

(6) *Fiziessen la compra.* Requiritur ergò , quòd sit prælatus , vel administrator Ecclesiæ , ille qui emit de pecunia Ecclesiæ , ut res sit Ecclesiæ , ut hìc dicitur, & notant Doct. *in dict. L. si ut proponis* : tunc enim , licèt emat nomine proprio , acquiretur Ecclesiæ , sicut est in tutore , & curatore minoris ; & idem , si prælatus emeret per interpositam personam , ut *in L.* 4. §. *si ab ignoto* 3. *ff. de manumission.* Adverte, quia Bald. *in L.* 3. *col.* 1. versic. *quæro tamen lex nostra* , *C. de contrah. empt.* videtur restringere , & limitare in casu in quo Ecclesia non servaretur indemnis à sua pecunia , ut tunc in subsidium vendicet rem emptam de pecunia sua , in quacunque persona cantet instrumentum ; quæ esset magna restrictio ad istam legem , quia sic esset diversitas inter Ecclesiam , & minorem : nam minor vendicat indistinctè rem emptam de sua pecunia per tutorem , vel curatorem, & non in subsidium , ut dixi suprà in gloss. in parte *en guarda.* Ego credo in hoc Bald. inadvertenter fuisse loquutum *in dict. L.* 3. quia aliter ipse , & alii loquuntur *in dict. L. si ut proponis* ; & cùm Ecclesia fungatur jure minoris , ut *in cap.* 1. & *in cap. auditis* 3. *de in integr. restit.* idem est in hoc dicendum in Ecclesia , quod in minore , & hoc satis probatur *in ista lege.* Si verò , qui emit de pecunia Ecclesiæ , non esset prælatus , sed extraneus qui non gerebat negotia Ecclesiæ , tunc res empta erit ementis suo nomine. Dicit tamen Bald. sub dubio fortè *in dict. L. si ut proponis* , quòd erit obligata Ecclesiæ , ut *in dict. L.* 3. *in princ. ff. de rebus eorum* : non ergò extraneo emente poterit Ecclesia vendicare in subsidium , prout dicunt aliqui Doctor. signanter Angel. & Paul. de Cast. *in dict. L. si ut proponis* , & dixi suprà in minore. Quid tamen si prælatus mutuat pecuniam Ecclesiæ fratri suo , ex qua emit prædia? utrùm prædia sint Ecclesiæ ? Bald. dicit , quòd non, *in L. etiam* , *C. de fideicom.* versic. *quæro si prælatus* : quia cùm dominium pecuniæ transivit in fratrem , non potest dici , quòd emit de pecunia Ecclesiæ. Et quid si sit actum inter eum, qui emit de pecunia Ecclesiæ, & venditorem , quòd neque directum, neque utile dominium acquiratur Ecclesiæ , sed solummodò emptori , & suis hæredibus , vide ibi per Bald. versic. *sed quid si est actum* , & per eundem *in cap.* 1. §. *& quia vidimus, col. antepen. de his* , *qui feud. dare pos.* in quo §. vult, quòd contrahentes non possint facere , quòd legis dispositio non habeat locum in actibus eorum , *L. fin. ff. de stipulat. servor.* & cave , quia etiam ibi vult , quòd Ecclesia habeat in subsidium rei vendicationem ad rem emptam : sed dic , ut dixi suprà. Et quid si prælatus , & Ecclesia de communi pecunia emant ? Dic , quòd tunc res erit communis pro rata pretii , ut *in cap.* 1. 12. *q.* 4. & notat Speculat. *in dict.* §. *tertio loco* , *col.* 4. versic. *si autem.*

(7) *De la dote.* Nam si pecunia non esset dotis, non procederet , quod hìc dicitur , ut *in L. Proculus* 67. *ff. de jure dot.*

(8) *Voluntad della.* Hìc non videtur esse specialitas, cùm de communi consensu eorum in uxorem transeat dominium , ut *in L. ita constante* 26. & *in L. res quæ* 54. *ff. de jure dot.* & ita dicit Azo *in summa* , *C. si quis alter. vel sibi*, & Gloss. *in L.* 1. *C. eod. tit.* sed videtur dicendum , quòd adhuc sit specialitas : quia si pecunia non erat dotalis , licèt de consensu uxoris maritus emeret , res non esset uxoris , ut dixi in gloss. prox. & tenet Bald. *in dict. L. si ut proponis*, ex quo maritus sibi, & proprio nomine emit ; quod secùs est in pecunia dotali : & si vir suo nomine , & sibi velit emere , dummodò emerit de uxoris consensu , si tamen sine voluntate uxoris emeret, tunc in subsidium , viro non existente solvendo, res empta ex pecunia dotali erit dotalis : & idem si de pecunia non dotali , donata viro ab uxore , vir emat , ut *in L. uxor marito* 55. *ff. de donat. inter virum & uxor.* & notat Bald. *in L. ex pecunia*, & *in L. in rebus* , *col. fin. C. de jure dotium* , Bald. novell. *in tract. de dote, fol.* 34. *col.* 2. versic. 15. *privilegium.* Et adverte , quòd etiam si res ematur ab extraneo de pecunia dotali , qui non sit solvendo , quòd dabitur mulieri utilis rei vendicatio ad rem, favore dotis , argum. *dict. L. uxor marito* , & tenet Bald. *in dict. L. in rebus* , *col. fin.* Quid tamen si talis extraneus , qui emit rem de pecunia dotali , vel si vir emit , vendidit alii tertio possessori, & conveniturab uxore utili in rem in subsidium , viro non existente solvendo, & talis extraneus emptor , seu possessor, offerat æstimationem rei mulieri agenti? an liberetur à rei vendicatione? Vide per Socin. *consil.* 224. *vol.* 2. incipit *eleganter* , *& subtiliter* , ubi concludit , quòd sic : allegat text. pro casu, & ibi Bald. *in authent. contra rogatus* , *C. ad Trebel.*

(9) *Gana el señorio della.* Non ergò pretii , quod redactum fuit ex ea , si ille , qui emit de pecunia istorum, rem vendidisset , ut *in L. quamvis* 84. & *L. si quis uxori* 52. §. *si Titius* 17. *ff. de furtis* , & vide per Alberic. *in L. curator* , *C. arbitr. tutelæ.*

(10) *En su escogencia.* Adde *L. si curator* 3. *C. arbitr. tutel.* Gloss. & Doctor. *in L. pen. C. de servo pign. dato manumisso*, & tene menti istam legem, quatenùs etiam refertur ad emptum ex pecunia dotali.

LEY L.

Del ome que vende la cosa dos vegadas a dos omes en tiempos departidos, qual dellos la deue auer.

Ley 3. tit. 15. lib. 5. Recop. VNa cosa vendiendo vn ome dos vezes (1) a dos omes en tiempos departidos (2); si aquel a quien la vendio primeramente (3), passa a la tenencia de la cosa, e paga el precio (4), esse la deue auer, e non el otro. Pero tenudo es el vendedor, de tornar el precio a aquel que la vendio apostremas, si lo auie recebido, con todos los daños (5), e los menoscabos que le vinieron por ra- Aut. 21. tit. 9. lib. 3. Recop.

LEX L.

Vendens rem suam duobus diversis temporibus fraudulenter, habebit rem, qui priùs solvit pretium, & per traditionem habuit ejus possessionem; vendens tamen tenetur alteri emptori pretium cum damno resarcire: sed si erat res aliena, præfertur, cui res priùs tradita fuit, etiam non soluto pretio; salvo tamen jure domini. Hoc dicit.

(1) *Dos vezes.* Istius legis materiam solemniter ultra alios commentatus est Jaso *in L. quotiens* 15. *C. de rei vendic.* & quia nihil in ista lege additur, neque detrahitur juri communi, non est opus ampliùs insistere, nisi in aliquibus additis dictis Jason. & primò quatenùs ibi Jaso *in* 7. *limitat.* concludit contra Hostien. *dictam L. quotiens* procedere etiam in Ecclesiasticis vendentibus. Adde quòd idem tenet Alex. *cons.* 122. *vol.* 5. ubi & dicit magis communem opinionem esse contra Hostien. cujus decisio salvari potest, secundùm Doctor. *in cap. continebatur, de his quæ fiunt à prælato sine consensu cap.* in concessione jurium spiritualium: quia in his transfertur jus absque aliqua traditione ex solo titulo, ut *in cap. si tibi absenti* 17. *de præbend. lib.* 6. *cap. gratia* 7. *de rescript. eod. lib.* & quòd illa lex procedat etiam contra Clericos, vel Ecclesiam, tradit etiam Felin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitution. col.* 23. Si tamen in Ecclesia fieret alienatio, non procederet *dicta L. quotiens*, quia ipso jure transit in eam dominium in casibus *L. fin. C. de Sacros. Eccles.* & idem esset in alio privilegiato, ut ex solo titulo transiret dominium, ut tradit Jaso *in dict. L. quotiens, prima limitatione.* Et in quantum ibi Jaso *in* 13. *limitatione* dicit, illam legem non procedere in locatione, per fundamenta, de quibus ibi per eum, adde contrarium tenuisse Rotam decisione incipienti *utrum L. quotiens, in antiquis, num.* 879. & idem vult Alexand. *dicto consilio* 122. *vol.* 5. cùm enim primo conductori competat tantùm actio personalis contra locatorem, exerceri non potest contra singularem successorem, *L.* 1. §. *si hæres* 16. *ff. ad Trebel. L. fin.* §. *fin. ff de contrah. empt.* & idem tenet Socin. *consil.* 29. *vol.* 4. incipit *visis duabus locationibus.* In uno tamen casu possent habere locum dicta Jason. scilicèt, quando res locata, licèt priùs esset tradita secundo conductori, nunc tamen est penes locatorem, quando primus, & secundus conductor agit, ut latè traditur *in dict. decisione Rotæ.* Adde etiam aliam limitationem ultra 15. datas à Jason. ibi, scilicèt, quòd ista lex, & *dicta L. quotiens* procedant, quando venditor scienter cum duobus contraxit; secùs si cogitaret secundum esse primum: nam tunc, etsi traderet, non haberet locum, quod hìc dicitur, ut notat gloss. singul. *in* §. 2. in verbo *emeret*, 29. *quæst.* 1. Adde etiam, quòd procederet ista lex, & *dict. L. quotiens*, etsi tradendo secundo dicat tradens, idemque vendens, *trado tibi salvo jure Titii cui primo vendidi*: ita singulariter decidit Andr. de Iser. *in cap. si facta, si de feud. fuerit controv. inter domin. & agnat.* Movetur, quia primo contra secundum nullum jus competebat, quia per solam venditionem nullum jus sibi erat quæsitum, neque in possessione, neque in dominio; non ergò potest jus, quod non competit primo, reservari contra secundum: & subdit, quòd, etsi diceret tradens, *volo*, *quòd si primus petat à te*, *tradas ei possessionem*; vel *si primus petierit à me*, *tradas mihi possessionem*, *ut ego tradam illi*; quòd non propterea tenebitur secundus præcisè tradere, seu restituere possessionem tradenti, vel tradere primo emptori, sed tantùm tenetur ad interesse, sicut in omnibus faciendi obligationibus, *L. si quis ab alio* 13. §. *fin. ff. de re judic.* dicit tamen, quòd secùs esset, si diceret, *vendo*, *& trado tibi hunc fundum*, *quem priùs vendidi Titio*; *sed si ipse Titius petat*, *volo*, *quòd ex tunc dominium sit illius*: hoc modo dicit, quòd valeret *L.* 1. & *L. quotiens* 3. *C. de donat. quæ sub mod.* nam & possessio potest tradi sub conditione, *L. qui absenti* 38. §. 1. *ff. de acquir. possess.* ista sunt verba Andr. de Iser. licèt ipse loquatur in feudo; tamen est eadem ratio in venditione fundi: vide quæ dixi *in L.* 38. *supra eod.* super verbo *sea desfecha*, & quæ dixi *eod. tit. L.* 43. Circa hoc ultimum dictum Andreæ de Isernia in conceptione istorum verborum, & principale ejus dictum est notabile: sed limitari potest, quòd propter scientiam emptoris de prima venditione, competat primo emptori actio revocatoria ad revocandum alienata in fraudem, ut dixit singulariter Bald. *in rubric. C. de revocand. his quæ in fraud. credit. alien. sunt*, *in princ.* & probari videtur in Gloss. in verbo *jure*, *in dict. L. quotiens*, ubi Alberic. & Jaso 9. *opposit.* quod intelligerem, quando constaret de scientia emptoris secundi de prima venditione tempore secundæ venditionis; si tamen tunc erat ignorans, & ignoranter emit, & solvit pretium, licèt tempore traditionis sciat de prima venditione, non habebit locum dicta actio revocatoria; cùm tunc emptor non participaverit de fraude, & in ista fraude habetur respectus ad tempus venditionis: & secundùm hoc, dictum Andreæ de Iser. procedit simpliciter, prout ipse ponit, & est dictum valdè notabile, & facit *L. quod autem* 6. §. *sciendum* 7. *ff. quæ in fraud. creditor.* & tene menti, quia non reperi ita tactum, neque declaratum: & in contrarium facit §. *item si quis in fraudem* 6. ibi: *Res suas alicui tradiderit*, *institut. de action.* & quia in traditione consistit tota virtus alienationis, quia ex ea, & non ex venditione transfertur dominium, ut *in L. traditionibus* 20. *C. de pactis*; sed potest responderi, quòd procederet, quando secundus emptor non solvisset pretium, ignorans primam venditionem: quia tunc non videtur facere in fraudem, sed ne perdat pretium, argumento *dict.* §. *sciendum*, & facit *L. si servum* 71. §. *ait prætor* 7. *cum seq. ff. de acquir. hæredit.* Adverte etiam, quòd *dict. L. quoties* neque ista lex non procedent in casu, in quo ad venditionem, seu concessionem est necessaria licentia alterius: tunc enim verè per primum actum, etiam traditione non subnixum, expiraret licentia, & non teneret secunda venditio, vel concessio, etiam si sequuta fuerit traditio, ut notatur ex verbis Bald. *in* §. *si facta*, *si de feudo fuer. controv. inter domin. & agn. col.* 1. versic. *sed quid si vendidisset*: quia per primum actum expiravit licentia, ut ibi habes in additione: ex quo inferes ad majoriam factam cum facultate Regia, quòd si fuit facta in primum tenebit, licèt non sit sequuta traditio, & præfertur secundo, in quem secundo loco facta esset majoria, licèt ei possessio esset tradita: quia talis secunda majoria videtur esse sine licentia. In contrarium tamen facit *L. Tauri* 44. quæ permittit revocationem majoriæ, etsi facta sit de licentia Regia, quando non fuit tradita possessio, vel si non fuit facta ex causa onerosa: & sic cùm extra istos casus majoria sit revocabilis, non videtur, quòd expiret licentia in primo actu: procederet ergò, quod dicit Bal. quando majoria fieret ex causa onerosa, seu aliàs esset irrevocabilis. Et nota ad illam legem Tauri, quòd facta constitutione majoriæ inter vivos, poterit donatarius agere, ut sibi tradatur possessio, ut probat text. & ibi notat Bald. *in dicto* §. *si facta*, & Gloss. *in L. in ædibus*, §. *fin. ff. de donat.*

(2) *En tiempos departidos.* Sequitur Gloss. *in dict. L. quotiens*: & hoc ideò dicit, secundùm Paul. de Castr. ibi, quia si duobus simul eodem tempore venderet, præsumeretur unicuique pro parte tantùm vendita, *L. si fundus* 16. §. *si duo* 8. & *L. si debitor* 10. *ff. de pign.* si tamen venderet eodem tempore duobus, seu cuilibet in solidum, adhuc procederet ista lex per *dict. L. quotiens*, cùm dicit *in solidum*, & ponderat ibi Jaso in princ.

(3) *Primeramente.* Quid si utrique tradita fuit possessio, neque constaret, cui primo fuit tradita, vide per Angel. *in dict. L. quotiens.*

(4) *El precio.* Idem si fides sit habita de eo, ut *in* §. *venditæ* 41. *instit. de rerum divis.* & sic aliud est in directa rei vendicatione, aliud in Publiciana, ut *in hac L. in fine*, & ibi dixi.

(5) *Con todos los daños.* Punitur etiam, si agatur criminaliter, ut *in L.* 7. *tit.* 7. *Part.* 7. & *L. qui duobus* 21. *ff. ad Leg. Corn. de falsis*, & ad id, quod hìc dicitur, adde *L. qui tibi* 6. *C. de hæred. vel action. vend.*

razon de tal vendida, porque la fizo engañosamente. Otrosi dezimos, que si el postrimero comprador passasse a la tenencia, e a la possession, e pagasse el precio, que el la deue auer, e non el primero. E es otrosi el vendedor tenudo de tornar el precio, si lo auia recebido, con los daños, e los menoscabos que vinieron por esta razon al primer comprador. Otrosi dezimos; si alguno vendiesse a dos omes cosa agena (6) en tiempos departidos; si acaesciere que ayan pleyto entre si ambos los compradores sobre aquella cosa, qualquier dellos que ouiere primeramente la possession (7), aquel ha mayor derecho en ella: e a aquel deue fincar, maguer non ouiesse pagado el precio. Pero quando quier que el señor de la cosa (8) venga a demandarla, saluo finca su derecho en ella.

LEY LI.

Del ome que vende la cosa agena a dos omes dos vezes, qual dellos la deue auer.

Agena cosa vendiendo vn ome a otro, e dandole luego la possession della; si despues que la ouiesse assi vendida, ganasse el vendedor el señorio de aquella cosa, como si le establesciesse por su heredero aquel cuya era, o gela diesse de otra guisa; si por razon que ouiesse ya ganado el señorio de la cosa, la vendiesse despues a otro, e el postrimero comprador mouiesse pleyto sobre ella al primero; dezimos, que este primero (1) ha mayor derecho en ella, porque ouo la possession primeramente; maguer el postrimero razonasse, que auia mayor derecho en ella, porque quando al otro la vendio, non auia el señorio el vendedor, e auialo ya ganado, quando la vendio a el. Mas si algund ome vendiesse a otro alguna cosa que non fuesse suya, e aquella cosa misma vendiesse el señor della a otro despues; este postrimero comprador que la compro del que ha mayor derecho en ella, este la deue auer (2). Fueras ende, si el que la vendio primeramente, auia razon derecha para venderla; como si la touiesse en peños, e quando le fue empeñada, la recibio a tal pleyto, que la pudiesse vender (3) si gela non quitassen a dia señalado; o si fuesse personero, e en la personeria le fuesse otorgado poder de la vender, e la vendiesse en ante que sopiesse (4), que el señor de la cosa la queria vender a otro.

LEY LII.

Que los Juezes que han poder de fazer entrega por razon de su oficio, pueden vender lo ageno.

Los Juezes que han poder de mandar fazer entrega por razon de su oficio, pueden mandar vender la cosa que assi fuesse entregada, por fazer complir la sentencia: e a quienquier que la comprare del, passa el señorio (1) de la cosa comprada al comprador. Esso mismo dezimos que pueden fazer los cogedores (2) de las rentas del Rey. E aquello que recibieren, o prendaren por entrega de las sus rentas, aquello pueden ven-

(6) *Agena.* Adde *L. sive autem* 9. §. *si duobus* 4. *ff. de Publiciana*, & ibi gloss. notab.

(7) *La possession.* Non repetit in hoc casu de solutione pretii, quia in Publiciana hoc non exigitur, *L. de pretio* 8. *ff. de publician.* & infrà *ista L.*

(8) *El señor de la cosa.* Nam dominus non repellitur Publiciana, nisi in casibus notatis per Gloss. *in L. fin. ff. de publician.* nam potentior est rei vendicatio, quàm Publiciana, ut *in L. si ea res* 31. §. *uterque* 2. *ff. de action. empt.*

LEX LI.

Si postquàm vendidi, & tradidi rem alienam, habui ejus dominium, demùm vendidi eam alteri, præfertur primus emptor: sed si non habui dominium, & dominus verus postea ali vendidit, præfertur secundus; nisi ego habebam potestatem vendendi, ut quia erat pignus ex pacto, vel eram procurator. Hoc dicit.

(1) *Primero.* Adde *L. si à Titio* 72. *ff. de rei vendic.* & *L.* 2. *ff. de exception. rei vend. & traditæ.*

(2) *Este la deue auer.* Adde *L. si ea res* 31. *ad fin. ff. de action. empt.* & Gloss. *in L. sive autem*, §. 1. *ff. de Publiciana.*

(3) *Pudiesse vender.* Ut in *L.* 41. *cum sequent.* ubi vide *tit.* 13. *infra ead. Part.*

(4) *Ante que sopiesse.* Si ergò scivit, cùm ex hoc videatur revocatum sibi mandatum, non tenet venditio: neque exigitur, quòd ista venditio notificetur ei, qui emit à procuratore, ut satis hìc innuitur: quod intellige, quando non fuit mandatum speciale ad vendendum certæ personæ: quia tunc fortè exigeretur certioratio talis personæ, ut *in L. si fidejussor* 29. *ff. mandat.* & *in cap. ex parte decani* 33. *de rescriptis*, ubi Abb. *col. fin.*

LEX LII.

Factum judicis reputatur factum partis; & ideò ex venditione rei, facta per judicem pro executione sententiæ, transit dominium: & idem si vendant exactores tributorum Regis: dum tamen venditio fiat in publica subhastatione per decem dies, & detur plus offerenti. Hoc dicit.

(1) *El señorio.* Perindè, ac si ipse dominus venderet, ut *in L. si ob causam* 13. *C. de eviction.* & *L.* 1. *C. si in caus. judic. pign. capt. sit*, *L. si plus* 74. §. *mota*, & ibi Bart. *ff. de eviction.* & per Bald. *in L. ordo*, *col.* 1. versic. *modo quæro*, *C. de execut. rei judic.* & per Bart. post Gloss. *in L. eleganter ad fin. princ. ff. de pign. action.* alibi etiam dixit Bald. quòd illud, quod potest fieri per contractum, potest fieri per judicem, *in L. manifestissimi* 22. *in princ. C. de furtis.*

(2) *Los cogedores.* Adde *L.* 4. *tit.* 15. *Part.* 7. & videtur, quòd hæc lex corrigat leges juris communis, quibus cavetur, quòd exactores tributorum non debent propria auctoritate cogere resistentes; sed hoc spectat ad præsidem, quem debet exactor interpellare, & prohibetur judici, ne committat exactori, ut habetur *in L. in fiscalibus* 6. & *in L. missi opinatores* 7. *C. de exactor.* tri-

vender. Pero qualquier destos sobredichos, que puede fazer la vendida, deuela fazer publicamente, e non ascondida; metiendo la cosa en almoneda (3), e faziendola pregonar (4). E non la deue vender, fasta que sean diez dias (5) passados: entonce deuela vender al que mas diere por ella. E si por mas la vendiere, de aquello que ha sobre ella, deue lo demas (6) tornar al señor de la cosa. E si por auentura los Juezes, e los otros officiales, fizieren vendida de las cosas agenas de otra manera, dezimos que non deue valer (7).

LEY LIII.

De la cosa que vende, o da el Rey, que es agena, como suya.

VEndiendo, o dando (1) el Rey (2) co-

tribut. lib. 10. & ibi Bart. & Joan. de Plat. Potest dici, quòd non corrigantur illa jura, sed quòd ista lex intelligatur de exactore, qui emit à fisco: talis enim emptor, seu conductor tributorum, vel gabellarum, cùm habeat jus fisci, ut notat Bart. *in L. in provinciali*, §. *si ego*, *ff. de novi operis nuntiat.* potest vendere possessiones propter tributa non soluta, ut hic, & *in L. creditor* 52. *in princ.* & ibi notat Bart. *ff. de action. empt.* undè & infert Bart. notabiliter, quod syndicus villæ, vel castri, qui tenetur solvere collectam pro omnibus de castro suo, potest vendere possessiones non solventium: & idem dicit Paul. de Castr. subdens, quod istæ venditiones habent eadem privilegia, & fiunt perindè, ac si ipse fiscus venderet; & idem, quod Bart. tenet Bald. *in L.* 1. *in fin. C. si propter public. pensitation.* neque potest dici, quod hoc intelligatur, quòd fiat venditio ipso conductore tributorum, vel gabellarum petente per judicem: nam de eo, quod fit per judicem, jam supra dixit ista lex, & sic superflueret iste secundus casus. Hodie tamen in Regno hoc non servatur; sed judices vendunt ad instantiam conductorum, sive judices sint ordinarii, sive delegati, qui aliquandò istis conductoribus à Curia Principis dantur. Vel dic, quòd ista lex intelligatur, quando ex delegatione Principis deputantur aliqui ad exigenda tributa: isti enim poterunt vendere, ut hìc, cùm sibi hoc sit commissum. Et nota benè, quòd licèt tali exactori sit commissum, ut compellat omnes debitores fiscales ad solvendum, ea coarctatione, quam viderit expedire; tamen adhuc tenebitur servare legem municipalem, vel loci consuetudinem in modo exigendi; & ita est intelligendum mandatum Regis, secundùm Bald. *in dict. L.* 1. versic. *sed pone*, quem vide.

(3) *En almoneda.* Habes hìc, quòd etiam res mobiles, quæ venduntur ratione alicujus executionis, debent priùs subhastari publicè: super quo distinguit Bald. *in L.* 1. *C. si propter publ. pensitat.* & etiam Joan. de Plat. *in L.* 1. *C. de fide instrum. & jure hast. fiscal. lib.* 10. quòd si sunt mobilia, quæ venduntur in foro publico, ut frumentum, & alia victualia, cùm pretium sit adeò notorium, quòd non timetur collusio, ut notat Gloss. *in L.* 2. *C. de rescind. vendit.* tunc non requiratur subhastatio; si vero sint tales res, in quibus cadit affectio, tunc non possint vendi sine subhastatione.

(4) *Faziendola pregonar.* Pluriès intellige, ut *in L. ordo* 3. & ibi notat Bald. *col.* 1. *C. de execut. rei judic.* & vide bonam legem *tit.* 26. *Part.* 2. *L. pen.*

(5) *Diez dias.* In immobilibus per viginti dies, ut *in L. fin. tit.* 27. *Part.* 3.

(6) *Lo demas.* Adde *L. fin. C. de jure domin. impetr. versic. si vero creditor*: si tamen ex isto superfluo emerit judex, vel officialis, res empta erit emptoris, & non debitoris, ut *in L. fin. C. de distract. pignor.*

(7) *Non deue valer.* Adde *L.* 1. & ibi Gloss. *C. de fide & jure hast. fiscal. lib.* 10.

LEX LIII.

Alienatio facta per Regem de re aliena, tamquàm sua, transfert dominium in accipientem; & Rex tenetur petenti domino æstimationem usque ad quadriennium satisfacere; aliàs non. Item potest vendere Rex, vel donare rem communem cum alio in totum: debet tamen reddere æstimationem partis habenti in ea communionem, pro ea parte quam in ea habuerit. Hoc dicit. Habuit ortum à *L.* 2. & à *L. benè à Zenone* 3. *C. de quadrien. præscript.*

(1) *Vendiendo, o dando.* Seu quolibet alio titulo alienando, ut *in L. benè à Zenone* 3. *C. de quadrien. præscript.*

(2) *El Rey.* Vide Andr. de Iser. *in tit. quæ sint regal.* in parte *bona committentium*, *col.* 5. qui dicit requiri, quòd Princeps credat rem esse suam, cùm donat; nam si sciret alienam, non haberet locum ista lex, neque *L. benè à Zenone* 3. & *L. omnes* 2. *C. de quadr. præscript.* de quibus ista sumpta est, & hæc est communis opinio: & si donaret ut suum, quod sciebat alienum, non prodesset, licèt expressè diceret, *dono ut meum*, quia esset imponere legem verbis contra *L.* 2. *C. commun. de legat.* & quia ex hoc, secundùm eum, reincideremus in errorem Martini, de quo per Gloss. *in dict. L. benè à Zenone*: & utile est, quòd semper in Regiis donationibus, in privilegiis earum semper apponatur illa clausula *juribus alterius semper salvis*, ut ipse fieri dicit in Regno Siciliæ, quia ex hoc satis declaratur, Regem nolle dare nisi jus sibi competens, *L. qui tabernas* 32. *ff. de contrah. empt. L. si domus* 71. §. *fin. ff. de legat.* 1. & subdit notabile verbum, quòd si hæc clausula omittatur, non præsumitur in extrinsecis, licèt alias dicantur ea, quæ sunt de forma, præsumi, ut *in cap. cum M.* 9. *de constitut.* Imò dicit Socin. *consil.* 121. *vol.* 4. *num.* 25. quòd ista jura procedunt, quando Princeps non habet aliquod jus in re, quam alienat: sed si haberet aliquod jus, illud tantùm videtur concedere, argum. *dict. L. qui tabernas*, & ita dicit singulariter decidisse Bald. *in quodam consil. sibi num.* 75. incipienti *illustris dominus noster*, dicens ideò, quòd jus aliud habenti non videtur præjudicare: subdens, quòd pro hac decisione est summa æquitas, & in contrarium est summa potestas; judex autem æquitatem sequi debet, *L. placuit* 8. *cum simil. C. de jud.* Sed quid si Rex concedat alicui rem alienam, sciens alienam; dicit tamen, quòd hoc vult facere de plenitudine potestatis: & quòd donat eam ut suam, & ita vult, quòd sortiatur effectum, ac si ipse aliàs credens esse suam, donasset? an tunc procedet, quod suprà dixi, post Andr. de Iser. & alios volentes, quòd ad hoc, ut dictum hujus legis procedat, requiritur, quòd Princeps donet bona fide, credens rem esse suam? Videtur ex mente Andr. de Iser. dicendum, quòd sic, etiamsi apponatur clausula *de plenitudine potestatis*; contrarium tamen videtur voluisse Bald. *in proœm. Decret. col.* 3. *num.* 4. ubi dicit, quòd *L. benè à Zenone* non habet locum, nisi constet, quòd Princeps vult uti plenitudine potestatis: quia non est præsumendum, quòd Princeps concedat rem alienam, nisi cùm facit ex certa scientia, & ideò dicit, quòd levis occasio erroris impedit illius legis vigorem; & sic apertè vult, quòd dispositio dictæ legis procedat etiam, si Princeps scienter donet rem alienam, dummodò faciat de plenitudine potestatis: & idem voluit Bald. *in L.* 2. *C. de commun. rerum alienat.* cùm facit duo membra, scilicèt, cùm fiscus bona fide bendidit, & isto casu dicit procedere dictam *L. omnes* 2. *C. de quadrien. præscript.* & aliud, quando de plenitudine potestatis, & isto casu dicit procedere *dict. L. benè à Zenone*; & sic apertè vult, quòd primo casu teneat alienatio, etsi Princeps non utatur plenitudine potestatis, ex quo bona fide alienat; secundò verò casu, cùm adest scientia rei alienæ, necesse est, quòd etiam utatur plenitudine potestatis: hoc etiam, & expressiùs tenuerunt Bald. & Angel. per text. ibi *in dict. L. omnes*, ubi dicunt, ibi esse casum contra eos, qui dicunt quòd Imperator non potest rem meam alteri concedere per privilegium, & auferri nostrum dominium: subaudi, secundùm illos, etiam sine causa; quia ubi causa adest, nulla est dubitatio: & si dicis, quòd non potest per privilegium, sed legem communem condendo, ut *in illa L.* fecit; dicas, quod imò potest per privilegium: quia Imperator confirmat ibi omnes concessiones anteà factas per privilegium, & vult, quòd omnes gaudeant privilegiis inclytæ recordationis Zenonis, ac si illa privilegia essent in singulis concessionibus expressè atributa. Neque obstat, dicunt

cosa agena (3) como suya (4), passa el señorio (5) de aquella cosa al que la vende, o al que la da (6). Pero aquel a quien la tomasse, puedele pedir, quel de la estimacion de aquella cosa, fasta quatro años, e el Rey deuegela pagar: e si fasta quatro años non pidiesse la estimacion, dende en adelante non podria. Otrosi dezimos, que si el Rey ouiesse alguna cosa comunalmente con otros, que

cunt ipsi, *L. rescripta* 7. *C. de prec. Imperat. offerend.* ubi rescripta, & privilegia per quæ absorbetur jus tertii, nihil valent: quia concedo, dicunt ipsi, nisi adsit clausula derogatoria, vel motu proprio; & hoc etiam est de mente ejusdem Bald. *consil.* 359. *vol.* 3. incipit *quemadmodum Imperator.* Et tenendo istam partem, non obstabit opinio illorum, qui tenent, quòd *L. bene à Zenone* procedit, quando Princeps ignoranter donavit rem alienam ut suam; nam si scienter, non posset sine causa aliquem suo jure privare, ut *in Clement. pastoralis* 2. *de re judic.* ut & dixit Abb. *in cap.* 2. *de rebus Eccles. non alienand.* nam procedet hoc, quando non adest certa scientia, seu Princeps non faceret de plenitudine potestatis.

Veritas hujus puncti pendet ex decisione illius antiquæ quæstionis, an Princeps possit de plenitudine potestatis auferre alicui dominium rei suæ, de quo dixi *in L.* 1. *tit.* 1. 2. *Part.* ubi bona lex, & *L.* 31. *tit.* 18. *Part.* 3. & certè causa subsistente, de qua constaret, & soluto pretio, Princeps posset, non aliàs, ut volunt dictæ leges Partitarum, & videtur probabilior opinio Doctorum, hoc tenentium *in cap. quæ in Ecclesiarum, de constit.* ubi vide Philip. Decium *col.* 7. *&* 10. æquitas, & honestas debent esse impedimentum ei, qui vult uti plenitudine postestatis, *L.* 2. & ibi Joan. de Plát. *C. ne fiscus rem, quam vendid. evincat. libr.* 10.

(3) *Cosa agena.* Limita, nisi res sit Ecclesiæ, ut *in cap. quicunque militum*, 12. *quæst.* 2. & *in cap.* 2. *de rebus Ecclesiæ non alien.* ubi Gloss. & idem, si res aliena donaretur Ecclesiæ, ut *in cap. placuit* el 1. & ibi Gloss. 16. *quæst.* 3. Et quid si res sit minoris? Dic, quòd adhuc habebit locum hujus legis dispositio: ita tenuerunt Jacob. Butric. Bald. Sal. & Paul. de Castr. *in L. fin. C. si adversus fiscum*, reprobata Gloss. ibi, quæ voluit contrarium, quam Salic. dicit vitio scriptoris esse corruptam, & idem tenet Joan. de Plat. *in L. pen. ad fin. C. de fide instrum. & jure hastæ fiscal. lib.* 10. Benè tamen verum est, quòd si minor non peteret pretium à fisco infra quadriennium, posset elapso quadriennio adhuc illud petere, ut tradunt Doct. *in dict. L. fin.* Quid autem in re dotali? Bald. *in consil.* 359. *vol.* 3. incipit *quemadmodum Imperator*, dicit singulariter non habere locum ista jura in præjudicium rerum dotalium; & istud dictum Baldi refert, & multùm commendat Jaso *in L.* 1. *col.* 3. *ff. solut. matrim.* dicens se alibi non legisse, & sequitur Franciscus Balbus *in tract. præscript. fol.* 54. *col.* 1. vers. 11. *limita*, & idem voluit Socinus, quem ipse non allegat, *consil.* 121. *vol.* 4. *& consil.* 46. *ejusdem vol.* ubi dicit, quod ista opinio sapit æquitatem, & ibi corroborat eam aliquibus mediis. Fundamentum Baldi, & aliorum est in effectu, quòd lex, vel statutum generaliter loquens, non intelligitur loqui in causa dotis in dotis præjudicium: & certè licèt magna sit auctoritas Baldi, præsertim ubi non habet contradicentem, ut dicit Alexand. *in L. si quis vi*, §. *differentia, col. pen. ff. de acquir. posses.* imò & habet pro se Balbum, Socin. & Jason. eum sequentes, ego sum dubius de veritate hujus limitationis ad istas leges, eo quòd nullo jure reperiatur cautum hoc, & Bald. & alii loquuntur sine lege; & generalis favor dotis, non videtur sufficere, cùm potentius sit privilegium competens ratione ætatis, quàm ratione sexus muliebris, ut *in L. si apud* 12. *ff. de minor.* & tamen, ut dixi, in minorum rebus habent locum ista jura: & quia regulariter dotes judicantur ut cætera bona non dotalia, nisi in his in quibus reperitur expressum, quòd dos sit privilegiata, ut patet ex notatis per Gloss. & Doctor. *in L.* 1. *ff. solut. matrim.* ubi laboravit Gloss. in ostendendo specialia privilegia dotis. Præterea lex ista, & *L. omnes*, & *L. bene à Zenone*, loquuntur generaliter in quibuscunque rebus, & personis, ut ex eis patet; & dispositio, quæ generaliter loquitur, intelligitur, & includit etiam casus, & personas alias privilegiatas, *L. in fraudem* 15. §. *fin.* & ibi eum ad hoc notat Bald. *ff. de testam. militis*; & sic cùm causa dotis non reperiatur in hoc à jure privilegiata specialiter, lex ista generaliter loquens complectitur etiam causam dotis, & ita etiam dicit Decius *consil.* 301. qui referens dicta Jason. *in dict. L.* 1. *col.* 3. tandem *col. pen.* concludit, quòd Jaso movens se ex dicto Salyc. *in dict. L. fin. in princ. C. de jure d* . non benè fuit perscrutatus hoc; ibique tenet, quòd s utum generaliter loquens comprehendit etiam causam d is, quando non reperitur in illo casu dos specialiter ilegiata: & per hoc in effectu respondetur ad motiva Socin. *dict. consil.* 46. *col.* 6. imò ipse Socinus parùm ibi fidens de dictis Baldi, & suis in isto proposito, tandem *col.* 7. dicit, quòd quidquid sit in hoc de jure communi, in casu suo fundat se ex quodam speciali statuto.

(4) *Suya.* Quid si in alienatione exprimat causam, ex qua dicit esse suam? an tunc procedat hujus legis dispositio, si illa causa cessat; veluti si dicat suam ex causa confiscationis, & res non erat illius, cujus bona fuerunt confiscata? Cyn. *in L.* 1. *C. de hæred. vel action. vend.* dicit, quòd non, & probatur *in L. nec ullam* 13. §. *item si quis à fisco* 9. *ff. de petit. hæred.* & idem tenet ibi Bal. & Sal. & Bal. *in L. si hypotecas*, per text. ibi, *C. de remiss. pign.* & facit, quod prædixi, quòd quando Princeps habet aliquod jus in re, illud videtur concedere tantùm; & ita intelligendo *dic.* §. *item si quis à fisco*, non poterit dici, quod sit correctus ille §. per dict. *L. omnes*, & *L. bene à Zenone*, prout dixit Gloss. *in dict.* §. *item si quis*, & ibi Bart. & Angel. & dictam determinationem Cyni sequutus est consulendo Roder. Suar. *in suis allegat. alleg.* 11.

(5) *El señorio.* Intellige, si Rex possidebat illam rem, cùm donat, vel vendit: ita intelligit Bart. *in L. fin. circa medium, C. si contra jus, vel util. publ.* & Bald. *in dict. L.* 2. *C. de commun. rerum alien.* & *in L.* 1. *col.* 1. *C. de hæred. vel actione vend.* & sequitur Fel. *in cap. quæ in Ecclesiarum, col.* 14. *de constit.* & Jaso *in auth. quas actiones, C. de Sacros. Eccles.* Est tamen notandum, quòd si donatarius, vel emptor possidet, præsumitur Principem possedisse, Bald. *in dict. L.* 2. *C. de commun. rerum alien.* Felin. *in dict. cap. quæ in Ecclesiarum, col.* 14. Francisc. Balb. *in tractat. præscription. fol.* 53. *col.* 4. & facit text. *in cap.* 1. 12. *q.* 5. & quæ notantur per Imol. & Doct. *in cap.* 3. *de pecul. Clericor.* Intellige etiam, interveniente traditione ultra venditionis, vel donationis titulum, ut notat Bald. *in cap.* 1. §. *fin. col. fin. de nova forma fidelitat.* & sequitur Jaso *in L. traditionibus, C. de pactis, col.* 2. & idem tenet Bald. 1. *vol. consil.* 363. incipit, *quæritur, an si per officiales*, ubi & plùs addidit, scilicèt, quòd in ipsa traditione non interveniat legitimus contradictor.

(6) *Al que la vende, o al que la da.* Quid si ille cui Princeps donat, vel aliàs concedit, & ille cujus res fuit anteà, ambo prætendant titulum, & concessionem à Rege? an tunc procedat istius legis dispositio? Ludov. Roman. consuluit, quòd non, ut patet ejus *consil.* 298. *quasi per totum* incipit *circa præmissam dubii consultationem*, ubi pro hoc allegat *cap. Abbate sane* 3. *de re jud. lib.* 6. & *cap. cum olim, de re judic.* & *cap. Capitulum Sanctæ Crucis, de rescriptis*, & alia quæ ibi videbis: & certè est singularis limitatio ad ista jura; quæ tamen fortè non procederet, quando ex posteriori concessione Principis, seu Regis, constaret concedere, non obstante priori concessione, seu anullare, & revocare velle primam concessionem: & ita in terminis decidit Philippus Decius ita intelligens, & limitans dictum Romani, *consil.* 191. *col.* 2. *num.* 4. *vol.* 1. cùm fundamenta Romani tendant ad comprobandum, Principem fuisse circumventum, & quòd id non fecisset, si non fuisset oblitus prioris donationis, vel circumventus facto secundi donatarii: & comprobatur ex dicto Bald. *in cap.* 1. §. *ad hæc, de pace juram. firm. num.* 11. ubi dicit, quod si Papa cuidam contulit ecclesiasticum beneficium, deinde de plenitudine potestatis sibi auferat, & alii concedat, quòd tenetur Papa providere primo de æquè bono beneficio; & sic apertè vult, quòd secundus maneat in beneficio sibi concesso, non obstante priori concessione: nam quod Princeps suo subdito concessit sola voluntate, nulla subsistente causa, potest sibi auferre, & alii dare, ut notat Innoc. *in cap. quæ in Ecclesiarum, de constit.* Angel. *in L. Antiochensium, ff. de privileg. creditor.* de quo tamen vide per Bald. *in L. qui se patris, C. unde liberi*, & Felin.

que la puede vender (7) toda, o dar (8), por razon de aquella parte que ha en ella; e passa el señorio de aquella cosa al que la vende, o al que la da. Mas con todo esso, deue dar (9) la estimacion a cada vno de los otros, segund la parte que auian en aquella cosa.

LEY LIIII.

Del ome que vende a otro cosa agena, en nome de aquel que ouiesse el señorio della.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

SI vn ome vendiesse a otro cosa agena, en nome de aquel que ouiesse el señorio della; si aquel cuya es la cosa, ha por firme (1) la vendida despues que es fecha, vale, e passa el señorio al que la compra; maguer que de comienço non fiziesse esse atal la vendida, con otorgamiento, nin con sabiduria de aquel cuya era la cosa. Mas si non la vendiesse en nome del señor della, mas en el suyo mismo; si aquel que la compra sabe que non es la cosa de aquel que gela vende, entonce non passa a el el señorio della, nin la puede ganar por tiempo (2). Ante dezimos, que aquel cuya es, que la

lin. *in cap. novit. col.* 8. *de judic.* Adverte etiam, quia fundamenta Ludov. Romani concludunt, quando ambo haberent causam ab eodem Rege; si verò à diversis Regibus, est magis dubium, maximè si unus Rex non esset hæres alterius: & si dicatur, quòd fundamentum *ex capitulo Abbate sane* procedit etiam in habentibus causam à diversis Regibus; dicendum, quòd ille text. non benè probat id, ad quod eum adducit Ludovicus Romanus; neque Glossa, quam ipse allegat, hoc ita dicit. Sed cùm hæc lex dicat, quòd transit dominium in emptorem, vel donatarium rei venditæ, vel donatæ à Principe, & nihil ultra procedat; an, si quæstio non moveatur super dominio, sed super alio jure, veluti hypothecæ, vel aliàs, admitti debeat contra emptorem, vel donatarium? Angel. *in L.* 1. *C. de hæred. vel action. vend.* dicit, quòd emens hæreditatem, vel rem singularem à fisco, perpetuò est securus, ut nemo possit in totum, vel pro parte hæreditatem, vel rem illam dicere ad se pertinere, & quòd ita intelligitur *dict. L. omnes* 2. *C. de quadr. præscr.* sed benè potest quis dicere, se esse creditorem illius hæreditatis, & pro debito illo inquietare talem emptorem: & ita intelligatur *dict. L.* 1. secundùm Cyn. ibi: non tamen aperit Angel. an possit agere hypothecaria, vel alia actione non concernenti dominium contra emptorem; & potiùs vult, quòd non possit, cùm in conclusione dicti non repetat de emente rem singularem, & quia habetur expressè *in dict. L. omnes*, quod neque per viam hypothecæ possit haberi recursus, neque per alias personales actiones: & hoc quando Princeps, vel fiscus vendit rem simpliciter ut suam; si tamen venderet jure creditoris, vel aliquo jure speciali invalido, tunc si creditor scivit, vel scire potuit rem vendi per fiscum, & nihil dixit, videtur remissum jus pignoris, ut *in L. si hypothecas* 8. & ibi Bald. *C. de remiss. pignor.* Socin. verò *consil.* 46. *vol.* 4. incipit *eleganter, & subtiliter, col.* 6. *num.* 13. versic. 4. *respondeo*, vult, quòd etiamsi fiscus vendat simpliciter, habeatur dicta distinctio scientiæ, vel ignorantiæ, ex quo *dict. L. si hypothecas* loquitur generaliter, & ita generaliter ibi intelligunt Gloss. & Bald. & quia hoc dicit voluisse Paul. de Castr. *in L. fin. C. si adversus fiscum.* Verius tamen est, quod dicit Bald. qui benè intellexit *dict. L. si hypothecas*, & *dict. L.* 2. & *L. bene à Zenone*, & istud videtur tenendum: & dictum Pauli intelligitur, quando vendit jure creditoris; & licèt ista lex Partitæ non exprimit ita latè circa hypothecam, & alia, sicut habetur *in dict. L. omnes*, tamen supplenda est: quia est eadem ratio, & intentio istius legis, quòd emptor, vel donatarius Principis perpetuò sit securus, & recursus tantùm habeatur contra Principem, vel ejus fiscum. Adde etiam, quòd tunc ex vigore hujus legis transit dominium in emptorem rei venditæ, quando venditio est valida, & solemnis; secùs si non fuit solemniter facta, *L. fundus, qui Lucii Titii* 9. *ff. de rescind. vend.* & tenet Bald. *in dict. consil.* 363. *vol.* 1. & Socin. *dict. consil.* 46. *col.* 7. *num.* 16.

(7) *Vender.* Adde *L.* 1. *C. de vend. rerum fiscal. cum privat. commun. lib.* 10. & *L.* 2. *de commun. rerum alien.* & Azon. *in summa C. de rebus alien. non alienand.* Et adverte, quia Bart. & Joan. de Plat. *in dict. L.* 1. limitant, & intelligunt, quando Rex, vel fiscus ex venditione totius rei perciperet utilitatem, utpote, quia meliùs venderet solidam rem, quàm pro parte; si verò cessaret utilitas, tunc non posset vendere, nisi suam partem: & idem tenet Salic. *in dict. L.* 2. ubi Gloss. & licèt sit æqua limitatio, vide ne fortè possit dici, quòd non procedat per istam legem Partitæ, cùm etiam permittat Principi rem in totum donare ratione communionis: & tamen in donando nulla adest utilitas; nisi dicas, quòd & in donando possit esse utilitas, cùm fit in remunerationem servitii, vel aliàs sit utilitas Principis donare: sed esset magna restrictio ad istam legem, ut tantùm procederet, si utiliter venderet, vel donaret; undè magis placet, quòd procedat, quod hìc habetur, indistinctè sine dicta limitatione. An autem sicut potest vendere, possit rem communem pignorare? Gloss. dicit, quod sic, *in L.* 1. *C. si communis res pignor. dat. sit.* Potest etiam consors petere, ut sibi detur pro eodem pretio, ut *in L.* 55. *infra eodem*, & Bald. dicebat *in dict. L.* 2. æquum esse, ut fiscus non vendat in solidum, nisi requisito consorte, qui volens dare idem pretium, debet aliis præferri, argum. *L. necesse* 8. *ff. de in diem addiction.* & *L.* 16. *ff. de reb. auct. jud. possid.* Procedit etiam ista lex, sive res sit dividua, sive individua, secundùm Gloss. & Doct. *in dict. L.* 2. & *in dict. L.* 1.

(8) *Toda, o dar.* Istud non ita reperitur de jure communi, cùm dictæ leges, de quibus in gloss. proxima, tantùm loquantur de venditione: nisi dicas, quòd cùm de jure communi permittitur Principi, ut habetur *in dict. L.* 2. & *L. benè à Zenone*, & suprà *in ista L.* donare, vel alienare in totum, à fortiori si pro parte: sed respondetur, quòd dictæ leges procedunt (ut dixi) quando ignorans rem alienam Princeps donat, vel alienat, & non quando scit; hìc verò sciebat esse alienam pro parte: unde est multùm notanda ista lex, quia non erat sic de jure communi. Sed hoc, quod dicit, debet intelligi, & limitari, dato tamen priùs bono cambio, ut *in L.* 2. *tit.* 1. *Part.* 2. & *in L.* 31. *tit.* 18. *Part.* 3. & legitima causa subsistente, ut ibi. Secundùm hoc non erit aliqua specialitas ratione communionis; & tamen ista lex vult aliquid in hoc esse speciale favore Regis: undè fortè non ita sufficiens causa sufficeret: pretium tamen semper debet solvi.

(9) *Deue dar.* Ex hoc verbo innuitur, quòd totum pretium solvendum est fisco, & Princeps, seu fiscus partem reddit privato; quod Bart. notat *in dicta L.* 1. *C. de vendition. rerum fiscal.* ad statuta disponentia, quòd de condemnatione medietatem habeat fiscus, medietatem privatus, quòd totum debet solvi fisco, & fiscus dabit partem illi privato, *L. Senatus* 15. §. *Senatus* 3. & *L. res* 22. §. 1. *ff. de jure fisci*: & hoc est utile secundùm eum, quia favorabiliùs fiet executio, quando debet solvi fisco, quàm cùm privato, ut *in L. pen.* & ibi Bart. *C. de conven. fisci debit. lib.* 10.

LEX LIIII.

Domino ratificante venditionem per alium ejus nomine factam, transit dominium in emptorem accipientem: eo autem non ratificante, si emptor habuit malam fidem, non præscribit; si bonam, præscribit: & vendens tenetur domino pretium restituere; etiam si nomine domini non vendidit: idem, si res moriatur penes emptorem, aut perdatur; quia ratificando habebit pretium, licet suo nomine non vendatur. Hoc dicit.

(1) *Ha por firme.* Habet ortum à notatis per Azon. *C. de rebus alien. non alienand. in summa parum post princip.* & adde *L.* 48. *suprà eod.* & *L. mater* 3. *C. de rei vendic.*

(2) *Ganar por tiempo.* Propter malam fidem, ut *in cap. fin.* & *in cap. vigilanti* 5. *de prescription. regul. possessor* 2. *de regul. jur. lib.* 6. *LL.* 9. & 18. *tit.* 29. *Partita* 3.

la puede demandar, e la deue cobrar en todas guisas. Pero si este comprador atal ouo buena fe quando compro la cosa, non sabiendo que era agena, mas cuydando que era de aquel que gela vendio; entonce puede ganar por tiempo el señorio della: e es tenudo el vendedor en todas guisas (3), de tornar el precio a aquel cuya era la cosa. Otrosi dezimos, que vendiendo ome cosa agena como suya, si despues que la vendida es fecha, se pierde la cosa, o se muere (4), puede el señor de la cosa auer la vendida por firme, e demandar (5) el precio (6) della al vendedor; quier fuere fecha la vendida en nome del señor, o non.

LEY LV.

Como la vendida, que es fecha de la cosa comun de so vno, deue valer, maguer no sea partida entre ellos.

DOs omes, o mas, auiendo alguna cosa (1) comunalmente de so vno (2), dezimos, que qualquier dellos pue-

Leyes 7. 8. y 14. tit. 11. lib. 5. Recop.

(3) *En todas guisas.* Sive vendiderit nomine domini, sive suo, ut *in L. mater* 3. *C. de rei vendic.* & *in L.* 1. *C. de reb. alien. non alienand.*

(4) *Se pierde la cosa, o se muere.* Idem, si ejusdem rei est difficilis persecutio, ut quia ad partes longinquas est portata, *L.* 1. *in fin. ff. de exercitor.* Cyn. & Angel. *in L. mater*, *C. de rei vendic.* Sed cùm hìc permittatur in subsidium, re perempta vel præscripta, habere ratam venditionem, an idem erit è contra, si tu emisti rem ex pecunia mea, & tu aliter non es solvendo? an possim agere ad rem? Gloss. final. *in L. Proculus, ff. de jure dotium*, movet istam quæstionem, & vult, quod possum, quando pecunia pervenit ad te ex causa lucrativa, & idem vult Paulus de Castro *in dict. L. mater, ad fin.* Angel. & Bald. *in dict. L. mater* tenent contrarium: vide ibi per Salicet. 11. *quæst.* Et certè, ubi nullum aliud remedium posset competere ei, cujus pecunia res fuit empta, æquum videtur dictum Gloss. & Paul. de Castro, quod & Cynus tenuit post Pet. *in dict. L. mater*, & etiam vult ibi Alberic. si tamen alia actio posset competere, non esset tractandum de actione negotiorum gestorum in subsidium, prout dicit ibi Salyc. An autem venditionem rei mihi debitæ possim habere ratam in subsidium, ut pretium consequar, text. est, quòd non, & ibi notat Bart. *in L. venditor ex hæreditate* 25. *ff. de hæred. vel action. vend.*

(5) *Por firme, e demandar.* Adde *L. fin. ff. de negot. gest.* & *L. mater* 3. & ibi Gloss. *C. de rei vendic.* & ibi vide Angel. *super gloss. magna*, & etiam Salyc. & vide Paul. de Castro *in L. si eum servum, ff. si cert. petat.*

(6) *El precio.* Quid si non vendidit, sed donavit? an re perempta, vel usucapta, si ratum habeat dominus, possit agere in subsidium ad pretium rei, videtur, quòd non, cùm hæc lex loquatur in venditione, & Gloss. *in L. sed & si constante, ff. de donat. inter virum, & uxor.* dicit, quòd non procederet hoc in donatione, cùm ibi non detur pretium donanti. Et nota etiam, quòd possum habere ratam exactionem debiti mei, licèt ille, qui exegit, meo nomine non exegerit, ut possim consequi in subsidium, Gloss. & ibi Bart. *in L. ejus qui, ff. si cert. petat.* Et si creditor meus vendidit pignus, non habens jus distrahendi, possum habere ratum, etiam re non usucapta, vel perempta, ut agam ad pretium, gloss. notab. & ibi Bald. *in L.* 2. *C. si vendito pign. agatur*: quia creditor, vendendo ut creditor, eo ipso gerit negotium debitoris: & licèt secundus creditor, qui vendidit pignus, non possit conveniri à primo, sed agere debeat hypothecaria contra emptorem, ut *in L.* 1. *ff. de distract. pignor.* tamen si res sit perempta, vel præscripta, aget in subsidium ad id, quod superest ex pretio soluto debito creditoris, qui vendidit, gloss. notab. & ibi Bartol. *in L.* 1. *ff. de distract. pignor.*

LEX LV.

Potest res communis cuilibet vendi, etiam extraneo: sed pro æquali pretio præfertur socius, si eam vult: sed non potest rei communis pars vendi extraneo, intentato judicio communi dividundo, nisi de sociorum omnium voluntate. Hoc dicit.

(1) *Alguna cosa.* Habebit ergò locum ista lex, etiam in re mobili, vel se moventi, ut in pecoribus, & servis, cùm istud verbum *res* sit generale, & omnia comprehendat, ut *in L.* 1. *in fin. ff. si cert. petat. L. rei appellatio* 5. & *L. rei appellatione* 23. *ff. de verb. signific. L. omnia* 32. §. 2. & ibi Bald. *ff. de legat.* 2. & in juribus, & actionibus, *L.* 1. & ibi Bald. & Doctor. *ff. de statu homin.* & in hæreditate *L. licet* 19. *C. de pactis*: & comprobatur hoc, cùm aliàs de jure reperiatur teneri colonum, frumentum, & alios fructus potiùs vendere debere domino fundi, ubi collecti sunt, quàm alii extraneo, *L.* 1. & ibi notat Bart. & Joan. de Plat. *C. de metallis, & metallar. lib.* 11. ubi dicit Lucas de Penna, illam legem facere pro dominis terrarum, quòd coloni, & alii vassalli res eorum, quas venales habent, ut fructus, & alia, teneantur priùs vendere dominis: ibique etiam dicit bonum verbum ad id, quod etiam in isto Regno videmus, tueri posse Curiam Regiam (argum. *illius L.*) cogentem omnes facientes sal in salinis propriis, ipsum sal vendere fisco, & non aliis; licèt bonum foret, quòd justitia pretii meliùs servaretur: facit etiam *L. venditor* 13. §. *si constat*, & ibi Paul. de Castro, *ff. commun. prædior.* Et ratio hujus legis, quæ est æquitas, ut potiùs habeat consors rem communem, quàm extraneus, ita militat in re mobili, sicut & in immobili. In contrarium tamen facit *L.* 75. *in Ordinat. Tauri, in princ.* cùm dicit: *Si alguno vendiere parte de alguna heredad, que tiene comun con otro, &c.* & sic sentit, istam legem Partitæ procedere in communione immobilium tantùm: & quia etiam in retractu jure proximitatis sanguinis tantùm est cautum in immobilibus, ut *in L.* 6. *&* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordin. Regal. L.* 13. *tit.* 10. *lib.* 3. *Foro Leg.* hoc idem & fuit de immobilibus tantùm cautum in illa constitutione Frederici, quam citavimus, neque unquàm vidi super rei mobilis communis venditæ retractum litem aliquam agitari; & fortè ita in judicio practicaretur, ut tantùm ista lex procederet in immobilibus: sed de jure verior est prima pars, per istam legem indistinctè, & generaliter loquentem: & quia diversa ratio militat in retractu ratione sanguinis, quàm in retractu ratione consortariæ.

(2) *Comunalmente de so vno.* Id est, pro indiviso sunt domini talis rei: nam consors dicitur, seu intelligitur per participationem dominii, secundùm Bald. *in L. dudum, in fin. C. de contrah. empt.* Undè procederet hujus legis dispositio, etiam si unus ex pluribus emphyteotis habentibus rem communem pro indiviso alienaret partem suam alii, quàm directo domino, cuidam videlicèt extraneo, requisito domino directi dominii: nam & isti emphyteotæ habent utile dominium, ut *in L.* 1. *in gloss. fin. ff. si ager vectigal. vel emphiteut. pet.* & per Bart. *in L.* 1. §. *quod autem ait, ff. de superficiebus*, & quia etiam in retractu jure sanguinis hoc voluerunt Alber. Bald. Angel. post alios antiquos *in L. Imperator, ff. de pactis*, dum dicunt per illum text. dominum præferri consanguineo in retractu rei emphyteoticæ, & habetur *in L.* 74. *in Ordin. Tauri*, & tenet Alexand. *consil.* 27. incipit *viso themate, col.* 2. *vol.* 6. & per Bald. *in consil.* 300. *vol.* 1. incipit *statuto cavetur*: idemque est dicendum in feudo eadem ratione; de quo per Joan. Fab. *in* §. 1. *post princ. instit. de emption. & vendit.* & tenet Matthæus de Afflictis *in suo tractatu protomiseos in gloss.* 1. incipienti *tota hæc lex, col.* 3. *& col.* 11. *totius tract.* per text. *in cap.* 1. §. *sed etiam res, per quos fiat investitura.* Idemque est dicendum, si in aliqua re plures haberent communem usumfructum pro indiviso; ut si unus venderet suam commoditatem alii, quàm consorti, consors posset retrahere pro eodem pretio: quod satis probatur ex verbis generalibus hujus legis, maximè tenendo opinionem, quòd procedat hæc lex etiam in rebus mobilibus;

bus; undè non erit necessaria disputatio, an ususfructus connumeretur inter mobilia, vel immobilia, de qua per Bart. *in L. justo*, §. *non mutat*, *ff. de usucap.* & per Lucam de Penna *in L. fin. col. 2. C. de vendend. rebus Civitat. lib.* 11. Sed quid si dominus proprietatis vendat proprietatem suam? an usufructuarius, tamquàm habens partem in illa re, possit eam retrahere? Videtur, quòd sic, quia ususfructus pars dominii est, *L. cum filius* 76. §. *dominus* 2. *ff. de legat.* 2. Dic contra, quia est diversum jus ususfructus à dominio, & sic non potest dici, quòd competant verba hujus legis, cùm dicit, *comunalmente de so uno*, ut *in L. recte dicimus* 25. ubi Gloss. *ff. de verb. signific.* Gloss. *in L.* 4. *C. de usufruct.* & quia, ut dicit Bald. *in L.* 2. *C. de commun. rerum alien.* contra naturam esset, si proprietas accederet usufructui: est enim ususfructus pars dominii integralis, sive legalis, non prædicativa, seu subjectiva, secundùm Placent. cujus opinio probatur *in dict. L. rectè.* Si enim quis dicat, *ususfructus fundi Titiani pertinet ad Petrum*, non ex hoc infertur, *ergo Petrus est dominus ejusdem fundi*; imò potiùs sequitur contrarium: quia dominus in proprio fundo non potest habere usumfructum, vel aliam servitutem. Si tamen dicatur, *ususfructus junctus cum proprietate facit plenum dominium*, rectè dicitur; & sic ususfructus est pars dominii integralis: & idem dicendum est in usu, & multo magis: licèt enim secundùm Bald. *in dict. L.* 2. in corpore pleni dominii derivetur; non tamen habet naturam proprietatis, sed est quædam forma corruptibilis, & de facili revertibilis ad proprietatem, tamquàm ad materiam: & idem de aliis servitutibus est dicendum, quia portionis instar non obtinent, *L. Mævius* 66. §. *pen. ff. de legat.* 2. *L. quod ad servitutes* 75. *ff. de eviction.* & *in dict. L. recte dicimus* 25. & tenet Bald. *in dict. L.* 2. *in fin.* Si tamen plures haberent usumfructum, vel usum fundi, seu habitationem domus, vel aliam servitutem, veluti pascendi pecoris in alieno agro, vel aliàs; si unus venderet partem juris sui extraneo, consortes illius juris & servitutis admitterentur ad retractum, propter communionem quam habent in illo jure, ut dixi suprà; maximè quia tales servitutes adhærentes rebus immobilibus judicantur immobilia bona, ut probatur *in cap.* 2. *de rebus Ecclesiæ non alien. lib.* 6. & *in L. fin. C. de longi tempor. præscript.* & notat Anton. & Joan. de Imol. *in cap. nulli*, *de rebus Ecclesiæ non alien.* Et cùm ista nostra lex generaliter loquatur, cùm dicit *alguna cosa*, neque se restringat ad bona immobilia; si plures habeant actionem personalem pro fundo, & unus vendit actionem suam extraneo, admittentur consortes illius juris & actionis ad partem consortis, ut sic possint agere personali actione ad consequendum totum fundum sibi debitum: undè non expedit investigare, an actiones judicentur inter immobilia, vel mobilia; de quo per Abb. *in dict. cap. nulli*, & per Bart. *in L.* 1. *C. si adversus transact.* & *in L. si sic legatum*, §. *fin. ff. de legat.* 1. & per Joan. de Plat. *in L.* 2. §. 1. *C. quando, & quibus quarta pars debeatur, lib.* 10. & per Bald. *in L. jubemus nulli*, *col.* 2. & *in authent. hoc jus porrectum*, *col. fin. C. de Sacros. Eccles.* & *in cap.* 1. *versic. sciendum*, *de feud. cognition.* & *de pace tenen. & ejus violat. in fin. principii*, & *in L.* 1. *C. de præt. pignor.* & *in dict. L.* 1. *ff. de statu homin. in utraque lectura*, per Decium *consil.* 237. *col.* 1. Alexand. *consil.* 45. *col.* 3. versic. *primo enim considero*, & per Oldral. *consil.* 218. & sic cessabunt, quæ in terminis istius quæstionis tradit Decius *consil.* 300. incipit *visa petitione*, *col.* 2. versic. *ulterius, & secundo, &c.* Quid tamen si dominus directi dominii vendat suum dominium? an habens utile dominium, tamquàm consors in re, habeat jus retrahendi? Per istam legem videtur, quòd non, cùm ista lex dicat *comunalmente de so uno*, & utilis dominus non habet dominium communiter cum directo; sed subalternantur ista dominia, quia non potest idem dominium esse apud duos, *L. si ut certo* 5. §. *si duobus* 15. *ff. commod.* sunt ergò diversa dominia, ut notat Bart. *in L. si quis vi*, §. *differentia*, *ff. de acquir. posses.* & ad decisionem hujus quæstionis facit, quia si dominus directus vult dominium suum vendere, non tenetur emphyteotam requirere, an ipse velit habere æquali pretio, sicut è contra emphyteota teneretur. Poterit ergò dominus directus vendere cui libuerit, ut decidit notabiliter Speculator *tit. de locato*, §. *nunc aliqua*, *versic.* 93. licèt dicat, quòd de consuetudine quorundam locorum ponitur in instrumentis, ut si dominus voluerit jus suum vendere, possit emphyteota præ cæteris habere etiam pro minori pretio decem, vel 20. solidorum: sed hoc est conventionis, non necessitatis, prout dicit Jaso *in suo tractat. de jure emphyteot. fol.* 118. *col.* 3. versic. *juxta istum text.* ubi refert, & sequitur dictum Speculatoris.

Quid autem si alicui legat testator quintam partem bonorum, prout communiter accidit tota die, quòd mariti legant uxoribus, & demùm talis legatarius emit ab hærede fundum hæreditarium, quem illi, qui sunt de genere & avolengo, retrahere volunt pro tanto, juxta leges Fori, & Ordinamentorum; legatarius dicit, non fore locum retractui, eo quia ipse habet partem in re ratione legati quinti bonorum, & sic præferendus sit, ut *in L.* 74. *in Ordin. Tauri*? Dic homines de genere præferendos: eo quia in talem legatarium non transit dominium recta via, cùm sit legatarius quotæ bonorum, ut est casus *in L. si quis bonorum* 23. *ff. de legat.* 1. & ibi firmat Bart. & tenent communiter Doct. licèt aliud voluerit idem Bart. *in L. non amplius*, §. *fin. eod. tit.*

Et facit hoc ad aliam quæstionem: maritus emit fundum constante matrimonio, deindè illum vendidit cuidam extraneo; uxor ejus, vel consanguinei ejus nomine & pro ea volunt retrahere pro tanto ex remedio hujus legis: an possint? Doctor del Castillo *in commento suo dictæ L. in Ordin. Tauri in gloss. magna ad finem* movet istam quæstionem, & tenet, quòd sic, per quædam motiva satis levia. In contrarium tamen videtur: quia medietas quæstuum, quæ applicatur uxori, intelligitur deducto ære alieno; & sic non potest dici aliquid superlucratum, nisi ære alieno soluto: undè non potest dici, quòd recta via in uxorem transierit dominium, sicut & in legato quotæ bonorum, ut *in dict. L. si quis bonorum* 23. *ff. de legat.* 1. quæ fuit ejus legis fundamentalis ratio, ut tradunt Bart. & alii *in dict. L. non amplius*, §. *fin.* & cùm ante divisiones lucrorum sint resarcienda capitalia utriusque, viri scilicèt & uxoris, quæ ad matrimonium deducta sunt; quousquè id fiat, non potest perpendi, quid competat uxori, seu quæ pars ex rebus emptis per maritum: & sic militat ratio *dict. L. si quis bonorum*: quòd autem priùs deduci debeant dicta capitalia, comprobat latè Montalv. *in L.* 1. *tit. de las ganancias*, qui est tertius in ordine, *lib.* 3. *Foro Leg. in gloss.* in parte *de por medio*, & practicatur de consuetudine, etiam si vir de suo capitali amiserit ludens, vel in alios malos usus consumens, ut tradit Roder. Suarez *in rep. dict. L. Fori*, *fol.* 23. *col.* 1. Veritas tamen hujus quæstionis pendet ex eo; an dominium acquisitorum constante matrimonio, transeat in uxorem statim quòd maritus emit, vel aliter acquisivit, etiamsi soli viro traditio facta sit: in qua quæstione variæ sunt opiniones, nam Petrus de Ancha. *consil.* 102. incipit *contra dictam donationem*, *col.* 2. tenuit in consimili statuto, dominium ipso jure non transire in uxorem; sed competere actionem pro socio ad communicandum: allegat *L. si quis societatem* 74. *ff. pro socio*, ubi etiamsi contracta sit societas omnium bonorum, tamen si postea socius proprio nomine aliquid acquirat, suum erit, licèt competat actio socio ad communicandum: licèt enim rerum corporalium, quas socii omnium bonorum habent tempore contractæ societatis, in quemlibet eorum pro parte transeat dominium, & possessio absque aliqua traditione, ut *in L.* 1. *in fin. cum L. sequent. ff. pro socio*, & notat Azo *C. pro socio in summa*; tamen in his, quæ postea acquiruntur, hoc non procedit, sed acquisitum taliter erit proprium illius socii qui acquisivit, sed tenebitur ad communicandum, ut *in dict. L. si quis societatem.* Eandem sententiam in terminis nostræ legis Fori tenuit Doctor noster de Palac. Rube. *in sua repet. cap. per vestras*, *in rubr. col. mihi* 319. ubi allegat *dict. consil.* Petri de Ancha. & ponderat verbum legis Fori, dum dicit *habeant æqualiter ambo*, quia verbum *habeant* non significat ipso jure, ut notat Gloss. & Doctor. *in cap. si diligenti*, *de foro compet.* & *in cap. unico*, *de sagittar.* & *in L. criminali* 5. *C. de jurisd. omnium jud.* & quia sola universalis societas habet istam prærogativam, ut dixi; societas verò inter virum, & uxorem non est universalis societas, sed tantùm lucri, & quæstus. Doctor etiam de Segura *in tractat. de bon. lucrat. fol.* 19. *col.* 4. tenet eandem sententiam; nam licèt in præcedenti col. dixerat, dominium statim uxori acquiri per *L.* 1. *in fin. cum sequent.* & ibi Bart. *ff. pro socio*, in sequenti col. dicit, *vel si velimus dicere, quòd uxor in continenti cùm bona acquiruntur, non habet aliquod dominium, donec dissoluta sit societas, per text. in L. si quis societatem*, *ff. pro socio*, *&c.* & sic videtur potiùs in istam sententiam se inclinare. Contrariam sententiam tenet idem Doct. de Palac. Rub. *in dict. repet. in rubr. col. mihi* 362. ubi dicit, quòd secundùm aliquos bona acquisita constante matrimonio, eo ipso quòd ducuntur ad domum, efficiuntur communia, & dominium transit pro parte in ipsam uxorem, ut sentit Gloss. reputa-

puede vender la su parte (3), maguer la cosa non sea partida. E puedela vender (4) a qualquier de los que han en ella

ta singularis *in dict. L.* 1. §. *fin. ff. pro socio*; & ibi ponderat ipse, ad hoc probandum, verba dictæ legis Fori, cùm dicit, *habeant ambo æqualiter*, quod verbum refertur, tam ad maritum, quàm ad uxorem, & sic, quòd sicut statim marito acquiritur dominium, sic & uxori: & posset, ultra eum, dictum verbum aliter ponderari, scilicèt, quòd istud verbum *habeant* denotat executionem actus, ut est text. & ibi Doct. *in cap. ex parte* 9. *de sponsal.* in quæstione illa *habebo te in uxorem, &c.* Rodericus Suarez *in repet. dict. L. Fori*, movet istam quæstionem, *fol.* 23. versic. *quæritur ulterius*, & postquàm adduxit aliqua fundamenta ex prædictis, & etiam *L. Stili* 203. scilicèt, quòd præsumantur à lege bona esse communia inter maritum, & uxorem, nisi alter probet, quòd sint sua, & quòd si vir, & uxor pariter in domo habitant, neque aliquis eorum potest de titulo ostendere, quilibet eorum intelligitur pro dimidia possidere, *L. si duo* 3. *ff. uti possidetis*, Angel. *in L. qui jure*, *ff. acquir. posses.* & sic, quòd ex quo communiter possident, satis dicitur intervenisse traditio in persona utriusque; tandem in nullam partem inclinat, dicens, quæstionem esse satis dubiam, & maturiùs cogitandam, & qùod ipse non decidit, eo quòd tunc habebat de facto consulere.

Vides ergò in quæstione ista quanta sit dubietas, & varietas inter Doctores nostros: vides etiam, quòd nullus eorum advertit ad illud fundamentum, quod supra adduxi de *dict. L. si quis bonorum*, scilicèt, quòd in legato quotæ bonorum propter rationem, quam dixi, non transit dominium recta via; quod fundamentum videtur præcipuum in ista materia.

Mihi verò placet opinio illa, quòd in ista societate, quæ est inter virum & uxorem, licèt non sit omnium bonorum, sed tantùm lucri, & quæstus, dominium rei acquisitæ per virum constante matrimonio, statim transeat in uxorem: & primò moveor per *L.* 47. *tit.* 28. *Part.* 3. ubi habetur, quòd si societas omnium bonorum quæsitorum, & quærendorum contrahatur, quòd necdùm in jam quæsitis, sed etiam in his, quæ postea acquiruntur per quemlibet ex sociis, dominium statim transit pro parte in alterum socium: & licèt illa lex loquatur, quando est contracta societas omnium bonorum, advertendum est, quòd in quærendis non movetur illa lex ex eo, quia fuit societas omnium bonorum; quia, ut dixi, etiam in tali societate in futuris lucris non transit dominium in socium, qui non contraxit, ut *in dict. L. si quis societatem* 74. ubi Gloss. & Doct. & *in dict. L.* 1. §. *fin. eod. tit.* sed quia voluit illa lex, idem juris esse in societate universali contracta super quærendis, quale erat de jure antiquo in contracta super jam quæsitis. Cùm ergò inter virum, & uxorem, sit societas universalis in quærendis, ut patet per LL. Regni, & probatur *in cap. cum societas* 17. ubi Gloss. 27. *quæst.* 2. & *in cap. significavit* 2. *de donation. inter virum, & uxorem*, habebit locum in tali societate dispositio *dictæ L.* 47. *in fine.* Secundò moveor ex verbis *L. Stili* 203. incipit, *Como quier*, ubi est scripta illa consuetudo Regni, quæ communiter est in observantia, quòd bona mariti, & uxoris præsumuntur communia, alio non probato; ubi sunt hæc verba: *Pero la costumbre guardada es en contrario, que los bienes que han marido, y muger, que son de ambos por medio*: pondero verbum *sunt*, quod est verbum substantivum, & de præsenti effectivum, ut *in L. his verbis* 48. *in princ. ff. de hæred. instituend.* & dicit Bald. *in tractatu schismatis in rubr. C. si quis aliquem testari prohib. col.* 4. quòd istud verbum substantiam rei perfectissimè includit, neque est aliud verbum ita substantivum in mundo, sicut *sum, es, est*; & cùm dicat de præsenti *dicta L. Stili son*, non debet intelligi, quòd in futurum, soluto matrimonio, erunt, argum. *L. qui ædificium* 72. & ibi Paul. de Castr. *ff. de sirvit. urb. prædior. L. si ita* 7. & ibi Bart. *ff. de auro, & argent. leg. L. si stipulatus fuerim* 76. §. 1. & ibi latè Jaso *ff. verb. obligat. L. cum stipulamur* 125. *eod. tit.* & si tale verbum fuerat in statuto, in quo consuluit Petrus de Anchar. *in dict. consil.* 102. idem dixerat, quod patet ex ejus verbis, cùm dicit, *nam verba statuti dicunt, quod sint communia inter ipsos, &c.* sed verbum *sint* est præsentis temporis subjunctivi, & non significat ipso jure, *cap. si diligenti* 12. *de foro compet.* & per Doctor. *in L. in criminali, C. de jurisd. omn. judic.* vides ergò, quòd si in statuto, de quo loquitur, fuerat istud verbum *sunt*, aliter consuluisset. Tertiò hoc probatur ex *L.* 14. *tit. fin. lib.* 3. *Foro Leg.* ubi habetur, quòd uxor potest conveniri ad debita contracta durante matrimonio; quod non est ex alio, nisi ratione lucrorum, quæ lex eidem communicavit, *L. secundum naturam* 10. *ff. de regul. jur.* & ex eo, quod lex ipso jure communicavit, vult, quòd ipso jure teneatur ad debita: & facit ad idem *L.* 60. *in Ordin. Tauri*, quæ liberat mulierem ab hoc onere, ita demùm, si renuntiaverit lucris habitis constante matrimonio; & sic vult, opus esse renuntiatione, ut lucra ipso jure communicata perdantur: neque obstaret, si quis diceret, quòd imò ex *illa L.* 60. probatur uxori non fuisse acquisitum dominium: quia si id esset, sola renuntiatione non perdiderat dominium, ut *in L. si quis vi* 17. §. *differentia, ff. de acquir. posses.* respondetur, illud non obstare, cùm procedat in dominio acquisito de jure gentium, mediante traditione: tunc enim posessionem non dimittendo, non potest perdi sola voluntate, seu renuntiatione: hìc verò tractamus de dominio ipso jure communicato per legem, quod lex voluit revocabiliter acquiri, sicut dicimus in dominio, quod per legem acquiritur legatario, *L. si tibi homo* 86. §. *cum servus, ff. de legat.* 1. Non obstat, quod objiciebatur de *L. si quis bonorum, ff. de legat.* 1. quia diversum est in legato bonorum ab acquisitione istorum lucrorum, cùm bona intelligantur deducto ære alieno; hìc non, imò ipsa uxor tenetur pro parte ad æs alienum, & posset solvere capitale viri, & retinere sibi lucra. Advertendum tamen est, quòd licet ipso jure sibi acquiratur dominium, & possessio, non tamen acquiritur cum effectu, nisi soluto matrimonio, & sic finata societate, cùm matrimonio constante non sint lucra, sed debet inspici tempus, quo dissolvitur societas, & sic tempus dissoluti matrimonii: nam de jure non potest agi ad divisionem lucrorum, nisi societate soluta, ut habetur, *ff. pro socio, per plures LL.* & ita practicatur, ut & attestatur Roder. Suarez ubi suprà, subdens notabiliter ad decisionem quæstionis principalis, de qua per dictum glossatorem *LL. Tauri*, quòd mulier, donec solvatur matrimonium, non potest agere, neque petere aliquid ex lucris; præsertim cùm constante matrimonio, administratio acquisitorum, & eorum alienatio principaliter resideat in persona mariti, per *L. de Nieva, fin. tit.* 4. *lib.* 5. *Ordin. Regal.* & per *L. Stili* 205. & sic patet non esse veram decisionem dicti glossatoris, & clariùs patet, quia aut maritus vendidit, & tradidit fundum, constante matrimonio acquisitum; & tunc cùm sit translatum dominium in emptorem in toto fundo, non potest uxor dicere se consortem: aut tantùm vendidit, & non tradidit; & cùm sit præcisè obligatus ad tradendum, cùm possit tradere, & alienare etiam partem uxoris, & habeat facultatem rei tradendæ, juxta notata per Gloss. *in §. pretium, instit. de empt. & vend.* in verbo *tradatur*, & per Bart. *in L.* 1. *ff. de action. empt. col.* 4. non poterit uxor, volens retrahere, impedire maritum habentem à lege potestatem tradendi, & vendendi.

(3) *La su parte.* Ut *C. de commun. rerum alienat. per totum.*

(4) *Vender.* Non est assumendum hoc verbum ita latè, quòd comprehendat quamcunque alienationem, prout aliàs habetur *in L. statuliberi à cæteris* 29. §. *Quintus, ff. de statuliber.* & dixi suprà *eod. L.* 43. sed cùm non sit materia favorabilis, ut *in L. dudum* 14. *C. de contrah. empt.* restringendum est ad venditionem propriè sumptam. Undè dicebat Alber. *in dict.* §. *Quintus*, speciale ibi esse favore libertatis, sed de proprio, & stricto vocabulo, emptionis verbum non est ita largum, ut *in dict.* §. dicitur, sed strictius, & ibi notat Gloss. ex quo infert ad quæstionem consimilem huic nostræ, si de statuto, vel consuetudine proximior possit retrahere rem venditam à consanguineo suo, quòd procedit in venditione propriè sumpta, non in cæteris alienationibus; & in hoc residet post Albertum, & Odofred. qui hoc tenuerunt, in disputatione sua incipienti *in aliqua Provincia*, quam refert Joan. Andr. *in addit. ad Spec. tit. de empt. & vendit.* §. *nunc dicendum*, el 2. *col.* 4. *in addit.* super parte *quemadmodum*, ubi Spec. in vers. *sed pone statutum est*, dicit, quòd tale statutum non habebit locum in datione in solutum: & idem videtur dicendum in ista lege, quòd consors non admittatur ad retrahendum rem datam in solutum. Quod intellige, quando daretur in solutum à judice; secùs si ab ipsa parte, secundùm Alber. *in prima parte statutorum, secunda parte, q.* 2. per *L. sed si pecunia* 3. §. *pignori, ff. de rebus eorum*, & *L. alienationes* 13. *ff. famil. ercisc. L. cum*

ella parte (5), o a otro estraño (6). Pero si alguno de los que han parte en la cosa, quisieren dar tanto por ella (7), como el estraño, esse la deue auer (8) ante

cum fidei hæredis 9. *ff. de fideicom. libertat.* & tenet etiam Joan. de Plat. *in L.* 1. *C. de fundis patrim. lib.* 11. ubi & in datione in solutum judiciaria intelligit, cessante fraude collusionis: hoc idem tenet Roman. *consil.* 107. Alexand. *consil.* 52. *vol.* 1. & tradit latè Andr. Tiraq. *in tract. suo de utroque retractu in gloss.* 14. *num.* 8. *cum sequent.* Et adverte, quòd datio in solutum à judice, quæ necessaria dicitur, est quando factis subhastationibus adjudicatur per judicem creditori; si tamen alteri adjudicetur, id non est datio in solutum, sed mera venditio, *L. ordo* 3. *C. de execut. rei judic.* Bald. *consil.* 360. *vol.* 1. Intellige etiam, & limita, nisi daretur in solutum pro pecunia debita, nam tunc idem esset dicendum, quod in venditione; si verò daretur in solutum alterius speciei debitæ, nihil esset, quod ad venditionem pertineret, Gloss. Cin. Bart. & alii *in L. libera, C. de sentent.* Gloss. & ibi Bart. *in L. si quis aliam, ff. de solution.* nisi tunc daretur res immobilis pro mobili, quia perindè tunc esset, ac si daretur pro pecunia, ut latè tradit dictus Andreas, quem vide *in dict. gloss.* 14. *num.* 40. *cum sequenti.* Neque etiam procederet dispositio hujus legis in permutatione, sicut neque in retractu, qui fit à proximiori, ut *in dict. L. Fori*, ubi vide Gloss. cùm enim hic caveatur de redditione pretii, quod non potest habere locum in vera permutatione, ideò neque habebit locum hujus legis dispositio, *L.* 4. §. *totiens, ff. de damn. infect.* nam istud verbum *pretium* propriè ad venditionem refertur, *L. fin. C. de prædiis decur. lib.* 10. ubi Joan. de Plat. in terminis hujus quæstionis dicit, quòd qui præfertur in emendo, non præfertur in permutando. Quid tamen si pro re immobili daretur mobilis, vide quæ dixi suprà ead. gloss. An autem habeat locum in transactione, si ex causa transactionis res dimittantur penes possessorem aliquo pretio recepto, vel dato à possidente? Vide Andr. Tiraq. *in dict. tract. in dict. gloss.* 14. *num.* 60. *cum sequent.* & vide in eadem gloss. quid in locatione ad longum tempus, *num.* 79. *cum sequent.* ubi etiam vide plures quæstiones attinentes huic materiæ: & vide Decium *consil.* 282. *ad fin.* de locatione ad longum tempus.

(5) *Que han en ella parte.* Poterit ergò vendere uni ex consortibus, licèt ille minorem partem habeat, ut hìc patet: quia etiam ratione minimæ partis quis dicitur consors, ut *in L.* 1. *C. de commun. servo manum.* ubi Bald. notat, & infert ad statutum Florentinum, quo cavetur, quòd domus non possit alienari extra consortes; nam si sunt tres consortes, vel plures, etiam ei, qui habet millesimam partem, potest alienari, non obstante, quòd sit alius consors habens majorem partem, quod dicit menti tenendum: hæc enim lex privilegiat consortes condominos contra extraneos; ergò non inter se, *ff. de minor. L. si minor* 34. ubi melior est conditio conventi in privilegii paritate. In contrarium tamen facit *L. fin. C. de agric. & mancip. lib.* 11. ubi habetur, quòd fundus patrimonialis Principis non debet vendi uni tantùm colonorum suorum, sed pluribus debet vendi, ut materia seditionum tollatur: quia de natura rusticorum est, cùm ditantur, superbire, & se in elationem extollere: & Joan. de Plat. ibi inducit illam legem in argumentum, quòd si res communis vendatur, potiùs debet vendi omnibus consortibus, & sociis, quàm uni soli, ne molestus sit aliis; Lucas tamen de Penna ibi aliter intelligit illam legem, scilicèt, quòd si aliquis ex colonis Imperatoris vult vendere prædium suum (quod tamen est de patrimonio Principis in directo dominio) requirendi sunt alii, qui sunt de simili origine, seu jure, neque est vendendus alicui, qui suis consortibus præsumatur existere gravis, & molestus: & secundùm intellectum istum non obstabit *dic. L.* sed fortè ex illa poterit limitari ista, scilicèt, quòd si sit casus, in quo pars rei communis vendatur alicui ex consortibus, qui posset esse aliis rixosus, & molestus, si haberet magnam partem rei, quòd tunc admittantur consortes ad retractum, ac si venditum esset extraneo, ut saltim pro partibus, quas quilibet habet, concurrant in tali venditione; quod est benè notandum, & benè faciunt ea, quæ de socio rixoso notantur *in L. si convenerit* 14. *ff. pro socio.*

(6) *O a otro estraño.* Adde *L. falso* 3. *C. de commun. rerum alienat.* & *L.* 1. *C. commun. divid.* valeret tamen statutum, quòd non liceret vendere extraneo, nisi priùs requisito consorte, ut *in L. dudum* 14. & ibi Salicet. *C. de contrah. empt.* L. 1. & ibi Joan. de Plat. *C. non licere habitat. metro. lib.* 11. & Bald. *in L. prima*, 1. *notabili*, *C. commun. divid.* licèt Angel. *in dict. L. dudum*, per illam legem dicat talia statuta esse iniqua: quia illa lex loquitur, quando statutum omninò removeret extraneos; sed talia statuta non removent, sed disponunt priùs requiri consortem, & præferri in emptione, & tale statutum valet, ut in ista lege probatur.

(7) *Tanto por ella.* Sive pretium sit excessivum, & ultra justum valorem rei, sive non: quia venditor debet conservari indemnis, *L. ad officium* 3. *C. commun. divid.* & *in authent. hoc jus porrectum, C. de Sacros. Eccles. L. in fundo* 38. *ff. de rei vendic.* ubi justum pretium dicitur, quod habiturus erat possessor; & res tantum valet, quanti vendi potest, *L. si servus furtivus* 14. *in princ.* & ibi Gloss. allegat concordantias, *ff. de condictione furtiva*, & ita determinat Joannes Andreas *in addition. ad Specul. tit. de emption. & vendit.* §. *nunc dicendum* el 2. *col.* 6. & 7. & sequitur Bald. *in L.* 2. *ult. quæst. C. de rescind. vendit.* & probatur *in L. fin. C. de jure emphyt.* ibi, *& tantam præstare quantitatem, quantam ipse... ab alio recipere potest*, & tenet Joan. de Imol. *in L. qui Romæ*, §. *cohæredes, ff. de verb. obligat.* Fabian. de Monte *in tractatu de emption. & vendit.* 3. *quæst. principalis quæstionis* 20. Et quid si res vendatur certo pretio, & donetur, quod pluris est, an consors debeat reddere non tantùm pretium conventum, sed & illud, quod donatum est? Dic, quòd non debet attendi illa communis clausula, quæ in venditione solet apponi, & quòd plùs est *donavit*, quæ potiùs de consuetudine, & stilo notariorum ponitur, quàm ut afferat aliquid momenti, ut dicit Angelus *in L.* 2. *C. de rescind. vendit.* si tamen aliàs appareret de mente vendentis, & ex affectione, & ex aliis conjecturis, quòd aliquam partem justi pretii donavit, teneretur retrahens ad illud etiam solvendum, ut pulchrè hoc tradit Carolus Molinæus *in consuetudinibus Parisiens. tit.* 1. §. 13. *in gloss.* 5. *quæst.* 12. & Fabian. de Monte *in suo tractatu de emption. & vendit. dicta octava quæst. principali*, 4. *quæst.* & Andreas Tiraq. *in libro suo de utroque retractu*, *fol.* 140. *num.* 11. *cum sequent. in fol.* 141.

(8) *Deue auer.* Hoc de stricto jure communi non erat ita expressum; imò liberum erat in potestate alienantis alienare in extraneum, vel consortem: sed de æquitate consors debet preferri, si velit tantum dare, quantum alius, secundùm Baldum *in dicta L.* 2. *C. de commun. rerum alienat.* allegat *L. necesse autem, ff. de in diem addiction.* & *L.* 1. *ff. de privileg. creditor.* quæ tamen leges hoc non probant in specie: & dicebat Fabian. de Monte *in suo tractatu de emption. & vendit.* referens Guilliel. de Cugneo *in L.* 1. *ff. de privileg. credit.* quòd cæteris paribus, potiùs tenetur quis vendere convicino, & quòd aliàs possit appellari: facit *L. quicunque* 7. *C. de omni agro desert. lib.* 11. & dicit etiam Fabianus ubi suprà *in tertia quæst. principali, quæst.* 20. referre ista Modern. *in L. si mihi, ff. de verbor. oblig.* quia interest nostra non habere malos vicinos, ut *in L. final. C. de pactis inter emptor. & vendit.* & confines fundos etiam supra justam æstimationem interest nostra interdùm habere, *L. si cui fundus* 54. *ff. de legat.* 2. super hoc etiam facta fuit quædam lex à Frederico Imperatore, Rege Siciliæ, quam ad litteram ponit Matthæus de Afflictis *in suo tractatu de jure protomiseos*, quæ tamen non servatur in istis Regnis, neque hoc jus retractus ex vicinitate datur in isto Regno, neque aliqua lege Regni cavetur, neque etiam per leges juris communis dictum Guillielm. fundatur in specie dicti sui. Tene ergò menti istam legem decidentem, locum habere retractum ratione communionis rei venditæ: & debet in isto retractu jure communionis servari omne illud, quod servari debet in retractu jure consanguinitatis, juxta *LL. Fori*, & *Ordin. de Nieva*: & omnia in illo retractu statuta in oblatione, & consignatione pretii, & cæteris diligentiis, & observatione termini novem dierum, & aliis, habent locum in isto retractu, ut habetur *in L.* 75. *in Ordin. Tauri*, ubi per glossatores reperies aliquas quæstiones in materia hujus legis, & per Matthæum de Afflictis in dicto suo tractatu. Quid autem si extraneus, cui est res vendita, sit Clericus, vel Ecclesia? Dic, quòd adhuc habebit locum ista lex, ut est textus notabilis, & ibi Abbas *quinto notabili*, *in cap. constitutus* 8. *de in integr. restitut.* hoc enim privilegium etiam Clericis potest competere, ut tradit Decius *consil.* 282. *ad finem*, & in propriis terminis nostræ legis tenet Alexand. *consil.* 143. incipit *viso statuto Mediolanensi*, *vol.* 7. ergò & contra Clericos procedet hujus legis dispo-

te que el estraño. E la vendida del estraño se deue entender que puede ser fecha, ante que sean entrados en pleyto (9), de la parte. Ca si el pleyto fuesse ya començado en juyzio para partirla, entonce non la podria vender al estraño, fasta que fuesse partida; fueras ende, con otorgamiento de los otros compañeros.

LEY LVI.

Del ome que por miedo, o por fuerça compra, o vende alguna cosa, por menos del justo precio.

POr miedo, o por fuerça comprando, o vendiendo algun ome alguna cosa, non deue valer; ante dezimos, que deue ser desfecha (1) la compra, si fuer prouado, que la fuerça, o el miedo fue atal (2), que lo ouo de fazer maguer le pesasse. E como quier que la vendida fuesse fecha por jura, o por peño, o por fiadura, o por pena, que fuesse y puesta, non deue valer. Ca despues que la vendida, o la compra, que es el principal, non vale (3), non deuen valer las otras cosas que fuessen puestas por razon della. Otrosi dezimos, que se puede desfazer la vendida, que fue fecha por menos de la meytad (4) del dere-

Leyes 1. y 2. tit. 11. lib. 5. Recop.

sitio. Sed quid si tu, & ego habebamus rem communem, tu vendidisti partem tuam Titio, me irrequisito, postea ego vendidi partem meam Sempronio, Titio irrequisito, & cessi sibi jus, quod habebam ex forma hujus legis contra Titium, ut mihi revenderet: Titius nunc agit contra Sempronium, qui à me emit, dicens, quòd emptio sua fuit eo irrequisito, & vult habere pro eodem pretio partem, quam ego vendidi Sempronio: Sempronius verò ex jure cesso prætendit sibi competere jus retrahendi partem, quam emit Titius: quæritur quis præferatur? Quæstionem istam movet Paulus de Castro *in L. apud antiquos in fine*, *C. de furtis*, & concludit, præferendum Sempronium agentem ex jure cesso: vide ibi per eum. Nota etiam, quòd ex verbis hujus legis, cùm dicit, *esse la deue auer*, *&c.* cum verbis superiùs positis, *pero si alguno*, *&c.* comprobatur illud, quod consuluit idem Paulus de Castro *consil.* 221. incipit *in hoc passu*, *vol.* 1. quòd & si sint plures consortes, & unus tantùm petat revenditionem partis factam extraneo, quòd ille solus admittetur in solidum, & non pro parte sua tantùm: est enim istud jus revendendi individuum, quia continet rem tradi, quod est individuum, *L. stipulationes non dividuntur* 72. *ff. de verb. oblig.* & notat Bartolus *in L. cui ususfructus*, *ff. de usufruct. legat.* non enim nisi in solidum petere potuisset, *L. quod autem* 11. §. *fin. cum L. sequent. ff. de in diem addiction.* Et adverte, quòd extrahens rem ratione communionis, vel proximitatis, tenebitur refundere omnes expensas, quas fecit in re is à quo retrahitur, vide per Alber. loquentem in casu, cùm jure proximitatis retrahitur, *in L. intra utile*, §. 1. *ff. de minor.* & ibi, quid si protestetur, quòd non faciat tales expensas.

(9) *Pleyto.* Id est, lis sit contestata, ut *in L.* 1. *in fin. C. commun. divid.* à qua ista lex sumpta est.

LEX LVI.

Rescinditur venditio, si fuit facta per vim, vel metum, hoc verè probato; nec etiam valent accessoria ad firmitatem posita, etiam juramento firmata. Item rescinditur, si fuit deceptus ultra dimidiam justi pretii; nisi ad verum pretium reducatur, vel nisi res sit perdita, vel deteriorata, aut per majorem xiiii. annis juramento firmata: si tamen fuit deceptus minor xiiii. annorum, etiamsi juret, rescinditur contractus. Hoc dicit.

(1) *Desfecha.* Adde *L.* 1. *C. de rescind. vend.* & *L. si vi, vel metu* 3. & *L. si per vim* 4. *C. de his, quæ vi, metusve caus. fiunt*: & dicit *desfecha*, quia contractus tenet, licèt rescindatur per actionem *quod metus causa*, ut notat Glos. *in dict. L.* 1.

(2) *Atal.* Id est, talis, qui caderet in constantem virum; & qualis sit iste, declaratur benè *in L.* 7. *tit. pen. Part.* 7.

(3) *Principal, non vale.* Adde *L. non dubium* 5. *C. de legib.* & *L. cum principalis* 178. *ff. de reg. jur.* & *L. Seius, & Agerius* 27. *ff. ad Leg. Falcid.* in eo tamen, quod hìc dicitur de juramento, intellige petita absolutione, ut dixi *in fin. tit.* 11. *Part.* 3. & per Innoc. *in cap. venerabilem*, *de election.* & *in cap. ad aures*, *quod metus caus.* & per Paul. de Castr. *in authent. sacramenta puberum*, *col.* 1. *in fin. C. si adversus vendit.*

(4) *Menos de la meytad.* Adde *L.* 2. & *L. si voluntate* 8. *C. de rescind. vend.* & *cap. cum dilecti* 3. & *cap. cum causa* 6. *de empt. & vend.* & *L.* 4. *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordin. Regal.* quæ extendit dispositionem hujus legis, & illius, ad contractum locationis, & permutationis, & ad alios similes, etsi interveniat publica subhastatio, & restringit terminum petendi usque ad quadriennium à die contractus: adde Spec. *tit. de emption. & vendit.* §. *nunc dicendum est*, *col.* 4. & *in tit. de locato*, §. *nunc aliqua*, *versic.* 90. ubi & quid in feudi, vel emphyteosis concessione. Et habet etiam locum ista lex, secundùm Alberic. *in dict. L.* 2. in datione in solutum, & habetur *in L. si quos* 16. *C. eod. tit.* quod limita, ut in casu *L.* 5. *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordin. Regal.* vide Bald. *in L. ordo in fin.* 1. *col. C. de execut. rei judic.* habet etiam locum in contractibus innominatis, Gloss. *in L. si olei*, *C. de locat.* & in contractibus stricti juris, tàm per viam exceptionis, quàm actionis, secundùm Alber. Bald. & Salic. *in dic. L.* 2. & in transactione vide per Gloss. *L. Lucius*, §. *fin.* & ibi Bart. *ff. ad Trebel.* Quid tamen in deceptione æstimationis rei datæ in dotem? Vide *L.* 16. *tit.* 11. *Part.* 4. & quæ ibi dixi. Habet etiam locum in nimia constitutione dotis, secundùm Gloss. *in L. si ex causa*, §. *in dotis*, *ff. de minor.* & tunc non debet concludi in libello alternativè, videlicèt vel quòd dos reducatur ad justam mensuram, vel quòd ex toto discedatur à contractu dotis; sed tantùm, quòd dos reducatur ad justam mensuram, secundùm Bald. novel. *in tractat. de dote*, *fol.* 20. *col.* 1. versic. *& hoc erit quadragesimum secundum privilegium.* An autem remedium hujus legis habeat locum, si interveniat ista deceptio in permutatione beneficiorum, Calderinus voluit, quòd sic, *in tit. de rerum permutatione*, *consil.* 4. incipit *duo Canonici.* Decius tamen *consil.* 210. *viso puncto ad finem*, 2. *col.* intelligit dictum Calderini, quando ex tali permutatione Ecclesia fuisset decepta ultra dimidiam justæ æstimationis; secùs si tantùm esset deceptio inter personas permutantium: nam tunc, secundùm eum, propter solam inæqualitatem, etiam data enormi læsione, non deberet vitiari permutatio: vide ibi per eum; & quid si procurator vendit, vide Gloss. *in L. qui fundum*, §. *procurator*, *ff. pro empt.* & quod notat Abb. *in cap. cum causam*, *de empt. & vendit.* versic. 2. *oppono*, *col.* 2.

Pro limitatione istius textus nota, quòd non procedit, neque potest allegari ista deceptio in contractu locationis gabellarum, ut *in L.* 143. *in Quaterno gabellarum*; non tamen per illam legem videtur tolli beneficium restitutionis, Gloss. *in L. postquam liti*, *C. de pactis*, & per Bald. *in L.* 1. *C. si adversus fiscum.* Quid autem si res quæ valebat 100. vendita fuit pro 10. eo pacto, ut si in Paschate non solverentur, adimpleretur justum pretium? an tunc sit locus remedio hujus legis? Bald. *in cap.* 1. *qualiter dominus propriet. feud. privet.* dicit, quòd non, quia sufficit provisio contrahentium. Quæstionem etiam pulchram similem huic ponit Odofred. & refert Alberic. *in dict. L.* 2. *col.* 4. versic. *item quærit*, de eo qui vendidit rem valentem 10. pro quatuor, pacto apposito, ut venditore solvente dicta quatuor usque annum, emptor teneatur rem si-

recho precio, que pudiera valer en la sazon que la fizieron (5). E si el vendedor esto pudiere prouar (6), puede demandar al comprador, quel cumpla (7), sobre aquello que auia dado por ella, tanto quanto la cosa estonce podria valer segund derecho. E si esto non quisiere fazer el comprador, deue desamparar la cosa (8) al vendedor, e recebir del el precio que auia dado por ella. E por menos del derecho precio podria ser fecha la vendida, quando de la cosa que vale diez marauedis, fue fecha por menos de cinco marauedis. Otrosi dezimos, que si

sibi restituere; modò venditor non solvit dicta quatuor infra terminum: numquid eo elapso poterit uti beneficio hujus legis, & *dictæ L.* 2. & tenet, quòd sic, quia ex pacto non videtur renuntiasse beneficio hujus legis; sicuti è converso quis potest uti speciali beneficio, licèt remiserit jus commune, ut *in L.* 1. *C. de legit. hæred.* & licèt hæc duo dicta videantur compugnare; tamen dictum Baldi procedit ex eo, quia venditor scivit pretium conventum non esse justum, & nihilominùs vendidit; in secundo verò dicto Odofredi, & Alberici non constat, quòd hoc scivit: scienti enim justum pretium, & rem vendenti viliori, non competit hoc remedium, ut notat Azo *C. de rescind. vendit. in summa*, ibi *scienti enim, &c. L.* 1. *ff. de action. empt.* & *regul. scienti* 27. *de regul. jur. in* 6. Sed nonne quilibet præsumitur scire valorem rei suæ, ut *in L. quisquis* 15. *C. de rescind. vend.*? nunquàm ergò habere poterit locum remedium hujus legis. Sed dic, quòd ubi quis paulo vilius vendit, præsumitur, quòd sciverit pretium rei, & ita procedit *L. quisquis*, ut ibi patet; sed ubi multo vilius, ita quòd enormis læsio sequeretur, ignorare præsumitur, argumento *L. cum de indebito* 25. *ff. de probation.* & tenet Salic. *in dict. L.* 2. *in fin.* post Pet. & Cin. & Nicol. de Matha: debet ergò, secundùm eum, error in libello narrari, licèt non sit necesse probari. Et nota, quòd si contractus venditionis esset confirmatus per judicem, non posset agi remedio hujus legis, ut *in L.* 1. & ibi Bart. & Joan. de Plat. *C. de prædiis Decurion. lib.* 10. & idem Plat. *in L. si quos*, *C. de Decurion. eod. lib.* quod intellige, quando decretum fieret cum causæ cognitione, & ita exprimitur in eo, & non esset interpositum ex falsa causa, ut *in L. cum vero* 26. §. *subventum* 7. *ff. de fideicom. libert.* & tradit Decius *consil.* 351. *col. fin.*

(5) *En la sazon que la fizieron.* Adde *L. si voluntate* 8. *C. de rescind. vendit.* & *cap. cum causa* 6. *de empt. & vendit.* Gloss. *in cap. cum dilecti*, *eod. tit.* & *cap. cum causam* 42. & ibi Gloss. *de testibus*, & text. *in L. non intelligitur* 3. §. *Divi fratres* 5. & ibi Bart. *ff. de jure fisci.* Sed quid si per testes probatur, quòd per annum antè res tantum valebat? numquid per hoc illativè concludant de tempore contractus? Bald. post Jacob. de Raven. *in dict. L.* 2. *col. pen.* dicit probari ex hoc præsumptivè: nam in brevi tempore, per locum à communiter accidentibus, non contingit mutatio notabilis quantitatis in stabilibus, nisi aliud probaretur; quia sæpè per guerras, & alias hominum passiones in brevi tempore fiunt magnæ mutationes; undè judex debet super hoc arbitrari. Albericus ibi *col.* 5. vult, quòd imò probatio non concludat; sed debeat probari de tempore contractus: opinionem tamen Jacobi tenet Cin. *in authent. sed quamvis*, *C. de rei uxor. action.* Salic. *in dict. L.* 2. *col. antepen.* & satis mihi placet ita, quòd hoc resideat in judicis arbitrio.

(6) *Pudiere prouar.* Hoc qualiter probetur, ponit Glos. magn. *in dict. L.* 2. *in fin. C. de rescind. vend.* & ibi Bart. Bald. Angel. & Salic. & per Joan. de Plat. *in L. fin. C. de prædiis & omnib. reb. navicular. lib.* 11. & in brevi tempore non præsumitur mutatio valoris, vide *L. fin. tit.* 25. 2. *Part.* Bald. ubi suprà *col. pen.* vers. *pone quidam*: & ad id, quod tradunt, an probetur ex instrumentis veterum venditionum, adde Bald. *in L. unica, col. final. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest*, & Alexand. *consil.* 28. *col.* 2. *vol.* 5. & fundus civitati propinquus cariùs æstimatur, secundùm Bald. *in L. si quis argentum in princ. C. de donation.* & *L. si cui fundus* 54. *ff. de legat.* 2. Et adverte benè, quòd res debet æstimari cum qualitatibus suis, *L.* 1. §. *si hæres, ff. ad Trebel. L. cum de mortis* 4. *in fin. C. de donation. caus. mort.* & dicit Bartol. *in dict.* §. *si hæres*, quòd sis cautus, quando tractatur ista materia, quòd consideres personam venditoris, si erat implicitus debitis, vel si dedit fidejussorem, vel non; ut ex hoc possis concludere, quòd talis res non reperisset emptorem tantæ quantitatis; & idem dicit in similibus qualitatibus rerum, quæ habent augere, vel diminuere pretium: adde etiam ea, quæ notantur *in cap. ad nostram* 5. *de empt. & vend.* Et testes deponentes super valore rei, etsi non interrogentur, debent reddere rationem dicti sui, Bald. *in L. fin. C. de jure domin. impetr.*

(7) *Quel cumpla.* Ex hac lege colliges formam libelli, & ponit Angel. *in dict. L.* 2. *in fin.* & vide per Speculat. *tit. de emption. & vendit.* §. *nunc dicendum*, versic. *ubi autem quis in venditione.* Et probatur ex ista lege, quòd licèt in libello non fiat mentio de beneficio rei, sed tantùm agatur ad supplendum pretium, libellus tenet, & adde *L. pater* 7. *ff. quod cum eo*, & Bald. *in dict. L.* 2. *col.* 9. & tene hoc menti, quia Abbas post Doctores alios voluit contrarium *in cap. cum dilecti*, *de empt. & vendit.* ubi vide text. Quid autem si primus emptor alienavit in alium? contra quem agatur, vide per Bald. *in dict. L.* 2. *col.* 8. & Salicet. *col.* 5. & Alexand. *consil.* 92. *vol.* 1. *col.* 3.

(8) *Desamparar la cosa.* Sed an cùm hoc eligit emptor, teneatur etiam fructus restituere? Videtur, quod non, cùm hæc lex, & etiam *L.* 2. *C. de rescind. vend.* tantum dicant de re; & fructus debeat lucrifacere, cùm eos titulo perceperit. Alberic. movet istam quæstionem *in dict. L.* 2. *col.* 4. & non decidit, sed remittit se ad Rofredum *in titulo de actione quanto minoris*, versic. *item quæritur*, *utrum debeat restitui fundus cum fructibus*; & videtur de mente Bald. *in dict. L.* 2. *quæst.* 1. quod non veniant fructus in ista actione, quod & voluit Fabian. de Monte S. Sabini *in suo tractatu de emption. & vend.* 8. *quæst. principali*, *col. pen. versic.* 8. *ad finem.* Videtur dicendum, quòd cùm ista lex velit contractum istum, ubi tanta læsio, seu deceptio intervenit, reduci ad æqualitatem, quòd teneatur restituere fructus pro parte pretii, in quo venditor fuit deceptus; & similiter in casu, in quo potiùs velit supplere justum pretium, tenebitur etiam ad interesse pretii, quod non dedit, argum. eorum, quæ habentur, & notantur *in L. usuras* 2. *C. de usur.* & *in L. curabit* 5. *C. de action. empt.* & *in L. Julianus* 13. §. *ex vendito* 19. *et seq. ff. eod. L.* 1. §. 1. & *L. facta redhibitione* 60. *ff. de ædilit. edicto*, quod benè nota in practica: facit etiam, quia quando res restituitur ex beneficio hujus legis, omnia in pristinum statum reducuntur ad instar restitutionis minoris, ut *in L. quod si minor* 24. §. 4. vers. *restitutio*, *ff. de minor.* Post hæc scripta habui ad manus Summam Rofredi Benaventani, quem refert Alberic. qui idem tenet in effectu, scilicèt, quòd si eligat restituere fundum, quod restituat cum fructibus, & recipiet pretium, quod dedit, cum interesse quod in regione frequentatur, argum. *ff. de usuris*, *L. videamus*, & *L. pen. ff. de verb. signific.* quia secundùm eum, verbum *restituere* plenam habet significationem, etiam fructuum, & accessionum, &c. argum. *L. curabit* 5. *C. de action. empt.* & *dict.* §. *ex vendito* 19. *dictæ L. Julianus*, *ff. de action. empt.* & *L. emptor* 65. *ff. de rei vendic.* Post hæc etiam reperi Bart. Cœpol. *in suo tractatu de simulatione contractuum in primo casu principali*, *col. fin.* ubi vult contrarium, imo, quòd neque de jure Civili, vel Canonico fructus sint restituendi, rescissa venditione ex remedio *dictæ L.* 2. dicens, quòd non meminit se legisse jure cautum; imò, quòd *dicta L.* 2. videtur probare contrarium, ex quo solùm providet, quòd sit in electione lædentis, vel rescindere contractum, vel supplere justum pretium; & cùm tenuerit ipso jure venditio, & sic emptor perceperit fructus rei suæ, eos restituere non tenetur: & subdit, quòd facit ad hoc, quod notat Bald. *in cap.* 1. *de feud. dat. in vicem leg. commissor.* & Anton. *in cap. ad nostram circa medium*, ibi *sed veniente tempore*, *de empt. & vendit.* & subdit etiam, quòd in foro animæ benè credit, quòd emptor teneatur restituere fructus, vel in sortem computare pro eo minori pretio, quo res fuerat vendita, vel distracta. Tu verò tene, quod dixi, etiam in foro contentioso: quia habet maximam æquitatem, & fulcitur auctoritate Rofredi, & Alberici, qui transit cum eo, & vult etiam Salicet. *in dict. L.* 2. *num.* 5. & facit optimus text. *in L. majori-*

si el comprador pudiere prouar, que dio por la cosa mas de la mitad del derecho precio, que pudiera valer en aquella sazon que la compro, que puede demandar se desfaga la compra, o que baxe el precio, tanto quanto es aquello que demas dio. E esto seria, como si la cosa que valiesse diez marauedis, que diesse por ella mas de quinze (9). Esto dezimos que puede fazer, e demandar el vendedor, o el comprador, non seyendo la cosa que se vendio, perdida, nin muerta (10), nin mucho empeorada: ca si alguna destas cosas le acaesciesse, non podria despues fazer tal demanda. Otrosi dezimos, que si el comprador, o el vendedor, jurare, quando fiziere la compra, o la vendida, que maguer la cosa valiesse mas (11), o menos, que nunca pudiesse demandar, que fuesse desatada la vendida; si fuere mayor de catorze años (12) el que vendio, quando la jura fizo, deue ser guardada la jura: e non se puede desatar entonce la compra, nin la vendida, por tal razon. Mas si fuesse menor de catorze años, non valdria la jura, e desatarse y a la compra, o la vendida, tambien como si non ouiesse jurado.

LEY LVII.

Como la vendida que es fecha engañosamente, se deue deshazer.

Heredad, o casa, o viña, o otra cosa qualquier auiendo algun ome, en algun lugar do el non estouiesse, nin sopiesse quanto se valia, nin la ouiesse nunca visto; e non auiendo voluntad de la vender, si otro alguno le mouiesse razones engañosas, de manera que gela ouiesse de vender; dezimos, que tal vendida como esta se puede desfazer (1), e non vale (2); quier sea fecha por menos de lo que vale, quier non. Mas si este, cuya fuesse la cosa, ouiesse voluntad de la *Ley 2. tit. 11. lib. 5. Recop.*

ribus 3. C. commum. utriusque judic. & fundamenta Cœpolæ non urgent in contrarium. Et ex hoc etiam infertur, quòd si emptor tempore quo rem tenuit eam hypothecavit, quòd tenebitur ad interesse, vel ut rem liberet ab hypotheca, nam tenet hypotheca ut latè tradit Alber. *in dict. L. 2. col.* 4. versic. *item quæro*, post Thomam de Piperata, & Bart. *in L. si res, ff. quibus mod. pig. vel hypoth. solv.* de quo vide Bald. *in dict. L. 2. col. 7.* versic. *juxta hoc quæritur*, & Joan. Andr. *in addition. ad Spec. in rubr. de obligatione, & solutione, col. 2.* & infrà *eod. L. fin.* ubi vide omninò, quia illa lex non vult tenere hypothecam. Adverte etiam, quòd si emptor fuisset in mala fide, inducendo vendentem, ut venderet minus justo pretio, tunc præcisè tenetur rem restituere, neque posset supplere justum pretium, ut est text. juncta Gloss. *in L. pen. C. si vendit. pig. agatur*, & per Paul. de Cast. *in dict. L. 2. in princ.*

(9) *Mas de quinze.* Approbat opinionem Azon. *in summa, C. de rescind. vendit.* & Gloss. & Innoc. *in cap. cum causam, de emption. & vendit.* & Gloss. *in dict. L. 2.* reprobata opinione R. & Cyn. *in dic. L. 2.* vide quæ dixi *in L. 16. tit. 11. Part. 4.*

(10) *Perdida, nin muerta.* Approbat opinionem Azon. *C. eod. in summa*, & Gloss. *in dic. L. 2.* reprobata opinione Guidonis, & Bart. Brixien. qui tenuerunt, periculum spectare ad emptorem, ex quo venditio fuit perfecta; & quòd sic adhuc venditor possit consequi supplementum justi pretii, & tenebat etiam Alber. *in dict. L. 2. col. 3.* dicens, hanc esse opinionem veriorem, & justiorem; opinionem tamen Azon. quæ hìc approbatur, dicit Salicet. communem *in dict. L. 2. q. 14. & q. 19.* Et adverte, quia Gloss. & Doct. in hoc loquuntur in casu, quo venditor fuit deceptus: ista lex Partitarum disponit etiam eo casu, quo emptor fuit deceptus; in quo est majus dubium ex eo, quòd venditori remanet necdùm pretium justum, verùm & quod excedebat à pretio justo, ita quòd venditor in isto casu est in lucro, & sine damno; & videbatur æquum, quòd saltèm ad pretium excessivum teneretur etiam re perempta. In casu verò, quo emptor fuit deceptus, uterque remanebat in damno re perempta, undè multum nota istam legem Partitarum, idem disponentem in emptore decepto, quod in venditore.

(11) *Maguer la cosa valiesse mas.* Quid si non jurasset isto modo, sed simpliciter, non venire contractum venditionis? an tunc poterit agere venditor remedio hujus legis, & *dict. L. 2. C. de rescind. vend.* vide Bald. *in L. quæ sub conditione, §. si quis, ff. de condit. instit.* dicentem per illum text. quòd non potest petere alternativè, quòd adimpleatur sibi justum pretium, vel rescindatur venditio: videtur tamen, secundùm Paul. de Cast. ibi, quòd non obstante juramento, saltim possit agere ad pretium simpliciter, scilicèt, ut suppleatur sibi justum pretium, per *dict. §. si quis*, ubi altera conditio firma permanet; licèt conditio jurisjurandi rejiciatur: quod satis est menti tenendum.

(12) *Mayor de catorze años.* Vult ista lex, quòd ad hoc, ut juramentum obstet majori quatuordecim annorum, debeat specificè jurare, quod licèt res plus, vel minus valeat, non contra veniet: non ergò sufficeret juramentum simpliciter præstitum; & sic approbatur hìc Gloss. *in cap. cum causam, in fin. de empt. & vendit. in dict. L. 2.* & vide quæ dixi *in L. 16. tit. 11. 3. Part.* Et limita, & intellige istam legem, quando læsio esset parùm ultra dimidiam justi pretii; si tamen esset magnus excessus, veluti si rem valentem xv. daret pro quatuor, vel quinquè, tunc ratione enormissimæ læsionis, quia intervenit dolus re ipsa, non obstaret juramentum, *L. si quis cum aliter 36. ff. de verb. obligat. L. omnes 17. §. Lucius, ff. quæ in fraud. creditor.* & notat Abb. *in dict. cap. cum causa, in fin.* & *in cap. cum contingat, col. 19*, vers. *nonus casus, de jurejur.* & procedit etiam si sit major 25. annorum, ut declarat benè Philip. Corneus *consil. 214. vol. 3.* incip. *viso puncto, col. pen.* vide etiam latè per Decium *consil. 180. & consil. 344. & consil. 403.* & quæ dixi *in L. 59. tit. 18. Part. 3.* & latè Petrum de Anchar. *in repet. cap. canonum statuta, fol. 12. de constit.* Et adverte etiam, quòd potest renuntiari remedio hujus legis, ut dicit Bald. *in dict. L. 2. col. 5.* & ibi per alios Doctor. ubi vult, quòd minor, mulier, vel rusticus debeant de hoc beneficio certiorari: & si renuntiat emptor, non videtur renuntiare venditor, Bald. *in cap. 1. qualiter domi. propriet. feud. privetur, col. 2.* & ibi etiam vide per eos, parvi effectus esse illam clausulam solitam apponi à notariis, videlicèt, quòd si plus valebat res, venditor emptori donavit pro bene meritis, & servitiis: posse tamen habere aliquem effectum, declarat ibi Ang. *col. pen. circa finem*, versic. *sed adverte*, & vide latiùs de ista clausula per Bart. Cœpol. *in suo tract. de simulatione contract. præsumptione septima.*

LEX LVII.

Si non videntem, nec agnoscentem rem suam, nec ejus pretium, nec vendere volentem, dolo aliquis induxerit ad vendendum, non valet venditio: sed si volebat vendere, valet; sed tenetur decipiens ad damnum. Hoc dicit.

(1) *Se puede desfazer.* Scilicèt, quatenùs de facto processit; nam de jure est nulla, cùm dolus dederit causam contractui, *L. & eleganter 7. in princ. ff. de dolo, L. si dolo 5. C. de rescind. vendit.*

(2) *Non vale.* Ut in *dict. L. & eleganter 7. in princ.* ubi vide bonam gloss. *ff. de dolo*: & adde, idem esse in dis-

la vender, e el comprador le fiziesse engaño, encubriendol alguna cosa de las quel pertenescen a la heredad, o a la cosa que vendia; o faziendol creer engañosamente, que maguer algunas cosas pertenesciessen a la heredad, dixesse que estauan en poder de alguno, que estauan malas de cobrar, e que eran perdidas; estonce dezimos que vale la vendida, porque el vendedor ouo voluntad de lo fazer. Pero el comprador es tenudo (3), de emendarle aquel engaño que fizo; de manera, que aya el precio derecho que podria valer aquella cosa que le vendio, con las sus pertenencias que fueron engañosamente encubiertas.

LEY LVIII.

Como se puede desfazer la vendida, si el comprador non guarda el pleyto que puso sobre ella.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

MVeuense los omes a las vegadas, a vender sus cosas, por pleyto que les fazen ante en las vendidas, o por cosa que les prometen; de manera que si esto non les prometiessen, de otra guissa non las querian vender. E porende dezimos, que quando alguno vendiesse su cosa sobre tal pleyto, que conuiene en todas guisas, que el pleyto sea guardado: ca si non lo guardassen en la manera que fue puesto, desfazerse y a porende la vendida. Mas si la vendida fuesse fecha de otra guisa, que la non fiziessen señaladamente por razon de los pleytos, mas auiniendose el comprador, e el vendedor en la vendida; e de si, fiziessen pleytos despues en razon della, entonce valdria, e non se puede desatar, maguer los pleytos non fuessen guardados. Pero aquel que fizo la postura, tenudo es de la cumplir, e de emendar al otro los daños, e los menoscabos quel vinieron, por razon que non guardo el pleyto, que fue puesto en la vendida.

LEY LIX.

Del ome que encubiertamente, e con engaño, compra las cosas a algund ome que era pechero, por fazer perder al Rey sus derechos.

ENcubiertamente, e con engaño, vendiendo sus cosas algund ome, que era pechero, o debdor del Rey, por fazerle perder sus pechos, o sus rentas, o su debda que le ouiesse a dar, la vendida que fue assi fecha non deue valer (1), mas deue ser desfecha en todas guisas. E si el comprador sabe este engaño, e fizo la compra a sabiendas, es tenudo de pechar al Rey, de lo suyo, tanto como aquello por que auia comprado atales cosas, como sobredichas son.

Ley 11. tit. 10. lib. 5. Recop.

LEY

distractu, si dolus dedit ei causam: vide per Bald. *in L. de tutela*, *C. de in integr. restit. minor.* & *L.* 3. *C. de exception.* non tamen esset ipso jure nullus contractus, quando dolus non dedit formam contractui, sed modo contrahendi, ut notat Bald. per text. ibi *in L.* 3. *C. si minor se major. dixer.* & si deceptus vellet stare contractui, posset, ut notat Gloss. *in dict. L. si dolo*, & *in dict. L. eleganter*, & vide Joan. de Plat. *C. de fundis rei privat. L. fin. lib.* 11. & Bald. *in L. dolum*, *C. de peric. & commod. rei vend.* quid autem in dolo dante causam constitutioni dotis, vide Bald. novel. *in tract. de dote char.* 37. *col.* 3. & de dolo dante causam matrimonio spirituali, vide *in cap. fin.* 20. *quæst.* 3. & ibi Glos. quid si det causam matrimonio carnali; & de dolo dante causam transactioni, vide *L. sub prætextu* 19. *C. de transact.* & quod ibi Bald. notat *col.* 2.

(3) *El comprador es tenudo.* Adde *L. Julianus* 13. §. *si venditor* 4. & §. *idem Julianus* 6. *ff. de action. empt.* & *L. si quis affirmaverit* 9. *ff. de dolo.*

LEX LVIII.

Si pactum in venditione appositum, sine quo non fuisset celebrata venditio, non servatur, rescinditur venditio; sed si sine pacto etiam fuisset celebrata, non rescinditur, sed agitur ad interesse. Hoc dicit.

LEX LIX.

Si debitor, vel tributarius Regis vendidit rem fraudulenter, ut Regem suo jure defraudet, rescinditur venditio: & si emptor est particeps fraudis, solvet Regi aliud pretium. Hoc dicit.

(1) *Non deue valer.* Concordat *L. pen. C. de rescind. vendit.* ubi Alber. dicit, quòd illa lex obviat fraudibus volentium evitare onera publica, sicut sæpè faciunt rustici, qui de rebus eorum fictè faciunt venditiones dominis suis, secundùm Odofredum: dicit etiam Francis. Accursius, quòd cùm vellet recedere de Bononia, & ire aliò ad legendum, cùm sibi præceptum fuisset ut non recederet sub pœna publicationis bonorum, vendidit bona sua cuidam amico suo; sed nihilominùs fuerunt publicata: sed quia rediit, restituta sibi fuerunt: hæc Alberic. Angel. etiam ibi notat illam legem contra incolas terrarum, qui incepta guerra, & collectis impositis, in continenti omnia vendunt, & indè fugiunt: nam & ad res venditas fiscus habebit recursum: inducit etiam contra rusticos, qui gravantur collectis, plusquàm cives, qui, ad fugiendum collectas, distrahunt bona civibus, adde *L. incola muneribus destinatus* 34. *ff. ad municipal.* & *eod. tit. L. ordine* 15. §. *in fraudem* 2. ubi bonus text. & de assumentibus ordinem, vel habitum in fraudem publicorum munerum, vide Bart. *in L. semper*, §. *fin. ff. de jure immun.* & *L.* 1. & ibi Joan. de Plat. *C. ut nemo ad suum patroc. vicos, vel rusticos eorum*, *lib.* 11. ubi de contractibus factis in fraudem publicarum functionum, & ibi de pœna statuta contra tabelliones, & adde *L. quidam ignaviæ* 26. & ibi Joan. de Plat. *C. de decurion. lib.* 10. Bart. & idem Plat. *in L.* 1. *C. de navibus non excusand. eod. lib.* & *L.* 6. *tit.* 9. *lib.* 5. *Ordin. Reg.* ubi de donatione, quæ fit per patrem filio clerico, & Gloss. & ibi Joan. de Plat. *in L. cum facultates*, *C. de his, qui numer. liberorum*, *lib.* 10. de emptionibus quas patres faciunt nomine filiorum spuriorum, vide *L.* 1. & ibi Bald. *C de natur. liber.* & ibi, quod pretium confessatum non sufficit, imò arguit venditionem esse fictitiam; & de modis arguendi istas fraudes, vide Bald. *in L.* 1. *col. fin. C. si quis omis. caus. testa.* & *in authent. ex testamento*, *col.* 3. *C. de collat.* & *in L. si quis posthac* 9. *C. de bonis damnator.* & notab. per Bald. *in L. fraus*, *ff. de legib.* & *in L.* 2. *C. de repud. hæred.* & *in L.* 1. *col.* 4. *C. qui bonis cedere possunt.*

LEY LX.

Como se puede desfazer la vendida, que fizo el sieruo en los bienes del señor.

EStablesciendo vn ome a otro por su personero en todas sus cosas; entre tanto que este atal fincasse en la personeria, le establesciesse el otro por su heredero, non lo sabiendo el; si acaesciesse, que muriesse aquel que lo auia establescido por su personero, e por su heredero, e algund su sieruo vendiesse de los bienes del finado alguna cosa a otro; tal vendida como esta non valdria, e poderla y a desfazer el heredero, quando quier que lo sopiesse, ante que la cosa fuesse passada (1) a poder del comprador. E esto se puede fazer, maguer el mismo se ouiesse acertado en la compra, e lo ouiessen llamado por testigo; e aunque ouiesse escriuido su nombre (2) en la carta de la compra. E esto es, porque non era sabidor, que era establescido por heredero: ca si lo sopiesse, non consentiera que la vendida fuesse fecha. Pero si este sieruo sobredicho tenia tal lugar en vida de su señor, que acostumbraua algunas cosas a vender por el; como quier que el heredero pueda desfazer la vendida, por la razon sobredicha, con todo esso, tenudo es de emendar al comprador los daños, e los menoscabos, quel vinieron por razon de aquella compra, de los bienes que el sieruo traya en pegujar, si los ouiere.

LEY LXI.

De los omes que se arrepienten para desfazer las vendidas; que non se pueden desfazer, maguer ganassen carta del Rey para desfazerlas.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

ARrepientense a las vegadas, para desfazer la vendida, los omes, despues que han vendidas sus cosas: e van a pedir merced a los Reyes, que les manden dar sus cartas para que las puedan desfazer. E porende dezimos, que tales cartas non les deuen dar; e si las dieren, non deuen valer (1). Ca non seria cosa guisada, que pues la vendida fue fecha derechamente, e con plazer del vendedor, e del comprador, que pueda ser desfecha por premia, e a miedo, del vno dellos. Otrosi dezimos, que maguer el vendedor se quisiesse arrepentir, despues que la vendida fuesse fecha, diziendo al comprador, quel daria el precio doblado (2), e quel desamparasse la cosa, que aun por tal razon non podria desfazer la vendida, nin seria tenudo el comprador de lo fazer, si non quisiesse.

LEY LXII.

De los que quieren desatar la vendida que ouieren fecho de su grado, maguer digan que la fizieron con cuyta.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop. Leyes 1. y 2. tit. 11. lib. 5. Recop.

DEsatar queriendo alguno la vendida que ouiesse fecho de su grado, diziendo que la vendiera con grand cuyta (1), en que estaua, de fambre, o por muchos pechos que auia a dar por razon de aquella cosa que vendio, o por otra cosa semejante destas; dezimos, que esto non abonda, para desfazer la vendida. Otrosi dezimos, que si alguno quisiere desfazer la vendida, diziendo que la fiziera (2) por menos de lo que valia; por tal

LEX LX.

Si dominus omnium bonorum suorum procuratorem hæredem instituit, venditio facta rei dominicæ per servum hæreditarium jacente hæreditate, in qua idem procurator, ignorans se hæredem, post domini mortem subscripsit, rescinditur, ut priùs sciverit ante traditionem: tamen si servus solebat in vita domini sic vendere; quamvis rescindatur venditio, tenetur tamen hæres de peculio emptori. Hoc dicit. Ista lex habuit ortum à *L. Titius Seji* 8. *ff. de rescind. vendit.*

(2) *Ni boluiendo.* Licitum tamen erit venditori bladorum commiscere triticum, vel hordeum corruptum cum incorrupto: quia additione novi velatur veteris corruptio, sicut in additione boni veneni tollitur, & velatur nocumentum mali, & fit optimum antidotum, *L. quod sæpe* 35. §. *veneni* 2. *ff. de contrah. empt.* facit *L. qui venenum* 236. *ff. de verb. signific.* neque obstat, si dicatur, quòd commixtio frumenti incorrupti cum corrupto videatur quædam deceptio, seu falsitatis species, ut hìc, & *in L. saccularii* 7. ubi Gloss. *ff. de extraord. crimin.* quia potest hoc discerni ad visum qualis sit, & omnibus apparere; secùs tamen esset in aliis rebus, quæ discerni non possunt, secundùm Joan. de Plat. per text. ibi *in L.* 1. *C. de conditis in publicis horreis*, *lib.* 10. quem textum etiam inducit Bart. ad commiscentes ceram corruptam cum incorrupta, quòd non dicantur ceram falsare. In contrarium tamen facit, quod habetur in pragmat. Regum Catholicorum, fol. 16. contra immiscentes paleam, pulverem, vel alia hujusmodi cum frumento: dic, quòd ibi non prohibet mixturam frumenti cum alio frumento, & est ibi in prohibitis diversa ratio. Si tamen in summitate saccorum venditor poneret bonum frumentum, & intùs malum, & corruptum; tunc puniretur extraordinariè, ut *in dict. L. saccularii*, & adde *L.* 8. *tit.* 16. *Part.* 7.

(3) *Por otra.* Adde *dict. L.* 8. *tit.* 16. *Part.* 7.

(4) *Peso, e de medida.* Ut in *L.* 7. *tit.* 7. *Part.* 7.

(5) *Por los caminos vsados.* Vide infrà *eodem*, *L.* 6.

LEX II.

Mercatores non faciant inter se monopolium, de re non vendenda nisi pro pretio certo, vel etiam alii officiales; vel de non exercendo officium, nisi per eos recipiatur officialis, & socius; aut de non docendo officium, nisi certis: quod si fecerint, non valeat, etiamsi juramento firmetur, quia est contra utilitatem publicam; possunt tamen hoc facere cum consensu, & scientia Regis: & contra facientes perpetuò exulabunt, & eorum bona Regi applicantur: judices autem, & majores villæ prædicta fieri consentientes, & non infirmantes, vel Regi non denuntiantes, monopolium scientes, solvant Regi quinquaginta libras auri. Hoc dicit. Habuit ortum à *L. unica*, *C. de monopoliis.*

(1) *Nin otros semejantes.* Ex ista lege videntur prohiberi illæ impositiones, quæ vulgò dicuntur *Estancos*, de quibus vide *pragmat.* 77. *mihi est fol.* 94. & vide per Socinum *consil.* 272. *vol.* 2. & Bart. *in L. fin. col.* 4. versic. *quæro super quibus*, *ff. de colleg. illic.*

(2) *Otorgamiento del Rey.* Ex privilegio ergò Regis posset quis hoc jus, vel simile prætendere, ut notat Gloss. *in L. sane*, *ff. de injur.* ubi Gloss. dicit, quòd potest concedi privilegium, quòd quis solus piscetur in certa parte maris, & alios posset prohibere; seu quòd in tali loco, & non alibi carnes vendantur, ut *in cap. significante* 69. & ibi notat Abb. *de appellat.* & etiam Innoc. & alii Doctor. & si hoc est quæsibile privilegio, similiter & consuetudine, vel præscriptione; quia quod privilegio acquiritur, etiam præscriptione acquiri potest, *cap. cum contingat*

13.

LEY III.

De las ferias, e de los mercados, en que vsan los omes fazer vendidas, e compras.

Leyes 1. y 5. tit. 20. Ley 1. tit. 28. lib. 9. Recop. Ley 3. tit. 9. lib. 8. Recop.

FErias (1), o mercados (2), en que vsan los omes a fazer vendidas, e compras, e cambios, non las deuen fazer en otros lugares, si non en aquellos que antiguamente las costumbraron (3) fazer. Fueras ende, si el Rey otorgasse por su priuillejo (4) poder a algunos lugares de nueuo, que las fiziessen. E avn dezimos, que en estas ferias atales, que son fechas nueuamente, que non deuen fazer los Señores del lugar do se fazen las ferias, premia ninguna a los mercadores que a ellas vinieren; demandandoles ningun tributo, de las cosas que traxeren, por razon de la feria, nin de otra cosa; si non de aquellas que les otorga el priuilejo, por que les fue otorgada la feria. E maguer ouiessen a dar debdo conoscido (5), que fuesse de ante fecho que la feria fuesse establescida, al Señor del lugar, o a otro qualquier de los moradores en el (6); non los deuen traer a juyzio sobre ellos, nin prenderles, nin tomarles (7) ninguna de las cosas suyas, en quanto la feria durare. Pero los pleytos, e las debdas, que los mercadores fizieren, despues que vinieren a las ferias nueuas, o a las otras viejas; o las que ouieren fechas, a otra parte, a que prometieron de complir, e de pagar en ellas; tenudos son de las complir: e si non quisieren, puedenlos apremiar los Alcaldes, e los Mayorales de las ferias, que los cumplan. Otrosi dezimos, que si algund ome, o Concejo, ouiere priuilejo, que pueda fazer feria nueua, assi como sobredicho es, e despues que lo ouiere, passaren diez años (8) que non vsen del, que de alli adelante non le deue valer.

LEY IIII.

Como los Mercadores, e sus cosas, deuen ser guardados.

LAs tierras, e los lugares, en que vsan los mercadores a leuar sus mercadurias, son porende mas ricas (1), e mas abon- *Ley 3. tit. 9. lib. 8. Recop.*

13. *de foro compet. cap. duo simul* 9. *de offic. ordin. cap. novit* 13. *de judic.* Oldr. *consil.* 172. & notatur *in dict. cap. significante.* Adverte tamen, quia non sufficeret præscriptio, vel consuetudo longi temporis, quia contra istam legem non valeret consuetudo, sicut neque statutum inferiorum, tamquàm iniquum, secundùm Innoc. *in cap. cum accessissem, de constit.* dum respondit ad *L.* 1. *C. de monopol.* Requiritur ergo consuetudo immemorialis, quæ habeat vim privilegii, *cap. super quibusdam* 26. *de verb. signific.* & ita tenet Philip. Decius *in dict. cap. significante, col. fin.* quod benè procederet in his, quia non possunt fieri abque privilegio, ut hìc, ut minor præscriptio, quàm immemorialis, non sufficeret; sed si privilegium non esset necessarium, minori tempore acquiri posset, veluti si quis esset in consuetudine prohibendi alios, ne irent ad aliud molendinum, vel furnum, quia tale jus benè acquireretur ex eo tempore, quo prohibiti acquieverunt prohibitioni per tempus legitimum ad præscriptionem complendam, ut & dicit Abb. *in dict. cap. significante, in primo notabili,* & per Bald. *in L. item lapilli, in* 3. *quæst. ff. de rerum divis.* ubi subdit notabiliter, quòd ex causa publicæ utilitatis poterit infringi illa servitus, quòd solus habeat molendinum, per *L. fin. C. de servitut.* & adde Abb. ad prædicta *in cap. Abbate Sancti Silvani, col.* 2. *de verb. signific.* Gloss. & Doct. *in L. qui luminibus, ff. de servit. urban. prædior.* Advertant tamen Principes concedentes ista privilegia, ne concedant contra publicam utilitatem, neve ob ditandum unum, alios destruant; neque dona ingenii, & naturæ, & quæ Deus dat hominibus, Principes prohibeant, jubendo quòd unus solus exerceat talem artem, vel tale officium; sed præ oculis habeant Deum, & publicam utilitatem, cui ex injuncto regimine inservire debent.

L E X III.

Consuetudo, vel Regis privilegium potest ferias concedere, non alius; & in eis non potest peti majus tributum, quàm à Rege concessum: nec dominus loci, aut quivis alius feriis durantibus potest petere debitum à mercatoribus, nisi tributa nundinarum, vel debita in illis feriis, vel anterioribus feriis contracta: & privilegium ad nundinas de novo constituendas, perditur decennio, si eo non utatur. Hoc dicit. Habuit ortum à *L. unica, C. de nundinis.*

(1) *Ferias.* Intellige de præcipuis, & solennibus feriis, secundùm Bald. *in L. unica, C. eod.* quas vulgus appellat *ferias*, & fiunt semel, vel bis in anno: & istæ feriæ non possunt concedi, nisi ab Imperatore, vel Rege, text. *in L.* 2. *tit.* 1. *Part.* 2. Et nota, quòd edictum de feriis est permissorium; undè omnes feriæ censentur prohibitæ, nisi reperiantur, & demonstrentur permissæ: vide *L.* 1. & per totum *tit.* 7. *lib.* 6. *Ordin.* vide infrà *ead. L.* in gloss. *por su privilegio.*

(2) *Mercados.* Innuit hæc lex, etiam mercata non posse fieri de novo sine privilegio Principis; Bald. tamen post Nicol. de Matha *in dict. L.* 1. *C. eod.* tenet, quòd mercata, cùm consistant in facto, fieri possint sine privilegio. Videtur dicendum, quòd mercata, quæ communiter fiunt semel in hebdomada, in quibus nulla fit franchisia, fieri possint sine privilegio Principis; secùs si aliqua fiat franchisia, ut *in dict. L.* 1. *tit.* 7. *lib.* 6. *Ordin. Regal.* & *in Quaterno gabellarum L.* 137. tunc enim talia mercata non habent privilegia nundinarum; undè ibi convenientes poterunt conveniri, & capi pro repressaliis.

(3) *Las costumbraron.* De immemoriali consuetudine intelligerem, quæ æquipollet privilegio, *cap. super quibusdam* 26. §. *præterea, de verb. signific.*

(4) *Por su priuillejo.* Ut *in L.* 1. *ff. & C. de nundinis,* & *L.* 2. *tit.* 1. *Part.* 2. & intellige, ut sint privilegiatæ, ut dixi suprà in gloss. prox. vel ut possit ibi fieri aliqua franchisia; aliàs possent fieri sine privilegio, cùm commercia sint de jure gentium, *L. ex hoc jure* 5. *ff. de justit. & jure.*

(5) *Conoscido.* Limita, nisi esset debitum ex maleficio, secundum Bald. *in L.* 1. *C. eod.*

(6) *Moradores en el.* Nota hoc verbum, nam non ita benè expressum reperies de jure communi, quia *L.* 1. *C. de nundinis* tantùm loquitur de impetrante rescriptum nundinarum: undè si dominus loci, & non cives impetrarent, videbatur, quòd ipsi possent mercatores convenire tempore nundinarum: contrarium tamen dicit ista lex, & satis videtur de mente *dict. L.* 1. quia cives, in quorum favorem sunt nundinæ, satis videntur & ipsi impetrasse, & adde Angel. *in L. hæres absens, §. si quis tutelam, col.* 3. *ff. de judic.* ubi & dicit, quòd si feriæ fiunt Florentiæ, non possunt cives Florentini venientes ad nundinas convenire.

(7) *Nin tomarles.* Adde *L. fin. tit.* 7. *lib.* 6. *Ordin. Regal.*

(8) *Diez años.* Adde *L.* 42. *tit.* 18. *Part.* 3. & quæ ibi dixi.

L E X IIII.

Venientibus ad Regnum, seu ad nundinas, vel alia de causa mercatoribus, si eorum bona auferantur violenter, probata violentia, licèt de rebus non probetur, juratur in litem, considerata per judicem mercatoris persona, & rebus quas consuevit portare, ut taxata quantitate rerum super quibus juratur, quantum juraverit cum damnis, & interesse solvatur de bonis prædonis, eo nihilominùs corporaliter puniendo: & non invento prædone, nec ejus bonis sufficientibus, concilium, vel dominus, sub cujus dominatione committitur præda, solvet mercatori sic ablata. Hoc dicit.

(1) *Mas ricas.* Adde Gloss. *in L.* 1. *C. de nundinis:* & quòd

abondadas, e mejor pobladas: e por esta razon deue plazer a todos con ellos. Onde mandamos, que todos (2) los que vinieren a las ferias de nuestros Reynos, tambien Cristianos, como Judios, e Moros (3), e otrosi los que vinieren en otra sazon qualquier a nuestro Señorio, maguer non vengan a ferias, que sean saluos, e seguros (4) sus cuerpos, e sus aueres, e sus mercadurias, e todas sus cosas, tambien en mar, como en tierra; en viniendo a nuestro Señorio, e estando y, en yendose (5) de nuestra tierra. E defendemos, que ninguno non sea osado, de les fazer fuerça, nin tuerto, nin mal ninguno. E si por auentura alguno fiziesse contra esto, robando alguno dellos lo que traxesse, o tomandogelo por fuerça; si el robo, o la fuerça pudiere ser prouado, por prueuas, o por señales ciertas, maguer el mercader non prouasse, quales eran las cosas que le robaron, nin quantas; el Juez de aquel lugar, do acaesciesse el robo, deue rescebir la jura del, catando primeramente, que ome es, e que mercadurias suele vsar a traer. E esto catando, apreciando la quantia, sobre las cosas que le da la jura, deuele fazer entregar de los bienes de los robadores, todo quanto jurare (6) que le robaron, con los daños, e los menoscabos quel vinieron por razon de aquella fuerça quel fizieron; faziendo de los robadores aquella justicia, que el derecho manda. E si los robadores non pudieren ser fallados, nin los bienes dellos non cumplieren a fazer la emienda, el Concejo, o el Señor (7), so cuyo Señorio (8) es el lugar do fue fecho el robo, gelo deuen pechar de lo suyo.

LEY

quòd sint mercatores, publicè utile est, secundùm Bald. *in L. Macedoniani, C. ad Macedon.* & vide *L.* 2. & ibi Bart. *ff. de nundin.* dignior autem est civitas, si abundantiam rerum habeat ex territorio proprio, quàm si per mercatores abundet, & videtur esse securius, cùm propter bellorum eventus, & diversa viarum discrimina, de facili posset impediri victualium deportatio: est etiam hoc utilius ad conservationem civilem; nam civitas, quæ ad sui sustentationem mercationum multitudine indiget, necesse est, ut continuum extraneorum convictum patiatur; extraneorum autem conversatio corrumpit plurimùm civium mores, secundùm Aristotelem in Politica, quia necesse est evenire, ut homines extranei, aliis legibus, & consuetudinibus enutriti, in multis aliter agant, quàm sunt civium mores: hæc beatus Thom. 2. *de regim. Princip. cap.* 3.

(2) *Todos.* De habilitate restringe, nam non comprehenduntur banniti, neque relegati: talibus enim non videtur data fiducia, *L. relegati* 4. & *L. Divi fratres* 27. *ff. de pœnis*, Bald. *in L.* 1. *C. de nundinis.*

(3) *Moros.* Non intelligas de hostibus, cum quibus est bellum, quia suprà dixit: *De nuestros Reynos*, & patet *in L. mercatores* 4. *C. de comerc. & mercator.* vide *L.* 22. *tit.* 5. *infrà ead. Part.* & Bart. *in L. fin. ff. ad Leg. Jul. majestat.*

(4) *E seguros.* Plenior est hæc securitas, quàm illa, de qua *in L.* 1. *C. de nundin.*

(5) *Yendose.* An fuit necesse hoc exprimi, vel sufficiebat securitas data venientibus, absque eo, quòd dixisset, & redeuntibus? Vide *L. utimur* 5. & ibi Bart. *ff. de sepul. violat.* & *L.* 1. & ibi Bart. *C. de navicul. lib.* 11. & Alexand. *consil.* 46. *vol.* 2.

(6) *Quanto jurare.* Adde *L. si quando* 9. *C. unde vi*, & *L.* 8. *tit.* 3. *suprà ead. Part.* & *L.* 11. *tit.* 9. & *L.* 9. *tit.* 10. *infrà* 7. *Part.*

(7) *El Concejo, o el Señor.* Nota benè, quia non habetur hoc ita expressum de jure communi, nam *L. ne quid* 7. *ff. de incend. ruin. naufrag.* non ita clarè decidit, & text. *in authent. ut nulli judicum*, §. *quoniam vero*, *collat.* 9. vult contrarium. Et limita, & intellige, secundùm Bart. & Angel. *in dict. L. ne quid*, quando villa, vel castrum, vel dominus poterat prohibere robariam, & non prohibuit; & sic requiritur, quòd sciat, & prohibere valeat: & satis, secundùm Angel. intelligitur potuisse prohibere, si in locis suspectis potuit tenere custodes, & noluit retinere; nam civitates, & domini obviare debent insidiis, retinendo custodes in insidiosis locis, in quibus maleficia solent perpetrari, per *L.* 1. *C. de litor. & itiner. custod. lib.* 12. & idem vult Bald. *in cap.* 1. in parte *marchio*, *col.* 2. *de his, qui feud. dare possunt*, dicens, quòd Comites, & Barones tenentur Curtes suas, in quibus colligunt pedagia, tenere securas à latronibus; aliàs tenentur emendare damna deprædatis. Limita etiam, & intellige, nisi illi, qui fecerunt violentiam, erant fortiores, secundùm Bald. *in L. si ideo*, *C. de his, quibus ut indign.* per text. *in cap. fin. de pœnis*, *lib.* 6. & *L. sed de damno* 41. ubi idem Bald. *ff. locat.* & satis hoc comprehenditur in præcedenti limitatione: & eadem ratione idem est dicendum, si maleficium est commissum in confinibus villæ, & incontinenti deprædator se trastulit ad aliud territorium, vel si de nocte fuit commissum maleficium, ita quòd in notitiam domini, vel hominum villæ, vel majoris partis eorum non venit, secundùm Bart. *in L.* 1. §. *occissorum*, *ff. ad Syllan.* & *in dict. L. ne quid*, & *in L. in delictis* 4. *in princ. ff. de noxal.* & tene menti dictum Angeli, quatenùs dicit teneri ad custodiam, & adde Angel. de Aret. *in suo tractat. maleficior.* in parte *fama publica*, *col.* 14. versic. *quid si statuto cavetur*, ubi videas: & certè, quando dominus, vel civitas habet jura pedagii, quæ colligit à transeuntibus, ut dxit Bald. *in dict.* §. *marchio*, satis benè procedit dictum Angeli; si verò non perciperet, fortè non teneretur ad custodiam confinium, & si nescivit, vel prohibere non valuit, non teneretur ad emendationem damni. Sed an sicut probatur per juramentum derobati æstimatio rerum, seu res derobatæ contra deprædantem, ut hìc habetur, eodem modo probetur contra dominum, vel villam? Bart. *in dict. L. ne quid*, *col.* 2. versic. *quæro tunc*, tenet, quòd non, & quòd talis modus probationis tantùm habeat locum, cùm agitur contra delinquentem: vide Bald. (ubi latè disputat) *in* §. *conventiculas*, *col.* 2. *de pace juram. firman.* Et nota, quòd si damnum passus est de illa civitate, in cujus territorio facta fuit præda, ipse etiam contribuere debet in solutione collectæ, secundùm Bart. aliàs Nico. de Neapo. *in L. amicissimos*, §. 1. *ff. de acusat. tutor.* adde etiam ad istam legem *L. fin. tit.* 13. *lib.* 2. *Ordin. Regal.* & *L.* 76. *in LL. Styli.* Et quid si in via communi duarum villarum esset factum maleficium? Dic, quòd quælibet villa tenetur in solidum, & una earum solvente, altera liberatur, secundùm Bald. *in L. si plures*, *col.* 5. *C. de condit. insertis*: adde in ista materia, quæ notat Lucas de Penna *in L.* 2. *C. de naufrag. lib.* 11. ubi & an requiratur, quòd monitio præcedat de custodiendo.

(8) *So cuyo Señorio.* De quo dominio intelligatur, vide per Bart. *in dict. L. ne quid*, ubi concludit, posse intelligi tàm de domino agri, quàm de domino civitatis, vel villæ, si prohibere potuit, & non prohibuit: & fortè idem potest dici de justitiario domini perpetuo, ibi posito à Rege; nam & hos juridicos dominos appellamus, ut tradit Joan. Fab. *in* §. *sed iste quidem*, *col.* 7. *instit. de action.* & idem in gubernatoribus, seu judicibus perpetuis; nam largo modo dicitur habere dominium, qui habet præeminentiam, *L.* 3. §. 1. *ff. de publican.* & ex notatis per Bart. *in L. Titia*, *ff. de legat.* 2. Sed quid si judex non sit perpetuus, sed ad tempus, qui fuit negligens in faciendo custodiri civitatem, vel confinia, & poterat prohibere aliquam rapinam, quæ fuit sequuta? Videtur dicendum idem esse, & quòd teneatur ad emendam parti læsæ, cùm sit eadem ratio, & quia talia debet judex ex officio prohibere, *L. illicitas* 6. §. *illicita* 3. & §. *ne tenuis* 5. *ff. de officia præsid.* debet prohibere judex, ne maleficia fiant, Bald. *in L.* 2. *C. de servis fugit.* & adde *L. si super possessione*

9.

LEY V.

De los Portadgos, e de todos los otros derechos, que han a dar los Mercadores, por razon de las cosas que lleuan de vnos lugares a otros.

Ley 1. tit. 28. Leyes 1. y 8. tit. 20. lib. 9. Recop.

GVisada cosa es, e con razon, que pues que los mercadores son seguros (1), e amparados del Rey, por todo su Señorio, que ellos, e todas sus cosas le conozcan Señorio; dandole portadgo (2) de aquello que a su tierra traxeren a vender, e sacaren ende. E porende dezimos, que todo ome que aduza a nuestro Señorio a vender algunas cosas, qualesquier, tambien Clerigo (3), como Cauallero, o otro ome qualquier que sea; que deue dar el ochauo (4), por portadgo, de quanto traxere y a vender, o sacare. Fueras ende, si algunos ouieren preuillejo de franqueza (5) en esta razon. Pero si alguno traxere apartadamente algunas cosas, que ouiere menester para si mismo (6), o para su compaña (7); assi como para su vestir, o para su calçar, o para su vianda; non tenemos por bien, que de portadgo de lo que para esto traxere, e non lo vendiere (8). Otrosi dezimos, que trayendo ferramientas (9) algunas, o otras cosas, para labrar sus viñas, o las otras heredades que ouiere, que non deue dar portadgo dellas, si las non vendiere. E avn dezimos, que de ninguna de las cosas que traxere para el Rey (10), quier para presentargelas, o de otra guisa, que non deue pagar portadgo dellas; fueras ende, si gelas vendiere. Esso mismo dezimos, que de los libros (11) que los escolares traen, e de las otras cosas que han menester para su vestir, e para su vianda, que non deuen dar

9. *C. de transact.* vide *dict. L. fin. tit.* 13. *lib.* 2. *Ordin. Regal.*

L E X V.

Quicunque, sive sit Clericus, vel miles, solvet Regi de rebus, quas portat ad Regnum ad vendendum, octavam partem, nisi aliter speciali privilegio sit munitus; non tamen solvitur vectigal de rebus, quas quis in vestitu, & calciatu suo, & familiæ portat, nisi illud vendat; nec de his, quæ ad suarum possessionum culturam portat; nec de rebus ad Regem portatis; nec scholaris de libris; nec legatus ad Regem missus de his, quæ causa sui portat, dum tamen juret pro se non pro vendendo portare: mercator autem non denuntians collectori vectigalis, nec illud solvens, perdit celatum, & cogitur solvere vectigal. Item extrahens à Regno res vetitas, perdit illas, nisi à Rege habeat licentiam. Hoc dicit.

(1) *Seguros.* Ex hoc verbo videtur comprobari opinio Raym. relata ab Hostiens. *in summa tit. de censib.* §. *ex quibus causis*, versic. *sed nunquid sine causa*: dicit enim, in concessione pedagii, seu portagii requiri causam, veluti pro defensione stratæ publicæ contra prædones in terra, vel piratas in aqua, vel pro defensione Fidei, & patriæ contra paganos, vel hæreticos, vel alia simili justa causa; in quibus casibus, si is, qui recepit, facit hoc propter quod fuit constitutum, licitè, & sine scrupulo conscientiæ illud recipit; & idem si non facit, quia pax est in terra, sed proponit firmiter, quòd faceret, instante necessitate: vide ibi latiùs per Hostiens.

(2) *Portadgo.* Sic & *L. omnibus* 3. *C. de vectigal.* appellat hæc tributa portoria, quia de rebus, quæ portantur, & vehuntur, præstantur, adde *L.* 6. *tit.* 28. *Part.* 3.

(3) *Clerigo.* Loquitur de Clerico mercatore, seu negotiatore, nam aliàs non teneretur, ut *in cap. fin. de vita, & honestat. cleric. cap. quamquam* 4. *de censib. lib.* 6. & *in Clement. præsenti* 3. *eod. tit.* & *in Quaterno gabellarum L.* 3. quia Clerici negotiatores, quantum pertinet ad eam negotiationem, jure laicorum communi uti debent, ut *C. de Episcop. & cleric. L.* 2. Isti enim Clerici, ut sic dixerim, non sunt purè Clerici, secundùm Baldum *in addition. ad Speculat. in tit. de reo*, versic. *scholaris Clericus*, allegat *dict. cap. fin.* & ibidem dicit, quòd Clericus pelliparius potest conveniri sub Camerlingo occasione artis, *L. fin. C. de jurisd. omnium judicum*; & quòd stetur juramento Clerici, quòd non portat causa mercantiæ, quando aliud non probaretur, tenet gloss. notabilis *in dict. Clement. præsenti* 3. *de censibus*, super verbo *non negotiandi*: & quando dicatur Clericus negotiari, declarat Abb. *in dict. cap. fin. ad fin.* adde ad prædicta Felin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, col.* 47. *de constitut.*

(4) *El ochauo.* Adde *L. ex præstatione* 7. & *L. à legatis* 8. *C. de vectigal.* & in isto Regno non est consuetudo de istis octavis, sed solvitur decimum de rebus, quæ causa mercantiæ deferuntur ad istud Regnum, ut *in L.* 18. *tit.* 9. *lib.* 6. *Ordin. Regal.* & etiam in aliquibus Provinciis sunt minora ista tributa, ut Hispali, & in aliis locis, ubi vocatur hoc tributum *almoxerifadgo*, & inspicitur in hoc consuetudo, ut *in L. si publicanus* 4. §. *fin.* ubi Gloss. *de publican.* Bald. *in L.* 3. *C. de privileg. fisci*, & quamplures leges Regni faciunt mentionem de isto tributo, quod dicitur *almoxerifadgo*, ut *in L.* 25. *tit.* 9. *Partita* 2. & *in L.* 13. *tit.* 18. *Part.* 3. & *L.* 7. *tit.* 14. *Part.* 7. *L.* 13. *tit.* 10. *lib.* 6. *Ordin. Regal.* & *in pluribus aliis locis.* Et non intelligas, quod hìc dicitur, de octava parte ipsius rei, sed de octava æstimationis rei: si tamen illa non solvatur, confiscatur pars octava ipsius rei, & ratione communionis ipsius rei, poterit fiscus vendere totam rem, ut octavam habeat, ut *in L.* 1. *C. de vendit. rei fiscal. cum privat. commun.* & hoc, quando fuit facta professio; nam si non fuit facta, tota res confiscatur, ut infrà *ead. L.* vide Gloss. optimè declarantem istam materiam, & ibi eam notat Joan. de Imol. *in L. commissa, ff. de publican.*

(5) *Franqueza.* Cum derogatione legum, ut *in L. omnium* 6. *C. de vectigal. & commis. L. nec damnosa* 3. *C. de precib. Imperat. offer.* vide quæ dixi *in L.* 10. *tit.* 18. *Part.* 3. *in gloss. mag.*

(6) *Para si mismo.* Adde *L. universi* 5. *C. de vectig. & commis. L. si publicanus* 4. §. *de rebus, ff. eod.* & *L. sed & ipsi* 4. *ff. nautæ, caup. stabular.* & nisi aliud probaretur, crederetur juramento dicentis, sui usus causa portare; nisi personæ deferentis qualitas aliud suaderet, secundùm Joan. de Plat. *in L.* 1. *C. de litor. & itin. custod. lib.* 12. & ibi quòd talis probatio debet esse in promptu.

(7) *Compaña.* Approbat Gloss. *in dict. L. universi*, ubi Jacob. de Aret. tenebat contrarium, secundùm Alber. *C. de vectigal. & commis.*

(8) *E non lo vendiere.* Eo enim quòd vendit, patet, quòd non sui usus causa portabat, ut hìc, & nota benè: fortè tamen hoc intelligendum est, quando statim venderet; si tamen usus fuit eo, quia sui causa portabat, & postea mutato proposito, quia fortè indigebat, vendidit, non videtur, quòd teneatur ad solutionem tributi, argum. *L.* 1. & quod ibi notat Joan. de Plat. *col. fin. C. de impon. lucrat. descript. lib.* 10. argum. *L. si tamen, ff. ad Maced.* & *L.* 1. §. *non autem*, versic. *unde quærit Offilius, ff. de exercitoria.*

(9) *Ferramientas.* Adde *L. universi* 5. *C. de vectigal.* ubi Gloss. dicit, & Alberic. quòd non procedet in his, quæ portantur pro domo facienda, vel reficienda.

(10) *Para el Rey.* Adde *L. locatio* 9. §. *fiscus* 8. *ff. de publican.* & quæ habentur *in L.* 5. *in Quaterno gabellarum*, & Bald. *in L.* 2. *C. an servus ex suo facto*, Bart. *in dict.* §. *fiscus.*

(11) *Libros.* Adde Gloss. *in authent. habita, C. ne filius pro patre*, in verbo *speciali*, ubi vide Bald. & Joan. de Plat. *in L.* 3. *C. de muner. patrimon. lib.* 10. & *in L. medicos* 6. *C. de profes. & medicis, eodem lib.* vide etiam de aliis, de quibus non solvitur vectigal, in Gloss. *L. si publicanus*, §. 1. *ff. de publican. & vectigal.*

dar portadgo. Otrosi dezimos, que si algunos vinieren por mensajeria (12) del Rey, que non sean sus enemigos, e quisieren leuar algunas cosas a sus tierras, de aquellas que non son defendidas de sacar del Reyno, que non deuen dar portadgo dellas. Pero deuen tomar la jura dellos, que aquello que lleuan, que non es para otri, si non para si mismos, e non para mercaduria. Otrosi dezimos, que todos los mercadores que leuaren mercadurias del Reyno, o las traxeren y, que deuen yr por los lugares do se suele pagar (13) el portadgo, e dezir verdad (14) a los almoxarifes, de quantas cosas traen, o lieuan; non encubriendo ninguna cosa, por fazer perder el portadgo, a aquellos que lo tomaren por Nos. E si algunos contra esto fizieren, mandamos, que quanto desta guisa encubrieren, que lo pierdan (15). Fueras ende, si algun Cauallero traxere algunas cosas para si, de que se deue dar portadgo, e las encubriere: ca este atal, non tenemos por bien, que gelo tomen todo, mas que le fagan dar el portadgo todo, tambien de lo que encubrio, como de lo que manifestare, e dexenle lo suyo (16). Otrosi dezimos, que todos quantos leuaren del Reyno cauallos (17), o otras cosas qualesquier, de las que son defendidas de sacar, deuen perder todo lo que desta guisa sacaren. Fueras ende aquellos, a quien Nos otorgamos poder por nuestras cartas, que lo puedan sacar.

LEY VI.

De los Mercadores que andan descaminados, por furtar, e encubrir los derechos que han a dar, de las cosas que lieuan.

DEscaminados andan los mercadores a las vegadas, por furtar, o encubrir, los derechos que han a dar, de las cosas que lieuan. Onde dezimos, que qualquier que esto fiziesse, que deue perder todas las cosas (1) que leuare desta manera. Pero si aquel que andouiesse descaminado, ouiesse ya pagado el derecho, o el portadgo, que auia de pagar, mostrando ende aluala, o prueua derecha, que fuesse de creer, non caeria en esta pena sobredicha: nin deuen embargar a el, nin a sus cosas, por esta razon. Otrosi dezimos, que si alguno que fiziesse algunos destos yerros, fuesse menor de catorze años (2), que non caeria en esta pena, que riendo dar el portadgo. Esso mismo dezimos que deue ser guardado, si aquel que lo fiziesse fuesse mayor de catorze años, e menor de veynte cinco años (3); fueras ende, sil fuesse prouado, que lo fiziera a sabiendas maliciosamente (4). E aun dezimos, que si algund ome passasse su sieruo por lugares do deuiesse dar portadgo, e non lo diesse; si despues desso lo aforrasse (5), non

Ley 2. tit. 20. lib. 9. Recop.

Ley 7. tit. 11. lib. 6.

(12) *Por mensajeria.* Adde *L. à legatis* 8. *C. de vectigal.*

(13) *Lugares do se suele pagar.* Est enim culpabile deviare a recto itinere, *L. si quis* 5. *de cursu public. lib.* 12. & dicit Bald. *in L. cum proponas, col.* 1. *C. de nautic. fœnor.* quòd ille, qui non tendit per locum consuetum, præsumitur ire contra devectum: occasio enim fraudandi tolli debet. Et limita, nisi metu hostium, vel impetu maris, non servaret locum navigii, vel itineris soliti, *L.* 2. §. *si quid, ff. si quis caution.* Bald. *in dict. L. cum proponas, col. fin. ad fin.*

(14) *Dezir verdad.* Adde *L. omnibus* 3. *C. de vectigal.* ubi vide Gloss.

(15) *Pierdan.* Statim ipso jure, ut *in L. commissa* 14. *ff. de publican.* sed vide quæ dicam *in L. sequenti, in gloss.* super verbo *afforrasse*, & Gloss. *in dict. L. commissa.*

(16) *Dexenle lo suyo.* Privilegium militis est hoc, ut *in dict. L. omnibus*, & idem videtur dicendum de Ecclesia, ut *in* §. *novarum*, ubi Gloss. in parte *translationis*, 16. *quæst.* 1. Gloss. *in cap. si tributum*, 11. *quæst.* 1. quid tamen si Ecclesia non solveret canonem emphyteoticum, vide per Spec. *tit. de restitut. in integr.* §. *quis autem, col.* 8. & ibi in additione, & Bald. *in L. placet, C. de sacros. Eccles.* & *in cap.* 1. *col.* 3. *de alienat. feud.* quid autem in minore, vide infrà *eod. L. proxim.*

(17) *Cauallos.* Et sic antiqua est prohibitio de equis non extrahendis à Regno.

LEX VI.

Devians causa vectigalis celandi, perdit merces, de quibus non solvit: nisi sit minor xxv. & major xiiii. annorum, dum tamen contra eum non probetur, quòd scienter, & malitiosè celavit; vel nisi sit impubes; aut res quæ celatur, erat servus, & antequam peteretur, erat per celantem manumissus; aut res ante moritur, vel perditur; vel per quinquennii spacium collector petere negligenter omisit. Hoc dicit.

(1) *Todas las cosas.* Hodie non solvit nisi quadruplum, & non confiscantur omnes res, ut *in L.* 9. *tit.* 10. *lib.* 6. *Ordin. Regal.* sed dic, quòd illa lex procedit, quando recto itinere transit, & non solvit; si verò transeat per loca devia, tunc procedit ista lex, & ita declarat *dicta L.* 9.

(2) *Menor de catorze años.* Adde *L. Imperatores* 7. *in fin. ff. de publican. & vectigal.*

(3) *Menor de veynte cinco años.* Adde *L. si ex causa* 9. §. *si in commissum* 5. *ff. de minor.* & ibi dicit Gloss. quòd si intra 30. dies minor solvat, quòd erit tutus ipso jure, post erit opus restitutione in integrum, & ita intelligit illam legem, & *dict. L. Imperatores*: sed hæc lex Partitæ vult non esse necessariam restitutionem.

(4) *Maliciosamente.* Adde *dict.* §. *si in commissum*, per quem text. dicit Bald. *in cap.* 1. §. *præterea* el 1. *de prohib. feud. alien. per Freder.* quòd si dominus feudi vult, quòd minor non restituatur ob id, quòd non petit investituram intra annum, constituat eum in vera contumacia per monitionem Parium Curiæ: & adde in materia *L. si tutoris* 23. *C. de administ. tutor.* & Joan. de Plat. *in L. pen. C. de fide & jure hastæ fiscalis, lib.* 10. & *L.* 2. *C. de feudis patrimon. lib.* 11.

(5) *Afforrasse.* Adde *L.* 1. *C. de vectigal.* & adverte, quia ista lex vult, quòd etiamsi sit omissa professio servi, & vectigal non fuit solutum, teneat manumissio facta ante motam quæstionem commissi, & dominus in nullo teneatur; cujus contrarium tenet Gloss. & Doct. communiter *in dict. L.* 1. qui intelligunt illam legem, quòd ibi non fuit omissa professio, sed tantùm fuit a vectigalis solutione cessatum; & hoc propter timorem contrarii, quod formatur ex *L. commissa* 14. *ff. de publicanis*, ubi propter omissam professionem statim res confiscatur, & sic in isto casu cùm manumittit, jam non est dominus, & sic non debet tenere manumissio. Certè est difficile contrarium; undè fortè oportet dicere, quòd per istas leges Partitarum, licèt sit omissa professio, non incidat res ipso jure in commissum, sed exigatur sententia, & quòd hoc voluit *L. supra proxi.* in verbo *pierdan*, quod non signi-

non es tenudo el señor, nin el sieruo, de perder porende ninguna cosa, nin de dar el portadgo (6): e esto es por razon del franqueamiento. Mas si el sieruo passasse, assi como sobredicho es, non dando portadgo del, e non lo aforrasse; entonce, si los portadgueros lo sopieren, e demandaren el sieruo, deuelo perder (7). Otrosi dezimos, que passando algun ome, bestia, o otra cosa biua, de que non de portadgo, que si ante que gela demanden los portadgueros, se muriere, o se pierde, aquella cosa que assi passasse, que non es tenudo el que la passo, de dar la estimacion (8) della. Otrosi dezimos, que si los portadgueros fueren negligentes, en non demandar
Ley 19. tit. 17. lib. 9. Recop. por cinco años (9) las penas, e los derechos (10) sobredichos, a los que tales yerros ouiessen fecho, que dende en adelante non lo podrian demandar a ellos, nin a sus herederos.

LEY VII.

De las rentas de los portadgos, que se pusieren nueuamente en la Villa, o en otro lugar.

DE las rentas de los portadgos, que se pusieren nueuamente (1) en las Villas, o en otro lugar, dezimos, que deue auer el Rey las dos partes, e la Cibdad, o la Villa, o el Castillo, do lo toman, la tercera (2), para fazer los muros, e las torres de los lugares do lo tomaren, e para las otras cosas que lo ouieren menester, que sea a pro de todos (3) comunalmente. Pero los otros portadgos, que antiguamente acostumbraron los Reyes a tomar para si en algunos lugares, ellos los deuen auer enteramente. Otrosi dezimos, que estos portadgos, e los otros derechos, e las rentas del Rey, deuen ser publicamente arrendadas, metiendolas en almoneda (4); *Leyes 1. 2. 3. 4. 7. 8. 9. y 10. tit. 13. lib. 9. Recop.*
e qual mas diere por ellas, esse las deue auer. Pero qualquier que las arrendare, non las deue tener mas de tres años (5). E si en este tiempo de los tres años prometiere otro alguno, de dar mas de la tercera parte (6) del arrendamiento por ello, puedenlas tomar a los que las touieren arrendadas, e dar a aquel que mas diere por ellas.

LEY VIII.

De como aborrescen los Mercadores a las vegadas, de venir con sus mercadurias a algunos lugares, por el tuerto, e demasias que les fazen, en tomarles los portadgos.

ABorrescen (1) los mercadores a las vegadas, de venir con sus mercadurias a algunos lugares, por el tuerto, e el demas que les fazen, en tomarles los portadgos. E porende mandamos, que los que ouieren a demandar, *Ley 19. tit. 6. lib. 3. Recop.*
o

nificat ipso jure, sed per sententiam, ut tenet Gloss. & Doct. *in L. si quis in tantam, C. unde vi*, Felin. *in cap. 2. col. 2. de rescript.* & ista etiam lex, quæ vult tenere manumissionem servi ante motam quæstionem commissi.

(6) *El portadgo.* Contrarium dicebant Doctor. *in dict. L. 1. C. de vectigal. & commis.* etiam in casu in quo secundùm eos tenebat manumissio servi.

(7) *Deuelo perder.* Vides ergò, quòd loquitur ista lex etiam in casu in quo servus perditur; quod non est, ubi tantùm cessatum est à solutione, si professio non fuit omissa: & sic vult, etiamsi professio sit omissa, quòd teneat manumissio, dummodò sit ante motam quæstionem commissi.

(8) *Estimacion.* Adde *L. 2. C. de vectigal.* & sic licèt res incidat in commissum, tamen debitor non tenetur, si res pereat casu fortuito, vel culpa levi, vel levissima; secùs si dolo, vel lata culpa, ut *in dict. L. 2.* ubi infert ex hoc Bald. quòd si quis portabat frumentum contra devectum, & sic illud debebat perdere; tamen si in itinere obviavit piratis, & derobaverint eum, quòd non tenebitur fisco ad æstimationem frumenti.

(9) *Cinco años.* Adde *L. 2. C. de vectigal. & commis.* & Francisc. Balb. *in suo tractat. præscrip. char.* 50. *col.* 3. versic. *si vero non sunt incorporata*, & Bart. *in dict. L. commissa in fin. ff. de publican.*

(10) *E los derechos.* Nota hoc, quia de his nihil dicebatur *in dict. L. 2.* adde *L. 129. in Quaterno gabellarum.*

LEX VII.

De vectigalibus, & exactionibus noviter impositis, habet Rex duas partes, & locus, ubi solvitur, tertiam pro reparatione murorum, & pro aliis necessitatibus communibus civitati; sed antiquitùs imposita sunt Regis, si consuevit integra habere. Item subhastetur vectigal publicè licitando: & plus offerenti conceditur, & tenebit per tres annos duntaxat licitator; infra quod tempus alii plus offerenti ultra tertiam partem. Hoc dicit.

(1) *Nueuamente.* Nota hoc verbum, nam *in L. fin. C. de vectig. & commis.* de qua ista sumpta est, non erat ita benè expressum.

(2) *La tercera.* Nota benè hanc legem pro novis gabellis, & pedagiis, quæ de novo in aliquibus civitatibus imponuntur; nam possunt prætendere civitates istam tertiam pro suis necessitatibus.

(3) *A pro de todos.* Adde *L. 10. tit. 28.* & *L. 20. tit. fin. 3. Part.*

(4) *En almoneda.* Adde *L. si tempora* 4. & ibi Gloss. & Gloss. *in L. 1. C. de fide, & jure hast. fiscal.* & ibi Joan. de Plat. & text. *in authent. hoc jus porrectum, C. de Sacros. Eccles.* Bald. *in L. ordo, col. 1. C. de exec. rei jud.* & adde *LL. 41. & 44. in Quaterno gabellarum.*

(5) *Mas de tres años. L. 4. C. de vectig.* à qua ista sumpta est, non sic dicit, sed quòd non locentur minori tempore trienni, quo finito iterùm subhastentur.

(6) *Tercera parte.* Hodie est quarta, ut *in Quaterno gabellarum L. 76.* & ibi aliter disponitur, quàm hìc; vide ibi, & *L. 52.*

LEX VIII.

Non debet per gabellarium perquiri corpus mercatoris, nec aperiri ejus arca ex suspicione mercis occultatæ; sed juret non fraudasse: & si alio modo invenitur errasse, punietur secundùm jus. Item, si publicanus illicitè plus aliquid exegerit, reddet cum duplo intra annum conventus, post annum verò simplum; & à pœna dupli liberatur, si voluntariè, quod illicitè exegit, restituat ante annum. Hoc dicit.

(1) *Aborrescen.* Et rectè; undè dicebat Bald. *in L. cum proponas, in fin. C. de nautic. fœnor.* quòd si Rex imposuit unum grossum pro salma, si itinerarii de facto accipiant duos, licitum est quocunque ingenio fugere manus eorum, quia prædones sunt; & omne damnum, quod propter hoc contingit Regi, debet refici per eos, quorum vitio hæc accidunt, argum. *L. igitur 12. §. fin. ff. de liberal. caus.*

o a recabdar este derecho por Nos, que lo demanden de buena manera. E si sospecharen, que algunas cosas leuaren demas de las que manifiestaren, tomenles la jura, que non encubran ninguna cosa.
Ley 16. tit. 8. lib. 9. Recop. Ley 1. tit. 7. lib. 6. Recop. Leyes 2. y 3. tit. 11. lib. 6. Recop. Aut. 1. num. 2. tit. 6. lib. 3. Recop.
E desque les ouieren tomada la jura, non les escodriñen (2) sus cuerpos, nin les abran sus arquetas, nin les fagan otra sobejania, nin otro mal ninguno. Ca assaz abonda, que les tomen la jura, e de atender la pena que deuen auer, si fallaren despues en verdad, o por otra manera qualquier, que encubrieron alguna cosa. Otrosi dezimos, que si los portadgueros, que ouieren de recabdar los derechos de los nuestros lugares, tomaren, o forçaren, a los omes que por y passan, alguna cosa demas, de lo que ouieren a tomar con derecho, que lo tornen doblado (3) a aquellos a quien lo tomaren, quando quier que gelo demanden, fasta vn año. E si vn año passare, que gelo non demanden, dende en adelante, que non sean tenudos de pechar el doblo; mas que den aquello que assi tomaren tan solamente, o otro tal, e tan bueno, o el precio dello. Esso mismo dezimos que seria, si los portadgueros tornaren de su voluntad ante del año, aquello que ouiessen tomado, non gelo demandando los otros por juizio.

LEY IX.

Que ningun ome non puede poner portadgo, ni Concejo, ni Eglesia, en todo el Señorio del Rey, sin su mandado.

NVeuamente (1) non pueden poner portadgo, ningun ome, nin Concejo, nin Eglesia, en todo el Señorio del Rey, si non fuere por su mandado. Pero el Rey (2) puedelo poner, e avn otorgar poder a otri, que lo ponga, si entendiere que lo ha menester, por mejorar algun lugar (3) que esta muy pobre (4), o por ser el camino mas seguro (5), o por otra razon semejante (6) destas. E porende dezimos, que si alguno pusiere portadgo nueuamente, sin mandado del Rey (7), que non vala: e sea tenudo de tornar doblado (8) todo lo que tomare. E otrosi dezimos, que si el portadguero maliciosamente acresciere, o menguare el portadgo que era puesto antiguamente, que deue ser echado porende de la tierra (9); e lo que de-
Ley 16. tit. 8. lib. 9. Recop.

(2) *Non les escodriñen.* Tene menti istam legem, quia non memini vidisse ita benè expressum de jure communi, licèt Joan. de Plat. *in L.* 2. *C. quando, & quibus* 4. *pars debe. lib.* 10. *arg. illius leg. col. fin.* dicit, illam legem facere, quòd publicanus non possit compellere transeuntem viatorem, ut dissolvat fardellos suos, ne pompa, aut vilitas ejus detegatur: facit *L.* 1. §. *si cista, ff. depos.* dicit tamen ipse, quòd Gloss. tenuit contrarium, quia etiam in trossellis committitur falsitas, ut *in L.* 1. §. *qui in rationibus* 4. *ff. de falsis.*

(3) *Doblado.* Adde *L.* 1. *in princ.* & §. 1. & *L. hoc edicto* 5. §. 1. *cum L. sequent. ff. de publican.*

LEX IX.

Novum vectigal, seu portaticum, nemo, nec Concilium, nec Ecclesia imponere potest nisi Regis mandato; aliàs non valet, & recipiens tenetur ad restitutionem cum duplo. Item gabellarius minuens, vel addens gabellam, vel portaticum ultra, vel intra quantitatem antiquam, perpetuò exulet, & quod ultra consuetum receperit, restituat ut suprà *L.* proxima. Hoc dicit.

(1) *Nueuamente.* Adde *L.* 1. §. 1. & ibi Bart. *ff. ad Leg. Jul. de ambit.* & *L.* 2. *tit.* 1. *Part.* 2. & *L.* 5. *tit.* 10. *Partit.* 7. & *LL.* 1. 3. *&* 7. *tit.* 10. *lib.* 6. *Ordin. Regal.* & *L.* 118. *in Quaterno gabellarum*, & per Gloss. *in cap. si quis romipetas*, 24. *quæst.* 3. & dicuntur de novo imponi, sive de novo imponantur, sive ultra solitum augeantur, vel minuantur, *L. vectigalia* 10. *in princip. ff. de publican.* & facit *L.* 1. §. *opus novum, ff. de novi operis nuntiat.* & tenet Salicet. *in L.* 2. *C. vectigal. nova instit. non posse*: sic & Barones non possunt imponere operas subditis ultra conventionem, vel consuetudinem antiquam, *L.* 1. & ibi Joan. de Plat. *C. ne operæ à collator. exigantur, lib.* 10.

(2) *El Rey.* Et sic est hoc de reservatis Principi, *dict. L.* 2. *tit.* 1. *Part.* 2. & *dict. L.* 2. *C. nova vectig. instit. non posse.*

(3) *Algun lugar.* Et nota, quòd privilegia concessa civitatibus, aut locis, sunt realia, & perpetua, *L. forma* 4. §. *quamquam* 3. *ff. de censib.* & *in L. vectigalia* 10. ubi Bald. notat, *C. de vectigal.* Quid tamen si privilegium non concederetur civitati, sed civibus? Videtur idem, ut *in L. civibus* 2. *ff. de reb. dub.* quod ibi limitat, & intelligit Paulus, scilicèt, quòd relictum civibus intelligatur relictum civitati, nisi ex modo, & causa adjectis legato, aliud appareat, vel nisi ex qualitate rei legatæ aliud præsumatur, ut declarat ibi Socin. *col.* 2. per text. *in cap. requisiti, de testam.* & vide in materia, quod habetur *in L. annua* 20. §. *Attia* 1. *ff. de annuis legat.* & Bald. *in L. omnia privilegia, C. de Episc. & Cler.*

(4) *Muy pobre.* Sumptum est ex *L.* 1. *C. nova vectigal. instit. non posse*, ibi, *tenuis patria tua*, & à *L. vectigalia* 10. *C. de vectigal.*

(5) *Mas seguro.* Et hoc casu levantes pedagia tenentur tenere itinera secura, ut dixi suprà *eod. L.* 4. & adde Bald. *in* §. *conventiculas, col.* 2. *in princ. de pace juram. firm.*

(6) *Semejante.* Non enim sine maxima causa possunt imponi nova vectigalia, ut hìc, & *in cap. innovamus* 10. *de censibus*, & *in dict. L.* 1. & peccant Reges imponentes sine causa, secundùm Innoc. *in dict. cap. innovamus.* Et an etiam peccet exactor, qui vectigalia imposita sine causa exigit, vide Andr. de Iser. *in tit. quæ sunt regal.* in parte *vectigalia, circa finem*, qui dicit, quòd si sciret exactor esse imposita sine causa, vel esset notorium, etiam exigens peccaret, & rapina esset: aliàs exactor non debet esse curiosus, ex quo per Principem est impositum, ut latiùs ibi per eum.

(7) *Sin mandado del Rey.* Nota benè, quòd quando impetratur rescriptum Principis ad imponendum vectigal de novo in aliqua civitate, vel oppido, debet sibi fieri mentio de aliis vectigalibus, seu pedagiis, quibus est onerata talis civitas, & quæ ibi solvuntur; aliàs rescriptum esset subreptitium, argum. *cap. mandatum* 38. & *cap. litteris* 39. *de rescript.* & tenet Alber. post Oldral. *in rubr. C. nova vectigal. in fin.* Adde etiam, quòd consuetudo immemorialis æquipolleret in hoc privilegio, ut *in cap. super quibusdam* 26. §. *præterea, de verb. signific.* & per Bart. & Doct. *in L. si publicanus*, §. *fin. ff. de publican.* & *in dict. L.* 2. *C. vectig. nova*, ubi vide signanter per Sal.

(8) *Doblado.* Duriores pœnæ imponuntur hodie per *LL. Ordin. Reg.* ut patet ex *LL.* 3. 1. 7. & 13. *tit.* 10. *lib.* 6. *Ordin.*

(9) *De la tierra.* Sumpta est de *L. fin. C. vectig. nova instit. non posse.*

demas tomare, deuelo pechar, assi como dicho es (10).

TITULO VIII.

De los Logueros, e de los Arrendamientos.

ALogar, e arrendar, son dos maneras de pleytos, que vsan los omes de so vno: e como quier que algunos cuydan que son de vna manera, pero ha departimiento entre ellos. Onde, pues que en los Titulos ante deste fablamos de las vendidas, e de las compras, e de los mercadores, que acostumbran a fazerlas mas amenudo, que los otros omes; queremos dezir en este Titulo, de los logueros, e de los arrendamientos. E mostraremos, que cosa es loguero, e arrendamiento. E quien lo puede fazer. E en que manera deue ser fecho. E de que cosas. E quanto tiempo dura. E en que sazon deuen dar los arrendadores las rentas, o el loguero que prometieron. E a quien pertenesce el pro, o el daño, si la cosa arrendada, o el fruto della, se mejora, o se empeora, o se pierde. E como, despues que es complido el tiempo del arrendamiento, o del loguero, deue ser tornada la cosa a su dueño.

LEY I.

Que cosa es Loguero, e Arrendamiento.

ALoguero es propriamente, quando vn ome loga a otro, obras (1) que ha de fazer con su persona, o con su bestia; o otorgar vn ome a otro poder de vsar de su cosa (2), o de seruirse della, por cierto precio, que le ha de pagar en dineros contados. Ca si otra cosa rescibiesse, que non fuessen dineros contados, non seria loguero (3), mas seria contracto innominato: assi como diximos en la postrimera ley del Titulo de los Cambios. E arrendamiento, segun el lenguaje de España, es arrendar (4) heredamiento, o almoxerifadgo, o alguna otra cosa, por renta cierta que den por ella. E aun ha otra manera, a que dizen en latin afletamiento; que pertenesce tan solamente a los logueros de los nauios.

L E Y II.

Quien puede arrendar, o alogar, e por quanto tiempo.

ARrendar, e alogar, dezimos que puede todo ome, que ha poder de comprar, e de vender, segun diximos en el Titulo de las Vendidas, e de las Compras, en las leyes que fablan en esta razon. Pero los Caualleros, e los Oficiales de la Corte del Rey (1), non deuen ser arrendadores de campos, nin de heredamientos agenos: porque por tal razon como esta se podria embargar (2), lo que han a fazer en seruicio del Rey. *Ley 3. tit. 5. lib. 7. Recop.* E puede ser fecho el loguero, o el arrendamiento, en aquella manera que se pueden fazer las vendidas, e las compras, con plazer e otorgamiento de ambas las partes; e a tiempo cierto, o para en su vida del que rescibe la cosa a loguero, o del que la loga. E si por auentura logasse vno a otro casa, o otra cosa a tiempo cierto, e se muriesse (3) el que la auia alo-

(10) *Dicho es.* Suprà *eod. L. proxima.*

TITULUS VIII.

L E X I.

Locatio est, quando unus locat operas alteri personaliter, vel per suum jumentum fiendas; vel si dat alteri potestatem sua re utendi pro certo pretio in pecunia numerata: quia si in pecunia non esset, foret contractus innominatus: quia in lingua Hispanica vocatur arrendatio, quando possessio, vel aliquis annuus reditus conducitur pro certo reditu. Est & alius contractus vocatus afflectamentum, sive naulum, propriè ad navigii locationem pertinens. Hoc dicit.

(1) *Obras.* Vide *L. qui operas* 38. *ff. locati.*

(2) *De vsar de su cosa.* Adde *L. si tibi*, & *L. cum fundum*, *ff. locat.* & *L.* 3. *C. eod.*

(3) *Non seria loguero.* Adde *instit. de locat. in princ.* & *in* §. 1. & *L.* 1. §. *si quis servum*, *ff. depos.*

(4) *Arrendar.* Id est, ad reditum dare.

L E X II.

Locare & conducere potest, qui & vendere & emere; nisi miles, qui non potest conducere prædia rustica, ne servitium Regis impediatur; nec etiam hoc potest curialis, ne servitium Regis perturbetur. Item potest fieri consensu contrahentium, sicut emptio, ad certum tempus, vel ad vitam unius. Et pacta super hoc conventa serventur, nisi sint contra leges, & bonos mores: & ante tempus mortuo locatore, vel conductore, tenetur hæres stare locationi. Hoc dicit.

(1) *Oficiales de la Corte del Rey.* Adde *L. curialis* 30. *C. locat.* Gloss. & *L. fin. C. de rescind. vendit.*

(2) *Podria embargar.* Et sic videtur, quòd debeat intelligi de militantibus: & sic milites nostri temporis, vacantes ocio, saltim dum vacant, non videntur comprehendi sub hac prohibitione; quod & voluit Alberic. *in L. milites*, *C. eod.* & *in L. militem*, *C. de procurat.* Dic etiam, quòd Doctores non debent intendere culturæ agrorum, propter honorem dignitatis doctoralis, vide Joan. de Plat. *in L. fin. C. de mancip. & colon. patrim. & saltuens. lib.* 11.

(3) *Muriesse.* Quid in hærede artificis, qui locavit operas suas, seu promisit facere certum ædificium sub certa mercede vel pretio? Videtur, quòd in dubio sit electa industria personæ, & sic locatio non transeat ad hæredem, *L. inter artifices* 31. cum Gloss. *ff. de solution.* & vide Joan. de Imol. *in L. si sic* 133. *ad fin. ff. de verb. oblig.* & Alexand. *consil.* 106. *col. antep. vol.* 3. & limita, ut in *L.* 9. *in fin. infrà eod.* & officia industrialia ad hæredem non sunt transitoria, *L. curatoris* 17. & ibi notat Alexand. *C. de negot. gest.*

alogada, en ante que el tiempo se compliesse, su heredero deue seruirse, e aprouechar de la cosa logada, fasta que se cumpla el tiempo: e es tenudo de pagar por ella, lo que deuia dar el finado que la auia alogado. Otrosi dezimos, que si se muriesse el señor de la cosa logada, que el heredero (4) es tenudo de guardar el pleyto, segun que lo puso el finado, e deuelo auer por firme. Otrosi dezimos, que todos los pleytos que pusieren entre si los omes sobre los arrendamientos, e los alogamientos, que deuen valer, e ser guardados. Fueras ende los que fuessen puestos contra las leyes deste nuestro libro, o contra buenas costumbres.

LEY III.

Que cosas pueden ser logadas, e arrendadas.

OBras que ome faga con sus manos, o bestias, o nauios, para traer mercadurias, o para aprouecharse del vso dellas (1), e todas las otras cosas que ome

(4) *El heredero.* Sed an successor in majoria teneatur stare locationi prædecessoris? Ista lex facit, quòd sic, & quia successor in Baronia dicitur successor universalis, secundùm Bald. *in authent. cessante, C. de legit. hæred.* & facit text. *in cap.* 1. *de probat.* ubi habetur, quòd contractus Principis (& sic fortiùs cæterorum dominorum) obligat successorem, & ibi Bald. Abb. & Doct. Cin. & Bald. *in L. digna vox, C. de legib.* facit etiam gloss. notab. *in L. divortio, in princ. ff. solut. matrim.* in gloss. super parte *tertia portio*, ibi, *translatio fit ex necessitate, &c.* per quam gloss. Bart. & alii Doct. ibi dicunt, quòd regula sit, quòd successor, in quem de necessitate fit restitutio, tenetur stare colono.

In contrarium facit, quia qui non habet dominium liberum, sed cum qualitate temporali, non potest disponere liberè, sed cum sua qualitate temporali, Bal. *in L. fin.* §. *sed quia nostra, C. commun. de leg.* per text. *in L. si quis domum*, §. 1. *ff. locat.* facit text. *in L. peto* 69. §. *prædium* 1. *ff. de legat.* 2. Præterea in prælato locante prædium Ecclesiæ, cui multum assimilatur successor in majoria, habemus elegans consil. Pauli de Castro 1. *vol. consil.* 2. ubi fortiùs voluit, quòd etiam quando prælatus utiliter conduxit rem Ecclesiæ, etiam ad modicum tempus, quòd neque tunc successor tenetur stare colono; motus, quia non potuit antecessor obligare successorem per se ipsum: & ibidem fundat, quòd locatio fuit ipso jure extincta ex defectu potestatis locantis, quia non potuit locare ad majus tempus, quàm ipse esset usurus, & finito jure locatoris, finitur jus conductoris, *L. lex vectigali* 31. *ff. de pignor. L.* 4. §. *sed & Marcelus* 3. *ff. de in diem addict.* de quo in prælato latè per Doct. *in cap. fin. ne prælati vices suas*, & habetur *in L.* 9. *tit.* 17. 1. *Partit.* ubi vide quæ dixi: & hoc idem in quodam duce, qui vendiderat certam commoditatem cujusdam pædagii, tenet Socin. *consil.* 7. *vol.* 3. incipit *supra quæstione.* Et præsertim pars ista videtur procedere, si locationis tempus non inciperet in vita locatoris, imò antea moreretur; cùm id, quod fit tempore habili, si effectus conferatur in tempus inhabile, non tenet, ut *in L. quod sponsæ* 4. *C. de donation. ante nupt.* Hinc dicit gloss. not. *in* §. *his omnibus*, 8. *quæst.* 1. quòd Papa non potest in vita sibi eligere successorem, quia effectus confertur in tempus, quo non est futurus Papa; & facit pulcher text. *in cap. unico, qui success. feud. dare tenentur*, & *in cap. si quis investitus, qui successores teneantur*, & ibi Bald. dicit, quòd quando prædecessor successorem supplantat in præveniendo ante tempus, non tenetur successor ratum habere, & facit, quod adducit Alexan. *consil.* 68. *volum.* 1. *col.* 1. Et eo maximè pars ista procedet, si talis locatio esset in magnum damnum successoris: nam & ea, quæ mediante cautione ratificare tenetur fideicommissarius, procedunt, quando utiliter sunt gesta, & non potest aliqua culpa imputari hæredi; non verò ea, quæ inutiliter, & in damnum fideicommissarii gesta sunt, *L. mulier* 22. §. *sed enim* 3. *ff. ad Trebel.* Paul. de Castr. *in L. cum hæreditas, eod. tit.* & malè gesta prædecessoris successor revocat, ut notat Archid. *in cap. decessorum*, 25. *quæst.* 2. vel si factum prædecessoris fuit ob faciendam gratiam conductori, juxta ea quæ tradit Bald. *consil.* 457. *vol.* 1. incipit *reverendus pater*, vel si locavit tempore non oportuno, vel pro multis annis, cùm communiter processu temporis crescant reditus, ut *in L. ait Prætor* 7. §. *quæsitum* 8. *ff. de minor.* & ibi Alber. *col. fin.* & *eod. tit. L. verum* 11. §. *si locupleti* 5. & ibi Bald. Propterea, ubi prædecessor non habet potestatem obligandi successorem, semper contractus judicatur personalis, & non sub nomine dignitatis, ut *in cap. veniens* 8. & *in cap. de cætero* 5. *de transaction.* per quæ jura Cardin. *in dict cap. fin. ne prælat. vices suas*, dat istam doctrinam, & Socinus *consil.* 34. *vol.* 3. Præterea si doctrina Gloss. *dict. L. divortio* ita universaliter sumeretur, esset enervare multa jura, & doctrinas Doctor. loquentium in ista materia: patet in prælato, qui est successor necessarius, non tamen ita indistinctè tenetur stare colono, ut per Abb. & Doct. *in dict. cap. fin.* & in usufructuario, qui de necessitate restituit proprietario, qui tamen non tenetur stare colono usufructuarii, *L. si quis domum* 9. §. 1. *ff. locat.* undè dictum illius gloss. non est ita generaliter intelligendum, sed juxta materiam, & casum in quo loquitur; veluti in locatione mariti, vel in misso in possessionem causa rei servandæ, juxta leges quas allegat, secundùm quas debet restringi, ut aliàs dicit Gloss. *in cap. tua fraternitas, de adulter.* Bart. *in L. non solum*, §. *liberationis verba, ff. de liber. legat.* ut & ita voluit Jaso *in dict. L. divortio, col.* 8. dicens, hoc dictum Gloss. ita generaliter jure non probari: undè recurrendum est ad doctrinam Bart. *in L. si filio*, §. *si vir in quinquennium, ff. solut. matrim.* & non ita generaliter sumi debet dictum illius gloss. debet enim distingui, an prædecessor habeat plenam administrationem respectu illius, cui de necessitate restituit, an non, ut ibi per Doct. & adduxit etiam gloss. Fori *in L.* 7. *tit.* 17. *lib.* 3. *Foro Leg.* vide etiam ad prædicta, quæ notat Archid. *in cap. alienationes*, 12. *quæst.* 2. *col. fin. in princ.* ibi *in gloss. fructus, &c.* Item ut dicit Bald. *in L.* 1. *col. fin. C. de jure fisci*, ille demùm tenetur stare colono, qui est obligatus ad frui licere, ut est hæres locatoris, vel qui consensit tacitè, vel expressè locationi; ut ecce mulier dedit fundum in dotem: nam si vir locaverit, certè mulier consentire videtur, nam ad hoc dat, ut locet, & locare in fructu est: sed qui non consensit in obligatione frui licere, neque consensit locationi, non tenetur stare colono: non tenebitur ergò successor in majoria stare colono, cùm non succedat in obligatione frui licere; nisi successor consensit locationi in vita prædecessoris, vel sit talis fundus, qui non præstet fructum de quinquennio in quinquennium: tunc enim locator utitur, etiam de voluntate primi constituentis. Sed pone, quòd dominus, seu possessor majoriæ habet reditus à vasallis pro termino, quem colunt, & ipsi vasalli dividunt terminum inter se auctoritate domini, fortè per quadriennium: nunquid potest novus dominus, qui succedit, revocare divisionem? Vide quæ notat Bald. *in dict. L.* 1. *col. fin.* dum loquitur de usufructu servi: & certè quando reditus sunt perpetui super illo termino, non videtur quòd successor infringere possit divisionem factam inter vassallos, qui dividere potuerunt inter se.

LEX III.

Quælibet res in commercio hominum existens potest locari, vel conduci. Item & ususfructus alicujus rei pro certo pretio annuatim: sed tunc mortuo conductore, expirat locatio; cùm de sui natura morte usufructuarii finiatur: & si dominus recipit pretium ipsius anni, restituitur pretium hæredi, vel permittitur hæredi conductoris habere fructus ipsius anni. Hoc dicit.

(1) *Del vso dellas.* Adverte, quòd quando res locata est deputata ad certum usum, intelligitur in dubio locata & conducta ad illum usum, secundùm Bart. *in L. cum in plures, ad fin. princ. ff. eod.*

ome suele alogar, pueden ser alogadas, o arrendadas. Otrosi el vsufruto de heredad, o de viña, o de otra cosa semejante, puede ome arrendar; prometiendo de dar cada año cierto precio por ella. Pero si aquel que arrienda el vsufruto desta manera, se muriesse, non deue passar el derecho de vsar de tal arrendamiento, al heredero de aquel que lo auia arrendado; ante dezimos, que se torna al señor de la cosa: ca el arrendamiento de tal vsufruto es de tal manera, que se acaba en la muerte del que lo tenia arrendado. Pero si el que tenia la cosa arrendada, ouiesse pagado todo el precio, o parte del, por aquel año en que se fino, e non ouiesse el vsufruto tomado; tenudo es el señor (2) de la cosa, de tornar al heredero del finado, aquello que ouiesse rescebido del, por este año en que se fino, o dexarle el esquilmo del vsufruto de aquel año.

LEY IIII.

Quando deuen pagar los arrendadores, e los alogadores, el precio de las cosas que arrendaren, o alogaren.

PAgar deuen los arrendadores, e los alogadores, el precio de las cosas que arrendaren, o alogaren, segund la costumbre que fuere vsada en cada vn logar; o al tiempo en que se auinieren, quando se fiziere el arrendamiento, o el alogamiento. E si en algun logar non ouiesse costumbre vsada, o non ouiessen puesto ellos plazos entre si, a que pagaren, estonce deuen pagar al fin del año (1). *Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.*

LEY V.

Como el señor de la heredad, o de la casa, puede echar della su arrendador, que la arrendo, si non quisiere pagar lo que prometio.

ALquilada teniendo algund ome de otro alguna casa, si non le pagare el loguero a los plazos que pusieren con el, o a lo mas tardar a la fin del año, segun diximos en la ley ante desta; dende adelante (1) el señor de la casa puede echar della al que la tiene alquilada, sin caloña, e sin pena. E demas dezimos, que todas las cosas que fallaren (2) en la casa, de aquel que la tenia

(2) *Tenudo es el señor.* Nota hoc, quia *in L. si domina* 10. *C. de usufruct.* de qua ista sumpta est, hoc non exprimitur; quinimò neque Doctores tangunt, excepto Angelo, qui dicit, quod dominus proprietatis hoc casu non tenebatur reddere pretium, & nihil allegat: tu tene menti istam legem.

LEX IIII.

Solvi debet pretium locationis, vel conductionis, tempore quo convenit; & si nihil convenit, solvitur secundùm consuetudinem loci contractus; & si non est loci consuetudo, solvitur in fine anni. Hoc dicit.

(1) *Al fin del año.* Aprobat opinionem Azon. *C. eod. in summa*, & Gloss. *in L. æde, C. eod. tit.* & si pensio est distributa per singulos annos, licèt locatio sit pro pluribus annis, debet solvi in fine cujuslibet anni: quia tot sunt locationes, quot pensiones, ut *in L. scire debemus* 29. & *in L. pluribus* 140. *ff. de verb. oblig.* & vide per Doct. *in dict. L. æde*, & per Abb. & Doct. *in cap. propter sterilitatem, de locato.* Et nota, quòd quando pensio est solvenda de fructibus, non debetur ante fructus perceptos, *L. Firmio* 26. §. *fin. ff. quando dies legat. cedat*, item, quando inquilinus ex justa causa migrat, tunc etiam non expectato fine anni, debet solvere, secundùm Joan. de Plat. *in L.* 1. *C. de Primipilo, lib.* 12. argum. *L. non utique, ff. de damn. infect.* & *L.* 1. §. *si pensio* 4. *ff. de migrando.*

LEX V.

Res invectæ in domo conducta, etiam locatore ignorante, sunt citra conventionem obligatæ: idem de invectis in prædio rustico, locatore sciente: & potest locator ea retinere pro pignore. Item, si conductor non solvat pensionem domus locatæ in terminis præfixis, seu in fine anni, expelli potest per locantem. Hoc dicit. Habuit ortum à *L. certi juris* 5. *C. eod. tit.*

(1) *Dende adelante.* Imò videtur, quòd debeat cessare in solutione per biennium, ut possit expelli, ut infrà *L. proxim.* ibi, *la quarta*, &c. & *L. quæro* 54. §. *inter locatorem* 1. *ff. loc.* Dic, quòd si locatio facta fuit ultra biennium, procedit *dict. L.* & *dict.* §. *inter locatorem*; si verò fuit ad biennium, vel minori tempore, procedit ista lex, secundùm Cy. & Bald. *in dict. L. æde.* Vel dic, quòd aut vult expellere à præsenti usu rei cessantem in prima solutione, & potest, etiam non expectato biennio, licèt locatio facta fuerit pro majori tempore; poterit tamen moram purgare: aut vult expellere à totali usu rei, ita quòd non sit locus purgationi moræ, & tunc exigitur cessatio solutionis per biennium, secundùm Bald. & Salyc. *in dict. L. æde.* Vel dic, quòd quando fuit factum pactum de non expellendo, tunc exigatur biennium, ut *in dict.* §. *inter locatorem*; si verò hoc non fuit in pacto expressum, sufficit esse cessatum in prima solutione; quod fuit de mente Gloss. *in dict.* §. *inter locatorem*, & tenet etiam Bald. *in dict. L. æde*, & vide per Alexand. *consil.* 106. incipit *magnifice prætor, vol.* 3. *col.* 1. *cum quatuor sequent.* ubi vide ad limitationem, & declarationem prædictorum; cætera vide per Bald. *in dict. L. æde*, 2. & 3. *col.* ubi notabiles quæstiones ponit, & adde Bart. *in dict.* §. *inter locatorem*, & Abbat. *in dict. cap. propter sterilitatem, ultim. notab.* Bart. *in L.* 2. *post princ. C. de jure emphit.* ubi & Jaso notabiliter, & per Bald. *in authent. qui rem, C. de Sacros. Eccles.*

(2) *Que fallaren.* Multum pondera hoc verbum; nam videtur hæc lex velle, quòd non indistinctè sint tacitè obligata omnia invecta in domum, sed ea tantùm quæ reperiuntur in domo, tempore quo dominus vult habere pensionem, vel tempore quo vult, ut sibi satisfiat de deterioratione domus; pro quo videtur casus *in L. est differentia* 9. *ff. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah.* quæ lex requirit inclusionem rerum, ut impediatur earum alienatio; nisi dicas, quòd illud sit speciale favore libertatis, ut & aliàs voluit Jaso dicere post Marti. Lauden. *in L. item quia, ff. de pactis.* Ista tamen lex Partitæ vult quod dixi, & certè sapit maximam æquitatem: & est magna restrictio ad notata *in dict. L. certi juris, C. de locat.* ubi Bald. & Angel. voluerunt contrarium, & etiam cæteri Doct. dicentes, quòd ex sola illatione, seu invectione, ut ibi sint quandiù duret tempus locationis, contrahatur tacita hypotheca, licèt postea ibi non reperiantur. Tene ergò menti istam legem.

nia alquilada (3), fincan obligadas (4) al señor de la casa por el loguero (5), e por los menoscabos que ouiesse fecho en ella: e puedelas retener (6) el señor de la casa, como por peños, maguer non quiera el otro, fasta que le pague el loguero, o le enderece los menoscabos (7) que le fizo en su casa. Pero estas cosas sobredichas que fallaren en la casa, e tomare por peños, non las deue tomar el señor della por si mismo tan solamente, mas ante los vezinos, metiendolas todas en escrito (8) ante ellos, porque non pueda ser fecho engaño. E de lo que de suso diximos de las casas, entiendese, tambien de las heredades, como de las viñas, e de las huertas, que dan los omes a labrar, o arrendandolas. Ca quantas cosas metiere el labrador en ellas con sabiduria del señor (9), todas fincan obligadas al señor, e las puede tener por peños, fasta que el labrador pague la renta que ha de dar por razon del arrendamiento, si lo non pago a los plazos que le ouiere de pagar.

LEY VI.

Como non deue ser echado de la casa, o tienda, el que la touiesse alogada, fasta el tiempo complido; saluo en los casos señalados.

ALogando vn ome a otro casa, o tienda, fasta tiempo cierto, pagandole el que la recibe, el aloguero que pone con el, a los plazos en que se auinieron, non le puede echar della, fasta que aquel tiempo sea complido. Fueras ende, por quatro razones (1). La primera es, quando al señor cae la casa (2) en que mora, toda, o parte della, o

(3) *Alquilada.* Secùs ergò, si gratuitò habitabat, ut *in L. si gratuitam, in princ.* aliàs incipit *Pomponius* 5. *ff. in quibus caus. pig. vel hypot. tacit. contrah.* & per Jason. *in L. item quia, ff. de pactis.*

(4) *Fincan obligadas.* Ut in *L. certi juris* 5. *C. eod.* & *in* §. *item Serviana* 7. *inst. de action.* & si primus conductor alii locaverit, quod potest, ut *in L. nemo* 6. *C. eod.* res illatæ per secundum conductorem sunt obligatæ domino pro ea pensione, qua ipse tenetur primo conductori, ut *in L. si in lege* 24. §. *si colonus* 4. *ff. locat.* & *L. solutum* 11. §. *solutam* 5. *ff. de pign. action.* & ibi Bart. Et intellige de rebus, quæ inferuntur ut ibi sint perpetuò, secundùm Gloss. *in dict. L. certi juris*; secùs si ad tempus: ex quo infert ibi Bald. & Angelus ad merces, quas mercatores invehunt in domum conductam, quòd non sint obligatæ, neque emptor earum possit conveniri hypothecaria. De re autem aliena, illata in domum, communiter Doctores ibi contra Gloss. tenent, quòd non sit obligata, nisi dolus arguatur in domino rei, veluti si taceat dolosè in damnum contrahentis. Et quid in rebus minoris conducentis domum? Gloss. *in L. item quia, ff. de pactis*, tenet, non esse tacitè obligatas, & ita ibi simpliciter cum ea transit Jaso: contrariam sententiam tenet Odofr. quia cùm ipsa lex obliget, non videtur minor circumscriptus, qui utitur jure communi, *L. fin. C. de in integ. restit. minor.* Opinionem Odofredi sequitur Rofre. *in tit. de action. Serviana*, & istam opinionem tenet Alberic. post Cyn. *in dict. L. certi juris*, cum distinctione tamen, quæ fuit Petri, an minor conduxit domum sibi utilem, & procedat ista opinio; an amplam sibi non necessariam, vel inutilem, & procedat prima opinio Glossæ. Salyc. tenet opinionem Glossæ indistinctè, quam & tenuit Cyn. *in addition.* & etiam tenet Angel. *in dict. L. certi juris*, licèt dicat opinionem Petri, ita distinguentis, esse æquam: mihi valdè placet opinio Petri, ita distinguentis, quam & approbare videtur Bald. *in dict. L. certi juris*, *col.* 2. versic. *ego considero*, & benè facit *L.* 2. *ff. de rebus eorum*; neque placet illa distinctio Angel. & aliorum dicentium, quòd quando intervenit aliquod factum extrinsecum ex parte minoris, ut est invectio rerum in domum, tunc non inducatur tacita obligatio rerum, eò quia tunc non à lege, sed à facto extrinseco procedit; vel nullum factum extrinsecum intervenit, & tunc quando est tacita obligatio legalis, cadat etiam in minore; undè secundùm Angel. minor contrahendo matrimonium, & recipiendo dotem, tacitè bona ejus sunt obligata pro restitutione dotis: non enim video bonam rationem diversitatis, cùm & ipse contractus matrimonii, ipsa etiam receptio dotis facta sint extrinseca ex parte minoris. Adverte etiam, quòd communis videtur conclusio Doct. *in dict. L. certi juris*, quòd si locator per pactum sibi providit de speciali hypotheca in aliquibus bonis, non habeat locum ista tacita; solus Bald. ibi *col. fin.* tenet contrarium, motus, quia provisio hominis, & provisio legis descendunt ex diverso fonte; & fortè verior est opinio Bald. cætera vide per eum, & Doct. *in dict. L. certi juris*, & per Jason. *in dict. L. item quia.*

(5) *Por el loguero.* Et sic vult ista lex, quòd licèt dominus expellat colonum, vel inquilinum, adhuc tamen possit petere pensionem; & idem probatur *in L. pen. in princ. ff. eod.* ubi vide Paul. de Castr. qui intelligit hoc quoad præteritas pensiones; non autem quoad futuras.

(6) *Retener.* Adde *L. utique, ff. de dam. infect.* & *L. est differentia* 9. *ff. in quibus caus. pign. vel hypot. tacit. contrahitur.*

(7) *Menoscabos.* Ut in *L.* 2. *ff. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacit. contrahitur.*

(8) *En escrito.* Adde *L. cum domini* 56. *ff. eod.* & *dict. L. est differentia*, & ibi Bart. & Bald. *in L. æde, col.* 2. *C. locat.*

(9) *Con sabiduria del señor.* In hoc est differentia inter prædium rusticum, & urbanum: ratio differentiæ est, quia sancta rusticitas, ut inquit Hyeron. omnia palàm habet; & sic nihil in prædio rustico infert, quod sit occultum juris præsumptione, & sic dominus de facili scire potest: at in illatis in prædium urbanum, esset quodammodò injuriosum ea detegere, & investigare, secundùm Bald. & Salic. *in dict. L. certi juris.*

LEX VI.

Non potest conductor ante tempus à domo expelli, nisi in casibus in hac lege expressis. Hoc dicit.

(1) *Por quatro razones.* Et an in his quatuor casibus possit expellere inquilinum propria auctoritate? Azo *in summa, C. eod.* vult, quòd sic: Rofredus, quem Alberic. refert *in L. æde, col.* 2. *C. eod. tit.* dicit, tutius esse, quòd fiat auctoritate judicis, & pro hoc *ff. de donation. L. Aquilius* 27. Bald. *ibidem* 1. *lectur. col. pen.* versic. 3. *quæro*, vult, quòd possit propria auctoritate; si tamen judex sit aditus ab aliqua partium, debet spectari ejus auctoritas: vide ibi per eum. Et quid si locator juravit, non expellere colonum, vel inquilinum, vide per Archid. post Vincent. *in cap. alienationes*, 12. *quæst.* 2. qui vult, quòd adhuc insit conditio, quæ à jure intelligitur, ut *in cap. quemadmodum* 25. *de jurejur.* & *in cap. beatus*, 22. *quæst.* 2. & *L. quæro* 54. §. *inter locatorem* 1. *ff. locat.* vide quæ infra dicam *in gloss. proxima.*

(2) *Cae la casa.* Rectè posuit verbum de præsenti, volens necessitatem improvisam denotare; nam si scit eam esse, vel futuram esse, non habet beneficium hujus legis, secundùm Gloss. & Doct. *in dict. L. æde.* Qui tamen si inter lotatorem, & conductorem convenit de non expellendo conductorem, durante tempore conductionis, prout quotidie videmus apponi in instrumentis locationis? Angel. *in dict. L. æde*, tenet, quòd propter talem conventionem non poterit expelli, licet locator indigeat habitatione: nam per hæc verba, secundùm eum, videtur recessum à natura contractus locationis, ut *in L. quæro* 54. §. *inter locatorem* 1. *ff. eod.* neque dicit es-

o esta guisada para caer, e non ha otra (3) en que more; o ha enemistad en aquella vezindad en que mora, o otra premia por que non osa morar (4) en ella; o si casasse el alguno de sus fijos, o si los fiziesse Caualleros (5). La segunda es, si despues que la logo, aparescio alguna cosa atal en la casa, por que se podria derribar si non fuesse adobada (6). Pero en estos dos casos (7) sobredichos tenudo es el señor de la casa, de dar al alquilador otra en que more (8), atal con que le plega, fasta el tiempo en que deue morar en la otra; o de descontarle del loguero tanta parte, quanta viniere en aquel tiempo que deue en ella morar. La tercera razon es, quando el que touiesse la casa logada, vsasse mal della, faziendo en ella algun mal por que se empeorasse, o llegando en ella malas mugeres (9), o malos omes, de que se siguiesse mal a la vezindad. La quarta es, si alogasse la casa por quatro años, o cinco, auiendo a dar por ella cada año loguero cierto; ca si passaren dos años (10), que non pagasse lo que auia a dar, dende adelante puedele echar della. E por qualquier destas razones sobredichas puede echar, ante de tiempo, el señor de la casa, al que la touiere alogada, o alquilada, maguer el otro non quiera.

LEY

esse mirum, si propter necessitatem inhabitandi, ubi tale pactum intervenit, dominus non possit auferre, quia illa verba de non expellendo, aliquid debent operari, ut *in dict.* §. *inter locatorem*, & facit optimè *L. si quando* 109. *ff. de legat.* 1. undè consulit esse cautum conductorem, ut semper in instrumento faciat apponi illa verba, quæ tamen verba nihil dicit operari, si colonus non solvat pensionem, vel malè re utatur; & hoc dictum Angel. refert, & simpliciter sequitur Decius *consil.* 292. *col.* 1. Ego tamen dubito de veritate istius dicti, ex eo quòd istæ tacitæ conditiones in promissione, & etiam in juramento subintelliguntur à jure, ut dixi suprà *ead. L. in gloss.* 1. ubi allegavi dictum Archidiac. *in dic. cap. alienationes*, 12. *quæst.* 2. & quia *dict.* §. *inter locatorem* non benè probat dictum Angel. & etiam, quia promissio de non expellendo debet intelligi rebus sic extantibus, non si necessitas superveniat, argum. *dict. cap. quemadmodum* 25. *de jurejur.* & *L. quod Servius* 8. *ff. de condict. ob causam.*

(3) *E non ha otra.* Pleniùs se declarat ista lex, quàm habetur *in dict. L. æde*, licèt satis ibi comprehendatur, cùm dicit usibus suis necessariam.

(4) *Osa morar.* Totum hoc tendit ad ostendendum causam necessariam. Bald. *in dict. L. æde in princ. col. pen.* ponit aliud exemplum, ut quia in domo locata vult facere artem lanæ, vel aliam honestam; quod videtur durum, nam in tali casu non urget necessitas, de qua in exemplis hìc positis, vel similibus. Fortè procederet dictum Baldi, quando dominus, seu locator in domo sua exercebat talem artem, & propter aliquem casum supervenientem non potest ibi eam exercere, vel si casus similis necessitatis interveniret, non aliàs. Et nota benè, quòd si pro observantia locationis res locata esset obligata conductori, & sic conductor habeat jus in re; si locator dominus donet rem locatam alteri, non poterit donatarius expellere inquilinum, quamvis pro usu suo egeat re locata: & sic isto casu non militabit dispositio hujus legis, neque *L. æde* 3. *C. eod.* quia in eum non transit jus locationis, sicut neque in emptorem, ut *in L. emptorem* 9. *C. eod.* & *ff. eod. L. qui fundum* 32. ita in specie dixit Raph. Cuman. *in L. si filiofamilias*, §. *si vir*, *ff. sol. mat.* & sequitur ibi Alexand. *col.* 3. dicens, dictum hoc esse notandum, & quod non meminit alibi se legisse.

(5) *Caualleros.* Istam causam non reperio in jure communi expressam: fortè de more antiquo Hispaniæ, cùm filius fiebat miles, habitare solebat seorsùm à patre, & domo indigebat. Idem ergò si crearetur Doctor, vel filius esset judex, vel advocatus, ita quod indigeret ampla domo seorsùm à patre, vel si fieret presbyter: facit *cap. militare*, 23. *quæst.* 1. & quod notat Gloss. & ibi Bart. & Doct. *in L. miles* 6. *ff. de re judic.* & *in L. advocati* 14. & *in L. fori* 4. *C. de advoc. divers. judicior.*

(6) *Si non fuesse adobada.* Refectione tamen facta, poterit inquilinus domum inhabitare, licèt pro refectione expellatur, Gloss. & ibi notat Bart. *in L. si duo*, §. *cum inquilinus*, *ff. uti possidet.* & dominus tenebitur pati ipsum habitare, ut ibi habetur.

(7) *Dos casos.* Innuit, quòd non sit idem in 3. & 4. casu sequentibus, quando malè versatur in domo; Gloss. tamen *in dict. L. æde*, voluit, quòd etiam in tali casu fiat remissio mercedis pro rata temporis, & quòd dominus agat ad damnum datum, & idem tenet Gloss. *in cap. propter sterilitatem* in parte *permissæ*, *de locato.* Bald. *in dict. L. æde*, 1. *lect. in fin.* vult, quòd hoc tertio casu non fiat remissio, ex quo culpa coloni, vel inquilini fit; sed in secunda lectura transit simpliciter cum Gloss. & eam sequitur Salicet. & opinionem Gloss. etiam tenet Speculat. *tit. de locato*, §. *postquam*, versic. *sed nunquid* el 1. Opinionem tamen primam, quòd non fiat remissio, tenuerunt Petrus, & Cyn. *in dict. L. æde*, & fuit opin. Azon. & pro ea facit ista lex Partitæ, & text. *in cap. propter sterilitatem* 3. *de locato*, ubi Joan. Andr. *in fin.* quem sequitur Abb. concordat istas opiniones, dicens, quòd aut inquilinus dat damnum in ipsa domo, ut quia tenet porcos in solario, & tunc procedat opinio glossarum, ut fiat remissio, & expellatur, & agat ad damnum; si verò non perversè moretur dando damnum, sed tenendo in domo prostibulum, vel ludum, ex quo domus non damnificatur, & tunc procedat alia opinio, quòd non fiat tunc remissio, ex quo tunc non potest agere ad damnum: & istam opinionem tenet etiam Hosti. *in dict. cap. propter*, & secundùm Joan. de Imol. ibi, hæc distinctio propter auctoritatem Hosti. & Joan. Andr. fortè servaretur in practica: sed de jure secundùm eum verior est prima opinio, ut indistinctè non fiat remissio mercedis in tertio, & quarto casu per illum text. Neque obstat, quòd possit agere ad damnum: quia ex hoc non infertur, quòd fiat remissio mercedis, ex quo propter suam culpam expellitur, & facit regula *damnum* 86. *de reg. jur. lib.* 6. & *L. colonus* 61. §. 1. *ff. locat.* Fortè posset aliter distingui, quòd aut dominus reperit conductorem pro tempore futuro, & tunc fiat remissio mercedis; si verò non reperiatur, tunc procedat prima opinio indistinctè, ne dominus damnificetur ex culpa coloni, vel inquilini: & pro ista distinctione vide Bart. *in L. si in lege*, §. *si domus*, *ff. locat. in fin.* ubi & Fulgosius, & Jason. *in L. diem functo*, *col.* 8. & 9. *ff. de officio assessor.* & Gloss. *in L. diem functo*, *ff. locat.* ubi est eadem lex repetita.

(8) *En que more.* Adde *L. habitatores* 27. *cum L. seq. ff. eod.*

(9) *Malas mugeres.* Nota istam legem, nam tollit opiniones, quæ erant inter Doctores *in dict. L. æde*, *C. eod.* ubi vide Bald. *in* 2. *lectur. ad fin.* & etiam Salyc. qui idem tenuerunt, quod in ista lege habetur, scilicèt, quòd licèt nullum damnum ex hoc generetur locatori, vel domui, possit expelli conductor, si in domo intulit meretrices, si ex hoc inferretur detrimentum honestatis vicinis.

(10) *Daños.* Vide quæ dixi suprà *eod. L. proxim. in gloss.* 1. & nota istam legem, quæ loquitur etiamsi nullum pactum de non expellendo interveniat.

LEY VII.

De los campos, o viñas, o otros heredamientos, que arrienda vn ome a otro; que son tenudos de refazer los daños, e los menoscabos, que vinieren por su culpa a los señores dellos.

Campos, o viñas, o otros heredamientos arrendando vn ome a otro; aquel que los arrendare, deue ser acucioso (1), en aliñar, e en guardar, e labrarlos, bien assi como faria si fuessen suyos. E las lauores que ouiere de fazer en ellos, deuelas fazer en tales sazones, e en tal manera, que los arboles, e las otras cosas, que fueren en la heredad, o en la casa que arrendare, se mejoren porende, e non resciban ningund empeoramiento. E si por auentura los labrasse mal (2), o en sazones (3) que non deuia; o por otra su culpa, o de los omes que los ouiessen a labrar por el, se empeorasse aquello que tenia arrendado; mandamos, que quanto quier que fuere fallado en verdad, que se empeorasse por su culpa, o por su negligencia, que lo peche todo a bien vista del Judgador del lugar, e de los omes buenos que saben de lauor (4) de tierra. Esso mismo dezimos que seria, de aquel que touiesse la cosa arrendada, e ouiesse enemigos (5), o malquerientes, que por la malquerencia que ouiessen con el (6), tajassen algunos arboles (7), o fiziessen otro daño en la heredad.

LEY VIII.

Por quales razones es tenudo de pechar, o non, la cosa, aquel que la tiene arrendada, o logada, si se perdiesse, o se muriesse.

Acuestas por si mismo (1), o en alguna su bestia, o en carreta, o en naue, prometiendo de leuar algund ome, vino, o olio, o otra cosa semejante, en odres, o en alcollas (2), o en toneles (3), o pilares de marmol, o redomas, o otra cosa semejante destas; si leuandol de vn lugar a otro, cayere por su culpa aquello que lauare, e se quebrantare, o se perdiere, tenudo es de lo pechar. Mas si el pusiesse guarda, quanta pudiesse (4), en leuar aquella cosa, o se quebrantasse por alguna occasion sin su culpa, estonce non seria tenudo de lo pechar. Otrosi dezimos, que si se perdiesse, o si se menoscabasse, o se muriesse la cosa que touiesse alogada alguno, por alguna occasion que auiniesse sin su culpa del; assi como si fuesse sieruo, o alguna bestia, si se

LEX VII.

Conductor tenetur colere prædia, & tali tempore, ut ipsa, vel eorum arbores non deteriorentur; quod si non fecerit, aut per ejus inimicos damnum sequatur, tenetur ad illud judicis arbitrio, & hominum peritorum. Hoc dicit. Habuit ortum ista lex à *L. si merces* 25. §. *conductor* 3. *ff. locat.* & *à L. in judicio* 28. *C. eod. tit.*

(1) *Acucioso.* Adde *L. ex conducto* 15. §. *fin.* & ibi Gloss. & *L. si merces* 25. §. *conductor* 3. *ff. eod.* & an teneatur scarpere, & purgare aggeres, & fossata fundi, vide Bart. *in L. impensæ*, *ff. de impens. in rebus dotal. fact.*

(2) *Labrasse mal.* Sive in terræ cultura, vel ita exfructuando in annis conductionis, quòd in sequentibus annis nihil vel parum fructus percipi possit, ut *in L. & hæc distinctio* 35. §. *cum fundum* 1. *ff. eod.* ubi Bart. & Paul. de Cast. vide bonam gloss. *in L. pen. ff. de usufruct. legat.* & *in L.* 1. & ibi Joan. de Plat. *C. de mancip. & colon. lib.* 11.

(3) *En sazones.* Adde *L. si merces* 25. §. *conductor* 3. *ff. eod.* omnia enim tempus habent, & suis spatiis transeunt universa sub sole, Ecclesiastes 3. *cap. v.* 1.

(4) *Que saben de lauor.* Credendum est enim peritis in arte, ut hìc, & *in L. semel* 6. *C. de re militar. lib.* 12. *L.* 2. §. *ex actis*, *ff. de orig. juris*, & *in authent. de non alienandis*, §. *quod autem*, & *in cap. proposuistì* 4. *de probation. L. septimo mense* 12. & ibi Bald. *ff. de statu homin.* & per Spec. *tit. de probat.* §. *antepen. & pen.* & per Bart. & Bal. *in prima constit. ff. veter. in princip.*

(5) *Enemigos.* Sive inimicitia causetur culpa conductoris, sive non, ut dicit Gloss. *in L. si merces*, §. *culpæ*, *ff. eodem*, & vide ibi Bart. & Paulum de Castro ad quæstiones quas ex hoc inferunt. Quod limita, & intellige, quando conductori possit imputari culpa malæ custodiæ circa rem locatam: quia cùm haberet inimicos, licèt non sui culpa, cautiùs debuit custodire, ut dicit prædicta Gloss. si verò propter hoc adhiberet diligentiorem custodiam, & adhuc damnum illatum est ab inimicis, non teneretur, ut est de mente dictæ Gloss. & tenent Joan. de Imol. & Raph. Cuman. & Paul. de Castr. *in L.* 2. §. *item si in facto*, *ff. de verb. oblig.* facit *L. ad eos* 19. *ff. commod.* & *L. sed de damno* 41. *ff. isto tit.* & tenet Alexand. *consil.* 168. *vol.* 2. *ad fin.* quando verò inimicitia fuit sui culpa, indistinctè tenetur, ut *in dict.* §. *culpæ*, & *in L. pen. primo respons. ff. solut. matrim.*

(6) *Con el.* Secùs ergò, si propter inimicitias locatoris hoc accideret, ut *in cap. domino guerram in princip. hic finitur lex*, & *L. quidam cum filium* 132. & ibi Bart. *ff. de verb. oblig.* in eo, quod notat de promittente custodiam castri; & idem si inimicitia esset publica, ut *in L. item quæritur* 13. §. *exercitu* 7. *ff. eod.* & adde *L. pen.* 1. *respons.* & ibi Bal. *ff. solut. matrim.*

(7) *Arboles.* Ipse verò si exciderit eas, tenetur locatori, ut *in dict. L. si merces* 25. §. *conductor* 3. *ff. eod.* neque poterit vento evulsas asportare, *L. in fraudem* 45. §. *pen. ff. de jure fisci*: vide Joan. de Plat. *in rubr. C. de location. prædior. civil. lib.* 11.

LEX VIII.

Non tenetur onera portans de fractione, vel perditione, si non fuit in culpa: nec tenetur de interitu conductor, vel de perditione, vel deterioratione, nisi de casu fortuito se obliget, vel mora, seu culpa præcessit casum. Hoc dicit. Habuit originem ista lex à *L. si merces*, §. *qui columnam* 7. *ff. locat.*

(1) *Por si mismo.* Ut faciunt Indi nostri.

(2) *Alcollas.* Quasi alti colli.

(3) *Toneles.* Id est, tenelli, sic dicti à tenendo.

(4) *Quanta pudiesse.* In *L. si merces* 25. §. *qui columnam* 7. *ff. eod.* à qua ista sumpta est, dicitur, *culpa autem abest, si omnia facta sunt, quæ diligentissimus quisque observaturus esset*, ubi Gloss. dicit, superlativum pro positivo poni, & idem dixit Azo *C. eod. in summa*, *col.* 3. ubi & dixit, vel quòd intelligatur in conductore diligentissimo in suis, & istud videtur approbare ista lex.

se muriesse su muerte natural; o si fuesse naue, e peligrasse por tormenta que acaesciesse; o si fuesse casa, e se quemasse; o si fuesse molino, e le lleuassen auenidas de rios; o por otras cosas qualquier, semejantes destas, que se perdiesse, o se muriesse; por tal occasion (5), como sobredicho es, que non seria tenudo de la pechar el que la touiesse logada. Fueras ende por casos señalados. El primero es, si quando logo la cosa, fizo tal pleyto con el señor della, que como quier que acaesciesse (6) de la cosa, que fuesse tenudo de la pechar. El segundo es, si fiziesse tardança (7), de tornar la cosa al señor, mas que non deuia, e despues de aquel tiempo que gela deuiera auer tornada, se perdiesse, o se empeorasse. El tercero es, si por su culpa (8) acaesciesse aquella occasion, por que se pierde, o se muere la cosa.

L E Y IX.

Como deue ser pagada la soldada a los herederos de los Alcaldes, e de los Abogados, e de los otros menestrales, si se murieren ante que complan el oficio.

LOs Judgadores de la Corte del Rey (1), e los otros Oficiales de su casa (2), e los Maestros de las sciencias (3), que han salarios ciertos cada año (4) del Rey, o del comun de alguna Cibdad, o Villa; desque ouiere començado de vsar (5) de su oficio cada vno dellos, maguer se muera despues, ante que el año se cumpla, deuen auer sus herederos todo su salario de aquel año, bien assi como si lo ouiesse seruido, por razon de aquel tiempo que vso de su oficio, quanto quier que sea. Esto es, porque non finco por el (6), de complir, e de fazer lo que deuia; mas por ocasion que le contescio, que non pudo desuiar. Mas si algund Abogado (7) pleyteasse con algun ome, que razonasse por el algun pleyto, maguer aya començado (8) el pleyto, non deue auer todo el salario, si non razonasse todo el pley-

Leyes 11. y 18. tit. 16. lib. 2. Recop.

(5) *Occasion.* Non enim venit in hoc judicio casus fortuitus, *L. in judicio* 28. *C. locat.* & *ff. eod. L. si merces* 25. §. *vis major* 6. & *L. Marcius* 59. & *L. fin.*

(6) *Como quier que acaesciesse.* Adde *L. si quis domum* 9. §. 2. *ff. eod.* & *cap. unico, de commodato*, & *L.* 3. *tit.* 2. *suprà ead. Partita.*

(7) *Tardanza.* Ut *in dict. L.* 3. *tit.* 2. *suprà ead. Partita*, & ibi dixi.

(8) *Por su culpa.* Adde *L. videamus* 11. §. *si hoc* 1. & §. *fin. ff. eod.* & vide quæ dixi *in dict. L.* 3. *tit.* 2. *suprà ead. Partita.*

L E X IX.

Judices Curiæ, vel Regis officiales, & magistri docentes scientiam liberalem, habentes annuatim salarium certum à Rege, Civitate, vel Communi, si postquàm officium cœperunt exercere, moriantur, totius anni salarium eorum hæredibus debetur; sed advocatus à cliensa- tulo, vel officialis mœchanicus, secundùm laboris æstimationem; vel si vult totum salarium, faciant ejus hæredes inceptum impleri. Hoc dicit. Habuit ortum ista lex à *L.* 1. §. *pen. ff. de var. & extraordin. cognit.* & *de statuliber. L. cum hæres* 4. §. *antepen.* & *de condict. ob causam dat. L. pen.* & *ff. locat. L. sed addes* 19. §. *ultim.* & *de offic. assessor. L. diem* 4.

(1) *De la Corte del Rey.* Nota hoc verbum, nam de jure communi Gloss. & Doct. tenent communiter, hoc procedere in Potestate cujuscunque civitatis conducto pro certo salario ad annum, ut est Gloss. *in L. diem functo* 4. *ff. de offic. assessor.* & *in L. si uno*, §. *item cum quidam*, *ff. locat.* & *in L.* 1. §. *Divus*, *ff. de var. & extraord. cognit.* & tenent communiter Doct. *in dict. L. diem functo*, & vide per Lucam de Penna *in L.* 1. *C. de Primipilo*, *lib.* 12.

(2) *E los otros oficiales de su casa.* Adde *L. fin. C. de domestic. & protect. lib.* 12. & *L. si quis in sacris* 11. & *L. unicuique* 7. *C. de proxim. sacror. scrinior.* & *L.* 3. §. 1. *C. de agent. in rebus*, *lib.* 12. & *L. post duos* 15. *C. de advocat. divers. judicior.* ista tamen lex de consuetudine non servatur, neque in judicibus, neque in officialibus Curiæ Principis.

(3) *Maestros de las sciencias.* Approbat opinionem Gloss. *in L.* 1. §. *Divus*, *ff. de variis, & extraord. cognit. in gloss. magn.* & ibi vide per Bart. *col. fin.* versic. *tertio casu*; sed credo de consuetudine non servari.

(4) *Cada año.* Hoc intelligebant Jacob. Butric. & Salic. *in L. si uno*, §. *item cum quidam*, *ff. locat.* quando una præstatio tantùm erat facienda pro toto anno; secùs si plures, ut quia per singulos menses erat statuta præstatio, quia tunc transmitteret ad hæredes solùm præstationem illius mensis, in quo decedit: hæc tamen limitatio eorum impugnatur ab Alexand. & Jason. *in dict. L. diem functo*, ubi Alex. *col.* 5. & Jaso *col.* 12. vide Lucam de Penna *in L.* 1. *C. de Primipilo*, *lib.* 12. ubi ponit verba Jacob. Butric.

(5) *Comenzado de vsar.* Quid si se præparavit, & in casu licito incipit servire per substitutum, vide per Bart. *in dict. L. diem functo*, ubi Alex. *col.* 6. & 7. & vide Decium *consil.* 70.

(6) *Porque non finco por el.* Hæc ratio colligitur *ex L. qui opera* 33. *ff. locat.* sed non esset sufficiens de per se, nisi conjuncta cum casu in quo loquitur, ubi habetur respectus, necdùm ad præmium respectu laboris, sed & respectu dignitatis, & scientiæ, & intellectus, secundùm Bart. *in L.* 1. §. *Divus*, *ff. de var. & extraord. cognit.* ubi latè distinguit in ista materia.

(7) *Algund Abogado.* Nota istam legem, quia aliter decidit, quàm Gloss. & Bart. dicebant *in L.* 1. §. *Divus*, *ff. de var. & extraord. cognit.* & Gloss. *in L. pen. C. de condict. ob causam*; nisi dicas, quòd ista lex intelligatur, quando ab initio non fuit conventum de certo salario: tunc enim, cùm arbitrio judicis pro rata operæ & temporis debeat præstari, non potest ejus hæres petere totum salarium, quod aliàs, si causam finisset, erat habiturus: & quod habetur *in dict.* §. *Divus* per Gloss. & Bart. intelligatur, quando à principio advocatus fuit receptus cum certo salario, ut aliàs declarat Salyc. *in L. post duos*, *C. de advocat. divers. judicior.* Sed adhuc est dicendum, quòd ista lex procedat, etsi cum certo salario fuit receptus, quia ita ex ea patet, cùm dicit, *mas si, &c.* quæ est dictio adversativa, & suprà locuta est de salario certo. Hoc idem colligitur ibi, cùm dicit *del salario*, & sic sentit de salario convento; & quia in omnibus aliis personis ista lex loquitur de salario convento, ut patet etiam in verbis sequentibus, ibi: *Esso mismo dezimos*, ibi: *Por precio cierto.*

(8) *Aya comenzado.* Bart. *in dict. L.* 1. §. *Divus*, *col.* 3. versic. *ulterius quæro*, tenet, quòd etiam si non incepisset, deberetur sibi salarium conventum; cujus contrarium hìc dicitur, etiam in casu in quo cœpisset causam agere. Et sic ex isto verbo *maguer aya comenzado*, colligitur, quod prædixi suprà in gloss. proxima.

ratones, o por otra su culpa; tenudo es de le pechar otro tanto, e tal, e tan bueno, como aquello que auia recebido, o la estimacion dello, a bien vista del Judgador, e de omes buenos que saben destas cosas atales.

LEY XIII.

Como el que da afletada su naue a otro, deue pechar el daño de las mercaderias, e de las otras cosas, que se perdieren por su culpa.

L. 106. *tit.* 13. *lib.* 7. *Ley* 3. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop.*

Afletada auiendo algun ome naue, o otro leño para nauegar, si despues que ouiesse metido en ella sus mercadurias, o las cosas para que la logo el señor de la naue, la mouiesse ante que viniesse el maestro (1) que la tenia de guiar, non seyendo el sabidor de lo fazer; o estando y el maestro, non quisiesse obedescer su mandamiento, nin seguirse por su consejo; si la naue (2) peligrasse, o se quebrantasse, estonce el daño, e la perdida, que acaesciesse en aquellas mercaderias, pertenescen al señor de la naue: porque auino por su culpa, porque se trabajo de fazer lo que non sabe; porende es tenudo de la pechar, a aquel que la auia afletada. Esso mismo dezimos que seria, si el señor de la naue metiesse las mercaderias en otro nauio, que non fuesse tan bueno como aquel que auia alogado; sacandolas de la suya, sin sabiduria del mercadero, e sin su plazer (3) del que la auia afletada; que si aquel nauio, en que assi las metiesse, peligrasse, al señor della pertenesce el daño, e non al mercadero.

LEY XIIII.

Del ome que alquila a otro toneles, o vasos malos, o quebrantados, para meter y vino, o olio, o otra cosa semejante.

Toneles, o otros vasos malos, o quebrantados, alquilando vn ome a otro, para meter y vino, o olio, o otra cosa semejante; si por culpa de aquellos vasos se perdiere, o se empeorare, rescibiendo mal sabor aquello que y meten; si aquel que lo rescibe a loguero, non es sabidor de la maldad de los vasos quando los logo, tenudo es el señor dellos, de pechar al otro, el daño e el menoscabo que rescibio por culpa dellos; maguer que el señor non fuesse sabidor (1), que eran malos, o quebrados: e esto es, porque todo ome deue saber, si es buena, o mala, aquella cosa que aloga (2). E porende dezimos, que logando (3) vn ome a otro montes, o prados, para pasturas de ganados, o de bestias; si aquello que alogo para esto, ha malas yeruas, que matan, o empeoran por ellas los ganados que las pascen; si el señor es sabidor desto, es tenudo de lo dezir paladinamente, o de pechar al otro el daño, e el menoscabo, quel viniesse por la maldad de aquellas yeruas. Mas si el señor non sopiesse tal maldad, estonce non seria tenudo de pecharle los daños, nin los menoscabos; mas dezimos, que non le deue demandar el loguero, nin el otro non es tenudo de gelo dar.

LEY

tientes pannos pignoratos debitorum suorum à tineis, post Jacob. de Bello viso, & contra bidellos scholarium, & contra tutores, & curatores, & scriptores; de quo per Bart. *in L.* 2. *C. de murilegul. lib.* 11.

L E X XIII.

Dominus navis sine voluntate magistri eam gubernans, tenetur de æstimatione rerum perditarum, navi imperitia periclitante: idem si absque mercatoris scientia, & voluntate, de navi locata in aliam, non ita bonam navim, merces transportavit. Hoc dicit.

(1) *El maestro.* Non enim sine magistro ingredienda est via, qua quis non est ingressus, *cap. si Clericatus,* 16. *q.* 1.

(2) *Si la naue.* Perit navis, quæ non habet administratorem, seu magistrum, ut hìc, & *in L. item quæritur* 13. §. *si magister*, *ff. eod.* ubi Bald. hoc notat.

(3) *Sin su plazer.* Quid si eo invito? Dic, quòd tenetur navicularius, etiam si in idoneam navem transtulisset merces, ut notat Gloss. *in dict. L. item quæritur*, §. 1. per *L. fin. ff. de usu, & habitat.*

L E X XIIII.

Tenetur locator vasorum fractorum, licèt ignorans, de perditione, vel deterioratione liquoris, si ignoravit conductor: sed locator pascui non tenetur propter herbam mortiferam, nisi sciat; non tamen habebit salarium locationis. Hoc dicit.

(1) *Non fuesse sabidor.* Speciale est hoc in doliis vitiosis, sive locentur, sive vendantur: quia tale vitium de facili potuit sciri, ut hìc, & *in L. sed addes* 19. §. 1. *ff. eod.* & vide in materia distinctionem Bald. *in L. in rebus*, §. *item qui sciens*, *ff. commod.*

(2) *Que aloga.* Idem si vendat, ut *in L. tenetur* 6. §. *si vas* 4. *ff. de action. empt.*

(3) *Logando.* De vendente vide *L.* 63. *tit.* 5. *ead. Partita.*

LEY XV.

De los pastores, e de los otros omes que guardan ganados, si reciben soldada por guardarlos, como deuen pechar a los dueños dellos, los daños que les vinieren por su culpa.

Ley 4. tit. 14. lib. 3. Recop. Ley 21. tit. 18. lib. 6. Recop.

PAstores, o otros omes que guardan los ganados, si reciben soldada (1) de los señores dellos, por guardallos, dezimos que deuen ser acuciosos (2), e se deuen trabajar, quanto pudieren, en guardarlos (3) bien, e lealmente, de guisa que non se pierdan, nin reciban daño de ninguna cosa, por mengua de lo que deuen ellos fazer; e deuenles catar logares conuenientes, e buenos, do sopieren que son las mas buenas pasturas (4), e buenas aguas, por do los trayan, segund conuiene a las sazones del año (5), tales en que puedan estorcer sin peligro del frio, e de las nieues del inuierno, e de las calenturas del verano. E los que contra esto fizieren, non poniendo y tal guarda, como sobredicho es, en quanto pudieren, tenudos son de pechar (6) cada vno dellos al dueño del ganado, todo el daño, e el menoscabo que viniere por su culpa. E si por auentura alguno dellos dixere, que quando el daño auino en los ganados, que non fue por su culpa; mas que poniendo y toda su guarda que podia, acaescio el daño, e que non le pudo escusar; deue ser oydo: e si prouare (7) por algunas (8) señales ciertas (9), o en otra manera (10), e jurare que assi acaescio (11), deuele valer: e por lo que prouare, e jurare (12), non lo deue pechar. Fueras ende, si el señor del ganado pudie-

LEX XV.

Pastores habentes salarium, eligant aquas, & pascua commodosa, & diligenter custodiant gregem; alias tenentur de culpa per dominum gregis probata: quòd si non probet, excusantur pastores, si probent certis indiciis, vel aliter, & jurent, damnum non sui culpa accidisse. Hoc dicit.

(1) *Si reciben soldada.* Quando quis recipit mercedem pro custodia, tenetur de levissima culpa, ut *in L. qui mercedem* 40. ubi Gloss. & Bart. *ff. eod.* & Azo *C. eod. in summa*, *col.* 3. per Paul. de Cast. *in dict. L. qui mercedem*, & probatur hìc.

(2) *Acucioso.* Commendatur diligentia, ut hìc, & *in L. pupillus* 24. & *L. quod autem* 6. §. *sciendum* 7. *ff. quæ in fraud creditor.* & *Proverbiorum* 22. *cap. v.* 29. scribitur: Vidisti virum velocem in opere suo? coram Regibus stabit, neque erit ante ignobiles, & Ecclesiastes 9. *cap. v.* 10. quodcunque potest facere manus tua, instanter operare. Aliquando tamen de per accidens nimia diligentia nocet, quia quæ est levis culpa in minùs diligenti, vel industrioso, potest esse lata culpa in magis industrioso, ut adducit Bald. *in L. quæ fortuitis*, *col.* 4. *C. de pignor. action.*

(3) *Guardarlos.* Debet nanque pastor vigilare, & non dormire circa custodiam gregis, ut *in cap. oportet*, 81. *dist.* & sicut habetur in Psalm. 120. *v.* 4. Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel. Latratu enim canum, & baculo pastorum arcendi sunt lupi, 43. *dist. in princ.* Isaiæ 55. *cap.*

(4) *Buenas pasturas.* Undè Dominus per Prophetam, Ezechielis 34. *cap. vv.* 2. *&* 3. dicitur: Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nonne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis.

(5) *A las sazones.* Si ergò quis leget alicui pascua pro gregibus suis, debebuntur sibi tàm pascua hyberna, quam æstiva, facit *L. Divus* 22. §. *licet* 1. *ff. de usu, & habit.*

(6) *Pechar.* Resarciet ergo pastor de suo, quod ex sua negligentia perditur; sicut & prælatus, qui patitur rem Ecclesiæ præscribi, ut habetur *in cap. quicunque*, 12. *quæst.* 4. Gloss. *in cap. placuit* el 2. 16. *quæst.* 3. & per Abb. *in cap. ex præsentium*, 3. *notab. de pign.* & adde Gloss. *in cap. quamvis*, *de reg. jur.*

(7) *E si prouare.* Habes hìc, quòd qui tenetur ad custodiam, non liberatur probando amissionem rei, quam debuit custodire, nisi probet sine culpa sua amisisse; quod & fuit de mente Gloss. *in L. si quis fundum*, §. *Imperator*, *ff. locat.* & *in L. cum ita legatur*, §. *species*, *ff. de legat.* 2. & *in L. si quis ex argentariis*, §. *fin. ff. de edend.* & ut dicit Bald. *in dict.* §. *species*, non sufficit caprario, quòd portet pelles animalium, nisi ostendat de casu, veluti mortalitatis, vel aliàs: si tamen non simpliciter causa custodiæ recepisset animalia, sed causa conductionis propter aliquod lucrum; tunc sufficeret probare eorum amissionem, etsi non probet, sine culpa sua evenisse, ut *in dict.* §. *Imperator*, secundùm unum lectur. & tenent Joan. de Imol. & Paul. de Castr. *in dict.* §. *species*, & vide per Alexand. *consil.* 158. *vol.* 2. vide *L. si creditor* 5. ubi Doct. *C. de pignor. action.* & *L.* 10. *tit.* 14. *Part.* 3.

(8) *Por algunas.* Vide Joan. de Plat. *in L.* 2. *C. de naufrag. lib.* 11. & *in L. quotiens*, *eod. tit.* Joan. de Imol. Paul. & Alex. *in locis de quibus suprà.*

(9) *Señales ciertas.* Veluti quòd in regione illa eo anno tertia, vel quarta pars animalium, quæ gregatim pascuntur mortalitate perdita est, ut *in L. quod ad præsens* 4. *C. de murileg. lib.* 11. ubi Bart. vel si docet signa infirmitatis, qua dicit animal fuisse mortuum, veluti scabiem, quæ vulgò dicitur *roña*, vel *virolas*; nisi ipse fuerit in culpa non curando, vel in non separando scabiosam ovem à grege, *cap. resecandæ*, 24. *quæst.* 3. 45. *dist. cap. sed illud* 17. *in fin.* & 1. *quæst.* 1. *cap. fertur* 28. Ostendit etiam per signa certa, si docet de casu, qui venit sine ejus culpa, ut in vi hostium, impetu aquarum, vel aliàs, ut tradit Bart. *in L. si quis ex argentariis*, versic. *an vero hæredi*, *ff. de edendo*, ubi communiter Doct.

(10) *O en otra manera.* Testibus, vel aliis generibus probationum.

(11) *Acaescio.* Et sic non sufficeret, ad docendum amissionem sine culpa, juramentum pastoris solummodò: cùm enim pastor teneatur jure actionis, & non officio judicis, non sufficeret probatio per juramentum solummodò, ut notat Bart. *in dict. versic. an vero hæredi*, *dict. L. si quis ex argentariis*, & probatur *in dict. L. si creditor* 5. *C. de pignor. action.* & *in L. fin. C. de fide instrum.* & adde Bart. *in L. scire oportet*, §. *sufficit*, *ff. de excusat. tutor.* ubi dicit, post Raymund. quòd ubi quis tenetur ex contractu, non potest probare casum fortuitum per juramentum, & Gloss. *in dict. L. fin.* super verbo *sacramentum*, & adde Ang. *in L. non est facile*, *ff. de custod. reor.* super gloss. quæ incipit *à custode*, quòd semper præsumitur pecus perditum culpa custodis, nisi ipse probet oppositum, & quòd probare poterit per verisimiles conjecturas. Sed an quando damnum esset minimum, staretur solo pastoris juramento? Videtur, quòd sic, si pastor esset homo bonæ famæ; pro quo benè facit *L.* 46. *tit.* 9. *lib.* 6. *Ordin.* & quod notat Bart. *in L. fin.* §. *in computatione*, *C. de jure deliber.* quòd in minimis expensis, necessariò factis circa res hæreditarias, credatur hæredi per solum juramentum.

(12) *Prouare, e jurare.* Sed cur compellitur jurare, si jam probavit, contra id, quod habetur *in cap.* 2. *de probat?* Dic, quòd debet intelligi, quando non probavit plenè, sed per conjecturas, undè nil mirum si etiam debeat jurare: ille enim, qui habet præsumptionem pro se, non dicitur probare, secundùm Bart. *in L.* 1. *C. de fide & jure hast. fiscal. lib.* 10. & ideò, quando ad plenum intentio non probatur, locus est juramento, & ita debet limitari *dictum cap.* 2. & in terminis tenet Dominic. *in cap.* 1. *de juram. calum. lib.* 6. & sequitur Decius *in dict. cap.* 2. *in* 2. *notab.* & sic ista littera referenda est ad id, quod suprà dixit, quando probat per signa; non quando testibus plenè probaret: vel potest dici, quòd quando subesset aliqua cau-

diere prouar, que le auino por culpa del pastor, ca estonce non le deue dar la jura (13).

L E Y XVI.

De los Maestros que toman a destajo, e los obreros labores, o obras, por precio cierto; que lo deuen pechar, si lo fizieren falsamente.

L. 106. *tit.* 13. *lib.* 7. *Ley* 3. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop.*

DEstajos toman a las vegadas los maestros, e los obreros, lauores, o obras, por precio cierto (1). E por cobdicia de las acabar ayna (2) acuytanse tanto, que falsan las lauores, o non las fazen tan buenas como deuian. E porende dezimos, que si alguno recibiere a destajo (3) lauor de algund Castillo, o de torre, o de casa, o de otra cosa semejante; e la fiziere cuytadamente (4), o la falsare de otra guisa, de manera que se derribe ante que sea acabada (5); que es tenudo de la refazer de cabo, o de tornar (6) al señor el precio, con los daños, e los menoscabos que le vinieron por esta razon. E si por auentura non cayere la lauor ante que sea acabada, e entendiere el señor della, que es falsa, o que non es estable; estonce deue llamar (7) a omes buenos e sabidores, e mostrarles la lauor: e si aquellos omes sabidores (8) entendieren, que la lauor es fecha falsamente, e conoscieren (9), que el yerro auino por culpa del maestro; deuela refazer de cabo, o tornar el precio con los daños, e los menoscabos, al señor della, segund es sobredicho. Mas si los omes sabidores, que llamassen para esto, entendiessen que la lauor non era falsa, nin era en culpa el maestro; mas que se empeorara despues que la el fizo, o entre tanto que la fazia, por alguna ocasion (10) que acaesciesse, assi como por grandes lluuias, o por auenidas de aguas, o por terremotos, o por otra cosa semejante; estonce non seria tenudo el maestro, de la refazer, nin de tornar el precio que ouiesse recebido.

LEY

causa non credendi testibus, adhuc locus sit juramento, ut notat Abb. & alii *in dict. cap.* 2. & sic hoc relinquitur arbitrio judicantis secundùm qualitatem casuum, & personarum, ut aliquandò ultra plenam probationem exigat juramentum.

(13) *Dar la jura.* Ex quo enim actor plenè probat culpam, non est locus delationi juramenti ratione conjecturarum, quas reus in sui favorem adduxit. Cùm enim probationes sint directò contrariæ, standum erit probationi actoris, qui plenè probavit; & sic erit hic casus legis pro dicto Bart. & Doct. *in L. admonendi, col.* 11. versic. *quid si actor, ff. de jurejur.*

L E X XVI.

Faciens opus certo pretio, quod sui culpa, vel falsitate, antequàm perficeretur, corruit, tenetur ad pretium, & interesse: sed si postquàm est perfectum, vocat dominus alios magistros, qui dicunt opus falsificatum, vel erratum, tenetur reficere, aut pretium restituere, & interesse; sed si dicunt non ejus culpa, sed alia causa corruptum, non tenetur. Hoc dicit.

(1) *Precio cierto.* De isto pretio debet sibi providere de alimentis, quandiù operatur, & non potest petere sumptus alimentorum à conducente ultra pretium, nisi aliter se habeat consuetudo regionis, ut notat Bart. *in L. si non sortem, §. libertus, col. pen.* versic. *quid ergo dicemus, ff. de condict. indeb.* Bald. *in L. liberti, C. de oper. libertor. col.* 4. quod procedit, non solùm si universaliter certo pretio opus assumatur; sed etiam si conductio operarum fiat ad dies, vel menses, ut est de mente Doct. & signanter Bald. *in dict. L. liberti.*

(2) *Acabar ayna.* Non enim præcipitanda sunt opera, sed tempore indigemus, ut aliquid maturiùs agamus, *cap. ponderet*, 50. *dist.* undè hìc reprobatur festinantia, sicut & aliàs punitur nimia acceleratio tutoris in vendendis rebus minoris, *L. tutor, qui repertorium* 7. *§. si tutor* 1. *ff. de admin. tutor.* & actus factus per curatorem, statim quòd est creatus, & judicis decretum festinanter sine causæ cognitione interpositum, *L. magis puto* 5. *§. ne passim* 9. *ff. de reb. eorum*, & adducit Pet. de Anchar. *consil.* 83. incipit *visis diligenter actis, & actitatis*: & dicit Bald. *in L. si qua ex fœminis*, 2. *lectur. C. de secund. nupt.* quòd festinantia est evidens malorum morum argumentum, & iniquitas omnia præcipitat; virtus autem lenta est, & omnium percunctatrix: vide Gloss. *in cap. non in perpetuum*, 24. *quæst.* 3.

(3) *A destajo.* Hoc est, quando se astrinxit ad complendum opus ad sensum suum, prout sibi videbitur, ita quòd benè faceret, & taliter, quòd opus approbaretur arbitrio boni viri, sive recipiat mercedem unicam pro toto opere, sive pro singulis diebus, quibus operetur, ut habetur *in L. ea lege* 51. *§. locavi, ff. locat.* & ibi benè declarat Paul. de Cast.

(4) *Cuytadamente.* Id est, festinanter, ut dixi suprà, ita ut, opere priùs facto non desiccato, & unito, superædificabat, ut citò opus perficeret.

(5) *Sea acabada.* Et etiam si opus sit perfectum, si tamen corruat intra 15. annos, ut *in L.* 21. *tit. fin. Part.* 3. & *in L. omnes* 8. *C. de oper. publ.* quæ licèt loqui videantur in operibus publicis, & ita ibi Doct. intelligunt; tamen idem videtur in ædificiis privatis ex ratione prædictarum legum, cùm præsumantur, intra dictum tempus opere dirupto, vitio magistri curruisse; quæ ratio ita militat in privatis, sicut in publicis: undè in dubio, si non constet de casu fortuito ex quo opus corruit, vel quòd aliàs accidit sine sua culpa, tenebitur magister intra dictum tempus. Et non intelligas istam legem velle, quòd si ante opus perfectum, parte operis effecta, opus corruat, quòd indistinctè periculum sit conductoris; sed quando vitio operis, vel sui culpa id accidisset; secùs si casu fortuito, ut est text. *in L. Marcius* 59. *ff. eod.* & *in L. & ideo hæsitatur* 15. *ff. de verb. oblig.*

(6) *O de tornar.* Non enim præcisè cogitur ad factum, *L. si quis ab alio* 13. *§. fin. ff. de re judic. L. stipulationes non dividuntur* 72. *ff. de verb. oblig.* vide quæ dixi infrà *eadem Part. tit.* 14. *L.* 3.

(7) *Deue llamar.* Et sic ipsa pars, ut hìc vides, eligit peritos: sed dic, quòd debent eligi ab utraque parte, ut *in L. hac edictali* 6. *§. his illud* 1. *C. de secund. nupt.* & si non concordent, judex eliget, ut notat Bart. *in L.* 1. *§.* 1. *ff. de ventre inspic.* & Abb. quem vide *in cap. proposuisti* 4. *de probat. col.* 4. & peritissimi sunt assumendi, vide Bald. *in L. septimo mense, ff. de statu homin.*

(8) *Omes sabidores.* Creditur istis peritis in arte, ut hìc, & *in authent. de non alienan. cap.* 3. *§.* 2. *vers. quod autem, collat.* 1. ubi habetur de istis mechanicis, sive architectis, & *in dict. cap. proposuisti* 4. ubi latè per Abb. & Felin. *de probat.* & *in cap. fraternitatis* 6. *de frigidis, & malefic.* & *in cap. quia indicante* 9. *de præscript.*

(9) *E conoscieren.* Quid si discordent? Dic standum esse peritioribus, licèt alii excedant numero, Bald. *in* 1. *forum constit. in princ. col. pen.* versic. *sed quid si discordant*, & Abb. *in dict. cap. proposuisti, de probat. col.* 3. quid autem si medici discordent, an vulnus sit mortale, vel non, vide Bald. *in cap.* 1. *quib. mod. feud. amit.* & Decium *consil.* 415. *col.* 1.

(10) *Ocasion.* Concordat *L. Marcius* 59. & *L. fin. ff. eod.*

LEY XVII.

Quales deuen ser las obras, que pertenescen a fazer a los maestros, a pagamiento de los señores.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

PLeytean a las vegadas los maestros, de fazer algunas lauores a aluedrio de los señores dellas, diziendo assi; que farian tal lauor, que se pagaran della, quando la vieren acabada. E porende dezimos (1), que el maestro que desta guisa destajare la obra, si la fiziere bien e lealmente; e el señor, quando la viere acabada, dixere maliciosamente, que se non paga della, por retenerle el precio que auia de auer, o por embargarle de otra guisa; que lo non puede fazer. Ca el pleyto de tal aluedrio, como es sobredicho, se deue entender desta guisa; que el señor de la obra se deue pagar della, si bien fecha fuere, segund se pagarian della otros omes buenos, e sabidores. E porende, si los omes sabidores, a que fuere mostrada la obra, dixeren que es buena, non puede el señor por tal pleyto, embargar al maestro, nin retenerle el precio que le auia de dar; ante dezimos, que el Juez del lugar le deue apremiar que gelo de, maguer non quiera. Otrosi dezimos (2), que destajando algund ome alguna lauor so tal pleyto, que fara la lauor en tal guisa, que por qual manera quier (3) que se pierda, o se derribe, fasta que el señor otorgue que se paga della, sea a su peligro; si quando la obra fuesse acabada, dixesse el maestro al señor, que viesse si se paga della; si el lo metiesse por alongamiento, que la non quisiesse ver, o la viesse, e non quisiesse dezir que se pagaua ende, seyendo la obra buena; si de aquella sazon adelante se perdiesse, o se derribasse por alguna ocasion, que non auiniesse por culpa del maestro (4), ni por maldad de la obra; estonce el peligro seria del señor, e non del maestro. Otrosi dezimos, que si el señor se pagasse (5) de la lauor, e despues que otorgasse que se pagaua della, se derribasse, o se menoscabasse, que dende en adelante seria el peligro del, e non del maestro.

LEY XVIII.

Que la cosa deue ser tornada a su señor, cumplido el tiempo del arrendamiento.

COmplido seyendo el tiempo del arrendamiento, o del loguero, deue ser tornada la cosa, que assi fuesse dada, a su señor (1). E si por auentura fue-

LEX XVII.

Tenetur dominus solvere pretium magistro, qui opus promisit ad domini placitum facere, licèt ipse dominus dicat sibi non placere, si virorum bonorum arbitratu opus sit bonum. Item si conductor operis convenit cum domino, quòd opus esset suo periculo, donec domino opus placuerit; si opere consummato dominus dicat sibi placere, vel monitus à magistro, ut hoc declaret, nolit declarare; si postea ædificium cadat absque vitio operis, non tenebitur ampliùs magister. Hoc dicit.

(1) *Dezimos.* Concordat cum *L. si in lege* 24. *in princip. ff. eod.*

(2) *Otrosi dezimos.* Concordat cum *L. opus* 36. & *L. si prius* 37. *ff. eod.* & cum notatis per Azon. *C. eod. in sum. col.* 4. versic. *venit etiam.*

(3) *Manera quier.* Licèt sub hac forma verborum recipiat in se periculum, donec opus à locatore approbetur, ante approbationem, etiamsi locator non sit in mora approbandi, non tenebitur de casu fortuito, secundùm Gloss. *in dict. L. opus, ff. eod.* nisi specialiter recipiat in se periculum casus fortuiti, juxta ea quæ notat Bart. & Doct. *in L. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis caution.* neque obstat *L. item quæritur* 13. §. *si gemma* 5. *ff. eod.* quia intelligit illam, quando expressè recepit in se periculum casus fortuiti; quo casu, etiamsi veniat de natura rei, tenetur de casu, ut tradit Alexand. *in dict.* §. *quæsitum, col.* 4. Aliter tamen intelligit *dict.* §. *si gemma* Paul. de Castro *in dict. L. opus*, cujus intentio videtur, licèt loquatur obscurè, quòd ubi quis locat operas suas tanquàm artifex, quia ex hoc asserit se peritum, tenetur de levissima culpa; & si suscipiat in se periculum, ex pacto tenebitur de casu fortuito, ut pactum aliquid operetur, quia mentitus est se esse peritum, ex eo quia cognoscere debuerat materiam gemmæ, quæ ex ejus vitio, seu ex natura ipsius rei non poterat sculpi absque fractura: secùs verò esset, quando casus accideret, non propter vitium operis, neque imperitia magistri, sed aliàs casu fortuito: quia tunc cùm ex natura contractus solùm tenebatur de levi culpa, satis operatur pactum, quod teneatur de levissima culpa; quæ verba Paul. de Cast. sic intellecta satis sunt notanda: & sic si in casu hujus legis vitio soli ædificium corrueret, magister qui suscepit in se periculum, tenebitur tunc de tali casu, licèt accidat vitio soli, de quo aliàs non teneretur, ut *in L. fin. ff. eod.* quia potest hoc imputari suæ imperitiæ; secùs si alio casu fortuito accideret, veluti terræmotu, vel vi tempestatis, ubi nihil est, quod possit ei imputari ratione suæ imperitiæ: quod nota ad limitationem *L. fin. ff. eod.*

(4) *Del maestro.* Etiam levissima, quia ut dixi in gloss. præcedenti, de tali teneretur. Et nota hìc, quòd casus superveniens non liberat à pœna præcedentis culpæ, ut & notat Bart. per illum text. à contrario sensu *in L. si prius, ff. eod.* Et collige etiam hìc, quòd mora locatoris in approbando opus, non liberat conductorem à culpa præcedenti; quod satis etiam probatur *in dict. L. si prius*, ubi Gloss.

(5) *Se pagasse.* Post approbationem ergò operis periculum est locatoris, qui approbavit: & si intelligas, quando opus corruit post approbationem ex mala custodia domini, vel casu fortuito, planè procedit. Si verò contingat vitio operis, vel culpa magistri, & dominus, quando approbavit, scivit vitium, & idem erit; si verò ignoravit, imò in approbatione illa fuit deceptus, quia nescivit vitium, & tenebitur conductor, approbatione non obstante, secundùm Bart. *in dict. L. opus, ff. eod.* ubi vide LL. quas allegat.

LEX XVIII.

Finito tempore locationis, si conductor non restituit rem conductam domino, si perseverat usque ad sententiam, tenetur de duplo, & de damnis rei. Hoc dicit.

(1) *A su señor.* Et præsumitur dominus ille, quia locavit; undè non habet necesse probare dominium, ut notat Bart. *in L. non ab re, C. unde vi*: quod intellige, quando fundat se in contractu locationis; secùs verò si agat actione in rem, seu rei vendicatione simpliciter; non faciens mentionem de contractu locationis: tunc enim debet probare de dominio, & licèt in processu constaret de locatione, non obtineret, ut notat Gloss. & Doct. *in L. si quis conductionis, C. eod.* facit *L. habebat* 13. *in princ. ff. de institor. cap. abbate sane* 3. *de re judic. lib.* 6. & tenet Alexand. *consil.* 43. *vol.* 4. *col.* 1. *in fin.*

fuere rebelde el que la tuuiere (2), non la queriendo entregar, assi como sobredicho es, fasta que fuesse dado juyzio contra el, deuela tornar despues doblada, a aquel que gela logo, o gela arrendo, o a sus herederos. Otrosi, quando algund menoscabo auiniere en aquella cosa por su culpa (3), deuelo pechar.

LEY XIX.

Como la cosa que es arrendada, o alogada, se puede vender a otro.

AViendo arrendado algund ome, o alogado a otro, casa, o heredamiento, a tiempo cierto, si el señor della la vendiere (1) ante que el plazo sea cumplido, aquel que la del comprare, bien puede echar della (2) al que la tiene alogada (3); mas el vendedor que gela logo, tenudo es, de tornarle tanta parte del loguero (4), quanto tiempo fincaba que se deuia della aprouechar. Pero dos casos (5) son, en que el arrenda-

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

(2) *Tuuiere.* Ex contractu scilicèt locationis, sive sit ipse conductor, sive ejus hæres, ut *in L. conductores* 34. *C. eod.* & *in L. non abs re* 10. *C. unde vi*: & de hærede intellige, scilicèt, si fuerat sciens, secundùm Bart. *in dic. L. non ab re.*

(3) *Por su culpa.* Venit enim in hac actione dolus, & lata, & levis culpa conductoris, *L. in judicio* 28. *C. eod.*

LEX XIX.

Emptor rei locatæ potest expellere conductorem ante tempus; nisi aliud convenit inter eum, & venditorem; vel nisi fuit locatio ad conducentis vitam, vel pro se, & hæredibus: & quando emptor expellit, restituit ei venditor salarium pro rata temporis. Hoc dicit.

(1) *Vendiere.* Idem, si legaverit, vel alio titulo particulari concesserit: quia successor singularis non tenetur stare colono, ut *ff. eod. L. qui fundum* 32. & *L. nihil* 120. §. *fin. ff. de legat.* 1.

(2) *Echar della.* Sed quid si nolit expellere? an colonus teneatur stare locationi cum singulari successore? Dic, quòd non, ut *in L. qui fundum* 32. *ff. eod.* sive conduxerit ad modicum tempus, sive ad longum; quia actio personalis competens locatori, non transit sine cessione in singularem successorem: si tamen esset cessa actio, tunc cogeretur stare, ut declarat ibi Bart. quem sequitur Joan. de Plat. *in L. cognovimus*, *C. de mancip. & colon. lib.* 11.

(3) *Alogada.* Idem dic, & si esset emptor fructuum, secundùm Bald. per text. ibi *in L. si fundum in princ.* 2. *lectur. ff. eod. tit.*

(4) *Del loguero.* Sed an teneatur ad interesse ultra hoc? Videtur, quod sic, per *L. si merces* 25. §. 1. *ff. locat.* & *L. nihil* 120. §. *fin. ff. de legat.* 1. & tenet Bart. *in L. emptorem*, *C. eod.* Alexand. *in L. si filiofamilias*, §. *si vir in quinquennium*, *ff. solut. matrim.* Alber. *in dict. L. emptorem*, *C. eod.* cùm enim venditor potuit reservare jus coloni in venditione, & non fecit, justum est, ut teneatur ad omne interesse coloni, vel inquilini.

(5) *Dos casos.* Adde alium *in L. fin. ff. de jure fisci*, scilicèt in colono fiscali, ne fiscus teneatur illi ad interesse: & idem dicit Ludov. Rom. in Ecclesiæ singulari successore, *in L. si filio*, §. *si vir*, *ff. solut. matrim.* cùm Ecclesia, & fiscus æquiparentur, ut *in L. fin. C. de Sacros. Eccles.* & tenet Bart. *in L. cognovimus*, *C. de mancip. & colon. lib.* 11. Contrarium tamen tenet Alexand. in successore singulari Ecclesiæ *in dict.* §. *si vir*, *col.* 4. & ad *L. fin. C. de Sacros. Eccles.* in qua se fundant Bart. & Roman. Respondet Alexand. quòd ibi solùm dicitur, civitatem, & Ecclesiam æquiparari; de fisco autem nulla ibi fit mentio: undè cùm jura non dicant stari debere colono civitatis, neque stabitur colono Ecclesiæ: adducit etiam, quia fiscus habet privilegium tacitæ hypothecæ, *L.* 2. *C. de privileg. fisci*, quod privilegium non reperitur in Ecclesia, secundùm Bald. *in rubr. C. de privileg. fisci*, & *in dict. L. fin.* Pro dicto tamen Romani facit, quod dicit Abb. *in cap. venerabilis*, *col.* 4. *de judic.* ubi generaliter dicit, quòd Ecclesia gaudet privilegio fisci, & quod notat Gloss. *in cap. auditis* super verbo *jure minoris*, *de in integr. restit.* ubi dicit, quod Ecclesia utitur jure Imperii: allegat §. *si minus*, *in authent. de non alien. collat.* 2. ubi text. dicit, quòd Imperium, & Ecclesia non multùm differunt ab alterutro: facit etiam Gloss. *in L. si procurator*, super verbo *soluto*, *ff. de jure fisci*, ubi Gloss. extendit ad Ecclesiam, quod in illa lege disponitur de fisco, scilicèt, quòd procurator Ecclesiæ non possit habere fidem de pretio, sicut neque procurator fisci: Abb. etiam *in dict. cap. auditis*, *col.* 3. versic. 2. *nota*, infert ex dicto illius gloss. quòd privilegia tributa Imperio competunt Ecclesiæ, & cum eo simpliciter transit Franc. Balb. *in tract. præscript. fol.* 43. *col.* 4. versic. 4. *quæro*: facit etiam, quod adducit Lucas de Pena *in rubr. de superindicto lib.* 11. in quæstione illa, an sicut terræ domanii, seu Coronæ Regiæ sunt immunes à superindicto (quod dicitur alleviatio aliquorum non valentium solvere tributa fiscalia, & superimpositio super alios vicinos) an etiam terræ Ecclesiasticæ, seu Ecclesiarum gaudeant tali immunitate?

Sed adhuc credo veram impugnationem Alexand. & Ecclesiam in hoc non gaudere dicto privilegio fisci: quia nullo jure probatur generaliter Ecclesiam gaudere debere privilegiis fisci; & Abb. in hoc loquitur ex capite, & nullum jus allegat: & *ad dict.* §. *si minus*, respondetur, quòd loquitur in alia materia, & quòd ille text. probet contra Abb. cùm dicit, *non multùm differt*; & sic text. voluit non in omnibus æquiparari: & quia datur instantia, ubi non æquiparatur, ut dixit Alexand. scilicèt in privilegio tacitæ hypothecæ: & etiam quia licèt sententia lata contra fiscum indefensum, & sine suo advocato non teneat, ut *in L. non intelligitur* 3. §. *Divus* 5. *ff. de jure fisci*; contra Ecclesiam tamen, quæ habet prælatum, & non est viduata pastore, tenet sententia, etsi non defendatur, neque ejus procurator compareat, ut *in cap. ex litteris* 4. ubi Gloss. & Doct. *de in integr. restit.* & *in cap. fin. ne sede vacant.* & per Gloss. *in L. si præses*, *C. quomodo, & quando judex*: & ut dicit Jaso *in* §. *ex maleficiis*, *col.* 9. *instit. de action.* quando lex parificat duos casus in una materia, non fit extensio, quando sumus in diversa materia ab illa, in qua facta fuit æquiparatio; vult ergò, quòd ista æquiparatio fisci, & Ecclesiæ tantùm procedat in casibus expressis in jure, non verò regulariter: hoc etiam tenet Alber. *in L.* 2. *C. quib. caus. pign. vel. hypot. tacite contrah.* Facit etiam ad hoc, quia in dubio cùm Ecclesia non reperiatur privilegiata, utitur jure communi, ut *in cap.* 1. *de alien. feud.* quem ad hoc allegat Salic. *in L.* 1. versic. *nunc transeamus ad personas testantium*, *C. de Sacros. Eccles.* & Alexand. *consil.* 182. *col.* 1. *vol.* 5. Neque gloss. *dict. L. si procurator*, §. 1. in verbo *soluto*, se fundat in æquiparatione prædicta; imò dictum illius legis extendit etiam ad minorem: & est ratio, secundùm Bart. *in L. à Divo Pio*, §. *sed si emptor*, *ff. de re judic.* quia fiscus, minor, Ecclesia, non possunt vendere nisi ex causa, scilicèt, ut creditoribus satisfaciant, quam causam non adimplet procurator habendo fidem de pretio; & sic ratio illius dicti non est æquiparatio fisci, & Ecclesiæ.

Tene ergò, quòd emptor non tenetur stare colono Ecclesiæ, & adde Curtium seniorem ita consulentem *consil.* 10. Adde alium casum, ubi emptor tenetur stare colono ultra casum fisci, scilicèt quando emptor post emptionem dixit colono: Volo, quòd sic semines, & sic facias: nam per hoc tacitè videtur fecisse pactum colono de stando locationi, ut est de mente Gloss. super verbo *tacito*, & ibi notat eam Alber. *in dict. L. emptorem*, & allegat. *L. item quæritur*, §. *qui impleto*, *ff. locat.* & dicit ita de facto obtinuisse. Adde alium casum in colono partiario, cui successor singularis stare tenetur, secundùm Jacob. Butricarium *in L. idemque*, *ff. pro socio*, & Alber. *in dict. L. emptorem*, ubi contrarium tenet Jacob. de Bello Viso, & Spec. licèt dubiè, *in tit. de locato*, §. 1. versic. *sed pone locavi tibi, &c.* & Alexand. *in dict.* §. *si vir in quinquen-*

dador de la cosa arrendada, non podria ser echado della, maguer se vendiesse. El primero es, si fizo pleyto (6) con el vendedor, quando gela vendio, que non le pudiesse echar della al que la touiesse logada, fasta que el tiempo fuesse complido, a que la logo. El segundo es, quando el vendedor la ouiesse logada, para en toda su vida (7) de aquel a quien la logara, o para siempre, tambien del, como

quennium. Moventur, quia colonus partiarius non habet jus in re, neque in fructibus, quousquè ab eo sint percepti, *L. cum in plures* 60. §. *messem* 5. & ibi Gloss. *ff. locat.* & probatur *in L. arboribus* 12. §. *Julianus* 5. *ff. de usufruct.* & fructus perfecto contractu emptionis spectant ad emptorem, *L. fructus* 13. *C. de action. empt.* neque colonus habet personalem actionem contra emptorem: quia illa non transit in singularem successorem, *dict. L. emptorem*, & *L. fin.* §. *fin. ff. de contrah. empt.* Bald. etiam *in dict. L. emptorem*, *col.* 2. tenet hoc, dicens, quòd tantùm pro illo anno, quo colonus seminavit, & fecit sumptus, tenebitur stare colono, non ultra: & quatenùs Bald. dicit pro illo anno, videtur, quòd debeat intelligi, ita quòd fructus sint jam percepti; aliàs neque pro illo anno tenetur stare colono partiario; licèt propter sumptus colonus posset retinere fundum, donec de eis esset sibi satisfactum, quia aliàs, ut dictum est, colonus nullum jus haberet in fructibus: & quia, ut dicit Joan. Andr. *in addit. ad Spec. in loco supra alleg. in additione* super verbo *fisci*, si vigore statuti bona banniti deberent penitùs destrui, si colonus coluit, & seminavit prædium, & fructus sunt pendentes tempore banni, destruentur, non obstante jure coloni, cùm adhuc sint banniti domini fundi, & sint pars fundi, *L. fructus* 44. *ff. de rei vendic.* Adde alium casum, scilicèt, ubi in contractu locationis interveniret hypotheca bonorum pro observantia contractus, secundùm Bart. *in L.* 1. §. *quod autem*, *ff. de superfic.* & *in dict. L. emptorem*, & *in dict.* §. *si vir*, ubi & subdit Alexand. quòd ista hypotheca non operabitur, ut emptor præcisè teneatur stare colono, cùm hypotheca bonorum sit accessoria ad principalem obligationem, quæ solùm datur ad interesse, ut *in dict. L. qui fundum*; undè oblato tali interesse per emptorem, poterit expellere colonum, ut & fuit de mente Bart. *in dict. L. emptorem*, & ibi latè tradit Salic. & fuit sententia Jacob. Butric. *in dict. L. si merces*, §. 1. *ff. eod.* & hoc satis placet, & est de mente omnium Doctorum. Adverte tamen, quia Joan. de Anna. *in cap. fin. col.* 5. versic. *quid autem si colonus*, *ne prælati vices suas*, *&c.* dicit unum valdè notabile verbum, si esset verum, quòd si colonus, vel inquilinus dicat emptori, sua interesse perseverare in locatione, & ideò vult rem locatam sibi retineri, neque prætendit aliud interesse, sed suum interesse esse manere in locatione; quòd tunc non poterit expelli, cùm istud interesse aliter sibi non possit solvi, nisi patiendo eum uti locatione: adducit ad hoc *L. si creditor* 7. §. *fin. ff. de distract. pignor.* & quia tunc demùm potest expelli ille, qui fundat se in hypothecaria agendo, vel resistendo, quando offertur sibi illud, pro quo est res obligata, & inducta hypothecaria, & non aliàs, ut probatur *in L. Paulus* 12. §. *fin. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solv.* & quòd sicut isto casu locator, & venditor non posset illum expellere, quia erat obligatus etiam realiter; ita neque emptor: quia obligatus actione reali potest præcisè compelli ad factum, juxta plenè notata *in L. stipulationes non dividuntur* 72. *versic. Celsus*, *ff. de verb. oblig.*

Et licèt non reperiam hoc dictum ab aliquo reprobatum, ego non credo hoc suum dictum esse verum; imò de directo omnes Doctores sentiunt contrarium: nam non intelligunt de interesse voluntario coloni, sed de damno, vel interesse, quod verè, & realiter sentiret: quid enim si daretur sibi talis domus, vel fundus, sicut ille quem conduxit, & resarciretur sibi aliud quodcunque interesse, quod in veritate prætenderet? Non ergò standum esset ejus capitosæ voluntati: & ad motiva Ananiæ facilis responsio, nam *dict.* §. *fin. L. si creditor*, procedit, quando fuit facta promissio de non alienando ultra hypothecam, ut statim dicam, & non sufficeret sola hypotheca, ut ibi patet; & quia diversa ratio est in emptore, quàm in locatore, eodemque venditore: quia venditor tenebatur, si non vendiderat, & conductorem expulisset, actione personali ad patientiam, ut permittat frui locatione, ut probatur *in cap. fin.* & ibi notat Abb. *ne prælati vices suas*, intelligendo verbum ibi positum *fide data*, id est, promissione sine juramento facta; & quia sicut venditor compellitur præcisè ad tradendum, sic & locator, cùm emptio, & locatio eisdem regulis consistant, ut *in L.* 1. *ff. eod.* & *instit. eod. in princ.* licèt si conductor velit, potest agere ad interesse, ut *in L. ex conducto* 15. *in princ.* & *in L. si in lege* 24. §. *fin. ff. eod.* & ad prædicta, quæ dixi *ex cap. fin. ne prælati vices suas*, adde Spec. *tit. de locato*, §. *postquam* el 2. vers. *quid si rem locatam*, & Bald. *in L. si quis domum in princ. ff. eod.* ubi bonus text. in emptorem verò non transit talis obligatio, & ideò potest expellere colonum, quæ fuit ratio *dict. L. emptorem* 9. *C. eod.* & probatur *in L. fin.* §. *fin. ff. de contrah. empt.* & venditione, & traditione facta per locatorem, non posset conveniri, ut præcisè staret locationi, cùm jam hoc non sit in ejus potestate, & lege permittente potuit vendere; solùm ergò manet personalis obligatio ad interesse, & sic hypotheca respectu emptoris non operabitur, nisi respectu interesse, ad quod actio personalis competebat, ut suprà dixi. Nota tamen, quòd si interveniret pactum de non alienando rem locatam, durante tempore locationis, & locator obligat bona sua, & specialiter domum, vel fundum locatum pro observantia promissorum, quòd tunc cùm venditio sit nulla, ut est casus *in dict. L. si creditor* 7. §. *fin.* secundùm veram litteram, & est etiam text. ita ponens litteram *in L. fin. tit.* 5. *suprà ead. Part.* (de qua non fuit memor Rod. Suar. *in comment. suo L. post rem judicatam*, super verbo *que las cumplades*, *legis Ordinamenti*, ubi laborat in suadendo, veram litteram *dicti* §. *creditor* esse, nullam esse venditionem) tenebitur tali casu emptor stare colono; seu ut rectiùs dicam, cùm in eum non transierit dominium, vel aliquod jus in re, non poterit expellere colonum, vel inquilinum: & ita post alios tenet Alex. *in dict.* §. *si vir*, qui licèt post alios ibi relatos videtur facere vim, quòd specialiter fundus hypothecetur, idem crederem, & si non specialiter hoc fiat, sed fiat generalis obligatio bonorum, ut & voluit idem Alexand. *in L. qui absenti*, §. 1. *ff. de acquir. posess.* & Roder. Suarez *ubi suprà*, versic. *adverte tamen*, cùm non possit isto casu assignari ratio diversitatis inter specialem, & generalem hypothecam. Alios casus ultra prædictos adde, ut per Alexand. & Doct. *in dict.* §. *si vir*, & Doct. *in L. emptorem*: tetigi supra dictos, ut aliqua adderem, quæ mihi additione digna visa sunt. Et an successor in majoria teneatur stare colono, vide quæ dixi suprà *eodem in L.* 2.

(6) *Fizo pleyto.* Ex isto pacto oritur jus excipiendi conductori, quia interest domini, argum. *L. rescriptum* 10. §. *fin. ff. de pactis*, *L. si mercedem* 53. §. *fin. ff. de action. empt.* secundùm Bald. *in dict. L. emptorem in princ.* qui in hoc approbat secundam opinionem Gloss. ibi super verbo *emit*, licèt Salic. ibi approbet primam: sed quod conductor possit excipere, satis probatur in ista *L. in ultimis verbis*, cùm dicit: *Deue ser guardada la postura*; & clariùs hoc hodie de jure Regni procedit, stante *L.* 3. *tit. de las excepciones*, *lib.* 3. *Ordin.* quæ incipit, *Parésciendo*, *&c.*

(7) *Su vida.* Quod enim est ad vitam, dicitur perpetuum, ut *in L.* 1. *ff. pro socio*, & in locatione ad vitam notat Gloss. *in* §. *perpetua*, 10. *q.* 2. & Gloss. *in Clemen.* 1. *de reb. Eccles. non alien.* Quid tamen si non esset locatio ad vitam conducentis, vel pro se, & suis hæredibus, ut hìc dicit, facta tamen esset ad decennium, & ultra? an tunc colonus, vel inquilinus possit expelli per emptorem? Glos. & Doct. communiter dicunt, quòd non, *in dict. L. emptorem*, & *in dict.* §. *si vir*: talis nanque conductor habet jus in re, ut *in L.* 1. §. *quod autem*, ubi Bart. dicit ita communiter teneri, *ff. de superficiebus*, Gloss. *in L. fin. ff. si ager vectigal.* transit enim utile dominium ex tali conductione ad longum tempus, ut probatur *in dict.* §. *quod autem ait*, & prohibitus alienare, si locat ad longum tempus, incidit in pœnam prohibitionis, ut Bart. & communiter Doct. post Din. tenent contra Gloss. *in L. codicillis*, §. *instituto*, *ff. de legat.* 2. nisi in tali conductione fiat pactum, quòd non transeat ex tali locatione ad longum tempus utile dominium; nam tunc non transiret, ut *in L. cum manu sata* 80. §. *fin. ff. de contrah. empt.* Bald. & Joan. de Imol. *in L. si domus*, §. *fin. ff. de legat.* 1. & *in dict.* §. *instituto*, Bald. *in cap.* 1. §. *aut si libellario in fin. quibus mod. feud. amit.* quo casu salvari potest opinio Gloss. *in dict.* §. *instituto*.

Sed dubium mihi est, an per istam legem Partitæ reprobetur illa communis Gloss. & Doct. sententia: cùm enim tem-

mo de sus herederos. Ca por qualquier destos casos non la podria enagenar, para poderle echar della al que la tenia logada, o arrendada; ante dezimos, que deue ser guardada la postura (8).

LEY XX.

Como la cosa que fuere arrendada, si aquel que la arrendo, la tuuiere tres dias, o mas, despues del plazo, es tenudo de fincar en el arrendamiento por otro año.

HEredad de pan, o viña, o huerta, o otra cosa semejante (1), teniendo vn ome de otro arrendada (2), para labrarla, e esquilmarla, fasta tiempo cierto; si despues que el tiempo fuere complido, fincare en ella por tres dias (3), o mas, que la non desampare a aquel cuya es, entiendese (4), que la ha arrendada-

tempore, quo istæ leges Partitæ conditæ fuerunt, jam erant opiniones super intellectu *dict.* §. *quod autem*, & *dict. L. fin.* quod diceretur modicum tempus; in quo & ipsæ glossæ variaverunt, nam gloss. *dicti* §. *quod autem* voluit, hoc relinqui judicis arbitrio, & idem voluit Gloss. *in Clement.* 1. *in fin. de rebus Eccles. non alien.* & *in cap.* 2. in verbo *non modicum*, *eod. tit. lib.* 6. & *in dicta L. fin. ff. si ager vectigal.* Gloss. voluit, tempus non modicum dici decennium, quæ est communis Doctorum sententia; conditores hujus legis advertentes fortè ad varietatem opinionum, quæ erant tunc temporis, non elegerunt illam opinionem, sed quòd non modicum tempus intelligatur, quando ad vitam conducentis fieret locatio, & sic non sufficeret locatio ad decem annos: sed quia parùm fido inventionibus meis, tu cogita.

(8) *Guardada la postura.* Vult ergò, quòd tunc præcisè teneatur stare colono, neque sufficeret, si offerat interesse; quod nota ad ea, quæ dixi *in gloss. magn.* quòd locator præcisè compelletur stare locationi.

LEX XX.

Conductor, tempore finito locationis prædii rustici, per tres dies vel plures tenens illud, videtur eo anno reconduxisse tanto pretio, sicut in præcedenti; in urbano autem secùs, quia non solvit, nisi pro rata temporis, quo plùs stetit respectu anni præteriti: & est ratio diversitatis, quia in rusticis posset tali tempore dimittere fundum, quòd illo anno non fieret ibi cultura; in urbanis autem quandocunquè potest locare, vel servitium habere. Hoc dicit. Habuit ortum à *L. item quæritur* 13. §. *qui impleto* 11. *ff. locati.*

(1) *Semejante.* Non ergò habebit locum hæc dispositio in rebus mobilibus, vel se moventibus, veluti si conduxi equum pro decem diebus, & tenui viginti, ut dicit Gloss. *in L. item quæritur*, §. *qui impleto*, *ff. eod.* imò facit furtum, utendo eo pro tempore ampliori, secundùm Gloss. ibi, & tenet etiam Bart. limitans, nisi credat dominum permissurum, vel nisi aliàs equus ille solitus esset conduci ad vecturam. Bald. tamen ibi post Jacob. Butric. vult, quòd in dubio præsumatur habere voluntatem domini propter pactum præcedens; quod benè nota. Sed an habeat locum ista lex in locantibus operas suas ad annum, veluti in castellanis, vel medicis, vel his qui locant operas suas ad custodiam fundi? Bart. *in dict.* §. *qui impleto*, & *in L. si mora*, *ff. solut. matrim.* tenet, quòd non, per rationes, quas ibi vide. Din. tamen, quem ibi sequitur Paul. de Cast. vult, quòd si custos remanet in custodia castri, finito anno pro quo custodire promiserat, quòd videtur iterùm se obligasse pro custodia sequentis anni; nisi finito anno castrum obtulerit domino, quia tunc non videtur ampliùs se obligare ad custodiam, per text. *in dict. L. si mora*, *in princ.* Joan. de Imol. & Alex. ibi tenent opinionem Bart. & mihi plùs placet, per rationes Bart. cujus opinio posset intelligi, & limitari, nisi ultra patientiam conductoris operarum interveniret aliquis actus designativus taciti consensus pro sequenti tempore; quod est de mente Bart. & in medico conducto, cui elapso tempore conductionis cives solebant solitam mercedem præstare, tradit Socin. *consil.* 196. *vol.* 1. incipit *circa præsentem consultationem.* Quid tamen si fiat liga inter duos Reges, vel Civitates per quinquennium duratura? an si post quinquennium sint in amicitia, & præstent sibi mutuos favores, intelligatur liga tacitè renovata? Bald. *in* §. *item societatem*, *de pace Constant.* primò arguit, quod sic, per *dict.* §. *qui impleto*; tandèm tenet contrarium, nisi liga renovetur expressè, per illum text. & argum. *L. si cum Hermes*, *C. locati.*

(2) *Arrendada.* Sive debebat solvi merces in pecunia numerata, sive in frumento, vel alias sit partiarius colonus, ut tenet, & declarat Bald. *in dict.* §. *qui impleto*, *col.* 2.

(3) *Tres dias.* Nota hoc, quia contrarium tenebat Odofred. & Bald. post eum *in dict.* §. *qui impleto*, dicentes, requiri tempus competens, & non sufficere duos, vel tres dies; Bart. ibi dicit, relinquendum hoc arbitrio judicis: & intellige hoc, quando colonus retineret prædium, sciente, & patiente locatore, & sic de voluntate illius, ut probatur *in dict. L. qui ad certum* 14. *ff. eod.* & tenet Bald. *in dict.* §. *qui impleto.*

(4) *Entiendese.* Sive sint prædia privatorum, sive reipublicæ, ut *in dict.* §. *qui impleto*, ubi Bart. infert, idem esse in tutoribus, & prælatis Ecclesiarum, quæ priùs locaverunt, ut eorum scientia, & patientia sufficiat. Et adde, quòd etsi interveniat pactum, quòd conductor, finito tempore conductionis, possit fundum retinere, donec sibi solvantur melioramenta, quòd procedet dispositio hujus legis, quia per tale pactum non est sublatum jus commune hujus legis, & *dicti* §. *qui impleto*, arg. eorum, quæ tradit Joan. Andr. *in addition. ad Spec. tit. de emption. & vendit.* §. *sciendum*, *in additione* incipienti *de emptore*, *&c. quæ est in* 3. *col.* & in terminis consuluit Socin. *consil.* 17. *vol.* 3. incipit *prosequendo ordinem quæstionum.* Procedit etiam ista lex, etsi prima locatio esset ad decem annos: nam non est quid repugnet, quin ex tacito consensu locatoris, & coloni renovetur pro sequenti tantùm anno, ut hìc dicit, & facit ad hoc *dict.* §. *qui impleto*, cùm dicit de lustro, & quia militat ratio istius legis in isto casu, sicut & pro minori tempore esset locatio: & hoc credo verum, licèt Alex. *consil.* 17. *volum.* 4. vers. 2. *principaliter*, aliud innuit, motus ex dicto Bald. *in dict.* §. *qui impleto*, 2. *lectur.* vers. *quæro hic quid in emphyteosi*, & *in L. unica*, *col.* 12. *C. quando non petent. partes*, ubi dicit, quòd si aliquis accepit in emphyteosin ad decennium, finito termino, non intelligitur renovasse, cùm agatur de utili dominio transferendo, & non de modico præjudicio, ut est in casu *dict.* §. *qui impleto*; nam Bald. loquitur de tacita reconductione emphyteosis pro illo sequenti anno, & sic de translatione utilis dominii, quod cessat in casu locationis, ubi non potest dici, quòd pro sequenti anno transeat aliquod dominium. E fortè etiam posset dici ex generalitate istius legis, non distinguentis an prima locatio fuerit in scriptis vel sine, quòd in omni casu ex tali tacito consensu inducatur tacita reconductio in sequenti anno, cùm militet ratio hìc posita etiam tali casu; licèt de jure communi in contrarium (quando contractus primæ locationis fuit in scriptis, id est, actum ut non valeret sine scriptura) sit communis opinio, exponendo sic litteram *dict.* §. *qui impleto in fin.* ibi, *nisi in scriptis*, *&c.* moti per *L. sequentem*, ibi, *neque scripturam desiderant*, sequentes opinionem Jacobi glossatoris, quam Gloss. ibi reprobavit: dicunt enim, quod ex quo primus contractus exigebat scripturam, non videtur facta tacita renovatio, nisi scriptura fiat: & licèt ista opinio sit canonizata communiter, tamen videtur fragile Doctorum motivum; nam ex quo primus contractus, facta scriptura, accepit substantiam, & perfectionem, tacita reconductio, quæ ex tacito consensu inducitur per istam legem, & *dict.* §. *qui impleto*, non exigit scripturam, sed tantùm consensum; & quicquid sit de jure communi, ex quo ista lex in hoc non distinxit, visa per ejus conditores varietate expositionum *dicti vers. nisi in scriptis*, *dict.* §. *qui impleto*, vi-

dada por aquel año (5) que viene: e es tenudo de dar por ella, tanto quanto solia dar en vn año de los passados. Mas si fuesse casa, o torre, o otro edificio, non seria assi (6): ca estonce es tenudo el que la casa tiene logada, de dar por aquel tiempo que la tuuiere demas, quanto y durare, o biuiere; contandolo segund el tiempo passado. E la razon, por que ha este departimiento entre el arrendamiento de las heredades, e de las casas, es esta: porque aquel tiempo que tuuiesse demas la heredad, de lo que deuia, podria ser en tal sazon, que despues non fallaria el señor, a quien la arrendasse, e perderia porende la renta, e el fruto desse año; mas en las casas non es assi, que en todas las sazones del año se puede ome seruir dellas, o las puede ome logar.

LEY

videtur, quòd generaliter debeat intelligi, cum lex juris communis non clarè repugnet, & in utroque casu militet eadem ratio; & facit ad hoc, quod Bart. & communiter Doctor. dicunt *in dict.* §. *qui impleto*, quòd licèt primus contractus factus sit per stipulationem, adhuc ex tacito consensu sine stipulatione, & sic sine actu retrò simili, fiet dicta tacita reconductio: sed quia hæc est nova consideratio, tu cogita.

(1) *Cosa rayz.* Constituitur enim emphyteosis super immobilibus, non super mobilibus, ut hìc, & *in cap.* 6. §. *licentiam, in authent. de alien. & emphyt. collat.* 9. & notat Gloss. *in* §. *adeò, instit. de locatione*, & Azo *in summa, C. eod.* & hoc est de natura emphyteosis, ut dicit Bald. *in L.* 1. *in fin. C. de jure emphyt.* ex quo dicit, quòd si contineatur in instrumento, quòd Ecclesia concessit in emphyteosim olivetum in tali loco situm, quòd intelligitur de terra olivata, non de arboribus pendentibus; & subdit, quòd si actum esset, quòd ipsæ arbores essent emphyteoticæ, non fundus, quòd valeret, donec arbores sunt in fundo, propter immobilem radicem: & si veteres arbores siccantur, & novæ ex illis pullulent, duravit emphyteosis: quia non est mortua radix productiva, imò vivit in plantis, *ff. de damn. infect. L. damni* 18. §. *si qui vicinas*: & quòd emphyteosis consistat tantùm in immobilibus, adde Bart. per text. ibi *in authent. de non alienandis*, §. *emphyteosim*, 2. *notab. collat.* 1. res tamen mobilis ascripta solo potest dari in emphyteosim, ut notat Joan. de Plat. per text. ibi *in L. quemadmodum, C. de agric. & censit. lib.* 11. allegat *dict.* §. *emphyteosim in fin.*

(2) *Dada.* Et non requiritur, quòd à principio pretium interveniat, licèt Gloss. *in cap. potuit, de locato*, dixit contrarium, secundùm Abb. qui dicit communiter teneri, & vide in gloss. sequenti.

(3) *A censo.* Non intelligas, quòd contractus emphyteoticus sit contractus censualis; quia inter hos multæ sunt differentiæ, ut notat Gloss. & ibi latè Abb. *pen. & fin. col. in cap. constitutus* 6. *de religios. domib.* Jaso *in L.* 1. *C. de jure emphyt. col.* 10. *in fin. cum princ.* 11. sed quòd emphyteosis datur sub annua pensione, vel censu. Et adverte, quia probatur hìc, non esse de substantia contractus emphyteotici, quòd à principio interveniat certa quantitas pretii, vel alia res, prout tenuerunt multi, ut refert Alberic. *in dict. L.* 1. ubi dicit, hanc esse communem opinionem, de quo latè per Jason. *in dict. L.* 1. ubi dicit (*col.* 1. & 2. referens in contrarium esse communem opinionem) quòd non requiratur à principio aliqua præstatio quantitatis, vel alterius rei; quæ opinio approbatur hìc. Quid tamen si in instrumento contineatur, *talis dedit in emphyteosim, vel censum*? quis contractus dicatur, emphyteoticus, vel censualis? Joan. Fab. *in dict. L.* 1. dicit, quòd emphyteoticus; allegat *L. sed si adjiciatur, ff. pro socio*, & *L. species, ff. de aur. & argent. legat.* & cum eo transit Jaso *C. cod. L.* 2. *col.* 89. versic. 8. *quæro, est in* 89. *col. totius tractatus*; & idem videtur, si diceret, *recipio in emphyteosim, & censum*, nisi ex adjunctis aliud constaret.

Sed quid de contractibus censualibus nostri temporis, ubi ponens censum, sivè annuum reditum super possessione sua, non transfert dominium rei in emente annuum reditum, sicut est in contractibus aliis censualibus antiquis, de quibus *in dict. cap. constitutus* 6. sed ipse vendens annuum reditum remanet dominus fundi, & solùm vendit illud jus percipiendi? Utrùm dicti contractus sint liciti, est quæstio antiqua, in qua fuerunt contrariæ, & diversæ opiniones, ut patet ex notatis per Innoc. Hosti. & Joan. And. *in cap. in civitate, de usur.* & in casu in quo venditur annuus reditus jam ante istum contractum institutus, communis Doctorum resolutio est, quòd sit licitus talis contractus; sive talis census consistat in reditibus fundi, vel domus, sive ex laboribus certæ personæ, liberi, vel servi, vel in actione, vel nomine: neque potest dici, quòd hìc interveniat usura, imò purus contractus emptionis, & venditionis: quia ibi est pretium, scilicèt certa quantitas pecuniæ, item est ibi merx, scilicèt certus reditus, canon, vel annona; & procedit hoc, sive ematur in perpetuum, sive ad vitam, vel ad certum tempus, veluti decem annorum, & idem est judicandum de tali contractu, sicut de alio puro contractu emptionis & venditionis cujusque rei. Si verò reditus de novo constituitur tempore venditionis super fundo, vel alia re, dixerunt quidam, talem contractum esse illicitum, & usurarium, utpote quia ibi deficit merx, quæ ematur, & quia intervenit fraus de contractu ad contractum: & in hanc sententiam videtur inclinare Joan. And. *in addition. ad Specul. super rubrica de usur.* ubi dicit, quòd quando fructus fuissent certi, puta censuales reditus non submissi fortunæ, & tempus certum, plùs traheretur contractus ad usuram. In hanc etiam sententiam inclinare videtur Innocen. *in dict. cap. in civitate*, dum dicit, consulendum esse omnibus fidelibus, quòd à tali contractu abstineant, quando census de novo constituitur. Hanc partem etiam tenuit Henric. de Gandavo, prout refert Guillielmus Bont. in suo quolibeto, utrùm liceat emere reditus ad vitam, vel in perpetuum, vel sint illiciti, & usurarii, ubi refert octo media, quibus dictus Henricus de Gandavo fundabat suam assertionem; & principale motivum istorum videtur, quòd in emptionibus, & venditionibus pecunia debet esse medium, non extremum, *L.* 1. *ff. de contrah. emption.* non ergò in proposito pecunia debet esse extremum, id est, res empta: quia ubi pecunia est res empta, ibi est usura, ex quo pecunia pecuniam producit; & sic videtur, quòd non liceat emere reditus pro pecunia, quia hoc est in effectu emere pecuniam pro pecunia: undè dicit, in casu, in quo hujusmodi contractus liciti essent, oporteret esse duos contractus, scilicèt contractum emptionis fundi, & postea venditionis fundi ad certos reditus; & tunc accipitur census,

sus, sive pensio de re sua, quia de terra empta, tradita, & exposita pro annuo censu, sive pro annua pensione percipitur: neque obstat, secundùm eum, solutio aliquorum dicentium, quòd emendo pensiones, vel reditus, non emitur pecunia, sed jus recipiendi pecuniam: quia licèt verum sit, aliud esse jus percipiendi pensionem, vel reditus, aliud ipsa pensio, vel reditus, & propterea etiam verum sit, illud jus percipiendi pecunia posse emi, quia est æstimabile; secundùm eum videtur non posse emi illud jus immediatè, mediante nuda pecunia, sed oporteret, quòd ematur mediante alio, puta, mediante fundo, vel mediante donatione, veluti si tale jus percipiendi esset donatum à Rege. Joan. de Ligniano, quem sequitur Lauren. de Rodul. *in tractatu suo de usur. quæst.* 18. *in fin.* tenere videtur eandem sententiam, si ultra constitutionem novi reditus interveniat pactum de revendendo; & idem videtur tenere Abb. *in sua* 5. *disputatione*, incipit *Augerio.*

Contrariam sententiam, imò, quòd talis contractus sit licitus etiam in censu, qui de novo constituitur, tenuerunt multi Doctor. ut refert Innoc. *in dict. cap. in civitate, de usur.* imò & ipse Innoc. non videtur deviare ab eadem sententia, licet per viam consilii dicat, abstinendum esse ab hujusmodi contractibus: refert etiam alios quamplurimos dictus Guilliel. Bont. ubi suprà, eandem sententiam tenentes, in respons. ad 7. motivum Henric. de Gandavo: hoc etiam tenet Sylvester *in sua summa* in parte *usura* el 2. in versic. 12. *quæritur*, ubi dicit, hoc communiter tenere Doctores Parisinos, & Canonistas *in dict. cap. in civitate*, subdens, quod non videt bonam differentiam inter afictum antiquum, & novum; tum quia non directè, & immediatè emitur afictum, seu reditus, sed jus exigendi, & percipiendi illum; tum quia, si afictus antiquus, quem secundùm omnes emere licet, fuit licitè institutus, quare non potest & nunc alius institui, & vendi? Si verò fuit institutus illicitè, quasi res de se injusta licitè emi non posset, per *regul. non firmatur* 18. *de reg. jur. lib.* 6. neque etiam potest dici, secundùm eum, quòd hic non interveniat merx, quæ emitur; quia imò est, scilicèt certus reditus, seu jus exigendi illud, & quia tenet emptio etiam fructuum futurorum, qui sperantur, *L. nec emptio* 8. *ff. de contrah. emption.* ut & in jactu retis, *L. si jactum* 13. *ff. de action. empt.* Hæc etiam pars videtur approbari per duas extravag. Martini quinti, & Calixti tertii, quæ sunt sub titulo de *emption. & vendit. in vol. extravagant. communium*, ubi tales contractus declarantur liciti, & non usurarii: hoc etiam patet ex lege nostra Taurina 68. & de novis legibus *de Madrid* anno Domini 1534. petitione 127. & in Curiis Toleti petitione 10. ubi tales contractus permittuntur, etiam si interveniat pactum de retrò vendendo: & ista pars de rigore juris videtur verior, & communior inter Doctor. & stantibus dictis declarationibus Papalibus, non est ampliùs disputandum, prout in simili quæst. vult Pet. de Anchar. *in regul. peccatum, de reg. jur. lib.* 6. *in fin.* 16. *col.* ubi vult in quæst. illa, an bona infidelium, qui nobiscum vivere volunt in pace, possint capi, & deprædari? in qua quæst. fuit contrarietas inter Innocen. & Hosti. sed dicit Anchar. ibi, quòd ubi ex auctoritate Papæ caperentur, & deprædarentur, ejus determinationi, & diffinitioni esset standum; neque peccatum incurreret, qui auctoritate Ecclesiæ occuparet: refert etiam Guido Papæ in suo Opusculo de *Contractibus illicitis*, *col.* 8. quòd istam opinionem servat totus mundus, & Papa sic tolerat, non tolerantia dissimulatoria, sed ex certa scientia, etiam inter Ecclesiasticos; & quòd Papa conventui Sancti Antonii Viennensi, & etiam aliquibus Ecclesiis Collegiatis Regni Franciæ, & Delphinatus concessit, & quotidie concedit facultatem, ut possint tales pensiones annuas emere, licèt secundùm eum non foret necesse tales licentias impetrare, cùm jure communi concedatur: & licèt ista opinio sit vera, & communiter à Theologis, & Canonistis approbata;

Limita eam primò, quando novus census constituitur à dante pecuniam in personam ipsius, qui recipit pecuniam; quia tunc talis contractus semper est illicitus, & sapit usurariam pravitatem, nam tunc emitur pecunia pro pecunia, & pecunia inventa est, ut æstimet alias res, non ut æstimetur, *L. si ita fidejussorem* 42. *ff. de fidejussor.* & *in dict. L.* 1. *ff. de contrah. empt.* Hæc limitatio colligitur ex dictis Innoc. ubi hoc expressè videtur tenere *in dict. cap. in civitate, de usur.* & sequitur ibi Joan. And. Anton. & communiter Doct. & ideò dixit Joan. de Lignian. *in cap. fin. de usur.* quem refert, & sequitur Lauren. de Rodulphis *in dict. tractat. de usur.* 6. *quæst. principali*, versic. *quæro* 14. *habes statutum, &c.* quòd si consuetudo, vel statutum civitatis habeat, quòd rectores vendant de pecunia civitatis alicui, & suis hæredibus quinque florenos, vel decem annuatim pro centum, quòd talis contractus est illicitus; nisi civitas constitueret illum censum in bonis civitatis aliis à pecunia: & secundùm istam limitationem consuluit Francisc. de Aretio *consil.* 351. incipit *viso themate ad me transmisso, &c.* Sed adverte, quia Bald. *in L. unica, C. de his, qui pœnæ nomine, col.* 7. versic. *& hoc facit ad quæstionem*, videtur velle contrarium expressè contra istam limitationem: dicit enim hæc verba: Pone, ego emi à Titio nomen suum, hoc modo; quia emo à Titio pro mille reditus quinque pro centenario annuatim: & plerique dicunt, quòd ista non est usura; sed in contrarium facit, quia iste reditus est infallibilis, & ejusdem perpetui tenoris, undè iste contractus est suspectus de usuraria pravitate, præsertim si iste coloratus emptor consueverat fœnerari: plerique concedunt, quòd iste contractus est suspectus; tamen non adeò, quòd fœneratitius debeat judicari, quod concedo, si in regione communiter hic reditus frequentatur, & inter bonos servatur, & apud mercatores. Hoc idem contra id, quod dictum est in ista prima limitatione, tenet idem Bald. *in cap. unico, si de feud. vasal. ab aliquo interpell. fuerit* versic. *sed quid dices*, ubi dicit, quòd si ego emo à te annuum reditum de quinquaginta florenis in anno pro pretio mille florenorum, quos tibi solvo, quòd licèt aliqui dixerunt, istum contractum non esse sine usurarum scrupulo, ut aliàs ipse Bald. dicit *in dict. L.* 1. quòd si tamen apponeretur pactum, quòd illa mille converterentur in emptione prædiorum, tunc iste contractus justior esset; & si venditor non vult emere, imputet sibi: & cum hoc videtur transire Bald. licèt statim subdat: Considera super ista cautela, & cogita, ne per istas cavillationes conscientiam tuam lædas. Similiter & contra istam limitationem tenere videtur Sylvester ubi suprà, ubi postquàm retulit dictum Joan. de Ligniano, de quo suprà, dicit sibi videri, etiam isto casu esse veram venditionem, & quod non sit obligatio personalis, sed realis, cùm obligentur bona venditoris pro reditu: movetur per rationem Verver. & Alexand. Lombar. quam superiùs retulit: quia cùm habeamus tria bonorum genera, mobilia scilicèt, & immobilia, & jura in utrisque, hoc tertium genus est, quod venditur: & idem voluit Conradus in suo tractatu *de contractibus, quæst.* 74. & 75. Molin. *in tractat. de usur. & contractibus, num.* 22. Joan. à Medina *in tractat. de r stitut. in quæst. de censibus, col.* 5. Sed propter hæc dicta non videtur recedendum ab ista limitatione, quæ videtur esse magis communis inter Doctores, & quia verè, & realiter in hac prima limitatione non intervenit res aliqua, quæ ematur, alia quàm pecunia in effectu, & non potest negari, quin talis contractus magis sapiat mutuum sub usuris, vel saltim maximam habeat vicinitatem cum mutuo; neque potest dari illud tertium genus bonorum isto casu, cùm istud jus neque cadat super re mobili, vel immobili, & sic deficit fundamentum Sylvestri; neque dato, quòd obliget bona sua pro solutione talis census, tenebit talis contractus, cùm illa hypotheca sit accessoria ad personalem obligationem, & emptio ipsa non contrahitur super bonis aliquibus: & facit ad hoc, quod dixi suprà *eod. L.* 19. *in gloss. magn.* quòd hypotheca, velut accessoria, debet regulari ad personalem obligationem, & comprobatur hoc ex *dictis extravagantibus*, cùm dicunt, quòd imponebatur census super opidis, agris, terris in contractu expressis; & quia isto modo, & non aliàs, isti contractus frequentantur; undè tene prædictam limitationem tanquàm veram, & obviantem fraudibus usurarum. In uno tamen casu non procederet ista limitatio, scilicèt, si ille, qui constituit censum, se obligando, esset solitus locare operas suas ad tantum pro anno, & venderet ipsas operas, seu constitueret censum in illis; nam talis contractus licitus esset, ut est de mente Innocent. & aliorum *in dict. cap. in civitate*, & tenet Ang. de Clavas. *in sua summa* in parte *usura*, el 1. versic. *quid de illis, col.* 2. est enim tunc merx, quæ ematur. Et per prædicta potest etiam dici, quòd si res super qua imponitur census, penitùs destruatur, quòd cùm non sit, in quo maneat istud jus percipiendi, quod fuit venditum, liberabitur venditor à pensione, vel censu, & periculum hujus peremptionis erit emptoris, ut *in L.* 1. *C. de pericul. & commod. rei venditæ*: & quid si res non penitùs intereat, sed remaneat area? Vide quæ dicam infrà in gloss. in parte *e por fuego*: & planè procederet, quando census, seu reditus constituitur limitatè ratione talis prædii, vel prædiorum, ita quòd constituens, & ejus hæredes, illis peremptis, non teneantur ad solutionem reditus illius rei, nisi ratione illius rei,

rei, & quandiù illam possideant: si tamen hoc cessaret, esset majus dubium, cùm fundus ille non sit venditus, sed obligatus pro certiori solutione census; & sic principalis obligatio videtur personalis, & alienatio prædii, super quo constituitur, accessoria; quod certè multum confert ad opinionem illorum, quòd possit dictus iste annuus census constitui super personali obligatione illius, qui recipit pecuniam: sed adhuc potest dici, quòd licèt fundus non sit venditus, venduntur tamen reditus ex fundo pro ea summa, qua emuntur, & illi sunt super quibus contrahitur, & sic est ibi jus reale adhærens fundo.

Secundò limita, nisi census, qui imponitur super re, non possit in totum haberi de reditibus rei; ut si constituam censum super domo de decem, cùm non possit conduci nisi pro quinque: nam tunc talis contractus esset illicitus, & fraudulosus, secundùm Joan. de Lignian. *in cap. fin. de usuris*, refert, & sequitur Lauren. de Rodulphis *in dict. suo tractat. de usur.* 12. *quæst. in* 6. *fol. totius tractatus*: quia tunc insurgit obligatio personalis, ut *in cap. illo vos* 4. *de pignor.* & *cap. ad nostram* 5. *de empt. & vendit.* Sylvester etiam ubi suprà tenet etiam talem contractum esse illicitum, & illud plus esse obnoxium restitutioni; licèt propriè secundùm eum non possit dici contractus usurarius, supposita veritate venditionis, quia cessat mutuum. Et adverte, quia hæc limitatio est multùm contigua superiori: quia in residuo, in quo res illa, in qua imponitur census, non sufficit ad reditum constitutum quolibet anno, videtur, quòd deficiat merx quæ ematur, & sic contractus erit illicitus, & pro residuo insurget personalis obligatio, & contractus censeretur factus in fraudem usurarum: & crederem, quòd & si pro solutione talis census (impositi super re, quæ non sufficit ad talem reditum quolibet anno) obligaret venditor omnia bona sua, quòd adhuc procederet, quod suprà dixi: quia, ut dixi in præcedente limitatione, requiritur, quod in bonis constituatur census, & ad bona fiat relatio: & dato, quòd quis omnia bona obliget (ut dixi) non per hoc videtur constituere censum super illis bonis, ut etiam asserit dictus Lauren. de Rodul. *ubi suprà quæst.* 13. Quod multùm tene menti: nam fortè ex hac limitatione sic declarata multi contractus censuales à personis pauperibus facti super rebus, vel fundis, qui deductis sumptibus sunt parci reditus, subverterentur; & benè facit dictum Bartoli *in L. codicillis*, §. *institut. ff. de legat.* 2. ubi dicit, quòd, aut quis vendit fructus, constituendo jus ususfructus in re ipsi ementi, & tunc est alienatio, ut *in L. fin. C. de reb. alien. non alien.* aut non constituendo, sed se obligando actione personali ad dandos fructus, & tunc non est alienatio: benè facit etiam ad hoc, quòd hypotheca omnium bonorum venit accessoriè, & ad executionem principalis dispositionis, & non debet ampliare, neque alterare principalem dispositionem, sicut & alias habetur in *Clementina* 1. *in fin. de præbend.* & tradit Felin. *in cap. licèt, de offic. ordin.* & Decius *consil.* 305. *col. fin.* & *consil.* 413. *col. fin.* Intellige, quod dictum est circa istam secundam limitationem, quando emptor non ignoravit reditus rei super qua census imponebatur; nam si ignorasset, & deceptus à venditore crederet, sufficientem esse ad tot reditus, quanti erat census, tunc non esset illicitus talis contractus, nec videretur factus in fraudem usurarum; imò competeret actio empti emptori contra venditorem ad interesse, ut *in L. si sterilis* 21. *in princip.* & *in* §. 1. *ff. de action. empt.* & *L. in venditionibus* 9. *ff. de contrah. empt. L.* 12. & *L.* 63. *tit.* 5. *infrà eadem Partita.* Si verò non fuisset deceptus, licèt dicat se ignorasse valorem redituum, procederet quod dixi: quia videtur affectata ignorantia, & quia explorare debuerat, argum. *L. qui cum alio* 19. *ff. de regulis jur. L. sed & si pupillus* 11. §. *conditio* 5. *ff. de instit.* Neque contra istam limitationem objici poterit de dicto Bart. *in L. fundus quem, ff. de annuis legat.* cùm dicit, quòd idem est dicere, *lego* 10. *super illo fundo*, quantum si diceret, *obligo illum fundum*; & sic, quòd non sit inter hæc differentia in constitutione novi census, an dicat *obligo fundum*, vel *impono super tali fundo*: nam licèt dictum Bart. esset verum (quod tamen non caret scrupulo, ut patet ex notatis per Speculat. *tit. de locato*, §. *nunc aliqua*, *versic.* 86.) Bart. loquitur respectu pignoris, vel hypothecæ; casus autem noster est, non respectu hypothecæ, sed ut videatur, in quo fuit factus contractus venditionis, seu undè fuit iste reditus venditus, & sic quæ sit merx, quæ venditur. Præterea Bart. vult, quòd idem sit dicere *super fundo*, quantum *obligo fundum*; non verò dicit, quid è contrà, si idem esset dicere, *obligo fundum ad decem*, *quæ lego*, quantum si diceret *super illo fundo*, inter quæ in casu nostro longè interest. Hoc idem probatur ex *dictis extravagantibus* (si ex verbis earum narrativis licitum sit arguere) cùm narrant impositionem census factam super talibus prædiis domibus, &c. & cùm dicit, *bonis in ipso contractu tunc expressis*, *pro ipsius census exsolutione in perpetuum obligatis*: si tamen super omnibus bonis constitueretur census, tunc benè teneret contractus, cùm principalis dispositio omnia bona concernat, & non veniat tunc accessoriè, sed principaliter, ut & voluit dictus Laurentius de Rodul. *in dict.* 13. *quæst.*

Tertiò limita, nisi in tali venditione census interveniret pactum de revendendo, & pretium esset injustum; nam tunc parvitas pretii juncta cum pacto de revendendo, faceret præsumi contractum illicitum, & in fraudem usurarum, ut dicit gloss. notabilis *in capitul. conquestus, de usuris*; quinimò & fortius est, quod voluit Laurent. de Rodul. *in dict. suo tractat. quæst.* 18. *in fin.* quòd & si detur pretii justitia; si tamen in istis censibus, qui noviter instituuntur, interveniat pactum de revendendo, ex hoc præsumitur contractus illicitus, & in fraudem usurarum; quod dictum reputo falsum per ea, quæ suprà dixi: quia data justitia pretii, tale pactum, etiam in censibus, seu reditibus qui de novo constituuntur, est licitum, & approbatur *in dictis extravagantibus*; quando verò cum parvitate pretii concurrit dictum pactum, an ex hoc præsumatur contractus illicitus, & usurarius, fuerunt variæ opiniones: nam quòd ista duo sufficiant, ultra id, quod habetur in dict. gloss. hoc tenuerunt Innoc. Joan. Andr. Anton. Joan. de Imol. *in cap. ad nostram*, *de empt. & vendit.* & plures alii Doct. relati à Barthol. Cepol. Veronen. *in suo tractat. de simulatione contractuum in* 6. *casu principal.* & per Socin. *consil.* 248. 2. *volumine*, incipit, *numquid ex duobus*, & Decius *consil.* 167. *causa quæ coram reverendo vicario*, & *consil.* 308. & dicit Bald. *in L. fin. C. de condit. insertis*, quòd contractus de revendendo non est suspectus, nisi ex redituum quantitate immoderata respectu pretii: & multo fortius est suspectus secundùm eum, si sit ibi donationis clausula. Contrariam opinionem, quòd ista duo non sufficiant, tenuerunt plerique Doctor. qui etiam referuntur in dictis locis; & huic parti cum certis limitationibus adhærere videtur Bart. Cepol. ubi suprà, & etiam Socin. *in dict. consil.* 248. ubi plenè respondet ad *capitulum ad nostram*, *de emptione*, & *venditione*, & *ad capitulum illo vos*, *de pignor.* Ego verò in materia de qua loquimur, propter magnam vicinitatem quam habent isti contractus censuales cum mutuo, & quia propter eos charitas christiana exulat, in censibus, qui de novo constituuntur, adhærerem illi opinioni, quòd dicta duo prædicta, parvitas scilicèt pretii, & pactum de revendendo sufficiant, cùm hæc opinio habeat pro se Gloss. auctoritatem, & valentissimos Doctores; & quia pro ea satis facit text. *dict. capitul. ad nostram*, nam potest dici, quòd Papa ibi non judicat contractum usurarium ex appositione pacti, quod à septennio usque ad novennium possit reemere: potest enim venditio fieri ad certum tempus, *L.* 2. *C. de pactis inter emptor.* & *vendit.* & quòd ex hoc non debeat judicari contractus usurarius, tenet Bald. *in capit.* 1. versic. *quæro*, *de quibusdam*, *de feud. dat. in vicem leg. commissor.* non ergò propter hoc pactum potest dici, quòd fundetur dispositio *dict. cap. ad nostram*, sed ex parvitate pretii cum pacto de revendendo, sive purè, sive ad certum tempus; & quod ibi ponit Papa de septennio ad novennium, fuit contingentia casus. Ratio fundamentalis est, quia non præsumitur animus vendendi ex parvitate pretii cum pacto de revendendo; & ideò fortè *L. Regni* 1. *titul.* 2. *lib.* 8. *Ordinamenti Regal.* quæ judicat contractum usurarium ex pacto de revendendo cum dicto pacto, quòd usque ad certum tempus non possit redimi, debet intelligi data parvitate pretii: nam si pretium esset justum, ex hoc pacto non posset contractus judicari usurarius, prout & dicit Barthol. Cepol. *in dicto suo tractatu*, *in decima præsumptione*, & satis probatur *in dicto capitul. ad nostram*; & credendum est, promulgatorem illius legis Regni in hoc habuisse respectum ad dispositionem juris Canonici: & quia contra jus Canonicum, seu in casu in quo deficeret juris Canonici dispositio, non valeret statutum laicorum, per quod ex certis conjecturis contractus præsumeretur usurarius, ut testatur Fredericus de Senis *consil.* 96. incipit *apparet quædam lex*, & sequitur Abb. *in cap. cum contingat*, *de jurejur.* Felin. *in cap. Ecclesia Santæ Mariæ*, *col.* 22. *de constit.*

Sed quod dicetur justum pretium, ut perpendatur in

da (4) de aquel que la rescibe, o de sus herederos (5), o segund se auiene

in his contractibus parvitas pretii? Abb. notabiliter *in dict. cap. ad nostram*, dicit, quòd non sufficeret quælibet injustitia pretii; sed oporteret, quòd pretium sit valdè tenue respectu valoris rei: quia propter pactum de revendendo, res minus valet, argument. *L. fundi partem*, *ff. de contrah. emption.* & voluit hoc etiam Socinus, qui allegat Abb. *in dict. consil.* 248. *in fin.* qui & pro hoc allegat in argum. notata per Bartol. *in L.* 1. §. *si hæres*, *ff. ad Trebellian.* & *in L. pretia rerum*, *ff. ad Legem Falcidiam*: & hoc docet experientia, cùm propter tale pactum communiter res vendatur minori pretio, quàm venderetur, ubi non intervenit tale pactum; & bonum est sumere argumentum ab experientia, ut *in Clement. dispendiosam*, *de judic. cap. multi* 12. 40. *distinct. cap. quam sit* 6. *de election. lib.* 6. Opinionem tamen contrariam, quòd nihil diminui debeat de vero, & communi pretio ratione dicti pacti, tenet Barth. Cepol. *in dict. suo tract. tertia præsumptione ad final.* & Guido Papæ, qui & loquitur in terminis istarum annuarum pensionum in suo Opusculo *de usuris*, *fol.* 3. *colum.* 1. versic. *sed juxta hoc quæro*, & *in decisione Parlamenti Delphynalis*, *quæst.* 516. ubi tenet expressè, quòd si non intervenit justum pretium secundùm communem valorem rei, tunc interveniente pacto de revendendo, contractus præsumitur fœneratitius; allegat Gloss. *in dict. cap. conquestus*, & dicit, quòd ita semper vidit servari. Mihi verò placet prior opinio: quia negari non potest, ratione talis pacti rem minus valere, emptoremque ratione talis pacti non ita plenum jus habere, ac si tale pactum non intervenisset; & quia pecuniam suam posset in prædia, & alia sibi utiliora convertere, quæ sibi & hæredibus prodesset, & cùm emit sub hoc pacto, videtur in suspenso suam habere pecuniam, cùm quotidie speret talium redituum redemptionem: & hoc videtur approbatum ex dicta lege Regia *de Madrid*, quæ istos census in panne, & vino, &c. constitutos taxat ad rationem 14. millium pro milliario. Et fortè posset dici, quòd saltim quarta pars, vel parum ultra, pretii veri, & communis, si cessaret tale pactum, possit minui ratione talis pacti, & si ultra minueretur, dicatur parvum pretium: hoc videtur suaderi ex dispositione dictæ legis Regni, *juncto cap.* 3. §. *quia verò Leonis*, *in authent. de non alien. collat.* 2. & Gloss. *in authent. perpetua*, *C. de Sacrosanctis Ecclesiis*, & Gloss. *in dict.* §. *quia vero Leonis*, super verbo *faciendam*, & Gloss. juncto text. *in L. circa*, *ff. ad Legem Falcidiam*, & etiam ex Gloss. *in* §. *hoc jus porrectum*, 10. *quæst. secunda* super parte *distractæ*; & cùm videamus unum milliarium perpetuum, seu reditus perpetui, communiter valere ad rationem triginta millium morapetinorum, & ultrà, satis erit, quod ratione dicti pacti minuatur quarta pars, & sic dentur viginti, & duo milliaria cum dimidio ad minus pro quolibet milliario, etsi imponatur cum pacto de revendendo; & cùm pretia varientur ex tempore, non stetur taxationi dictæ legis *de Madrid*, sed, ut communiter reditus perpetui valeant, consideretur; & maximè in istis Regnis, ubi rariora sunt commercia, & minora lucra quæstuaria, & non solent homines tam assiduè, & latè negotiari, prout solent in Italia, & Gallia.

Possent etiam addi aliæ limitationes, quæ colliguntur ex notatis per Abb. *in dict. cap. ad nostram in fin.* & per Joan. Andr. post Hostiens. ibidem, & ex illis præsumptionibus à Cepol. traditis in dicto suo Tactatu *de simulatione contractus.* Hæc tamen tanquàm principaliora tetigisse sufficiat; consulo tamen cum Innocentio, & aliis gravibus Doctor. abstinendum esse, prout semper abstinui, ab hujusmodi contractibus: quia, ut dixi suprà, propter eos christiana charitas exulat. In hac materia scripsit charissimus filius meus Licentiatus Didacus Pizarro quendam tractatum, qui habetur in stampa, qui ut vir timoratæ conscientiæ cupiens salutem fidelium, quantum potuit restrinxit istum contractum; poteritis videre, si placeat: ego quæ dixi sentio in ista materia, correctioni melius sentientis me submittens.

(4) *Para en toda su vida.* Idem si ad certum tempus, veluti ad decennium; vide Bald. *in L.* 1. *in princip. ff. si ager vectigal.* ubi vide per eum, quid si non adjiciatur quantitas temporis, sed dicatur, *concedo in emphyteosim ad tempus*, & per Jason. *in L.* 2. versic. 7. *quæro*, *C. de jure emphyt.*

(5) *O de sus herederos.* Et cùm simpliciter dictum est de hæredibus, veniunt omnes hæredes in infinitum, *L. in annalibus* 22. *C. de legat.* & *L. final. eodem tit. L. hæredis* 65. & *L. sciendum* 70. *ff. de verb. signif.* quia de natura emphyteosis est, quòd sit perpetua, ut notat Bart. *in L.* 1. *in princip. ff. si ager vectigal.* & *in L.* 2. *col.* 2. *C. de jure emphyt.* Ang. *in L. qui luminibus*, *ff. de servitut. urb. prædior.* Limita tamen, & intellige, nisi sit emphyteosis, quæ non consuevit concedi, nisi in primum hæredem: quia tunc nomen hæredis indefinitè prolatum restringitur ad primum hæredem tantùm; & si consuevit concedi in secundum hæredem, restringitur ad secundum, & sic deinceps, secundùm Baldum, per text. ibi *in L. antiquitas*, *C. de usufruct.* Limita etiam, & intellige, nisi emphyteosis concedatur ab Ecclesia alicui, & suis hæredibus: nam tunc non intelligitur de omnibus hæredibus, sed tantùm de descendentibus: neque talis concessio comprehendet hæredes extraneos, ut est text. *in authent. de non alienan.* §. *emphyteosim*, *collat.* 2. tenet Gloss. & Bart. *in L. etiam*, *ff. soluto matrimonio*, Joan. Andr. *in addition. ad Specul. in tit. de locato*, §. *nunc aliqua*, *versic.* 113. & ista est communis opinio, ut adducit latè Decius *in cap. in præsentia*, 14. *col. de probationibus*, dicens, quod ista opinio debet prævalere in judicando, & consulendo, & ibi respondet ad motiva Abb. *in dict. cap. in præsentia*, *col.* 9. qui tenuit contrariam opinionem: super quo puncto tu cogita, nam cùm emphyteosis Ecclesiæ possit hodie dari in perpetuum, tam in dispositione §. *licentiam*, *in authent. de alienat. & emphyt. collat.* 9. quàm ex *L.* 3. *tit.* 14. *Partit.* 1. videtur, quod id quod habetur §. *emphyteosim*, *in authent. de non alien. collat.* 2. quæ astringit ad tertiam generationem, & qualitatem hæredum, hodie non habeat locum, præsertim cùm per legem Partitæ non reperiatur approbatus *dict.* §. *emphyteosim*, neque etiam per jus Canonicum: & forte videretur distinguendum, quòd aut in concessione dicitur simpliciter, quod concedit simpliciter Ecclesia in emphyteosim alicui pro se, & hæredibus, non adjiciens *perpetuò*, & tunc procedit opinio communis; aut fuit adjectum hoc verbum *perpetuò*, & tunc comprehendantur quicunque hæredes descendentes, vel extranei. Et cùm ita mihi videretur, tandèm reperi istam fuisse sententiam Bald. *in addition. ad Specul. tit. de locato*, & *in authent. si quas ruinas*, *C. de Sacros. Eccles. colum.* 1. & in aliis locis relatis per Alexand. *in L. etiam*, *ff. soluto matrimonio*, cùm refert quartam principalem opinionem, ubi refert Angel. & alios istam opinionem reprobantes; sed mihi satis placet, quia per eam istæ opiniones reducuntur ad concordiam: & idem videtur dicendum, si concessio fieret in quibuscunque hæredibus: & an tunc etiam comprehendantur legatarii, cùm legatarius in re legata quodammodo hæres sit, per *L. id tempus* 14. §. 1. *ff. de usucapion.* vide per Jason. *in dicta L.* 2. *quæst.* 14. ubi refert quamplures tenentes, quod sic, licèt expressè non loquantur in concessione Ecclesiæ.

Limita etiam, & intellige dictam communem opinionem in emphyteosi solita concedi: nam secùs esset in ea, quæ servata solemnitate in tali alienatione requisita de novo concederetur, cum transiret etiam ad extraneos hæredes, ut tradit Decius *ubi suprà col.* 15. Limita etiam, nisi in concessione dicatur de hæredibus masculis; nam tunc non venient extranei, sed tantùm descendentes: ita tenuit Rayn. de Forli. *in disputatione sua*, incipit *quidam habebat duos filios*, sequitur Bald. *in L. Gallus*, §. *etiam*, *col. pen. ff. de liber. & posthum.* per text. *in dict.* §. *si clientulus*, *de alienation. feud.* & etiam Decius *in dict. cap. in præsentia.*

Sed quid si recipiat quis emphyteosim pro se, & suis filiis, & hæredibus? an exigatur, quòd filii etiam sint hæredes, ut succedere possint in emphyteosi? Bart. *in L. ut jurisjurandi*, §. *si liberi*, *ff. de operis libert.* tenet, quod sic, allegando §. *emphyteosim* 3. *dict. authent. de non alienan.* & sequitur Bald. *in L. tale pactum*, §. *fin. in princ. ff. de pactis*, per illum text. & Angel. *in dict. L. Gallus*, §. *etiam*, *ff. de liber. & posthum.* & idem dicit Alexan. *consil.* 44. *vol.* 4. *viso themate*, *in princip.* si dicatur pro filiis, & successoribus, qui allegat Imol. *in L. quod dicitur in fin. ult. colum. ff. de verb. obligat.*

Sed quid si filii sint inæqualiter instituti in hæreditate? an in emphyteosi succedant æqualiter? Bald. quòd sic, *in dict. authent. si quas ruinas*, *C. de Sacros. Eccles. col.*

ne (6), por cada año: e tal pleyto como este deue ser fecho con plazer de ambas las

col. 4. & *in L. liberti*, *col.* 6. *C. de operis libertor.* Adverte tamen, quia Bald. loquitur, quando non fuit adjectum verbum *& hæredibus*, sed tantùm fuit dictum de filiis: quinimò ex mente Bal. est in *dict. authent. si quas ruinas*, cùm dicit, *quia tunc emphyteosis non est jus hæreditarium*, quòd quando adjectum fuit *& hæredibus, &c.* quòd tunc succedant in emphyteosim pro parte, in qua sunt instituti; & si aliquis eorum instituatur in re certa, tunc non succederet in emphyteosi, ut voluit Bald. *in dicta L. liberti*, *col.* 7. versicul. *secundum dubium*: quia appellatione hæredis in dubio venit hæres universalis, non autem hæres in re certa, *L. quotiens* 13. *C. de hæred. institut. L. hæreditas* 62. *ff. de reg. jur.* & saltem hoc procederet, quando pater voluit, & expressè disposuit, quòd ad hæredes universales pertinerent bona emphyteotica, ut adducit Alexand. referens Angelum & Imol. *consil.* 124. *circa primum dubium*, *col. pen. vol.* 5. vide etiam Jason. *in dict. L.* 2. versic. 5. *quærit hìc Salyc. in* 99. *colum. totius tractatus*, *C. de jure emphyt.* ubi dicit, istum passum esse dubium, & Doctores varios, & nihil affirmat; sed transit remissionibus contentus, non allegans dictum consil. Alexand. Nota etiam, quòd emphyteosis hæreditaria potest uni ex filiis assignari per patrem, secundùm Baldum in *dict. L. liberti*, *col.* 7. judicatur enim de ea, sicut de aliis bonis patrimonii testatoris, & sic secundùm jura Regni limitabitur: quod nota, quia secundùm hoc, attentis legibus hujus Regni, talis emphyteosis limitabitur ad vires tertii, & quinti, & partis legitimæ; si autem non esset hæreditaria, sed tantùm recepta simpliciter pro se, & filiis sine adjectione *& hæredibus*, tunc pater non posset uni filiorum illam prælegare, vel donare, ut vult Bart. *in dict.* §. *si liberi*, *col.* 2. versic. *secundum dubium.* Contrarium tamen tenet Bald. *in dict. authent. si quas ruinas*, & Joan. de Imol. *in cap. potuit*, *de locato*, *in ultima charta*, & quòd opinio Bart. in hoc magis communiter damnetur, asserit Alexand. *in dict. consil.* 124. *col. pen.* ubi ponit rationem de hoc, & Doctores ita tenentes: vide ibi per eum.

Sed quid si in investitura, dum conceditur emphyteosis, non fiat aliqua mentio de filiis, neque de hæredibus, sed simpliciter quis accipiat rem in emphyteosim? Bal. *in cap.* 1. *quibus mod. feud. constit. possit*, vult, quòd si emphyteosis simpliciter recipiatur, intelligatur recepta pro filiis masculis, sicut & in feudo dicit ibi Gloss. & dicit hoc esse tenendum cordi, & notandum dictum Bald. refert Jason. *in dict. L.* 2. versic. 10. *quæro*, *in* 101. *columm. totius tractatus*, dicens, quòd Angel. *in L. item videndum*, §. *fin. ff. de petition. hæred.* per text. *in dict.* §. *emphyteosim*, voluit, quòd cùm simpliciter est recepta, transeat tam ad filios masculos, quàm ad fœminas, & pertransit breviter non dilucidans istum articulum.

Ego verò, benè consideratis verbis *dicti* §. *emphyteosim*, & notatis per Glossam *in dict. capitul.* 1. *quibus modis feud. constit. possit*, aliter dicerem, quòd, aut loquimur in emphyteosi Ecclesiæ, quæ simpliciter recipitur, nulla facta mentione filiorum, neque hæredum, & tali casu emphyteosis durabit ad solam vitam percipientis, neque transibit ad ejus filios, vel nepotes, ex quo pro eis non fuit recepta; quod satis benè probatur *in dicto* §. *emphyteosim*, rectè intelligendo: nam cùm ibi dicitur, *nisi filios*, *aut nepotes habuerint*, refertur ad id quod primò *in princip.* §. dixit in versiculo *fieri sinimus*, *& in accipientis persona*, *& in duobus ejusdem personæ hæredibus deinceps*, *filiis*, &c. & sic quando fuit in concessione de filiis, & nepotibus cautum; & ideò subdit, quòd non transibit ad virum, & uxorem, nisi specialiter sit cautum; non tamen vult ille textus, quòd si emphyteosis Ecclesiæ, simpliciter recipiatur, nihil dicendo de filiis, vel nepotibus, quòd ad eos emphyteosis extendatur: neque Angel. *in dicto* §. *fin.* tenet contrarium, quia allegat *dict.* §. *emphyteosim*, qui, ut dixi, loquitur quando concessio fuit facta etiam pro filiis, & nepotibus: & ex hoc patet, malè dixisse Joan. de Imol. *in dict. L. quod dicitur*, *col.* 10. *ff. de verb. oblig.* in quantum dixit, quòd si emphyteosis Ecclesiæ conceditur, non facta expressione temporis, intelligitur, quòd est in perpetuum concessa; nam ex quo concedi potest in perpetuum, & tempus non adjicitur, dicitur in perpetuum concedi, argumento *L. servus* 34. *ff. de pœnis*: nam hoc est expressè contra *dict.* §. *emphyteosim*, qui non est correctus, quando emphyteosis fuit concessa simpliciter, sed quando per verba expressa, vel æquipollentia in perpetuum concederetur, ut dixi suprà. Patet etiam, malè dixisse Bald. *in authent. si quid*, *C. qui potior. in pign. hab.* & *in addit. ad Specul. tit. de locato*, *col.* 2. versic. *ecclesia potest*, ubi dixit, quòd si Ecclesia simpliciter concedit in emphyteosim, puta Titio, quòd tunc intelligitur de se, & filiis, & nepotibus; ita dicit notari in *L. etiam*, *ff. solut. matrim.* ubi Gloss. hoc non dicit, sed quòd emphyteosis ecclesiastica non transit ad extraneos hæredes, sed ad filios, vel nepotes, & allegat *dict.* §. *emphyteosim*, qui ut dixi, loquitur etiam de filiis, & nepotibus. Et quòd ita intelligatur *dict.* §. *emphyteosim*, est de mente Bald. *in authent. defuncto*, *C. ad Tertullian. parum post princ.* cùm dicit, nam emphyteosis ecclesiastica de sui natura non respicit nisi lineam descendentem, quoniam non debet fieri, nisi in accipientis persona, & in duobus ejusdem personæ hæredibus: pondero, cùm dicit *fieri*, & cùm postea Bald. subdit, nisi dicatur expressè, quòd transeat in omnes descendentes in infinitum, quia tale pactum hodie valet per *dict.* §. *licentiam*: & ex hoc patet, quòd malè retulit Paul. de Castr. *in L. etiam*, *in princ. ff. solut. matrim.* dum refert Bald. dixisse *in dict. authent. defuncto*, quòd simpliciter concedendo emphyteosim, videtur Ecclesia concedere in tertiam generationem: & hoc etiam patet, nam si de hoc fuerat casus in *dict.* §. *emphyteosim*, Bald. *in dict. cap.* 1. *in fin. quibus modis feud. constit. possit*, non ita dixerat tenendum cordi, & notandum, quòd arguendo de feudo ad emphyteosim transiret emphyteosis simpliciter recepta ad filios masculos: & quòd *dict.* §. *emphyteosim* debeat intelligi, quando fuit expressum de filiis, & filiabus, tenet Joan. de Imol. *in dict. cap. potuit*, *ad fin. de locat.* sed quia ista est nova consideratio ad *dict.* §. tu cogita super ea: nam ex aliquibus verbis *dict.* §. *emphyteosim* innuitur, quod etsi de filiis & nepotibus non fiat mentio in concessione, tamen intelligatur in eis facta, cùm dicit, quòd de viro, aut uxore debet esse expressè dictum; & sic vult, quòd in filiis, & nepotibus non exigitur talis expressio.

Adverte etiam, quòd cùm hodie, ut dixi, emphyteosis Ecclesiæ possit dari in perpetuum, si concederetur interveniente justa causa alienandi, & intervenientibus solemnitatibus à jure Canonico requisitis, licèt concederetur simpliciter, intelligeretur perpetuò concessa, & transiret etiam ad hæredes extraneos, ut & voluit Alexand. *in dict. L. etiam*, *in princ.* & satis est de mente Decii *in dict. L. col.* 15. & hoc casu posset salvari, & procederet opinio Joan. de Imol. *in dicta L. quod dicitur.*

Si verò privatus simpliciter concedat emphyteosim, tunc benè crederem, quòd transeat in hæredes recipientis etiam extraneos, ex quo fuit concessa sine temporis præfinitione, per *L. si pactum* 9. *ff. de probat.* & argum. *dictæ L. servus* 34. *ff. de pœnis.* Ex prædictis etiam patet malè dixisse Bald. *in L.* 2. *col.* 1. *C. de jure emphyteo.* & *in* §. *final. de feud. dat. in vicem legis commissor.* aliàs est *in capitul. quidam*, *de usu Mediolanensi*, ubi dicit, quòd si quis acquisivit emphyteosim Ecclesiæ per præscriptionem, quòd emphyteosis sic præscripta extendetur ad tertiam generationem, sicut dicit ipse, si informiter esset concesa; id est, sine personarum distinctione intelligitur in tertiam generationem, allegando *dict.* §. *emphyteosim*, qui fortè hoc non probat, & in quæst. Bald. *de emphyteosi præscripta* contrarium tenet Angel. *in dict. L.* 2. imò quòd intelligatur ad vitam præscribentis, & sic quod minimum est; & fortè in emphyteosi præscripta istud est verius, quidquid dicat Jaso *in dict. L.* 2. *in* 89. *col. totius tractatus.*

(6) *Segund se auiene.* Voluit, quòd transeat ad primogenitum, secundùm Baldum *in L.* 2. *col.* 1. *C. de jure emphyteos.* & Jason. *ibidem*, *columm.* 69. *totius tractatus*, versic. 2. *quærit Bald.* & vult ibi Bald. inspici tempus mortis in consideratione primogenituræ, quia successio habet naturam relationis ad tempus mortis, & ideò inspicitur prioritas, quæ tunc in rerum natura versatur, allegat *L. ex facto*, §. *pen. ff. ad Trebell.* quod verbum nota ad majoricatus. Valebit etiam pactum, quòd spurii succedant, secundùm eundem Bald. *in dict. L.* 2. *columm.* 1. & sequitur Jaso 69. *column. totius tractatus*: assignat Bald. rationem, quia non tanquàm hæredes, sed tanquàm per procuratorem stipulantem veniunt. Sed licèt Doctor. non tangunt, obstare huic dicto videtur, quòd per tale pactum invitatur quis ad delinquendum; igitur non de-

las partes, e por escrito (7): ca de otra guisa non valdria. Otrosi deuen ser guardadas todas las conueniencias (8), que fueren escritas, e puestas en el. E porque este pleyto es semejante, mas a los logueros, que a otro contrato ninguno, porende fablamos en este Titulo del: e dezimos, que si la cosa que assi es dada a censo, se pierde toda por ocasion, assi como por fuego (9), o por terremoto (10), o por aguaducho (11), o por otra razon semejante; tal daño como este pertenesce al señor della, e non al otro que la ouiesse assi rescebida: de aquel dia en adelante, non seria tenudo de darle censo ninguno. Mas si la cosa non se perdiesse de todo, por aquella ocasion, e fincasse quanto la ochaua parte (12) della alomenos; estonce tenudo seria, de darle censo cada año por ella, assi como le auia prometido. E avn dezimos, que si la cosa que es dada a censo, es de Eglesia, o de Orden, si aquel que la touiesse, retouo la renta, o el censo, por dos

debet valere, *L. illud convenire* 5. *ff. de pactis dotal. L. si unus* 27. §. *illud* 3. *ff. de pactis*; & hinc est, quòd non tenet statutum, habilitans spurios ad successionem, ut tenet Bartol. & Paulus de Castr. *in L. Sejus, & Agerius, ff. ad Legem Falcid.* Bald. *in L.* 1. *C. de jure aureor. annullor.* & *in* L. 1. *colum.* 2. *C. de his, quæ pœnæ nomin.* & *in L. eam, quam, col.* 8. *C. de fideicommiss.* ubi & *in columna nona* dicit, quòd & si Princeps vellet facere constitutionem generalem, quòd spurii succedant, constitutio non valeret, quia esset indirectè contra bonos mores, & esset permissio futuri doli; undè subdit, quòd hac ratione non potest legitimare nascituros ex aliquo, qui nondùm sunt concepti in utero, quia est dolus de futuro irremissibilis; undè & tale statutum tanquàm nutritivum peccati, potest Episcopus annullare, ut consuluit Fredericus de Senis *consil.* 175. alias 268. & refert Joannes de Platea *in L.* 1. *C. de his, qui se deferunt, lib.* 10. *in fin.* & adde Bart. *in L. testamenti factio, ff. de testament.*

Potest dici, quòd aut illud pactum apponitur respectu illius, qui potest habere legitimam, & naturalem prolem, veluti ei, qui potest matrimonium contrahere, & ex matrimonio procreare liberos; tunc tenebit pactum, quòd & spurii succedant in emphyteosim, cùm tunc pactum non ita invitet ad delinquendum, & ex quo potest habere filios legitimos, non præsumetur, quòd velit eos habere ex damnato coitu: si verò verba talis pacti referuntur ad eum, qui non potest habere nisi spurios filios, veluti ad clericum in sacris, tunc videtur, quòd tale pactum non teneat: & hæc distinctio colligitur ex notatis per Bartol. *in L. hæredibus*, §. 1. versic. *facit ad quæstionem, ff. ad Trebell.* & per Abbatem *in capitul. in præsentia, colum.* 5. *de probat.* & tene menti, quia Doctores non tangunt, & vidi de hoc quæstionem arduam in Regali Audientia in magna causa.

(7) *E por escrito.* Quòd requiratur de necessitate scriptura, ultra istam legem probatur *L.* 3. *titul.* 14. *Partita* 1. ibi: *E deuese fazer por carta de escriuano publico*, & de jure communi ista erat magis communis opinio, ut testatur Jaso *in L.* 1. *C. de jure emphyt. colum.* 15. & 16. tenuit Azo *in summa, C. eodem, colum.* 2. versic. *celebratur iste contractus*: & intellige, quòd requiratur scriptura, tam ad substantiam, quàm ad probationem, secundùm Jason. ubi suprà; undè dicebat Angel. *in L. prætor ait, ff. de edendo*, quòd si emphyteota non exhibet instrumentum emphyteosis domino directo, potest per eum expelli, & præsumitur emphyteosis finita; allegat Bald. & Speculat. qui tamen ita in specie hoc non dicunt.

(8) *Conueniencias.* Adde *L. primam, & secundam, C. de jure emphyt.* & §. *adeo* 3. *Institut. de locatione.*

(9) *Por fuego.* Si ergò domus sit combusta, licèt remaneat area, cùm ex incendio area non consumatur, vult ista lex, quòd remittatur pensio emphyteotæ; quod multum nota, quia contrarium in domo combusta tenet Angel. *in authent. de non alien.* §. *lex itaque, ad finem*: est enim area maxima pars domus, *L. qui res* 98. §. *aream* 8. *ff. de solution.* & sic non potest dici, quòd perierit res tota, & ita arguit in quæst. simili Joan. de Imol. *in cap. potuit, de locato, colum.* 19. versic. *& prædicta faciunt ad quæstionem*, & dictum Angel. sequitur Jaso *in dict. L.* 1. *C. de jure emphyt. colum.* 4. tene ergò menti istam legem: & similiter potest dici, quòd si vinea, vel olivetum emphyteoticum comburatur, licèt remaneat solum, quòd emphyteotæ sit remittenda pensio, per istam legem: & idem videtur dicendum, si terræmotu domus periret, etiam manente area: & pro decisione hujus legis facit, quia mutata forma, substantia rei videtur esse perempta, *L. Julianus* 9. §. *sed si quis* 3. *ff. ad exibend. L. repeti* 5. §. *fin. ff. quibus modis usufruct. amit.* & idem in domo combusta tenet Bald. *in L.* 1. *colum. penult. C. de jure emphyteo.* dicens, quòd si vult cedere areæ, & non solvere censum, non cogetur ad præstationem: si tamen velit solvere censum, dicit, quòd durabit emphyteosis; quod dictum est satis notabile: & cogita an idem erit dicendum, si res, super qua imponitur census secundùm modernos contractus nostri temporis, destrueretur: quia militare videtur eadem ratio, & ea quæ dixi suprà *in princ. hujus leg.*

(10) *Terremoto.* Quia fortè fracta est, & aperta terra versus abyssum, ut declarat Joannes de Imol. post Joannem Andr. *in cap. potuit, de locato*, declarando verbum (*chasmate*) positum ibi in gloss. quod intelligatur de terræmotu, vel fractione.

(11) *Aguaducho.* Id est, inundatione: quia quod est inundatum ab aquis, censetur deperditum, *L. si in venditione* 10. §. 1. *ff. de peric. & commod. rei venditæ, L.* 3. §. *Labeo* 17. *L. qui universas* 30. §. *item quod mari* 3. *ff. de acquirenda possessione*, & paria sunt rem esse inundatam vel à mari, vel à flumine, vel esse ab hostibus occupatam, *L. cum unus* 12. §. *final. ff. de bonis autor. judic. possid.* undè similiter fieret emphyteotæ remissio pensionis, si propter guerram non potuit percipere fructus rei emphyteoticæ, Bart. referens Jacob. de Aret. *in L. interdum*, §. 1. *ff. de acquirenda possessione*, & *in L.* 1. *C. de jure emphyt.* & tenet Joan. de Imol. qui & alios refert *in dicto cap. potuit*, 18. *colum.* Joan. de Plat. *in L. quicunque, C. de fundis patrimon. libro* 11. tradit latè Jaso tandem residens in ista conclusione *in L.* 1. *colum.* 20. *cum multis sequent. C. de jure emphyt.* vide per eum, qui refert multas, & varias opiniones in hoc, & aliqua notabilia dicta in materia.

(12) *Ochaua parte.* Ex dictis Azonis sumptum est hoc, *C. de jure emphyt. in summa*, versic. *est autem natura*, & licèt Azo ita exemplificet, tamen ejus intentio (ut ex ejus verbis colligitur) est, quòd si quælibet pars quantumcunque minima remaneat, emphyteota teneatur ad pensionem; & ista etiam fuit opinio Gloss. *in dict. L.* 1. & *in* §. *adeo, Institut. de location.* & Gloss. *in capitul. potuit, de locato*, & tenet Specul. *titul. de locato*, §. *nunc aliqua, versic.* 135. & est communis opinio: ista tamen lex Partitæ vult, quòd si octava pars rei non remaneat, licèt maneat aliquid minus octava, quòd non teneatur ad pensionem, & fuit optima provisio hujus legis in ista taxatione. Et intellige, & limita istam legem, quando pensio erat modica, & non correspondens fructibus; si verò pensio correspondeat fructibus, dato, quòd res non sit in totum submersa, neque inundata, sed pro majori parte, ita quòd percipiatur minus dimidia parte fructuum qui percipi consueverint, seu non ita, quod ex eo, quod superest, non possit percipi fructus sufficiens ad pensionem; tunc non tenebitur emphyteota ad integram pensionem, sed pro rata fructuum, ut tenet Bart. *in L.* 1. *C. de jure emphyt.* ubi & Bald. 1. *oppo.* & ita consuluit Alexand. *consil.* 112. *volum.* 1. incipit, *videtur in præsenti consultatione*, & tenet Jaso *in dict. L.* 1. *colum.* 19. est ergò tunc danda emphyteotæ electio, quemadmodùm conductori, ut habetur *in L.* 22. *suprà eodem*; & cogita, an idem sit dicendum in contractibus censualibus nostri temporis, in quibus census imponitur super re juxta correspondentiam fructuum: quia videtur militare eadem ratio, & quia in effectu tunc census reperitur impositus super personam, juxta ea quæ dixi in princ. hujus legis.

dos años (13), que lo non diesse; o por tres años (14), si fuesse de ome lego que non fuesse de Orden; que dende en adelante los señores della sin mandado del Juez (15) la pueden tomar. Pero si despues destos plazos sobredichos, quisiessen pagar la renta por si sin pleyto ninguno, fasta diez dias (16), deuela rescebir (17) el señor de la cosa; e estonce non gela deue tomar (18). E si a ninguno destos plazos non pagasse la renta, estonce (19) puedele tomar la cosa (20) el señor; maguer non le pidiesse el censo, el por si, nin otri por el. Ca entiendese, que el dia del plazo (21), a que deue pagar la renta, lo demanda por el señor, e aplaza al otro, que la pague.

LEY XXIX.

Como aquel que tiene la cosa a censo, si la ouiere a enagenar, que la deue vender al señor ante que a otro, queriendo dar tanto precio por ella, como da otro ome.

ENagenar, e vender puede la cosa, aquel que la rescibio a censo Ley 8. tit. 11. lib. 5. Recop.

(13) *Por dos años.* Adde *capitulum potuit* 4. *de locato*, & *authent. qui rem*, *C. de Sacros. Eccles.* & procedit etiam si una Ecclesia sit emphyteota alterius Ecclesiæ, Gloss. in *authent. de alien. & emphyteo.* §. *si vero quis*, *collat.* 9. in parte *per biennium*, licèt Salic. *in dict. authent. qui rem* voluit requiri triennium; sed magis placet opinio Gloss. per *L. fin.* quam allegat: & quod Ecclesia cessans solvere per biennium, vel triennium, cadat à jure suæ emphyteosis, tenet Gloss. *in capit. constitutus*, *de religios. domib.* super parte *juxta ratam*, & Bald. *in capit.* 1. *de alien. feud. colum.* 3. & *in L. placet*, *C. de Sacros. Eccles.* ubi & Jaso *colum.* 4. eo, quia ista resolutio inest ex natura contractus; & idem tenet Abb. *in dic. cap. potuit*, licèt ibi Joan. Andr. teneat contrarium, & Specul. reliquit hanc quæstionem sub dubio, referens contrarias opiniones *in titul. de restitution. in integr.* §. *quis autem*, *colum.* 8. Poterit tamen isto casu Ecclesia petere restitutionem in integrum, sicut posset minor, ut tradit Specul. *titul. de locato*, §. *nunc aliqua*, *versic.* 14. & 15. & vide Bart. *in L.* 2. *C. si advers. vend. pign.* & per Jason. *in dicta L.* 2. *quæst.* 1. *C. de jure emphyteo. col.* 11. Et quid si Ecclesia successit privato? Vide Bal. *in dict. L.* 2. *in secunda lectura*, *col. fin. C. de jure emphyt.* ubi concludit, quòd licèt annus unus sit elapsus cum privato illo, qui concesserit emphyteosim, adhuc requiritur, quòd currat biennium cum Ecclesia, quæ successit privato; quia ex quo Ecclesia utitur adminiculo defuncti, debet uti jure illius: vide etiam de ista quæstione Salic. *in dicta L.* 2. *pen. quæst.* & per Jasonem *quæst.* 13. *colum.* 42. *totius tractatus.*

(14) *Tres años.* Adde *L. secundam*, *C. de jure emphyt.* & procedit etiam si canon emphyteoticus debeatur fisco, qui concesserat in emphyteosim, ut vult Gloss. *in L. si tutores*, *C. de administr. tutor.* licèt Salyc. ibi dicat, in emphyteota fisci sufficere biennium; cujus fundamentum tollitur ex his, quæ dixi suprà *eod. L.* 19. *in gloss. magna*,

(15) *Sin mandado del Juez.* Approbat opinionem Gloss. *in L.* 2. *C. eodem*, & *in cap. potuit*, *de locato*, & fuit opinio Azon. *C. eodem in summa*, & est communis opinio: non ergò requiritur, quòd præcedat sententia declaratoria, secundùm Hostiensem, & Anton. *in dicto capitul. potuit*, ubi Anton. dicit, hanc esse communem opinionem, & tenet Bald. *in addition. ad Specul. titul. de locato*, §. *nunc aliqua*, *columna* 6. & Alexand. *consil.* 6. *volum.* 3. *colum. pen.* Decius *consilio* 146. *in secundo dubio.*

Limita tamen, nisi emphyteota de facto resisteret, secundùm Bart. & Angel. *in dicta L.* 2. Limita etiam, nisi dominus pro expellendo adivit judicem, non protestans, ut sibi maneret salvum jus expellendi, juxta notata per Baldum *in L.* 2. versic. 10. *quæro*, *C. de servitut.* vide latè Jason. *in dicta L.* 2. *colum.* 67. & Decium *in dicto consilio*, & ad id, quod dixi, nisi emphyteota resisteret de facto, vide Jasonem *in dicta L.* 2. *colum.* 61. *totius tractatus*, *cum duabus sequentib.* ubi tenet contrarium, & refert alios: vide ibi. Limita etiam, nisi emphyteota negaret se non solvisse, seu diceret tempus solutionis nondùm elapsum: nam tunc, quia per negationem res efficitur dubia, non liceret domino expellere propria auctoritate, secundùm Speculat. *titul. de locato*, §. *nunc aliqua*, *versic.* 48. sed Joan. de Imol. *in dict. capit. potuit*, *colum.* 12. voluit contrarium, quia si hoc esset verum, de facili posset eludere dispositionem illius legis, & negando impedire hoc remedium. Sed licèt hoc sit inconveniens, tutius est practicare sententiam Specul. quam etiam tenet Bald. *in dict. L.* 2. & *in* §. *ad hæc*, *colum. fin. de pace juram. firm.* & videtur de mente Decii *in dict. consil.* 146. *dubio secundo.*

(16) *Diez dias.* Approbat unam ex opinionibus Gloss. *in dict. capitul. potuit*, *de locato*, ubi Gloss. & communiter Doctor. non istam, sed aliam tenent, & concludunt, quòd relinqueretur arbitrio judicis, & tradit Jaso *in dict. L.* 2. *quæst.* 30. Tene menti istam legem in ista taxatione temporis, & nota, quòd etiam si dominus ante istos 10. dies declaraverit tacitè, vel expressè, se velle expellere emphyteotam, adhuc admitteretur purgatio moræ, ut satis colligitur, & probatur ex ista lege; licèt Alexand. *in L. si insulam*, *ff. de verb. oblig.* voluit contrarium, & etiam Barth. Cepol. *cautel.* 135. incipit *tu scis*, *quod emphyteota*, & tradit Jaso *in dicta L.* 2. *quæst.* 29. ubi ipse tenet contra eos. Sed quid si elapso biennio, vel triennio, dominus ante hos decem dies concessisset alteri rem istam in emphyteosim, vel aliter eam in alterum alienaverit? an etiam tunc poterit moram purgare? Videtur, quòd non, ex quo res non est integra, præsertim, si dominus jam esset alteri obligatus de evictione; pro quo vide Ludovicum Roman. *consil.* 103. *viso propositæ quæstionis*, *&c.* facit *L. & si post tres* 8. *ff. si quis caution.* & quia purgatio moræ non admittitur, nisi re integra, argum. *L. fin. C. de repud. hæredit.* & *cap. si tibi absenti* 17. *de præbend. lib.* 6. tradit Jaso *in dict. L. si insulam*, *colum.* 4.

(17) *Deuela rescebir.* Non ergò procedit, quod dicit Bald. *in L.* 2. *colum.* 2. *in* 2. *lectur. C. de jur. emphyt.* in intellectu, quem dat *ad capitul. potuit*, *de locato.*

(18) *Non gela deue tomar.* Ista lex vult, quòd etiam emphyteota privati potest moram purgare infra decem dies. Tene menti, quia de jure communi magis communis opinio erat in contrarium, ut tradit Jaso *in dict. L.* 2. *quæst.* 29. ubi latè, & Alexand. *consil.* 106. *col.* 3. *vol.* 2.

(19) *Estonce.* Non ergò poterit anteà, etsi velit, ut dixi in glos. præcedenti: non enim executio fit à lege, nisi istis terminis transactis, ut hìc habetur: & sic respondetur ad notata per Doctor. ubi suprà, quòd ubi est declarata voluntas domini, cùm executio fiat à lege, non admittitur purgatio moræ, *L. trajectitiæ* 23. vers. *de illo*, *ff. de action. & obligat. L. si is cui* 19. ubi Bart. *ff. de legat.* 2. & *in dict. L. si insulam* 84. *ff. de verbor. oblig.*

(20) *La cosa.* Cum melioramentis, ut in *L.* 2. *C. de jure emphyt.* ubi vide per Jason. 7. *notabil.* & adde Bald. *in cap. si vassallus*, *hic finitur lex*, *in usib. feud.* de quibus tamen melioramentis hoc intelligatur, vide Carolum Molin. *in suo commento consuet. Parisiens. tit.* 1. §. 1. *in glos.* 5. *fol.* 8. *col.* 3. versic. *obiter*, cujus resolutio est, ut illa melioramenta amittat, quæ concernunt solitam meliorationem prædii, ad quæ expressè, vel tacitè ex contractu tenebatur; secùs, si nudam formam meliorationis excedunt, ad quæ ex natura, & lege contractus non tenebatur, ut si novas mansiones urbanas, vel rusticas, vel aliud magni sumptus addiderit rei.

(21) *Que el dia del plazo.* Idem habetur in *dict. L.* 2. & *in cap. potuit*: vide quæ dicam *in L.* 8. *tit.* 14. *infrà eadem Partita.*

LEX XXIX.

Potest emphyteota, priùs domino requisito, eique nun-

so (1). Pero ante que (2) la venda (3), deuelo fazer saber al señor

nunciato, quantum ab alio pro re sibi offertur, rem ali: vendere; sed si dominus voluerit, habebit eam pro illo pretio infra duos menses: & tenetur dominus, si eam non vult pro eodem pretio habere infra id tempus, novo emptori novam cartam facere; & habebit pro laudemio partem pretii quinquagesimam, vel æstimationem, si alio modo quàm per venditionem fuerit alienata: & emphyteota potest eam sine domini licentia pignori obligare; sed si eam alienet, vel pignoret homini à quo ita leviter censum dominus habere non possit, sicut Ordini, vel homini potentiori, perdet jus, quod habebat in ea. Hoc dicit.

(1) *Rescibio a censo.* Adverte, quia ex hoc verbo videtur, quòd dispositio hujus legis habeat locum etiam in censuario, ut si alienet rem censualem domino irrequisito, cadat à jure suo; & hanc sententiam tenet Angel. de Aret. *in §. adeo in fin. Institut. de locatione,* allegat Bart. *in L. 1. §. penult. ff. de superficiebus*: tu dic contrarium, quia ex quo in censuarium fuit translatum omne jus domini, & sic omne dominium, juxta notata *in cap. constitutus, de religios. domib.* per Gloss. & Doctor. potest libertè rem alienare: quia in re sua quilibet est moderator, & arbiter, *L. in re mandata 21. C. mandat. L. sed & si lege 25. §. consuluit 11. ff. de petit. hæredit.* & quia sicut in contractu censuali quis non privatur jure suo, non solvendo, ut notatur *in dicto cap. constitutus*, sic neque alienando; quia ista duo æquiparantur, ut patet *in capit. potuit, de locat.* tradit Alex. *consil.* 106. *viso themate, libro* 4. & ita tenet Decius *consil.* 164. *non fuisset, &c. colum.* 3. dicens Angel. de Aret. non benè in hoc dixisse, & quòd Bart. quem ipse allegat, loquitur in superficiario, in quem tantùm transit utile dominium, non in censuario; & idem tenet Socin. quem Decius non allegat *consil.* 208. *visis actis, & actitatis, &c. colum.* 4. *volumine* 2. dicens hoc sensisse Imol. *in cap. ad audientiam, colum.* 2. *de reb. Eccles. non alien.* & ad istam legem dic, quòd loquitur in contractu emphyteotico juxta legem præcedentem, seu quando census solveretur in recognitionem dominii, penes alium existentis, juxta ea quæ notat Bald. *in titul. de pace Constantiæ*, in verbo *persolvere fictum*; & facit benè ad prædicta, quod notat Alberic. *in L. final. colum. penult. C. de jure emphyt.* ibi, sed nunquid hæc lex habeat locum in contractibus nostri temporis, quia appellantur ad hæreditatem perpetuam: vide ibi per eum, & nota ista, quia Doctores non tangunt *in dict. L. fin. neque in dict. cap. potuit.*

(2) *Ante que.* Impleta venditione intellige; nam benè potest exponere venalem sine requisitione domini, ut notat Abb. *in dic. capit. potuit, de locat.* 1. *notabil.* item, & si non traderet, excusaretur à pœna caducitatis, vide per Jason. *in tract. de jure emphyteotico, col.* 155. *cum sequent.*

(3) *La venda.* Quid si permutet cum alia re? Dic quòd non requiritur consensus domini, vel requisitio de qua hìc; imò sine eo potest permutare cum alio: & est ratio, quia non potest consequi à domino rem, quam consequitur cum alio permutando, ut dicit Joan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de locato, versic.* 121. & idem vult Joan. de Imol. *in dic. cap. potuit, col.* 8. versic. *an autem*, Abb. *consil.* 74. *duo principalia, volum.* 1. Decius *consil.* 160. Jason. *in dic. L. fin. colum.* 145. *totius tractatus,* licèt gloss. parva in verbo *transponere* velit, quòd illa lex etiam habeat locum in permutatione; si tamen tantum etiam per viam permutationis possit consequi à domino, quod ab alio, haberet locum ista lex, secundùm Innoc. *in dic. cap. potuit*, Abb. *in dict. consil.* & Decius *ubi suprà*: tenebitur tamen requirere dominum, postquàm cum alio permutaverit, ut illum investiat, & in possessionem inducat, recipiatque laudemium, secundùm Jason. ubi suprà.

Quid autem in locatione ad longum tempus? Dic idem, quod in venditione, secundùm Imol. *in dic. cap. potuit, super gloss.* 3. & tenet Alexand. qui alios refert *consil.* 120. *volum.* 3. licèt enim emphyteota irrequisito domino, seu sine ejus consensu, possit vendere suam commoditatem fructuandi alteri, ut est de mente Bart. *in L. usufructu, ff. soluto matrim.* tamen procedit, nisi fieret ad longum tempus talis concessio commoditatis: nam tunc esset species alienationis, ut in *in L. 1. §. quod ait, ff. de superficieb.* & ita declarat Bald. novellus *in tractat. de dote, folio* 41. *colum.* 1. posset tamen emphyteota aliquem facere usufructuarium in re emphyteotica, irrequisito domino, secundùm Baldum *in L. 1. ff. quibus mod. usufruct. amit.* in versic. *idem in fundo*, & hoc dictum dicit esse notandum Alexand. *in L. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess. colum.* 13. & dicit se habuisse de facto; ubi & dicit, quòd potest constituere usum uni, & usumfructum alteri: & *in penult. colum.* assignat rationem ad dictum Bal. quia ex hoc non transfert utile dominium, neque sua melioramenta, undè non sumus in casu *capit. potuit, de locato,* neque *dictæ L. final.* & idem tenet Jaso *in dic. L. final.* 149. *colum. totius tractatus.*

Quid verò, si donet? Vide Gloss. *in dict. L. final.* quæ dicit, quòd non tenetur requirere dominum, & est magis communis opinio: vide ibi per Jasonem *colum.* 128. & *colum.* 135. *totius tractatus*, ubi quid in emphyteota Ecclesiæ, an possit donare: & vide Bald. *in L. pen. C. ne rei domin. vel templor.* & *in §. donare, qualiter feud. alien. possit*, & *in §. libellarie, de pace Constantiæ*, & Bart. *in L. in conventionalibus, ff. de verb. oblig.* Et an possit legare, vide per Jasonem ibi *colum.* 138. & quid si venditio, vel alienatio sit necessaria, ut quia fit pro debitis emphyteotæ, vide per Jasonem ibidem *colum.* 149. *totius tractatus*, versic. 5. *quæro*, ubi post Baldum *in capit. 1. in princ. de prohib. feud. alien. per Frederic.* tenet, quod possit dari in solutum per judicem, salvo tamen semper canone domini: sed adverte, quia videtur dicendum contrarium, imò, quòd requirendus sit dominus, qui fortassè velit solvere debita, & quòd sibi assignetur in solutum; & non est ratio, cur in hoc aliud sit dicendum: quod enim fit per judicem, fieri videtur per debitorem, *L. si ob causam 13. C. de eviction. L. eleganter 24. in princ. ff. de pignor. action.* & cùm emptor habeat causam à debitore, servanda est hujus legis dispositio, ac si ipse debitor venderet, *L. Julianus 13. §. idem Celsus 17. ff. de actionibus empti, L. is qui 31. ff. de usufruct. legat.* & hoc tenet Bald. consulendo, *consilio* 306. *volum.* 1. *verba investituræ, &c.* & licèt loquatur, quando fuit factum pactum de non alienando, nisi requisito domino; tamen idem est, & si cesset tale pactum expressum, cùm hoc sit de natura contractus, & dispositione legis, & militat eadem ratio.

Quid si vendat, dicens: Vendo tibi, si, & quantum de jure possum, & non aliter? Bald. *in capit. 1. §. 1. colum.* 4. versic. *sed pone, quod vendidi, &c. de successione feudi* loquens in feudo tenet, quòd per ista verba excusetur à pœna caducitatis, argum. *L. si me in vacuam 34. & L. qui absenti 38. §. 1. ff. de acquir. possess.* etiamsi quando tradit, sit oblitus excipere jura domini, quæ in ipso contractu excipi deberent, argum. *L. si binarum ædium 35. ff. de servitut. urban. prædior.* quod dicit esse verum, nisi aliqua captio domini posset intervenire per corporalem traditionem, puta, si esset castrum, quod vix dominus recuperare poterit: nam dolus est in traditione, & ideò purgari debet per amissionem feudi, quoniam confictæ, & simulatæ protestationes nihil operantur; imò fraudem augent fictiones, ut *ff. de jure patron. L. si libertus* 16. & quòd per ista verba excusetur emphyteota à pœna caducitatis, tenet Jaso referens Bald. ubi suprà (licèt non ita latè, ut dixi) *in dicta L. final. colum. penult.* versic. 25. *quæro*: tu adde Bald. *in capit. 1. §. final. quæ fuer. prima caus. benefic. amit.* versic. *sed pone*, ubi ponit eandem quæstionem in feudo, & concludit, quòd licèt clàm fieri videatur, cùm non denunciatur domino, & in præjudicialibus non juvet protestatio; tamen cùm adjicit hæc verba, *non aliter*, *neque alio modo* (quia tunc nihil videtur actum) fortè non perderet feudum: nam constat, quòd non intendit alienare, nisi possit, juxta notata in simili *in L. si quidem 9. C. de exception.* & *in L. item Labeo 22. §. 1. ff. famil. ercisc.* & argum. *L. si locuples 57. ff. de manum. testam.* & idem dic, si vendit sub conditione, si consensus domini accesserit, secundùm Albericum *in dicta L. fin. colum. fin.* per *L. final. C. de fundis patrimon. libr.* 11. tradit Jaso *in dict. L. fin. col. fin.*

Et quid si alienatio sit nulla, sed de facto invalidè celebrata? Dic, quòd talis alienatio non induceret pœnam caducitatis, *L. ea quidem 5. C. si mancip. ita fuer. alien. L. continuus 137. §. cum quis 6. ff. de verb. oblig.* Specul. *titul. de locato, §. nunc aliqua, versic.* 95. Bart. *in L. final. §. sin autem, C. commun. de legat.* Baldus *in L. 2. C. de Episcop. audient.* Alexand. *consil.* 99. *colum. fin. volum.* 5. ubi & vide per Alexand. an si alienatio fiat pro parte, cadat in totum à jure emphyteotico; de quo ultimo

ñor (4), como la quiere vender, e quanto es (5) lo quel dan por ella. E si el señor le quisiere dar tanto por ella, como el otro, estonce la deue vender ante a el que a otro. Mas si el señor dixesse que le non queria (6) dar tanto, o lo callasse (7) fasta dos meses (8), que le non dixesse si lo quiere fazer, o non; dende adelante, puedela vender a quien quisiere: e non le puede embargar, aquel que gela dio a censo, que lo non faga. Pero deuela vender a tal ome, de quien pueda el señor auer el censo, tan ligero (9) como del mismo (10). Otrosi dezimos, que este que tiene la cosa a censo, que la puede empeñar (11) a tal ome como sobredicho es, sin sabiduria del señor. E estonce, quando la enagena, tenudo es el señor de la cosa, de rescebir en ella a aquel a quien la vende, e de otorgargela, faziendole ende carta de nueuo. E por tal otor-

mo vide etiam per Jasonem *in dict. L. final.* versic. 13. *quæro, penult. carta, colum.* 2. Intellige etiam istam legem de vendente, sciente qualitatem rei, quia erat emphyteotica; nam secùs si ignoraret, ut tradit Jaso *in dict. L. fin.* versic. 15. *quæro, colum.* 154. *totius tractatus*, & adde Decium *consil.* 328. *colum. fin.* per quem vide, cui incumbat probatio scientiæ, & per Bald. *in capit.* 1. §. *si vassallus feudum in fin. si de feud. fuerit controvers. inter domin. & agnat.* Et an ex venditione facta per patrem, qui receperat pro se, & filiis, & nepotibus, præjudicetur illis? Vide Bart. quòd sic, in *L.* 1. *ad finem*, *ff. de interdict. & relegat.* & vide Bald. *in L. adoptivum*, §. *patronum*, *ff. de in jus vocand.* Et quid si sit minor, qui vendidit? Vide Bald. *in L. rem quam*, *C. si adversus vendit. pignor.*

(4) *Al señor.* Et si sunt plures domini, omnium tenetur requirere consensum, quando sunt domini pro indiviso, vide per Joannem Andr. *in addit. ad Specul. titul. de locato*, §. *nunc aliqua*, *versic.* 72. super parte *fisci*, & per Jason. *in dicta L. final.* versic. 12. *quæro*, 153. *colum. totius tractatus.* Et quid si plures domini requisiti unus velit pro se retinere, alius verò non? Vide per Alberic. *in L. si duo patroni*, *in princ. ff. de jurejur.* Jason. ubi suprà, & *in L. stipulationes non dividuntur, colum.* 14. *ff. de verb. oblig.* nam si vult totam rem retinere, & totum pretium solvere, benè auditur, per textum notabilem *in L. in bello* 12. §. *si servus plurium* 13. *ff. de captiv.* Et an sufficiat, quòd emphyteota uxoris denunciet ejus marito? Dic, quòd sic, per *L. aut qui aliter* 5. §. *sed & Servius* 3. *juncta gloss.* 1. *ff. quod vi, aut clam*, declarando, ut ibi per Bart. tradit Jaso *dic. L. fin.* 17. *quæst.* 155. *colum. totius tractatus*: & quòd emphyteota emphyteotæ requirere debeat consensum domini principalis, vide Azon. *C. eod. in summa*, & Gloss. *in dict. L. fin.* & per Bald. *in L. si permittente*, *C. ad Macedon.*

(5) *E quanto es.* In *dicta L. fin.* à qua ista sumpta est habetur, quantum pretium ab alio revera accipi potest: si ergò veritatem pretii non notificat, sed aliquid falsitatis admiscet, undè dominus nollet emere, caderet emphyteota à jure suo, ut notat Salicet. *in dict. L. fin.* & Specul. *titul. de locat.* §. *nunc aliqua*, *versic.* 92. & vide per Jason. *in dict. L. fin.* 6. & 7. *notabili.*

(6) *Que le non queria.* Quid si non constat de expresso consensu, seu licentia; sed apparet, quòd dominus longo tempore recepit pensionem ab emptore, cui vendidit emphyteota? an per hoc præsumatur, dominum consensisse venditioni? Vide Alexand. consulentem, quòd sic, *consilio* 113. *volum.* 4. Et nota hìc, quòd sufficit, quòd dominus dicat, se nolle emere, licèt non det licentiam vendendi, ut tenet Specul. *in dict.* §. *nunc aliqua*, versic. 100. *quæro*: & idem probatur hìc, etsi dicat nolo retinere, quia non est ulteriùs expectandus, licèt Spec. *versic.* 101. teneat contrarium: tamen Joan. Andr. ibi in additionibus, tenet primum, per *dictum cap. potuit*, & benè secundùm Jason. *in dict. L. fin.* 8. *notabili*, *col.* 120. *totius tractatus.* Et quid si post licentiam domini emphyteota per annum, & ampliùs distulit venditionem? Distingue, ut per Joan. Andr. *in addition. ad Specul. titul. de locato*, *dict. versic.* 101. *dict.* §. *nunc aliqua*, quem sequitur Jaso ubi supra proximè dixi.

Sed quid si vendidit de consensu domini, sed postea agit tanquàm deceptus remedio *L.* 2. *C. de rescindenda vendit.* & *L.* 56. *titul.* 5. *supra ead. Partit.* & ita consequitur rem; vel vendidit cum pacto de revendendo, & postea reemit? an in ista nova translatione dominii requiratur consensus domini? Vide per Baldum novell. *in tractatu de dote*, *fol.* 41. *columm.* 1. ubi tenet, quòd non: & ibi tractat illam quæstionem, an consensus præstitus per dominum, quòd res emphyteotica alicui daretur in dotem, sufficiat, sine eo quòd iterùm dominus consentiat, quando soluto matrimonio dos traditur mulieri; & tenet, quòd sic, ex eo, quia qui voluit antecedens, videtur velle & consequens, *L. illud* 77. *ff. de acquir. hæredit.* *L. quamvis simpliciter* 15. *C. de fideicommis.* Adverte tamen quoad id, quod dicit Bald. novel. quando rescindatur venditio ex remedio *L.* 2. vel ubi reemitur; quia ipse nihil allegat pro hoc dicto, & videtur quòd saltim in eo, quod dicit de pacto de revendendo, non benè dicat, juxta ea, quæ notat Alberic. *in L. ab emptione*, *ff. de pactis*, ubi Jaso *fin. colum.* est enim reemptio secunda venditio, & de ea debet habere dominus suum laudemium: non enim resolvitur contractus; sed rescinditur ex pacto primus, & fit secundus: procederet tamen dictum Baldi novelli, quando dominus, qui primus venditioni dedit licentiam, fuit certificatus, vel conscius pacti de revendendo: quia tunc primus consensus extendit se ad secundam venditionem: benè facit pro hoc, quod dicit Bald. *in L. fin.* §. *sed quia nostra majestas*, *C. commun. de legat.* versic. *quærit hic Dynus*: quando verò rescinderetur ex remedio *L.* 2. tunc benè videtur procedere dictum Bald. novell. cùm tunc non sit secunda venditio, sed recisio primæ, per suprà dicta.

Et quid si facta jam venditione, dominus ignorans illam esse factam, consentiat venditioni, tanquàm fiendæ? Dic, quòd non sufficeret, neque evitaretur ex hoc pœna caducitatis, secundùm Paul. de Castr. *in L. si quis filio exhæredato*, §. *irritum*, *ff. de injusto rupt.* si tamen dominus esset conscius de venditione, videretur secundùm eum renuntiasse pœnæ commissæ, argum. *L. post diem* 7. *ff. de leg. commissor.* & *L.* 2. *in princip. ff. si quis caution.* & adde Alexan. *consil.* 146. *colum.* 2. *volum.* 5. Nota etiam, quòd non videtur dominus, qui dat consensum emphyteotæ, ut vendat, renuntiare suæ proprietati: vide Bald. *in prælud. feud. colum. pen.* & *in cap.* 3. §. *præterea*, *quibus mod. feud. amit.*

(7) *O lo callasse.* Quando ergò non tacet, sed statim exprimit se nolle emere, non est expectandus lapsus duorum mensium, ut hìc patet, & in *dict. cap. potuit*, ubi Joan. de Imol. & Abb.

(8) *Dos meses.* Sed an possit dominus post duos menses moram purgare? Joan. Andr. *in addit. ad Spec. dict.* §. *nunc aliqua*, *versic.* 101. tenet, quòd sic: & vide per Jason *in dict. L. fin. col.* 120. *totius tractatus.*

(9) *Tan ligero.* Nota benè hoc verbum, quia idem dicebat Joan. de Imol. *in dict. cap. potuit*, *colum.* 8. & Jaso *in dict. L. fin. colum.* 143. *totius tractatus.*

(10) *Como del mismo.* Vide infrà.

(11) *Empeñar.* Approbat opinionem Gloss. *in L. fin. C. eod.* super verbo *aliis vendere*: & nota hanc legem, quia addit in hoc, quòd pignoratio fiat personæ non prohibitæ; quod verbum, neque in *L. tutor* 16. §. *fin. ff. de pign. action.* neque *in L. lex vectigali* 31. *ff. de pignor.* neque per Doctores ita reperies declaratum. An autem emphyteota possit alii in emphyteosim concedere sine consensu domini, vide per Jason. *in dict. L. fin. col.* 148. *totius tractatus*, ubi refert Spec. & alios, quòd non possit hoc facere sine consensu domini: quod limita, & intellige, nisi alienaret suas commoditates, retento sibi utili dominio, secundùm Bald. *in dict. L. fin.* per text. *in L. necessario* 8. §. *fin. ff. de peric. & commod. rei vendit.* vide per Jason. *in dict. L. final. col.* 116. *totius tractatus.* Sed an plures emphyteotæ possint interesse alienare, irrequisito domino? Bart. *in L. cum hi*, §. *si uni*, *de transact.* & *in L. qui Romæ*, §. *duo fratres*, *ff. de verbor. obligat.* tenet, quòd sic, & idem tenet Joannes de Plat. *in L.* 1. *C.*

otorgamiento, o renouamiento del pleyto, non le deue tomar (12) mas de la cinquentena parte, de aquello por que fue vendida; o de la estimacion que podria valer, si la diesse. Mas a otras personas, de que non podiesse auer tan ligeramente el censo, non la puede vender, ni empeñar, assi como a Orden (13), o a otro ome mas poderoso que el; que estonce non valdria, e perderia (14) porende el derecho que auia en ella.

TITULO IX.

De los Nauios, e del pecio dellos.

Leyes del titul. 10. lib. 7. Recop.

NAuios de muchas maneras alogan los mercaderes, para leuar sus mercadurias de vn logar a otro: e porque a las vegadas por tormenta de mar, o por otra ocasion se quebrantan (1), o se pierden; e despues nasce contienda entre los mercaderos, e los maestros, e los marineros, en razon del pecio. E porende, pues que en el Titulo ante deste fablamos apartadamente, de los logueros, e de los arrendamientos; queremos aquí dezir, de los nauios, que despues que son alogados, peligran sobre mar. E mostraremos, que cosas son tenudos de guardar, e de fazer los maestros de los nauios, e los marineros, a los mercaderes que fian en ellos. E despues diremos, como se deue compartir el daño entre ellos todos, quando acaesciesse, que las cosas de algunos dellos echaren en el mar, por razon de tormenta. E sobre todo fablaremos del vaziamiento de los nauios. E del pecio dellos. E de todas las cosas que a alguna destas razones pertenescen.

LEY I.

Que cosas son tenudos de guardar, e de fazer los maestros de las naues, e los marineros, a los mercaderos, e a los otros que se fian en ellos.

Leyes del titul. 10. lib. 7. Recop.

NAucheros (1), e maestros, e patrones, son llamados los mayorales omes por cuyo mandado se han de guiar los nauios. E a estos pertenesce señaladamente, de catar (2), ante que los nauios entren sobre mar, si son calefeteados, e bien adobados, e bien guardados, e bien guarnidos con todos aparejamientos, que les son menester; assi como de velas, e de masteles, e de cuerdas, e de entenas, e de ancoras, e de remos, e de todas las otras cosas que pertenecen en los nauios, segun que conuiene, e ha menester cada vno dellos. E avn demas desto, deuen leuar consigo tales omes, que sean sabidores, para ayudarles a guiar, e endereçar, e a gouernar los nauios. De manera, que si non gelo embargare tempestad, o tormenta de la mar, que puedan yr endere-

C. de impon. lucrat. descript. lib. 10. & *in L.* 2. *C. de execut. & exactor. lib.* 12. alii verò tenent contrarium, ut refert Jaso *in dict. L. fin. col.* 150. ubi vide per eum; per quem etiam vide *col.* 143. & 126. *totius tractatus*, an possit filiæ, vel extraneæ concedere in dotem: vide ibi.

(12) *Non le deue tomar.* Sed quis solvet istam quinquagesimam? Gloss. parva super verbo *accipere in dict. L. fin.* dicit, quòd novus emphyteota, & ita notat ibi Jaso 15. *notabili.*

(13) *A Orden.* Istud non ita benè erat declaratum per leges juris communis. Speculator tamen *in dict.* §. *nunc aliqua, versic.* 116. dicit, quòd provinciales de consuetudine ponunt in istis contractibus, quòd non possit emphyteosis alienari in Ecclesiam, vel clericum, vel militem, & quòd videantur prohibitæ Ecclesiæ, capitanei, & milites, & aliæ personæ non idoneæ facilitate conveniendi, ut *in L.* 2. *ff. qui satisd. cogantur*: sed Innocen. Joan. And. Hostiens. *in dict. cap. potuit*, dicunt, non reperiri hoc in jure expressum, quæ personæ videlicèt sint prohibitæ; nisi tantùm id quod habetur *in L. curialis* 30. & *in L. milites* 31. *C. locat.* Et ex ista lege Partitæ, & ejus verbis videntur prohibitæ Ecclesiæ, monasteria, clerici, monachi, & milites, & personæ potentiores, & pauperes notabiliter, seu evidenter, à quibus verisimiliter exigi non potest pensio, seu canon emphyteoticus; & idem videtur de mulieribus, eo quòd pro debito carcerari non possunt, ut *in authent. sed hodie, C. de offic. diversor. judic.* & *in L. Taurina* 62. & vide etiam de his per Jason. *in dict. L. fin. col.* 142. *totius tractatus, cum duabus sequentibus.*

(14) *Perderia.* Ista lex tantùm videtur imponere pœnam caducitatis, in casu quo res emphyteotica alienatur in personam prohibitam: dic tamen idem esse, & si alienet in personam non prohibitam, irrequisito domino, ut suprà *in princ. L.* dixit; & licèt in hoc casu non exprimatur hìc de pœna caducitatis, suppletur tamen per dictum *capit. potuit* 4. *de locat.* & per *dict. L. fin. in fine.*

TITULUS IX. DE NAVIBUS.

(1) *Se quebrantan.* Quærunt aliqui, si sapiens in navigio positus possit insipienti naufragio tabulam extorquere, utrùm debeat? Beatus Ambrosius *libro* 3. *officiorum, capit.* 4. respondet in hæc verba: Mihi quidem, etsi præstabilius communi vedeatur usui sapientem de naufragio, quàm insipientem evadere; tamen non videtur, quòd vir christianus, & justus, & sapiens quærere sibi vitam aliena morte debeat, utpote qui, etiamsi in latronem armatum incidat, ferientem referire non possit, ne dum salutem defendit, pietatem contaminet.

LEX I.

Navicularii, seu nautæ, magistri, & patroni, sunt majores, quorum mandato ducuntur naves, & gubernantur; ad quos pertinet fulcire navem omnibus necessariis ad opus navigandi: & debent secum habere viarum, & regiminis gubernaculi peritos, ut salvari queant, & ad optatum portum venire navigantes cum rebus suis: debent insuper habere scribam, qui immissa in navi fideliter conscribat; cujus scripturæ creditur: habeant indè pro se, & suis victualia; dicantque extraneis, ut pro se parent congruentem provisionem, & arma ad defensionem contra piratas. Hoc dicit.

(1) *Naucheros.* Hi vulgò dicuntur *pilotos*; latinè verò magistri navium, ut *in L. item quæritur* 13. §. *si magister* 2. *ff. locat.* & suprà *tit.* 1. *L.* 13. & qualis iste magister navis, seu navicularius debeat esse, vide *L.* 5. *tit.* 24. *Partit.* 2. & ibi, qualiter huic hujus magisterii potestas concedatur.

(2) *Catar.* Debet enim navis, quæ locatur, esse idonea, ut hic, & *in dict. L. item quæritur* 13. §. *si navicularius* 1. *ff. locat.* & *L. fin.* §. *si ea conditione, ff. ad Leg. Rhod. de jact.*

reçadamente, a aquellos puertos, o lugares, que han voluntad de yr. E que por culpa de los que han de gouernar los nauios, non cayan en peligro los mercaderos, nin los otros omes que los logaren, de perderse ellos, nin sus cosas. Otrosi dezimos, que deuen leuar consigo vn Escriuano, que sepa bien escreuir, e leer: e este atal deue escreuir en vn quaderno, todas las cosas que cada vno touiere, e metiere en los nauios, quantas son, e de que natura. E este quaderno (3) atal ha tan gran fuerça, sobre todas las cosas que son escritas en el, que deue ser creydo tambien como carta que fuesse fecha de mano de Escriuano publico. Otrosi tenudos son, debastecer los nauios de armas, e de bizcocho (4), e de todas las otras cosas, que ouieren menester para su vianda, e de agua dulce, ellos, e sus marineros. E deuen apercebir a los mercaderos, e a los otros omes que ouieren de leuar en los nauios, que fagan esso mismo; de manera, que lieuen agua, e vianda, la que les fuere menester. E avn armas (5), aquellos que las pudieren leuar, o auer, para ampararse de los cursarios, e de los otros enemigos, si menester fuere.

LEY II.

Como las conuenencias que fazen los Mercaderos con los Mayorales, deuen ser guardadas: e que poderio han estos Mayorales, sobre los otros omes que van con ellos.

Conuenencias, e posturas, ponen los maestros, e los señores de los nauios, con los mercaderos, e con los otros omes que han de leuar en ellos. E quando lo fizieren, dezimos que son tenudos, de las guardar en todas cosas, tambien los vnos, como los otros. E maguer, despues que fuessen entrados en los nauios, e mouidos de los puertos, acaesciesse que alguno de los que fuessen y, fiziesse yerro, por que meresciesse muerte, o otra pena en el cuerpo, o en el auer; el maestro, nin el señor de la naue, non le deuen judgar a muerte, nin a perdimiento de miembro, nin de ninguna cosa del su auer: mas puedenlo (1) prender (2), o recabdar, de manera, que non pueda a otro fazer otro daño ninguno, nin mal: e quando llegaren al puerto, do deuieren descargar, deuenlo presentar al Judgador, que y ouiere de judgar (3), e mostrarle el yerro que fizo. E estonce el Judgador deue oyr al recabdado, e a los que querellaren del: e oydas las razones de ambas las partes, lo que pudiere ser prouado sobre aquel yerro sobre que le re-

Leyes del titul. 10. lib. 7. Recop.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

(3) *Este quaderno.* Adverte benè, quia tantùm ex ista lege datur auctoritas huic notario navis; si ergò super aliis conficeret instrumenta, non teneret: sed scribis euntibus in navibus ad Indos Maris Oceani, ex ordinatione Regia major potestas datur, ut videbis in dictis Ordinationibus, quæ temporibus istis per me fuerunt compilatæ: ibique providetur, quòd si in tali navi navigaturus sit aliquis notarius Regius, huic detur istud munus; deficientibus verò talibus notariis, injungatur alii idoneo ex ibi euntibus.

(4) *Bizcocho.* De isto pane vide etiam *L. 9. tit. 24. Part. 2.*

(5) *Armas.* Ergò & tenebuntur armare naves bombardis, & aliis generibus tormentorum ad sui securitatem sufficientibus, & juxta capacitatem navium: & licèt Rex teneatur eos defendere ab incursibus latronum, & piratarum, ut dixi *in L. fin. tit. 20. 2. Partita*, nihilominùs tenebuntur domini, & rectores navium, deferre naves armatas, ut hìc probatur: expedit namque reipublicæ, ne re sua quis malè utatur, *L. si dominus, ff. de his qui sunt sui, vel alien. jur.* & *instit. eod. §. fin. L. 2. tit. 1. 2. Partit.* Bald. *in L. 2. col. fin.* versic. *sed pone pater, C. si quid in fraud. patron.*

LEX II.

Naulum est solvendum, & cætera conventa sunt servanda juxta conventionem inter partes factam. Et si quis in mari commisit crimen, capietur à domino, seu magistro navis, & judici loci, ubi navis exonerabitur, tradetur puniendus; quia dominus navis non habet potestatem puniendi corporaliter, nec pecuniariter, nisi sit marinarius, vel servitor, qui potest pro excessu percuti, vel flagellari, morte, seu membri debilitate cessante. Hoc dicit.

(1) *Puedenlo.* Sed an teneantur? Videtur, quòd non, ut in *L. non quidquid 40. ff. de judic.* & ibi notat Paul. de Castro; contrarium tamen videtur verius, quia in hoc lex ista dat jurisdictionem domino, & magistro navis, & istud verbum *potest* importat necessitatem, ut notat Bald. in quæstione simili, *in L. Gallus in princ. ff. de lib. & posthum.* ubi & Joan. de Imol. & Angel. Aret. *in suo tract. maleficiorum*, in parte *hæc est quædam inquisitio, col. pen.* & pro hoc etiam facit ista lex, cùm inferiùs dicit, *deuenlo presentar*, quia regulariter hoc verbum *debent* importat necessitatem, ut dicit Gloss. *in cap. proposuit, de appellat.* & *in Clem. attendentes, de statu regul.* Bald. *in L. 1. col. 3. C. quomodo, & quando judex.*

(2) *Prender.* Et sic, qui non est competens judex ad puniendum, est competens ad capiendum, ut hìc: sic & in *authentic. de defens. civitat. cap. 6. §. audient 1. collat. 2.* & *in L. desertorem 2. in princ. ff. de re milit.* & notatur per Doctor. *in L. magistratibus, ff. de jurisd. omnium judic.* Imò & in fragranti crimine repertum quilibet potest capere, & super hoc habet mandatum à lege, ut *in L. raptores 54. C. de Episc. & cleric.* & *in L. capite quinto 25. ff. ad Leg. Jul. de adult.* & notat Bald. *in L. fin. C. de exhib. reis*, & habetur *in L. 8. tit. 14. lib. 2. Ordin. Regal.* vel etiam per Angel. de Aret. *in tract. maleficior* in parte *fama publica, in 12. & 14. col.* Et procederet ista lex, etiam si delinquens in navi esset clericus, juxta notata per Innoc. *in capit. ut famæ, de sentent. excommun.* & per Bart. *in L. si quis in servitute, ff. de furt.* & latè per Abb. *in cap. cum non ab homine, de jud. 2. & 3. colum.*

(3) *Ouiere de judgar.* Licèt ergò punitio delicti commissi in mari possit fieri per judicem illius territorii, cui illud mare adjacet, ut *in L. 1. C. de clas. lib. 11.* & ibi Bart. & *in L. Cæsar 15. ff. de publican.* non tamen de necessitate delinquens est remittendus ad judicem illius loci; sed puniri etiam potest à judice illius loci, ubi navis deponit onus, ut hìc vides; & sic videtur hic casus pro dicto Lucæ de Penna *in dict. L. 1.* ubi dicit, quòd tunc de-

recabdaron, deuele judgar a la pena que entendiere que meresce; o darlo por quito, si entendiere que es sin culpa. Pero los maestros, o los señores de los nauios, bien pueden castigar (4) con feridas de açotes a sus marineros, e a sus seruientes, por yerros que fizieren; guardando todavia, que los non maten, nin los lisien.

L E Y III.

Como se deue compartir el daño de las mercadurias, que echan en el mar por razon de tormenta.

Leyes del titul. 10. lib. 7. Recop.

PEligros grandes acaescen a las vegadas, a los que andan sobre mar; de manera, que por la tormenta del mal tiempo que sienten, e por miedo que han de peligrar, e de se perder, han a echar en la mar muchas cosas, de aquellas que tienen en los nauios, porque se aliuien, e puedan estorcer de muerte: e porque tal echamiento como este, se faze por pro comunalmente (1) de todos los que estan en los nauios; tenemos por bien, e mandamos, que todos los mercadores, e los otros que algo (2) traxeren en el nauio, que ouieren a fazer tal echamiento, ayuden a pechar, lo que fuere echado en la mar por tal razon como esta, a aquellos cuyo era; pagando en ello todavia cada vno tanta parte, segun valiere mas, o menos, aquello que les finco en el nauio, e que non fue echado en la mar. E maguer alguno y traxesse piedras preciosas (3), o oro, o otro tanto auer monedado, o otra cosa qualquier, deue pagar por ello, segund que montare, o valiere; e non se puede escusar, por dezir que era cosa que pesaua poco: ca en tal sazon como esta, non deuen ser las cosas asmadas, nin apreciadas, segund las pesaduras, e la liuiandad dellas, mas segund la quantya que valieren. E porque no tan solamente estuercen las mercaderias, e las cosas que fincan en los nauios, por razon de tal echamiento como este que diximos; mas aun estuercen porende los nauios, porque si aliuiados non fuessen, podria acaescer que se perderian. E porende tenemos por bien, e mandamos, que los señores de las naues (4) sean tenudos de apreciar la naue, o el otro nauio, de que fizieron el echamiento; e apreciadas las mercaderias, e las otras cosas, que fincaron en el nauio segund diximos, deuen todos de so vno, compartir entre si la perdida del echamiento, e pagar cada vno la parte que le cupiere, a aquellos que lo deuian auer; dando otrosi, cada vno dellos (5), tanta parte, segund que montare aquello que era suyo, que se perdio por el echamiento: e si acaesciesse, que algund mercader ouies-

delinquens in mari puniri debet ab illo judice, vel domino propinquiori, cui mare adjacet, quando ibi inveniretur, vel aliàs sit in potestate Regis illius, vel judicis; non tamen videtur ad ejus imperium remittendum; allegat §. *insula* 22. *instit. de rerum divis.* & *L. insulæ* 9. *ff. de judic.* quod dicit facere contra Venetos, qui in mari Adriatico sibi talia indebitè usurparunt. Sed an intelligatur, quod hìc dicit de isto judice, de quocunque judice etiam alterius Regni, vel an de judice, qui est in portu aliquo illius Regni? Videtur, quòd cùm indistinctè loquatur, indistinctè debeat intelligi, *cap. si Romanorum* 19. *dist. L. de pretio* 8. *ff. de Publician.* Sed quomodo judex portus, cui navis applicuit, erit competens ad punitionem delicti, quod neque commissum est in suo territorio, neque qui commisit, subditus est tali judici ratione domicilii, vel originis? Potest dici, quòd ex quo deliquit in mari, quod omnibus est commune, ut *in princ. istit. de rerum divis.* & *in L.* 10. *tit.* 28. *Part.* 3. sit ille judex competens; & quia hoc suadet utilitas publica, & necessitas, quia aliàs delictum remaneret impunitum, *cap. ut famæ* 35. *de sent. excom. L. ita vulneratus* 51. *ff. ad L. Aquil.* Tene ergò menti istam legem Partitæ, quia non memini concordantem in jure communi, & vide ad prædicta, quæ notat Bart. *in tractatu de insula*, in parte *nullius*, *in princ.*

(4) *Castigar.* Adde *L. perspiciendum* 11. §. *furta domestica* 1. *ff. de pœnis*, ubi Gloss. & *in cap. sicut alterius* 39. per Gloss. 7. *quæst.* 1. & Joan. Fab. *in* §. *sed hoc tempore*, *instit. de his qui sunt sui, vel alien. jur.* & *cap. duo ista nomina* 35. 23. *quæst.* 4. & Abb. *in cap. cum contingat*, *col.* 5. *de foro compet.* & *L. sed & si quemcunque* 5. §. *fin. cum L. sequent. ff. ad Legem Aquil.*

L E X III.

Jactata in mari causa tempestatis ob navem alleviandam, debent æstimari, etiamsi sint pretiosa; & secundùm quantitatem, quam quis habet in navi, tenetur contribuere, & satisfacere his, quorum res fuerunt jactatæ: sed liberi homines pro suis personis nihil solvent, quia non possunt æstimari. Hoc dicit.

(1) *Comunalmente.* Nota, quòd ubi propter communem utilitatem unus damnum sentit, debet onus communiter contribui, ut hìc, & in *L.* 1. *ff. ad Leg. Rhod. de jact.* quod ibi Alberic. post alios inducit ad quæstiones de puteo, & furno, & de domo communi destructa, ne incendium evagaret in domos aliorum, & de equo alicujus, qui mortuus fuit, cùm ipse resisteret hostibus invadentibus civitatem; de quibus quæstionibus vide etiam per Joan. Andr. *in addit. ad Spec. tit. de injuriis, & damno dato*, & per Bart. *in L. si alius*, §. *est & alia*, ubi bonus text. *ff. quod vi, aut clam*, & per Joan. de Plat. *in rubr. C. de naufr. lib.* 11. Bald. *in L. ad comparandas*, *C. mandat.* & per Angel. de Aret. *in suo tract. malefic.* in parte *incendiario*, *col.* 3. vide etiam per Paul. de Castr. *in dict. L.* 1. inducentem ad quæstionem, in quam consuluit de depositario mercium diversorum mercatorum, qui ut alias liberaret, quasdam ex eis manifestavit, & dedit, ut cessaretur ab inquisitione aliarum, ob quod res aliæ salvæ fuerunt: vide ibi, & per eundem *consil.* 220. *vol.* 1. incipit *proponitur in facto.*

(2) *Algo.* Licèt non sint merces, ut hìc, & in *L.* 2. §. *cum in eadem* 2. *ff. ad Leg. Rhod. de jactu.*

(3) *Preciosas.* Adde *dict.* §. *cum in eadem.*

(4) *De las naues.* Adde *dict.* §. *cum in eadem.*

(5) *Dellos.* Adde *L.* 2. §. *portio* 4. & *L. navis* 4. §. *cum autem* 2. *ff. eodem*: & inducit Alber. post Jacob. de Aret. ad quæstionem, quòd si communitas alicujus loci ex forma statuti teneatur resarcire damnum vicinis suis, quòd ille qui sustinuit damnum, teneatur contribuere pro parte sua, & eodem modo, si collecta imponatur occasione prædicta; benè facit *L. ab omnibus* 104. §. *si Attio* 3. *ff. de legat.* 1. Quid tamen si vicinus occasione dicti damni liti-

ouiesse y sieruos, tenudo seria de los apreciar, e de pagar por cada vno dellos, tambien como por las otras cosas, que en el nauio le fincassen. Pero si ouiesse y omes libres, que non traxessen en el nauio al, si non sus cuerpos, quantos quier que sean, non deuen pagar ninguna cosa, en perdida del echamiento, por razon de sus personas: porque el ome libre non puede (6), nin deue ser apreciado, como las otras cosas.

LEY IIII.

Como los Mercaderos deuen compartir entre si el daño del mastel, quando lo cortan por estorcer de la tormenta.

Leyes del titul. 10. lib. 7. Recop.

LEuantandose viento fuerte, que fiziesse tormenta en la mar, de manera que los guardadores de las naues temiessen de peligrar; e con entencion de estorcer, cortassen el mastel della, o derribassen a sabiendas el entena, con la vela, e cayesse en la mar, e se perdiesse; tal perdida como esta, tenudos serian los mercadores, e los otros que fuessen en la naue, de la compartir entre si, e de la pechar todos de so vno al señor de la naue; bien assi como diximos en la ley ante desta, que deuen pechar, lo que echan en la mar con entencion de aliuiar la naue. Mas si acaesciesse, que el mastel, o el entena, o la vela non mandassen cortar, nin le derribasse a sabiendas el maestro de la naue; mas lo quebrantasse el viento de la mar, o rayo que cayesse del Cielo (1), o se perdiesse por alguna otra cosa semejante destas, que auiniesse por ocasion; estonce los mercaderos, nin los otros que fuessen en la naue, non serian tenudos de pechar en ello ninguna cosa, maguer sus cosas fincassen en saluo, que se non perdiessen. Ca pues que ellos dan loguero de la naue, la perdida que desta manera auiniesse, al señor della pertenesce, e non a los otros.

LEY V.

Por quales razones non son tenudos los Mercadores, de compartir entre si el daño de la naue, quando se quebrantasse en peña, o en tierra; e por quales non se podrian escusar.

Ley 9. tit. 10. lib. 7. Recop.

COrriendo algund nauio por la mar con tormenta, de manera que por ocasion firiesse en peña, o en tierra; si se quebrantasse, o se enarenasse, maguer los mercadores sacassen sus cosas en saluo, non serian tenudos (1) de pechar la naue. Mas si acaesciesse (2) que ante que peligrasse la naue, assi como sobredicho es, los mercadores, con miedo que ouiessen de se perder ellos, e a sus cosas, mandassen al señor de la naue, que la dexassen correr contra la tierra, a ventura de lo que Dios quisiesse fazer; diziendo (3) que si acaesciesse que la naue se quebrantasse, que ellos querian auer su parte en el peligro; e que le ayudarian a cobrarla, si estorciessen, e les fincasse, de lo que tirassen della, con que lo pudiessen fazer; estonce el señor de la naue la dexasse y correr por ruego, o por mandado dellos, e se quebrantasse, deuenla apreciar, quanto podria valer, e contar lo que tiro della cada vno dellos, de aquello que era suyo; e el señor della, e todos los otros deuen compartir entre si la perdida, pechando cada vno dellos, mas, o menos, segund la quantia que della saco, o cobro cada vno: e los que non sacassen nada, non deuen pechar ninguna cosa; e si todo se perdies-

tigaret cum communi, & expedit, collectam imponi occasione expensarum fiendarum in causa? nunquid & ipse illi contribuere tenebitur? Alberic. ibi post Jacob. de Aret. tenet, quòd non, per text. *in L. Imperatores, ff. de tutel. & ration. distrah.* & *L. nimis grave* 7. *C. de testib.* quod nota ad quæstionem de illo, qui contendit cum communi super generositate, vel nobilitate sua: adde Bald. *in L.* 2. *in princip. in lect. antiqua, ff. eodem.*

(6) *Non puede. L.* 12. *infrà eod.* & adde *L. ex hac* 3. *ff. si quadrup. pauper. fecis. dicat.* & *L. fin. ff. de his, qui dejec. vel effud.*

LEX IIII.

Si ob metum tempestatis scienter arbor, aut antenna scinditur, & velum projicitur, solvitur ab omnibus supradicto modo; sed si casu scinditur, non fit contributio. Hoc dicit.

SO tal pleyto faziendo la compañia, que todos los bienes que auian los compañeros estonce, e que ganassen dende adelante, se ayuntassen en vno, e fuessen comunales entre ellos; dezimos, que desde el dia en que tal pleyto fuesse firmado, deuen ser comunales (1) entre ellos, las ganancias, e los bienes, que han, o que les vinieren, en qualquier manera que sean; e aunque fuesse castrense (2), vel quasi castrense peculium. Otrosi dezimos, que cada vno destos compañeros puede vsar destos bienes, e fazer demanda sobre ellos, bien assi como de lo suyo mismo. Pero si alguno de los compañeros ouiesse Señorio, o jurisdicion (3) sobre Castillo, o tierra, o ouiesse a recebir alguna cosa de sus debdores, los otros non lo podrian demandar, nin vsar de la jurisdicion del Señorio; si señaladamente non les fuesse otorgado del otro compañero (4), poder de lo fazer.

LEY

LEX VI.

Si contrahitur societas omnium bonorum præsentium & futurorum, bona omnia, & lucra quæcunque sint, & etiam castrense peculium, vel quasi, communicantur. Item quilibet sociorum utetur his bonis, & aget pro eis in judicio, sicut pro suis; non tamen potest hujusmodi prætextu alterius socii debitum petere, nec ejus jurisdictionem exercere, quam habet in aliquo castro, vel terra, sine speciali mandato socii. Hoc dicit. Habuit ortum ista lex à *LL.* 1. 2. *&* 3. *in princ. ff. eod. tit. pro socio.*

(1) *Comunales.* Adde *L.* 46. *tit* 28. *Part.* 3. & quæ ibi dixi, & nota, quòd in ista societate generali non attenditur, an unus plùs lucretur, quàm alius, vel plùs quàm alius expendat; sed omnia sunt æqualiter partienda, *L si socius pro filia* 81. *ff. eod.* & tenet Bald. *in L. si patruus, col. fin. C. commun. utriusque judic.* & sicut lucra sunt communia inter socios omnium bonorum; pariter & omnes impensæ, & onera debent esse communia, *L. cum duobus* 52. §. *per contrarium* 18. & §. *quidam sagariam* 4. *ff. pro socio, L. si societatem universarum* 73. *eod. tit.* undè filia unius ex sociis debet dotari de communi, quando sunt socii omnium bonorum, & tenet Bald. *in dict. L. si patruus, col.* 4. versic. *& prædicta vera, C. commun. utriusque judic.* limitans dictum Specul. per eum ibi relatum, *tit. de judiciis,* §. *sequitur*, & tenet idem Bald. *in addit. quas fecit ad Bart. in tract. de duobus fratrib.* versic. *& nota quod de materia, &c.* & Alex. *consil.* 70. *vol.* 5. Decius *consil.* 68. *pro resolutione, col.* 2. 3. *&* 4. & *consil.* 66. *in secundo dubio*, ubi respondit ad *L. si socius pro filia, ff. pro socio*, quæ videbatur adversari; idem tenet Socin. *consilio* 291. *visis litteris*, ubi latissimè, & allegat plures hoc tenentes, & respondet ad text. cum gloss. *in dict. L. si socius pro filia*, licèt idem Socin. *consil.* 46. *cum in præsenti consultatione, col. penult. volum.* 1. contrarium consuluit, dicens, ita esse magis communem conclusionem; & idem, quod *in dict. consil.* 291. consuluit Socin. ubi etiam respondit ad *dict. L. si socius pro filia, consil.* 4. *quantum ad primum volum.* 4. versic. *quoad secundum*, ubi latissimè hoc disputat. Et hoc videtur tenendum, sive expressis verbis omnium bonorum sit contracta societas, sive per actus tacitos, juxta ea, quæ notat Bart. *in L. Titium, & Mævium*, §. *altero, ff. de admin. tut.* & Bal. *in L. si patruus, C. commun. utriusque judic.* licèt in hoc, scilicet quando per actus tacitos, contrarium voluit Bald. *in authent. ex testamento, col. penul.* versic. 17. *capitulum, C. de collat.* quia societas tacitè contracta intelligitur tantùm super actibus quæstuariis, *L. coiri* 7. *cum L. sequenti, ff. pro socio*, & tenet Alex. *consil.* 153. *volum.* 2. & ut dicit Decius *dict. consil.* 68. *col. pen.* in ista tacita societate, quæ ex actibus promiscuis colligitur, iste articulus de dote filiæ est adeò dubius, quod Petrus de Ubaldis de Perusio *in tract. societatis*, 6. *parte, quæst.* 8. dixerit, quòd de mendacio non argueretur, qui uni, vel alteri parti adhæreret; sed Decius idem concludit esse in tacita etiam societate omnium bonorum, & idem mihi videtur, cùm societas consensu contrahatur, & eadem ratio concludit in utroque casu, & benè facit *L.* 53. *in Ordin. Tauri*, quæ vult dotem filiæ per patrem promissam, solvi debere de bonis communibus, constante matrimonio lucratis, velut eveniens ex societate contracta inter virum, & uxorem; cujus legis dispositionem crederem procedere, etsi matrimonio soluto pater dotet filiam, cùm uxor ad hoc tenebatur ex natura societatis, per prædicta, & quia per ejus mortem non fuit extincta ejus in hoc obligatio, juxta notata per Bart. *in L. si maritus, ff. solut. matrim.* Huic autem ultimo dicto multùm obstat dispositio *dict. L. si socius pro filia, in fin.* & etiam *dict. L.* 53. *Tauri*, cùm dicit, *durante el matriminio*, quasi vellet, quòd eo soluto secùs esset, si pater solus dotaret filiam, & ita intelligit, & tenet Didacus de Castello glossator illius L. in duobus locis: & quòd quando dos datur filiæ dissoluta societate, non possit dari de communi patrimonio sociorum, tenet Anton. *consil.* 7. incipit *prout supra, in primo dubio*, ita intelligens *dict. L. si socius pro filia*: cùm enim pater teneatur dotare filiam de proprio patrimonio, *L. capite* 19. *ff. de ritu nupt. L. fin. C. de dotis promiss. L.* 8. *tit.* 11. *Part.* 4. licèt filia aliundè habeat bona, patet, quòd si dotet jam soluto matrimonio, de proprio debeat dos solvi, & non de bonis filiæ.

Sed adhuc, his non obstantibus, resideo in primo dicto; imò, quòd idem sit, si pater dotet soluto matrimonio. Moveor, quia per leges antiquas juris communis, quicquid acquirebatur constante matrimonio, omne id erat mariti, & dos dumtaxat erat uxoris, ut in *L. Quintus* 51. *ff. de donation. inter virum, & uxorem*, & *C. eod. tit. L. etiamsi* 6. & notat Abb. *in capit.* 2. *de donation. inter virum, & uxorem*; & cùm ex legibus & consuetudine hujus Regni dicta lucra communicentur uxori, debent cum suis oneribus communicari, *L. secundum naturam* 10. *ff. de reg. juris*, & inter ista onera est istud dotandi communes filias ex communibus lucris: damna nanque, & onera, quæ uni ex sociis veniunt occasione societatis absque sui culpa, de communi debent resarciri, ut infrà *eod. L. proxim.* & licèt in societate inter extraneos procedat, quod dicit Anton. *in dicto consilio*, & quod habetur *in dict. L. si socius pro filia* 81. *ff. eod.* in societate conjugali, attenta lege, & consuetudine Regni, aliud videtur dicendum: est enim diversa ratio, cùm in prima socius ratione societatis non possit dici ob hoc gravatus; in ista verò sic, propter filios constante matrimonio susceptos, & lucra hinc indè communicata, quæ debent esse obnoxia oneribus à matrimonio causatis, & propter matrimonium contingentibus, *L. cum duobus* 52. §. *quidam sagariam* 4. *ff. eodem, L. omne æs alienum* 27. *eod. tit.* & *L. nec quicquam* 56.

(2) *Castrense.* Adde *L. cum duobus* 52. §. *idem Papinianus* 8. *ff. eod.* & *L.* 1. §. 1. *cum L.* 3. *versic. cum specialiter, ff. eodem.*

(3) *Señorio, o jurisdicion.* Bonum, & notabile exemplum; & hoc ideo, quia jurisdictio est jus incorporale, & non transit sine cessione: est enim species servitutis, ut tradit Specul. *titul. de caus. posses. & propriet.* §. *sequitur.*

(4) *Compañero.* Qui tenetur hoc facere, ut in *L.* 3. *in princ. ff. eodem.*

LEY VII.

En que manera deuen ser partidas las ganancias, e los menoscabos, que fizieren los compañeros, quando es fecha la compañia sobre cosa señalada.

Simplemente faziendo algunos omes compañia, diziendo assi: Seamos compañeros; non nombrando, nin señalando, que la fiziessen sobre todas sus cosas, segund diximos en la ley ante desta; estonce se entiende, que deuen partir entre si egualmente todas las cosas que ganaren (1), de aquel menester, o de aquella mercaduria que vsaren. Otrosi dezimos, que si fizieren compañia sobre vna cosa (2) señaladamente, assi como sobre vender vino, o paños, o otra cosa semejante; que deben partir entre si las ganancias que fizieren en el tiempo de la compañia, en la manera que conuinieron quando fizieron el pleyto de la compañia. Mas las otras ganancias que fizieren por otra razon, non las deuen partir entre si, ante deuen ser proprias del que las ganare. Otrosi dezimos, que entre si deuen ser comunales los daños, e los menoscabos que les acaescieren, a cada vno por su parte, segund les alcançare de las ganancias (3). Fueras ende, si los daños, e los menoscabos acaesciessen por culpa, o por engaño (4) de alguno de los compañeros: ca estonce, tan solamente a aquel pertenece, e non a los otros. Pero si este, por cuya culpa auino el daño, o el menoscabo, pudiere prouar, que puso y aquella guarda (5), que fiziera si suyas fuessen aquellas cosas; estonce por tal culpa non seria tenudo de pechar el menoscabo; ante dezimos, que deue alcançar a cada vno dellos su parte.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

LEY

L E X VII.

Si simpliciter contrahatur societas sine rerum expressione, lucra dividuntur æqualiter; si verò fiat societas unius negotiationis, debent dividere, sicut simul convenerunt: alia autem lucra, quæ extra negotiationem quilibet fecerit, non dividuntur. Item sicut communia sunt lucra, sic debent esse & damna; nisi damna consocii culpa deveniant; nisi probet, quòd posuit diligentiam, quam potuit. Hoc dicit.

(1) *Que ganaren.* Restringitur societas simpliciter contracta ad actus quæstuarios, ut hìc, & in *L. coiri* 7. *ff. eod.* si tamen non ita simpliciter, ut hìc dicitur, esset contracta societas, sed diceretur, *simus socii in lucris*; tunc quia istud verbum *lucrum* est generale in omnibus lucris, etiam non descendentibus, seu provenientibus ex quæstu, intelligeretur, ut in *L. sed si adjiciatur* 13. & ibi Gloss. *ff. eodem*: & idem videtur dicendum in tacita societate contracta ex promiscuis actibus in omni communicatione lucrorum; nam tunc non restringeretur ad actus quæstuarios tantùm, imò ad omnia lucra, licèt essent castrensia, vel quasi, ut in *L. cum duobus* 52. §. 8. *ff. pro socio*, & per Bald. *in L. si patruus*, *ad finem*, *C. commun. utriusque judic.* ubi & Salic. *col. fin.* & Socin. *consil.* 192. *vol.* 2. *col.* 4. ipsa tamen capitalia, vel res ex quibus provenerunt dicta lucra, & fructus, non censentur communicata, secundùm Salic. ibi, & etiam Alex. *consil.* 48. *vol.* 2. intellige tamen, & limita, ut ibi per eos.

(2) *Vna cosa.* Adde *L. cum duobus* 52. §. 5. *&* 6. *ff. eod.* & idem dic in societate tacita, quæ ex consensu contrahitur; nam si communicaverunt lucra unius negotiationis, illius tantùm videtur contracta societas; quia actus nostri voluntarii non extenduntur ultra quàm proferuntur, *L. fin. C. ne uxor pro marito*, *L.* 1. §. *hoc interdicto*, *ff. de itin. actuque privat.* Bart. *in L. Titium, & Mævium*, §. *altero*, *ff. de administrat. tut. colum. final.* & ideò subdit Bart. ibi, quòd si unus emeret fundum suo nomine, non teneretur fundum communicare; sed teneretur communicare pecuniam, si ex negotiatione, in qua tacitè est contracta societas, fuisset, *L. si unus* 61. §. 1. *ff. pro socio*: quod sine dubio procedit in tacita societate unius negotiationis; si verò esset ex actibus promiscuis conferendo omnia in communi, tunc si unus etiam ab alio proprio nomine emisset fundum, teneretur illum fundum communicare, secundùm Baldum *in L.* 1. *C. si quis alteri, vel sibi*, & *in L. si ut proponis in fine*, *C. de rei vendicat.* & *in L. cum duobus* 52. §. *si fratres* 6. aliàs incipit *si fratres*, *ff. pro socio*, & *in L. cum oportet* 6. *in princip. C. de bonis quæ liber.* probatur *in L. si patruus* 4. ubi notat Bald. *C. commun. utriusque judic.* idem Bald. *in L. fin.* §. *quatuor*, per illum textum, *ff. de legat.* 2. & consuluit Alexand. *consil.* 49. *volum.* 1. *in secundo dubio*, quod est repetitum *consil.* 37. *volum.* 4. quod limita, nisi appareat, unum ex dictis sociis emisse suo proprio nomine, sciente alio, vel aliis sociis, & patientibus; quia tunc non teneretur communicare: videntur enim per talem actum tacitè recedere à societate, L. *itaque* 64. *ff. pro socio*, *junct. L. prima*, §. *magistrum autem*, *ff. de exercitor.* & tenet Bald. *in L. si socius*, *ff. si cert. pet.* & Alexand. *consil.* 137. *discussis, & consideratis*, *vol.* 5.

(3) *De las ganancias.* Adde suprà *eod. L.* 3. *in fin.*

(4) *O por engaño.* Adde *L. cum duobus* 52. §. *venit autem.* 1. & §. *damna* 3. *ff. eodem*: & non compensatur damnum illatum à socio ex suo dolo, vel culpa, cum eo, quod lucratum est ex sua diligentia, ut *ff. eod. L. non ob eam* 25. damna verò contingentia casu fortuito communicantur inter socios, *L. cum duobus* 52. §. 2. *vers. si in coeunda*, & *in* §. *fin. ff. pro socio.* Sed an credatur libro socii mercatoris super talibus damnis contingentibus in rebus societatis? Videtur, quòd non, imò quòd mercator debeat legitimè probare talia damna, argum. *L. secundæ*, & ibi notat Bartolus, & Joannes de Platea, *C. de naufrag. lib.* 11. ubi Bart. notat ex illa lege argumentum, secundùm eum mirabile, pro his, qui dant suam pecuniam mercatoribus ad partem lucri, & damni, quòd si mercatores dicant, se sustinuisse damnum furti, rapinæ, incendii, vel similium, quòd mercator debet fidem facere infra annum; aliàs non audiatur: & etiam Angelus ibi dicit, quòd cùm mercator debeat reddere rationem omni anno, argum. *L. neminem* 4. ubi Angel. & Joannes de Platea notant, *C. de susceptor. & archar. lib.* 10. ergò infra annum debet fidem facere de casu: quod tamen ibi Angel. firmare non audet; nam cùm regulariter exceptiones sint perpetuæ, ut *in L. pure* 5. *ff. de doli exceptione*, & ista exceptio allegetur ad defensionem mercatoris, poterit probari usque ad sententiam; & ideò dicit servari de consuetudine, quòd apponitur pactum, per quod astringitur mercator casum probare infra certum tempus; quod nota in practica: benè tamen crederem in his, quæ sunt verisimilia, & connexa, & subordinata, credi deberi libro mercatoris, ut notat Baldus *in rubrica C. de fide instrument. colum.* 10. versic. *sequitur de scripturis sociorum*, quem vide.

(5) *Aquella guarda.* Adde *L. socius socio* 72. *ff. eod.* & §. *fin. institut. de societat.* & dixi in *L.* 2. *tit.* 2. *suprà ead. Partit.*

L E Y VIII.

Como las ganancias que vienen de mala parte, non es tenudo aquel que las fizo, de dar parte a sus compañeros.

DE furto, o de robo, o de engaño, o de otra manera mala semejante destas, faziendo ganancias algunas los compañeros, non deuen los otros rescebir parte (1). E si acaesciere, que el que assi las ganare, las aduxere a particion con los otros compañeros, si parte rescibieren dellas, e aquel que las gano, fuere despues vencido en juyzio, de guisa que las aya de tornar a aquellos cuyas fueren; cada vno dellos tenudo es, de tornar (2) aquel su compañero, aquella parte que le cupo de aquellas ganancias, maguer non sopieron, quando las rescibieron, que fueron de mala parte. Mas dezimos, que si los compañeros saben, quando rescibieron parte de la ganancia, que fuera mal ganada; que maguer que aquel que assi la gano, non diesse tanta parte (3) a cada vno dellos, quanta le cabia, que por aquella parte que rescibio el otro, quanta quier que sea, que es tenudo cada vno dellos, de ayudarle a pechar, de los bienes de la compañia, todo quanto ouiere a pechar (4) por esta razon; bien assi, como si ouiessen auido sus partes enteramente: e non pechara el que la fizo, mayor parte que ninguno de los otros. E esto es, porque rescibiendo esta parte, consintieron (5), e otorgaron el mal que otro ouiesse fecho.

L E Y IX.

Quales pleytos son valederos, o non, que los compañeros ponen entre si, por razon de los bienes que atiendan heredar.

FIrmando, o faziendo alguno compañia so tal pleyto, que los bienes que entendieren heredar de algund ome, que nombrassen señaladamente, que fuessen communales entre ellos, onde quier que los heredassen, por ser establecidos por herederos, o de otra guisa; dezimos, que tal pleyto non vale, pues que señalan la persona de aquel cuyos son los bienes. Fueras ende, si fuesse fecho con su plazer (1), e que durasse en esta voluntad fasta su fin: porque podria acaescer, que algunos dellos se trabajarian de muerte deste atal, por cobdicia de partir los bienes suyos entre si. E porende, pleyto de que podria nascer tan grand mal como este, defendemos que non vala. Mas si quando firmassen el pleyto de la compañia, lo fizies-

L E X VIII.

Quod ex furto, vel alio maleficio acquiritur, non communicatur; & si socii ignorantes talem partem lucri accipiant, condemnato acquisitore ad restitutionem, tenentur ejus consocii partes sic receptas restituere; si autem scienter receperunt, tota pœna de communi deducitur, etiamsi unus plùs altero, alter minùs de illicito lucro recepit: nec hujusmodi prætextu, qui plùs accepit, tenetur aliis. Hoc dicit.

(1) *Parte* Adde *L. quod autem* 53. *cum sequentibus usque ad L. neque prætermittendum*, *ff. eodem.* Quid tamen si socius non ex maleficio per eum commisso, sed ratione alicujus condemnationis ex maleficio per alium perpetrato, aliquid consecutus fuisset? an hoc debeat communicare inter socios? Et certè, si socii sunt omnium bonorum, communicare teneretur, ut in *L. si societatem universarum* 73. *ff. eod.* & notat Bald. *de capitan. qui curiam vendidit, in princ. col. fin.* versic. *formatur etiam alia quæstio.* Si verò essent socii in aliqua jurisdictione, & ex tali causa aliquid quæreretur, distinguendum esset, prout distinguit ibi Bald. post Oldral. ubi concludit, quòd si Comes concessit militi in feudum castellaniam cum quarta omnium obventionum, & quidam debuerunt amittere bona, quia offenderunt Comitem, quòd castellanus non debet habere quartam de illis bonis: quia illud quod alicui in vindictam propriæ injuriæ debetur, alteri non confertur, *L.* 2. §. *emancipatis*, *ff. de collat. bonor. L. at ubi* 24. *ff. de petit. hæred. L. bovem* 43. §. *si quis servum* 5. *ff. de ædilit. edicto*, ut habeat dominus saltim suæ injuriæ ultionem, *cap.* 1. §. *pen. quæ fuit prima caus. benefic. amitt.* Sed si pœnæ descenderent ex delictis, non in ipsum Comitem comissis, sed in alio, tales pœnæ venirent communicandæ, *L. creditor* 52. *in princ. ff. de action. empt.* & latiùs ibi deducit Bald. quem poteris videre.

(2) *Tenudo es, de tornar.* Adde *L. quod enim* 54. *ff. eod.* Sed cùm iste socius, qui furtum, vel violentiam commisit, damnatus sit ex suo dolo, vel delicto, cur datur ei regressus contra socios, cum quibus res furtiva, vel vi acquisita communicata est? Nam videtur obstare *L. si plures tutelam* 38. *ff. de admin. tutor.* & quod ibi in gloss. & quod notat Alberic. & Salicet. post Jacob. de Raven. *in L.* 1. *C. de condict. furt.* & quod habetur *in L. mancipia* 5. *C. de servis fugit.* & ex improbitate sua consequitur actionem contra *L. itaque* 12. §. 1. *ff. de furtis.* Potest dici, quòd hoc sit speciale ratione societatis, ne unus ex sociis lucretur cum damno alterius, quia esset contra naturam societatis; & sic est notabilis limitatio ad prædicta: & confert hoc ad quæstionem de marito communicante lucra furto, vel aliàs habita, cum uxore, quòd soluta etiam societate conjugali, si maritus condemnetur ad restitutionem, resarciatur hoc sibi de communi, ut in *dict. L. quod enim* 54. & *L. nec quicquam* 56. & tradit Doctor de Palac. Rub. *in sua repet. cap. per vestras*, *in rubr. col. mihi* 318. *in formis minoribus.*

(3) *Tanta parte.* Nota hoc, quia non ita benè explicatur *in L. si igitur* 55. *ff. eod.* à qua ista lex habuit ortum.

(4) *Pechar.* Concordat *L. si igitur* 55. *ff. eod.* & intellige de eo, quod solvit nomine pœnæ, ut *in dict. L. si igitur*, & satis videtur de intentione hujus legis, dum dicit: *A pechar.*

(5) *Consintieron.* Aliàs enim non teneretur ad pœnam ex maleficio socii, *L. cum duobus* 52. §. *fin. ff. eod.* ubi vide, quid si per injuriam judicis condemnatio facta esset.

L E X IX.

Ne detur occasio captandæ mortis alterius, non potest super futura successione certæ personæ societas coiri, nisi de consensu personæ, de cujus hæreditate agitur, si usque ad mortem perseveraverit: possunt tamen socii simpliciter super futuris successionibus contrahere. Hoc dicit.

(1) *Con su plazer.* Adde *L.* 13. *tit.* 5. *suprà eadem Partita*, & quæ ibi dixi, & adde *L.* 33. *tit.* 11. *infrà ead. Part.*

ziessen desta guisa; diziendo que todas las ganancias que les viniessen de qualquier parte, por heredamiento que atendiessen heredar, non nombrando de quien, o de otra manera, que fuessen communales a todos; estonce valdria el pleyto, e auria cada vno su parte de tal ganancia.

LEY X.

Por que razones se desata la compañia, despues que es fecha.

DEsatase la compañia en muchas maneras, e primeramente por la muerte natural de alguno de los compañeros: ca maguer sean muchos, desfazese la compañia por la muerte (1) del vno. Fueras ende, si quando la firmaron, pusieron pleyto entre si, que maguer muriesse alguno dellos, que los otros fincassen en la compañia. Otrosi dezimos, que si alguno de los compañeros fuere desterrado (2) por siempre en alguna ysla, que se desfaze la compañia por tal razon como esta: porque tal desterramiento como este es llamado en latin muerte ciuil (3). E non le dizen assi sin razon, pues nunca el ha de salir de aquel lugar, e pierde porende todos sus bienes. E aun dezimos, que se desfaze la compañia, si alguno de los compañeros es encargado de muchos debdos, que ha a desamparar (4) porende todos sus bienes, a aquellos a quien son obligados, por razon de las debdas. Otrosi dezimos, que se acaba la compañia, muriendose (5), o perdiendose de otra guisa, la cosa por que

LEX X.

Solvitur societas morte naturali consocii, vel civili, ut per exilium perpetuum in insulam, quia ex hoc perduntur bona; & supervinentes non manent consocii, nisi aliud specialiter convenerint. Item cessione bonorum per consocium facta, quia bona creditoribus applicantur. Item per interitum, vel perditionem rei super qua sit societas contracta, vel si efficiatur sacra. Hoc dicit.

(1) *Por la muerte.* Adde *L. actione* 65. §. *morte* 9. *ff. eod.* & §. *solvitur* 5. *instit. eod. tit.* & non transit societas in hæredem, *L. verum* 63. §. *in hæredem* 8. *ff. eod.* & *L. furti* 6. §. 6. *ff de his, qui not infam.* neque valet pactum, ut societas transeat in hæredem, *L.* 1. & ibi dixi, *suprà eod.* undè & si inter socios conventum sit, ut capitale societatis repeti non possit infra tiennium, intelligitur, nisi interim morte alicujus eorum societas sit finita, ut consuluit Anchar. *consil.* 394. *dubium est in hoc,* & Alex. *consil.* 34. *vol.* 2. incipit, *viso instrumento*, licèt in contrarium faciat notabile dictum Specul. *tit. de locato*, §. *nunc aliqua*, versic. 145. pro dicto tamen Ancharr. & Alex. facit, quod eleganter tradit Joan. Andr. *in rubrica de secund. nupt. in addition. ad Specul.* & vide Socin. *consil.* 5. & *consil.* 30. *vol.* 3. & *consil.* 47. *col. pen. ejusdem vol.*

Limita tamen, & intellige ista, nisi contracta sit societas sibi, & hæredibus, juramento hinc indè apposito; nam tunc, attento jure Canonico, juramentum faciet tenere societatem in personas hæredum, neque vivi poterunt contravenire, secundùm Joan. Fab. *in* §. *solvitur, instit. de societat.* qui tamen hoc dicit sub verbo fortè: allegat *capitulum cum contingat*, *de jurejur.* & non memini alibi me vidisse hoc. Et crederem hoc dictum Joan. Fab. esse verum, quando simpliciter, non exprimendo personam hæredis, contracta esset societas cum tali juramento, prout loquitur Joan. Fab. Si tamen persona hæredis nominaretur, tunc, quia esset restringere libertatem testandi, ut *in L. cum duobus* 52. §. *idem respondit* 9. alias incipit *si fratres*, §. *idem respondit*, *ff. eod.* tunc non firmaretur juramento, quia contra bonos mores, ut *in regula non est obligatorium* 58. *de regul. jur. lib.* 6. & notat Bart. & Doctor *in L. stipulatio hoc modo concepta*, *ff. de verb. oblig.* quando verò persona hæredis non exprimatur, cessat ista ratio, de qua in *dict.* §. *idem respondit*; & licèt sint aliæ etiam rationes prohibendi, ne contrahatur societas cum incerta persona, & quia videtur in societate electa industria personæ, tunc nil mirum, cùm hæc non dicantur contra bonos mores, si contra fiat, ut tunc obligentur virtute juramenti.

Secundò limita, nisi testator in testamento præciperet hæredi, ut ad certum tempus perseveret in societate, secundùm Baldum *in L.* 4. *in princ. ff. de condit. institut. in secundo notabili*, qui per illum textum dicit valere præceptum testatoris factum hæredibus, ut ad certum tempus permaneant in societate, & quòd tali mandato testatoris est obediendum, & idem tenuit consulendo Decius *consil.* 441. *præsens consultatio*, *col.* 1. Si tamen tale præceptum esset factum in favorem hæredum, ab eis remitti posset, si essent majores, ut adducit Oldral. *consil.* 241. *factum tale est*; minores tamen non possent contravenire, secundùm Bart. *in L. filiusfamilias*, §. *Divi*, *col.* 1. *ff. de legat.* 1.

Tertiò limita, nisi post mortem defuncti hæres cum sociis continuaret societatem, quia videretur tunc renovata cum eo, secundùm Baldum *in L. mandatum*, *tertio oppo. C. mandati*, ubi dicit, quòd si filius, mortuo patre, cum socio eisdem institoribus utatur, sicut priùs, intelligatur renovata societas, etiam si filius esset pupillus tutorem habens, qui ista faciat, seu cujus patientia in hoc interveniat, per id, quod habetur *in L. si quis mancipiis* 17. §. *si impubes* 2. *ff. de institor.* & idem voluit Bald. *in L. si patruus*, *colum.* 3. versic. *aut continuat negotium solitum*, *C. commun. utriusque judic.* & *in addition. ad Bart. in tract. de duobus fratribus*, Decius *consil.* 255. & *dict. consil.* 441. Doctor noster de Palac. Rub. *in repet. cap. per vestras, in rubric. de donat. inter vir. & uxor. colum.* 308. ubi infert ex his dictis Baldi ad quæstionem, si matrimonio soluto morte unius conjugum, alter remaneat in communibus bonis, quòd lucra quæsita dividi debeant inter eum, & hæredes defuncti: vide ibi per eum. Et adverte, quòd finita societate, hæres tenetur lucra, quæ habuit ex rebus, quæ manserunt in societate, communicare sociis, *L. actione* 64. §. *si in rem certam* 2. & *L. & acti* 36. *ff. eod.* licèt ad interesse talis lucri non teneatur, quamvis uteretur cum eo in suis negotiationibus, ut habetur *ff. eod. L. socium, qui in eo* 60. *in princip.* & ibi Gloss. & tradit Alexand. *consil.* 132. *vol.* 5. *perlectis, & ponderatis*, *col.* 4. vide per Alber. *in dict. L. socium*, *qui in eo.* Quartò limita istam legem per text. *in dict. L. actione* 65. §. *item si alicujus* 10. *versic. quod si integris omnibus*, *ff. eod.* & ibi vide Bald. ponentem pulchrum casum, qui legit illum §. ad fin. §. *renuntiare ejusdem leg.*

(2) *Desterrado.* Sive enim major, sive media capitis diminutio interveniat, solvitur societas, ut *in L. verum* 63. §. *fin. ff. eod.* & *L. actione* 65. §. *publicatione* 12. *eod. tit.* & *in dict.* §. *solvitur* 5. *instit. eodem.*

(3) *Muerte ciuil.* Habetur nanque deportatus pro mortuo quoad plura, ut dicit Gloss. *in dict.* §. *publicatione*, vide quæ dixi *in L.* 2. *tit.* 18. *Partita* 4.

(4) *Desamparar.* Adde §. *item si quis ex sociis* 8. *instit. de societat.* & *L.* 4. §. 1. *ff. eod.*

(5) *Muriendose.* Adde *L. si id, quod* 58. *in princ.* & §. *item Celsus* 1. *ff. eod.* & Azon. *C. eod. in summa*, versic. *solvitur*, & *in princ.* 4. *col.* Sed quid, si unus ponit in societate pecuniam, alius operam & industriam, & perditur capitale, & perindè societas dissolvitur, ut hìc dicit? an ponens operam, teneatur ad dimidiam capitalis, & sic, an tale damnum debeat communicari inter socios? Quæstio est valdè dubia, & in ea est opinionum varietas; nam Gloss. *in L. si non fuerint*, §. 1. super verbo *solus*, & *in L.* 1. *C. pro socio*, tenet, tale periculum non esse communicandum; imò quòd totum capitale perit immittenti: & idem tenuit Odofred. relatus ab Alberic. *in dict. L.* 1. & etiam Rofredus, quando pecunia non esset communicata tem-

que fue fecha. Esso mismo dezimos, si la cosa sobre que fizieron la compañia, mudasse despues su estado. Esto seria, como si fuesse la cosa atal, de que podrian

tempore societatis; & ut ibi refert Albericus, opinionem etiam Gloss. tenent Bart. Ang. Paul. de Castr. *in dict. L.* 1. & opinionem Gloss. dicit communiter approbari, Doctor de Palac. rub. *in repet. cap. per vestras super text. col. mihi* 500. *in formis minoribus*; & ratio Gloss. & tenentium cum ea est, quòd quatenùs quis lucrum sentit, eatenùs de damno participare debet, *L. secundum naturam* 10. *ff. de reg. jur. L. manifestissimi* 22. §. *sed cum in secundam* 3. *C. de furtis*; sed operam ponens nihil de capitali lucratur, ut communiter Doctor. tenent *in dict. L.* 1. dicentes, hoc esse de jure contra Gloss. ibi, etiam cessante consuetudine; igitur nullum damnum sentire debet. Jacob. de Rave. Richar. Oldra. & etiam Salic. *in dict. L.* 1. indistinctè tenent, periculum amissæ pecuniæ fore commune, per *L. cum duobus* 52. §. *quidam sagariam* 4. & *dict. L. si id quod* 58. §. *item Celsus*, *ff. eod.* & si dicatur, quòd illæ leges loquuntur, quando uterque ponit pecuniam in societate, dici potest, quòd non est dare rationem diversitatis, sive ambo ponant pecuniam, sive unus pecuniam, alter operam, cùm opera correspondeat pecuniæ, ut in §. *de illa* 2. *instit. de societate*, & *in dict. L. si non fuerint* 29. §. 1. & secundùm hanc opinionem consuluit Alexand. *consil.* 131. *vol.* 5. incipit, *si quis verax*. Petrus verò, quem sequitur Cin. *in dict. L.* 1. distinguit, an pecunia statim perempta est, ante quàm alius præbeat operam, & tunc damnum debeat communicari, ne contractus claudicet, *L. si id quod* 7. *ff. de rescind. vend.* aut periit post operas exhibitas, & tunc damnum sit solius immitentis, & isto casu procedat opinio Gloss. & istam opinienem dicit esse æquam Alberic. *in dict. L.* 1. post Cin. & sic videtur in ea residere; sed istam distinctionem Petri reprobat Salic. *in dict. L.* 1. & Alex. etiam dicit, hanc æquitatem non fulciri lege scripta, *in prædicto consilio*.

Ego verò in ista quæstione dicerem, quòd si de hoc esset consuetudo regionis inter mercatores, illa esset servanda, & secundùm illam videtur contracta societas, argum. *L. quod si nolit* 31. §. *quia assidua* 20. *ff. de ædilit. edict.* & *in authent. de fidejussor.* §. *fin.* Bald. *in dict. L.* 1. versic. 3. *quæro in fin.* idem si fieret expressim pactum de hoc, scilicèt, quòd pro ea parte, pro qua ponens operas sustinet lucrum, pro eadem sustineat damnum capitalis; cùm ea sit natura societatis, ut lucra, & damna sint communia, ut *in dict. L. si non fuerint*, & *sup. eod. L.* 3. neque obstat, si dicatur, quòd satis est, quod perdit operas; nam dicendum est, quod inter damna societatis non consideratur amissio operarum, sed capitalis, & illarum amissio damno non adscribitur: si enim capitale remanet salvum, & alter operas amisit, nihil sibi regulariter resarcitur, ut patet ex notatis *in dict. L.* 1. & ex notatis per Bald. *in L. si patruus*, *col. fin. C. commun. utriusque judic.* ubi dicit, quòd si perdatur opera posita in societate, nihil perditur, quod non sit commune uni, & alteri; quia talis opera est irrepetibilis, *L. si non sortem* 26. §. *libertus* 12. *ff. de condict. indeb.* & quia opera videtur æquiparari interusurio pecuniæ; undè si unus perdidit operas, alter interusurium pecuniæ, non fit hinc indè contributio: & quòd tale pactum valet, tenet Gloss. *in cap. plerique*, 14. *quæst.* 3. & videtur velle Abb. *in cap. naviganti*, *col.* 2. *de usur.* Doctor de Palac. Rube. *ubi suprà col.* 500. Et istud procedit sine dubio, quando ipsum capitale in fine societatis esset dividendum inter socios; nam aliàs, si totum capitale in fine societatis deberet esse solius immittentis, tunc videtur tale pactum non valere, imò est injustum: quia sicut dicitur tale pactum esse iniquum, quando ponens operas paciscitur, ut sustineat damnum totius capitalis, ut dixit Gloss. *in dict. cap. plerique*, & Bald. *in dict. L.* 1. *quæst.* 9. Abb. & alii *in dict. cap. naviganti*, igitur idem est dicendum, si paciscatur super damno dimidiæ capitalis, *L. quæ de tota* 76. *ff. de rei vendicat.* Præterea cùm ex tali pacto pro parte pecuniæ non sustineat periculum ponens pecuniam, injustum est, ut percipiat pro illa parte lucrum, pro qua non subit periculum, ut est de mente S. Thomæ *in* 2. 2. *quæst.* 78. *art.* 2. ubi dicit, quòd licet pacisci, & sperari de lucro, in contractu societatis, quia ille qui pecuniam immittit, retinet apud se dominium pecuniæ, & subit periculum ipsius pecuniæ; ideò decet, ut lucrum etiam capiat: & hujus sententiæ est etiam Sanctus Bernardinus *in suo sermone* 39. *art.* 3. *cap.* 2. versic. *secundus casus*, & Sylvester *in summa*, in parte *societas* 2. versic. 6. *quæritur*, *circa finem*. Socin. etiam *consil.* 265. *in* 2. *volum.* incipit *præsentis consultationis investigatio*, *in secunda difficultate* plenè examinat istum articulum, & tandèm concludit, quòd simpliciter dicere, quòd valet pactum, ut damnum capitalis sit commune, item simplicitèr dicere, quòd non valeat, esset falsissimum; sed judicandum esset in hoc, utrùm industria, & opera non esset minoris æstimationis, quàm capitale positum ab altero socio, ut tunc tale pactum esset injustum, & non valeret; si verò esset minoris, & pars lucri non esset minoris æstimationis arbitrio boni viri, quàm suscepti periculi, tunc valeret; & fundat hoc ex *dict. L. si non fuerit*, §. 1. & *dict.* §. *de illa*, *instit. de societat.* facit etiam *L.* 4. *suprà eod.* & hoc etiam mihi placet, cùm jura semper considerent æqualitatem inter socios, & pro ea parte quis lucrum sentiat, pro qua & subest periculum, ut voluit Gloss. communiter approbata *in dict. cap. plerique*, 14. *quæst.* 3. Et per prædicta videtur, quòd possit attentari, quòd quando mulier dedit in dotem viro pecuniam, vel alias res æstimatas ea æstimatione, quæ transfert periculum in virum, quòd non possit petere lucra quæsita, constante matrimonio, pro dimidia: quia cùm non subeat periculum capitalis in societate conjugali, non debet percipere lucrum. Sed contrarium videtur verius, ex quo per legem, & consuetudinem Regni hæc lucra communicantur; & in dote æstimata non potest dici, quòd insit mutuum repræsentatum, vel aliàs, sed datur ob onera matrimonii; neque intentio est lucrandi saltem principaliter, & ita servatur in practica; & quia etiam uxori, quæ nihil habuit in dotem, communicantur talia lucra, & sic, licèt nullum capitalis sustineat damnum: & ita servatur in practica, quidquid aliàs esset de jure, ut testatur Roderic. Suarez *in repet. L.* 1. *tit. de las ganancias*, *lib.* 3. *Foro Leg.*

Si verò neque in hoc esset consuetudo aliqua, vel pactum, sed simpliciter fuit contracta societas, & unus posuit pecuniam, alter operam, sed capitale fuit à principio ex pacto communicatum effectualiter, ita quòd finita societate communitèr dividatur; tunc planè procedit, quòd si perdatur capitale, damnum communicetur, quia cùm esset commune periit utrique: si verò totum dominium pecuniæ reservatum est penes immittentem, prout est in dubio, secundùm communem opinionem Doctor. reprobata Gloss. *in dict. L.* 1. tunc capitale perit immittenti, & sic procedit opinio Gloss. communiter approbatæ *in dict. L.* 1. Quod tamen limitat Socinus *in dict. consil. col.* 3. nisi societas fuisset causa peremptionis, ut quia pecunia alias non periisset, si societas non fuisset contracta: allegat *L. si id quod* 58. §. *item Celsus* 1. *ff. eod.* & quia etiam, quando res propria unius ex sociis periit occasione societatis, periit societati; allegat *dict. L. cum duobus* 52. §. *quidam sagariam* 4. *ff. eod.* & L. *secundum Julianum* 61. *eod. tit.* Etsi talis limitatio Socini est vera, esset ferè destruere opinionem communem, quòd capitale periit immittenti, & non conferat, qui ponit operam: nam semper diceretur periisse occasione societatis, quia si in arca habuerat, non periisset: & in effectu est dicere contra ea, quæ suprà conclusa sunt, quòd ut justum sit lucrum, capitale debeat esse periculo immittentis: undè reputo istam limitationem Socini esse falsam, & ad §. *item Celsus*, quem ipse allegat, respondetur, quòd ibi pecunia non erat unius tantùm, sed utriusque, jam in communi collata: & ad §. *quidam sagariam*, & L. *secundum Julianum*, dic, quod non concludit hoc: quia aliud est perdere res proprias unius ex sociis occasione societatis, aliud est perdere capitale destinatum, seu immissum in societate: nam primo casu damnum contingit extra res societatis, secundo verò in ipso capitali societatis, quod debet perire immittenti, ut justificetur lucrum; undè limitatio Socini non probatur per leges, quas allegat: neque *dict.* §. *quidam sagariam* deberet intelligi in omnibus rebus propriis unius ex sociis, quas perdidisset occasione exercitii societatis; sed de illis tantùm, quas habuit necesse secum ferre ratione societatis, & quas ipse aliàs non tulisset, ut clarè cantat ille §. Si verò uterque ponit pecuniam, & operam, tunc quia censetur pecunia communicata, argum. LL. 1. & 2. *ff. eodem*, sine dubio damnum erit commune; & in hoc, ut & dicit Socinus, nullus Doctorum dubitat: quod intelligerem, quando concurrit æqualitas, tam in capitalibus, quàm etiam in operis: nam si esset inæqualitas, recurrendum esset ad ea, quæ suprà dixi, quando unus ponit pecuniam, alius verò operam, & ad considerationes, quas

drian los omes vsar, siruiendose della, e despues la fiziessen sagrada; como si fuesse casa de morada, e la fiziessen Eglesia; o si fuesse plaça, e fiziessen della cimenterio; o por otra razon semejante destas.

LEY XI.

Como se puede ome partir de la compañia, non se pagando de sus compañeros.

BVena es la compañia entre los omes, mientra cada vno de los compañeros han voluntad de fincar en ella. Mas quando alguno de los compañeros non se pagasse della, puedela desamparar (1), si quisiere, diziendo assi a sus compañeros: Fasta agora me pague de auer compañia con vusco (2), mas de aqui adelante non quiero ser vuestro compañero; e non le pueden embargar los otros, que lo non faga. Pero si este atal se partiesse de la compañia, ante que sea acabado el fecho sobre que la fizieron, o ante que sea acabado el tiempo en que auia a durar; estonce tenudo seria de pechar a los otros (3) compañeros todo el daño, e el menoscabo que les viniesse por esta razon. Fueras ende, si quando firmaron la compañia, fizieron pleyto (4) entre si, que el que se non pagasse della, que la pudiesse desamparar, cada que quisiesse, ante del tiempo sobredicho, o despues.

LEY XII.

Como se deue partir la ganancia o la perdida entre los compañeros, quando alguno dellos se parte de la compañia por pro de si, e daño de los compañeros.

PUesta, o firmada seyendo la compañia entre algunos omes, so tal pleyto, que todas las ganancias (1) que fiziessen, de aquel dia en adelante que la firmaron, que fuessen comunales a todos los compañeros, si despues desto alguno dellos, entendiendo que le venia alguna ganancia muy grande de alguna parte; assi como si sopiesse que le auia alguno establecido por su heredero, o que tenia en coraçon de establecerle, o le viniesse la ganancia de otra parte qualquier, e por razon della, engañosamente (2) se partiesse de sus compañeros, por la

quas ponit in hoc Socinus *in dict. consil. in prima, & secunda difficultate*: & ita in prædictis videtur mihi concludendum in hac materia, quæ est multùm dubia, & variè Doctores loquuntur, quicquid aliter voluerit Bald. *consil. suo* 493. *vol.* 4. incipit *multiloquium semper displicuit, &c.* qui non advertit ad prædictas considerationes Theologorum, & quas tradit Socinus *in dict. consil.* sed simpliciter pertransit. Et contra opinionem, quam tenuit *in dict. L.* 1. unum tamen singulariter nota, quòd ipse dicit *in præallegato consil.* quòd dissoluta societate, potest peti executio pro capitali ab ipso, qui illud posuit, non obstante, quòd non sit liquidatum, an intervenerit in eo damnum, vel non, neque positus sit calculus, neque visæ fuerint rationes; & si reus excipiat de amissione per casum, vel sine culpa, hoc probet intra terminum statutum: quod tu multum nota ad leges Regni præcipientes exequi instrumenta tabellionum.

LEX XI.

Solvitur societas consocii renuntiatione: si tamen ante tempus, vel negotium, super quo fuit contracta, desistat, tenetur ad interesse; nisi fuisset conventio in contrarium. Hoc dicit.

(1) *Puedela desamparar.* Adde L. *actione* 65. §. *diximus* 3. *ff. eod.* & in §. *renuntiare* 7. *eadem L.* & ibi per Gloss. in verbo *eodem tempore*, cum gloss. sequent. & Gloss. super verbo *de hoc*, & L. *tandiu* 5. *C. eod.* & L. *sed et socius* 17. §. *si absenti*, *ff. eodem.*

(2) *Con vusco.* Et sic debet fieri renuntiatio societatis præsenti, & scienti; si verò fiat absenti, vide *L. sed & socius* 17. §. 1. *ff. eod.*

(3) *A los otros.* Debet nanque considerari, quòd renuntiet in damnum totius societatis, & quòd societati intersit, quòd non intempestivè renuntietur per unum ex sociis: si enim societati expediret, teneret renuntiatio intempestiva, licèt intersit unius ex sociis eam non dissolvi, ut in *dict.* §. *diximus* 3. et §. *Labeo autem* 5.

(4) *Fizieron pleyto.* Pactum de recedendo à societate intempestivè non est supervacuum, ut hìc, & in *dict.* §. *diximus*, & ibi Gloss.

LEX XII.

Fraudulenter societati renuntians propter aliquod lucrum, quod expectat habere, vel ob hæreditatem sibi delatam, ut non communicaret eam cum sociis, tenetur, hoc non obstante, communicare: & si quid perdiderit post renuntiationem, ei soli imputabitur: & quod socii plus lucrati fuerint, ei non communicabitur, propter dolum quem commisit. Hoc dicit. Habuit ortum à *L. actione* 65. §. *diximus* 3. *vers. quid ergo*, *ff. pro socio*, & *inst. cod. tit.* §. *manet* 4.

(1) *Que todas las ganancias.* Nota benè, quia non exigit, quòd sit societas omnium bonorum quæsitorum, & quærendorum; sed sufficit, quòd sit quærendorum, ut ista lex locum habeat: & sic declaratur text. cum Gloss. *in L. actione* 65. §. *diximus* 3. *ff. eod.* & §. *manet* 4. *inst. de societat.* à quibus ista lex habuit ortum.

(2) *Engañosamente.* Opponit Joan. Fab. *in dict.* §. *manet*, *instit. de societat.* quòd ubi agitur de dolo, vel fraude, ille censetur fraudem committere, qui alienat, non qui conditione acquirendi non utitur, *L. qui autem* 6. *in princ. ff. quæ in fraud. credit. L. nemo ex sociis* 68. §. 1. *ff. pro socio.* Item ubi quis ad provisionem sui facit aliquid, non censetur dolus; imò lex talem dolum consulit, *L. cum pater* 77. §. *Titio* 31. *ff. de legat.* 2. *L. atqui natura* 19. §. *cum me absente* 3. *ff. de neg. gest.* neque videtur dolo facere, qui jure suo utitur, *L. nullus videtur* 55. *ff. de regul. juris*: cùm igitur socius renuntiare possit societati, quomodò dicitur committere dolum, utendo jure suo, renuntiando societati ad sui provisionem? Respondet Joan. Fab. ad primum, quòd ubi contractus præcedit, vel materia, quæ obliget ad quærendum secundùm bonam fidem; tunc est dolus, si non acquirat, & tenetur, *L.* 2. §. *non tantum*, *ff. de hæred. vel action. vend. L. sed & si lege* 25. §. *perinde* 8. *ff. de petit. hæredit.* & ita debent limitari leges in contrarium allegatæ, & *L.* 1. §. *confertur*, *ff. de collat. bonor.* Et confert ista responsio Joann. Fab. ad decisionem pulchri dubii, quod vidi versari in Regio Consilio: nam quidam (ex eo quòd injuriosè percusserat quendam in manu, ex quo manus fuit abscisa, vel remansit inutilis, & arida) condemnatus fuit per judicem inter alia, ut pro damno illi percusso illato, daret ei duo millia ducatorum; & lata sententia supervenit huic percussori existenti in fuga hæreditas matris, cùm antea esset pauper, neque haberet undè solveret; qui tamen repudiavit hæreditatem: versabatur quæstio, an in illis bonis hæreditariis posset fieri executio pro illa condemnatione pecuniaria; allegabatur, quòd non, per *dictam L. qui autem*, & alias similes; in contrarium allegabatur *L. in fraudem in principio*, *ff. de jure fisci*, sed illud speciale est in fisco, secundùm Bartolum, & Albericum ibi, & non allegabatur ista consideratio Joan. Fab. quæ satisfacit; & pronuntiatum fuit, quòd executio fieret in dictis bonis ma-

la auer el toda, e fazer perder a los otros la parte que deuen auer en aquella ganancia; si esto pudiere ser prouado, tenudo es de dar su parte de la ganancia a cada vno de los compañeros, maguer fuesse ya quito de la compañia. E aun dezimos, que si de aquel dia en adelante que se partio de la compañia, assi como es dicho, acaesciesse que perdiesse, o menoscabasse alguna cosa, que a el solo (3) pertenesce la perdida, o el menoscabo, e non a los otros: e lo que los otros compañeros ganassen, despues que el se partio de su compañia, todo deue ser suyo dellos, e non le deuen dar parte ninguna a el; por razon del engaño que les fizo. Ca derecho es, que quien engañosamente quiere fazer perder algo a sus compañeros, que toda la perdida a el pertenesca.

LEY XIII.

Como se deue partir la ganancia o perdida entre los compañeros, quando se parte la compañia por alguna razon derecha, que aya.

Departida (1) seyendo la compañia, por alguna de las razones que diximos en las leyes ante desta, luego que esto sea fecho, deuen partir entre si todas las ganancias (2), e las perdidas, en la manera que fue puesto (3) en la compañia, quando la firmaron. E si alguna perdida auino en la compañia, por engaño (4) que fizo alguno de los compañeros, a aquel solo que fizo el engaño, pertenesce la perdida: e non se puede escusar que la non refaga, maguer que el diga que fizo otras ganancias (5) a otra parte, que fueron tantas, e tales, de que podria ser mejorada aquella perdida. Fueras ende, si alguno, o algunos de los otros ouiessen fecho otro atal engaño. Ca estonce dezimos, que se deue compartir (6) entre aquellos que fizieron el enga-

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

maternis, non obstante repudiatione. Vel potest aliter responderi ultra Joan. Fabr. quòd longè intersit differre aditionem, & antea renuntiare societati, vel repudiare; cùm primo casu intendat sibi acquirere, & non sociis, secundo, neque sibi, neque sociis: ad alia objecta respondet Joannes Faber, quòd procedunt, quando est sine læsione tertii.

(3) *Que a el solo.* Et sic claudicat hic distractus, ut & notat Bald. *in dict. L. actione*, §. *diximus.*

LEX XIII.

Soluta societate, lucra, & damna dividuntur, ut convenerat inter socios; sed damnum per dolosum socium commissum doloso tantùm imputabitur: nec compensabit ipsum cum sociis prætextu majorum lucrorum per dolosum obvenientium: dolosus tamen benè compensabit cum dolosis. Hoc dicit.

(1) *Departida.* Adverte tamen, quia etiam ante dissolutam societatem debent revideri rationes inter socios de anno in annum amicabiliter, seu quandocunquè sine calumnia petatur, secundùm Baldum, & Sal. *in rubrica C. pro socio*, *col.* 2. Adde Bart. & ibi Joan. de Plat. *ultimo notabili* per illum textum *in L.4.C.de susceptor. & archar. lib.* 10. & per Bart. *in L. Mutius*, *ff. eod.*

(2) *Ganancias.* Et consuluit Angel. de Peru. quòd mercator peritus in negotiationis exercitio præsumitur lucrari; nisi infra annum protestetur, & probet per verisimilia argumenta, & indicia de opposito, per textum *in L. 2. in princip. C. de navicular. lib.* 11. & *L. tutor*, *qui repertorium* 7. §. *quæ autem* 10. *ff. de admin. tutor.* refert, & sequitur Joan. de Plat. *in L. 4. C. de susceptor. & archar. lib.* 10. & ei qui dicit, se non fuisse lucratum ex negotiatione, incumbit probatio: quia in dubio præsumitur quis lucrari, & non perdere, L. *cura* 4. §. *deficientium* 1. *L. semper* 5. §. *negotiatio* 8. *ff. de jur. immunit. L. si defunctus* 10. *C. arbitr. tutelæ*, sicut & dicimus, quòd in casibus in quibus leges obligant aliquem, si factus sit locupletior, in dubio præsumitur, quòd factus fuerit locupletior, nisi probetur contrarium, L. *utrum* 23. juncta Gloss. & ibi Angel. *ff. de petit. hæred.* Sed an teneatur socius reddere socio partem lucrorum, habita ratione secundùm quod alii mercatores ejusdem exercitii communiter lucrati sunt, vide per Alex. *consil.* 47. incipit *circa primum*, *vol.* 1.

(3) *Puesto.* Intellige tamen juxta ea quæ dixi *in L.* 4. *suprà eod.* & *in L.* 10.

(4) *Engaño.* Idem si culpa levi, seu negligentia, de qua socio teneatur, ut *in L. 7. suprà eod.* & L. *de illo* 23. & L. *non ob eam* 25. *ff. eod. tit.* sed contradicit L. 22. *tit.* 14. *infrà ead. Part.* vide quæ ibi dixi.

(7) *Demandado en juyzio.* Idem dic, si aliàs per interpellationem extrajudicialem constitueretur in mora, secundùm Bart. & Doctor magis communiter *in L. ita stipulatus*, 9. *&* 10. *col. ff. eodem*, & idem Bart. *in L. si pacto quo pœnam*, *C. de pactis* & *in L. nuda*, *C. de contrah. stipul.* Litis tamen contestatio secundùm eum operabitur, quòd impurgabiliter mora committatur. Adverte tamen, quia ista lex videtur exigere, quòd lis contestetur super prima pactione, ut possit agi ex pœnali stipulatione: sed adhuc tene, quod dixi, quia casus litis contestationis hìc expresus, per quem constituitur in mora, non excludit alios modos, per quos quis in mora constituatur, & pœna peti possit, maximè hodie de jure Regni *dict. L. paresciendo*, quæ facit cessare opiniones, quæ erant *in dict. L. nuda*, ubi Gloss. & Bart. & per Jason. *in dict. L. ita stipulatus*, 13. *&* 14. *col.* An autem ista stipulatio pœnalis novet primam obligationem, est difficilis quæstio, in qua variæ sunt opiniones super intellectu *L. obligationum fere* 44. §. *fin. ff. de action. & oblig.* & *L. prædia* 28. *ff. de action. empti*: vide per Bartolum *in dicta L. ita stipulatus*, *ab* 11. *usque ad* 15. *col.* & per Alberic. 15. *&* 16. *col.* & per Jason. à 15. *usque finem*, & opinio Bartoli ibi est magis communis. secundùm Jason. ibi *col.* 16. & vide *L.* 35. *infrà eodem.*

LEX XVI.

Ponit casus fallentiæ ad regulam, de qua supra *L. proxima*, de stipulatione, quæ incipit à præcedenti conditione. Hoc dicit. Ortum habet à *L. si Titius* 9. *ff. de verbor. oblig.* & à *L. fidejussor* 16. §. *fin. ff. de fidejuss.* & à *L.* 1. §. *item si ita* 8. *ff. ad Leg. Falcid.* & à *L. ita stipulatus* 115. §. 2. *versic. Sabinus*, *ff. de verb. oblig.* & à *L. libertas* 17. §. 1. *ff. de manum. testam.*

(1) *Casos.* Sumpta est hæc lex ex dictis Azon. *C. de contrah. & commit. stipul. in summa*, *col. pen. in princ.* versic. *sed excipitur*, & à Gloss. *in L. ita stipulatus*, in verbo *spondes*, *ff. de verb. oblig.*

(2) *Primeramente.* Ortum habet à *L. si Titius* 9. *ff. de verb. oblig.*: inimica est juribus perplexitas ut patet in judiciis, *L. per minorem* 54. ibi notatur, *ff. de judic.* Bald. *in L. cum Papinianus*, *col.* 1. *C. de sentent. & interloc. omn. judicum.* Item vitiat institutionem, *L. si Titius* 16. *ff. de condit. institut.* eo quia testator voluit facere perplexitatem: si tamen perplexitas contingeret præter voluntatem testatoris, tunc non vitiaret, *L. qui quadringenta* 88. *in princip.* & ibi Bart. & Paul. Castr. *ff. ad Legem Falcid.*

re yo. Ca si aquel que rescibe promission, demandare en juyzio al debdor quel pague aquellos marauedis, e non gelos quiso pagar; de alli adelante sera obligado el fiador, por la promission quel fizo, e deuelos luego pagar. El tercero caso es, si alguno dize assi en su testamento (3): Si mio heredero non diere a fulan tal heredad mia, o tal cosa, mando que le peche tantos marauedis, o que le de tal cosa. Ca si el heredero, despues de muerte del fazedor del testamento, puede dar aquella cosa, e non la dio; de alli adelante puedele el otro demandar por juyzio, que gela de, o quel peche la pena que fue puesta sobre ella. El quarto caso es, si algund ome dize en su testamento (4): Si fulan, mio sieruo, no fuere a tal logar, o non fiziere tal cosa, mando que sea libre: ca luego que aquel sieruo pudiera (5) fazer aquella cosa que le defendio, e non la quiso fazer, finca libre.

LEY XVII.

Del prometimiento que es fecho so condicion, e a dia señalado.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

A Dia cierto, so condicion prometiendo vn ome a otro, de dar, o de fazer alguna cosa; maguer se cumpla la condicion, non es tenudo por esso el que fizo la promission, de la cumplir si non quisiesse, fasta que venga el dia (1) que señalo, a que la cumpliesse, o la deue complir. Otrosi dezimos, que si alguno pusiere condicion, con prometimiento que fiziesse a otro, de dar, o de fazer alguna cosa; que si la condicion es de tal manera, que conuiene en todas guisas, que segund curso de natura, que non venga; que luego que es fecha la promission desta guisa, finca por ello obligado el que la faze. E esto seria, como si dixesse: Si no tanxeres (2) con el dedo al Cielo, prometote de dar, o de fazer tal cosa. Ca pues cierta cosa es, que ningun ome, segund curso de natura, podria esto fazer, finca (3) porende obligado el que faze la promission. Esso mismo dezimos que seria de las promissiones, que los omes fazen so otra condicion qualquier, que fuesse semejante destas.

LEY XVIII.

Como, si se muere, o menoscaba la cosa que vn ome promete de dar a otro, non es tenudo de la pechar.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

COsa señalada (1) prometiendo vn ome a otro de dar, o de fazer a dia

(3) *En su testamento.* Speciale est in testamento, ut hìc, & *in L.* 1. §. *item si ita* 8. *ff. ad Leg. Falcid.* & *in L. ita stipulatus* 115. §. 2. *versic. Sabinus, col.* 7. *ff. de verb. oblig.*

(4) *En su testamento.* Speciale est in testamentis, ut hìc, & *in L.* 1. §. *item si ita* 8. *ff. ad Leg. Falcid.* & *in L. ita stipulatus* 115. §. 2. *vers. Sabinus*, & ibi Bart. *col.* 7. *ff. de verb. oblig.*

(5) *Pudiera.* Adde *L. libertas* 17. §. 1. *ff. de manum. testam.* & est speciale libertatis favore: adde etiam, quod favore, &c. prosequere hos libertatis favores, ut dixi *in L.* 4. *tit. Part.* 3.

LEX XVII.

Die, & conditione in promissione appositis, existente conditione, expectatur dies. Item promittens sub conditione, omninò extitura, ut *si cœlum digito non tetigeris*, vel simili, statim est obligatus. Hoc dicit.

(1) *El dia.* Ortum habet à *L. in illa* 8. *ff. eodem*, & intellige, quando dies est adjecta conditioni validæ dependenti à facto promissoris, ut *in dicta L. in illa in princ.* si enim apponeretur facto negativo, & conditionali alterius tertii, tunc statim, quòd non possit fieri, cedit dies, ut *in L. hoc jure* 10. *ff.* & ista fuit opinio Joan. relata per Gloss. *in dict. L. hoc jure*, quæ communiter ibi approbatur per Doctor. Sed adverte, quia hæc lex, nihil in hoc distinguens, videtur approbare opinionem Azon. de qua etiam per Gloss. *in dict. L. hoc jure*, & ponit Azo *C. de contrah. stipul. in summa, col. pen.* versic. *ubi etiam in stipulatione*, cujus resolutio est, quòd sive implementum conditionis dependeat à facto promissoris, sive à facto tertii, seu aliàs; adhuc debeat expectari dies, quando simul fuit appositus cum conditione, seu fuit apposita conditio, & dies in promissione: licèt enim, secundùm eum, deficiente conditione statim possit agi ante diem; tamen obstabit exceptio de æquitate, quia stipulatio continebat diem: & huic opinioni adhærere videtur ista lex, ut patet ex ejus verbis; ideò tene menti eam: & est rationabilis ista provisio, quia dies semper in dubio videtur appositus favore promissoris, & causa differendi solutionem; undè licèt conditio existat ante diem, sperari debet dies appositus favore promissoris, & ita videtur tenendum per istam legem, sive dies adjiciatur dispositioni, sive conditioni, & sive conditio dependeat ex facto promissoris, sive ex facto alterius, vel ex viribus fortunæ, quidquid in contrarium distinguendo dixerit Bart. *in L. ita stipulatus, col. antepen.* versic. 4. *circa prædicta, ff. de verb. oblig.* Ad limitationes tamen hujus legis, & istius materiæ, vide Bart. & Doctor. *in L. insulam, ff. de verb. oblig.* ubi Bart. distinguit inter pœnam legalem, & conventionalem, & allegat text. *in cap. commissa, de elect. lib.* 6. quæ distinctio videtur confundi per text. *in dict. L. in illa in princ.* ubi est stipulatio conventionalis de dandis decem, si intra terminum Stichum non dederit, & textus decidit, quòd adhuc debet expectari dies.

(2) *Si non tanxeres.* Cùm dicitur afirmativè, *si digito cœlum tetigeris*, conditio ista impossibilis vitiat contractum, & promissor non obligatur, ut *in L. impossibilis* 7. *ff. de verb. oblig.* & *instit. de inutil. stipul.* §. *si impossibilis* 11. cùm verò ponitur negativè, ut *in ista L.* quia tunc est conditio necessaria, non vitiat contractum, & promissor remanet obligatus, ut *in L. in illa, secundo respons. ff. de verb. oblig.* quæ concordat cum ista.

(3) *Finca.* Nam qui promittit sub conditione, quæ omnimodò extitura est, purè videtur promittere, *L. si pupillus* 9. §. *qui sub conditione ff. de novation. L. cedere diem* 213. *ff. de verb. signific.* & *dict. L. in illa*, 2. *respons.*

LEX XVIII.

Si res promissa ante diei eventum sine culpa promissoris moritur, liberatur promissor; sed si post moritur, tenetur ad ejus æstimationem: si verò promissa fuit sine die, & antequàm stipulator eam petat, moriatur, liberatur promissor; si post, tenetur ad promissionem. Hoc dicit.

(1) *Cosa señalada.* Hoc dicit, quia secùs esset, si promitteretur genus, ut *in L. in ratione* 30. §. *incertæ* 5. *ff. ad Leg. Falcid.* vel si promitteretur quantitas, ut *in L. incendium* 11. *C. si cert. petat.* si tamen debeatur

dia cierto (2), si la cosa se muriesse en ante del dia, de su muerte natural, sin culpa (3) del que faze la promission, non es tenudo de la pechar, nin de dar ninguna cosa por razon della; mas si muriesse despues del dia que deuiera ser dada, entonce seria tenudo, del pechar la estimacion de la cosa. E si quando la cosa señalada prometiesse alguno a dar, non dixesse ciertamente, en qual dia gela daria; si despues desso gela pidiesse (4) el otro a quien fue prometida, pidiendogela, e non gela quisiesse dar, pudiendolo fazer (5), dezimos, que si muriere la cosa despues, de su muerte natural, que es tenudo de la pechar. Pero si se muriesse en ante (6) que el otro gela demandasse, entonce non seria tenudo el que la prometio, de darle ninguna cosa por ella.

LEY XIX.

Si aquel que promete la cosa, la mata, como es tenudo de la pechar.

CIerta cosa prometiendo de dar vn ome a otro, si despues desso la matasse (1), tenudo seria de la pechar; fueras ende, si lo fiziesse con razon derecha. E esto seria, como si aquella cosa señalada, que ouiesse prometido de dar, fuesse sieruo, e despues lo fallasse con su muger, o con su fija; o fallasse quel auia fecho otro yerro alguno semejante destos, por que lo ouiesse a matar con derecho (2): entonce non seria tenudo de pechar por el ninguna cosa.

LEY XX.

De que cosas se puede fazer el prometimiento.

QValquier cosa que sea en poder (1) de los omes, e acostumbrada de enagenarse entre ellos, puede ser prometida. E esso mismo seria de las cosas que aun non son nascidas; asi como de los frutos de alguna viña, o huerta, o de campo, o el parto de alguna sierua, o el fruto de algunos ganados, o de otra cosa semejante destas. Ca maguer non sea nascida aun qualquier destas cosas sobredichas, quando fazen la promission sobre ella; porque puede ser que nascera (2), vale la promission, e es te-

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

tur genus respectu certæ, & determinatæ speciei, tunc re perempta ante moram, extinguitur obligatio generis, ut *in L. in navem Saufeii* 31. *ff. locat.* & idem si debeatur genus, sed species est in solutione, facit *L. electio* 26. §. 2. & *L. pen.* §. *pen. ff. de noxal.* notat. gloss. magna circa medium *in L.* 2. *C. de rescind. vendit.* & tenet etiam Angel. *in L. sed si ex stipulatione, ff. de verb. oblig.*

(2) *A dia cierto.* Qui interpellat sine interpellatione hominis, ut *in L. magnam* 12. *C. de contrah. stipul.* & dicam *in L.* 8. *tit.* 14. *infrà ead. Partit.* Quid si dies esset incerta, vide per Bart. & Doctor. *in L. ita stipulatus*, 2. *quæst. principali, ff. de verb. oblig.* Et extende, & limita istam regulam, quòd dies expressa interpellet, & constituat promissorem, vel debitorem in mora, ut per Jason. *in L. si ex legati causa*, 3. *&* 4. *col. ff. de verb. oblig.* Sed an conditionis eventus constituat debitorem in mora, vide Bart. *in dicta L. ita stipulatus, ff. eod.* ubi *in antepen. col.* tenet, quòd non.

(3) *Sin culpa.* Ut si occidit servum promissum, vel neglexit infirmum, *L. si servum* 91. *in princ. ff. de verb oblig.* & vide per Bart. ibi circa hoc, quando non curavit infirmum.

(4) *Pidiesse.* Etiam extrajudicialiter, ut notat Gloss. *in L. qui Romæ*, §. *cohæredes, ff. de verb. oblig.* nisi peteretur id, quod solùm per officium judicis est debitum: quia tunc deberet interpellari in judicio, ut *in L. cum postulassem* 44. *in princ.* & ibi Bart. *ff. de dam. infect.* vide Jason. *in dicta L. si ex legati causa, antepen. & pen. col.* ubi etiam ponit alias tres limitationes.

(5) *Fazer.* Habes hìc, quòd difficultas excusat debitorem speciei à mora; idem habetur *in L. quod te mihi* 5. ubi vide Bart. *pen. col. ff. si cert. petat.* Adde etiam *L. cum servus* 39. & *L. cum res* 47. *in princ. ff. de legat.* 1. & vide etiam per Bart. *in L. continuus*, §. *illud, col. fin. ff. de verb. oblig.* Similiter etiam difficultas excusat debitorem facti à mora, ut *in L. si vehenda* 10. §. *si ea, versic. idem juris, ff. ad Leg. Rhod. de jactu*, & tenent omnes Doctores *in dicta L. quod te mihi.* Sed an excuset debitorem quantitatis? Sunt diversæ opiniones, de quibus vide per Alexand. *in dicta L. quod te*, & difficultas nascitur propter textum *in L. ad diem* 77. *ff. de verb. oblig.* & per textum *in cap. significante* 7. *de pignor.* Mihi satis placet in hoc, quod dicit Joan. de Imol. *in dict.* §. *illud col. fin.* quòd si debitor quantitatis fecit quantum potuit, ut solveret, vel expleret id ad quod tenebatur, quòd tunc casus superveniens benè excuset eum à mora, per text. quem ipse allegat *in dict. cap. significante*; saltim, quando impedimentum esset illatum ab eo, contra quem debitor non posset habere regressum, ut declarat Abb. *in cap. brevi, de jurejur.* & in hoc videtur residere Alex. *in dict. L. quod te*, qui vult, quòd si à justa causa, vel impedimento supervenit difficultas, excuset debitorem, etiam quantitatis: et idem vult ibi Decius in fine: vide per eos latiùs ibi. Tene etiam menti notabile dictum Joan. de Imol. *in dict.* §. *illud*, quòd in casu, in quo difficultas excusaret à mora, debet intelligi, quando difficultas est tanta, quòd assimilatur casui fortuito, ut *in L. quotiens* 21. §. *in potestate* 3. *ff. de noxal.* aliàs secundùm eum non excusaret, per textum *in L. si servum* 91. *in princ. ff. de verb. oblig.* & adde quæ dicam infrà *eodem L.* 37.

(6) *En ante.* Adde *L. si ex legati causa* 23. *ff. eodem.*

LEX XIX.

Tenetur promissor, si rem promissam injustè occidat; secùs si justè, ut si servum cum uxore, vel filia coeuntem reperiat. Hoc dicit.

(1) *Matasse.* Adde *dict. L. si ex legati causa* 23. & quid si servum promissum manumitteret, vide *L. si servum Stichum*, & ibi Bart. *ff. eod.*

(2) *Con derecho.* Vide *L.* 9. *tit.* 22. & quæ ibi dixi, *Part.* 4.

LEX XX.

Fit stipulatio de qualibet re alienabili, sive extet, sive non, si speratur extare; ut fructus nondùm nati, quos non tenetur dare promissor, antequàm dari possint; & si non nascantur, est liberatus, nisi ejus dolo nati non fuerint. Hoc dicit.

(1) *En poder.* Hoc dicit propter ea, quæ habentur *Instit. de inutil. stipul. in princ.* & tradit Azo *C. eod. in summa*, 1. versic. *item nulla est stipulatio ratione rerum*, & infrà *duabus LL. proximè sequent.*

(2) *Que nascera.* Valet ergò promissio partus, vel fructuum nasciturorum ex tali fundo, ut hìc, & *in L. interdum* 53. *in princ.* & *in L. inter stipulantem* 83. §.

tenudo de la complir el que la faze, luego que fuere aquel fruto, o el parto de aquella sierua, en el estado (3) que se pueda dar. Pero si fruto, nin parto, non saliesse (4) de aquella cosa que señalo, sobre que fizo la promission, entonce non seria tenudo de la complir. Fueras ende, si el fiziesse alguna cosa maliciosamente (5), por que non nasciesse. Ca entonce tenudo seria de la pechar, por el engaño que fizo.

LEY XXI.

De quales cosas non puede ser fecha promission.

PRomissiones fazen los omes entre si, que non son valederas. E esto seria, como si vn ome prometiesse a otro, de dar, o de fazer tal cosa, que nunca fue (1), nin es, nin sera. Otrosi dezimos, que si vn ome prometiesse a otro de dar, o de fazer tal cosa, que non pudiesse ser segund natura, nin segund fecho de ome; como si dixesse: Darte he el Sol, o la Luna; o fazerte he vn monte de oro (2); tal promission, nin otra semejante della, non valdria. E aun dezimos, que si vn ome prometiesse a otro, de dar alguna cosa cierta, assi como cauallo, o otra cosa semejante, que fuesse ya muerta (3) quando fizo la promission; dezimos, que tal promission non vale, nin es tenudo de dar aquella cosa, nin otra ninguna por razon della.

LEY XXII.

Como las cosas sagradas, e santas, non pueden ser prometidas; nin Christiano puede ser prometido a ome de otra Ley.

SAgrada cosa, nin santa, nin religiosa, nin ome libre por sieruo, non puede ningun ome prometer de dar (1) a otro. Mas la promission que fuesse fecha sobre alguna destas cosas, nin sobre otra semejante dellas, non vale. E aun dezimos, que maguer alguna destas cosas sobre dichas, despues que fueren prometidas, viniessen a tal estado (2), que

§. *sacram* 5. *ff. eod.* & *L. si debitor* 39. §. *verisimile*, *ff. de contrah. empt.* & quis debeat colligere fructus, cùm nascentur, an creditor, vel debitor, & sic cujus expensis, colliges ex notatis per Bart. *in L. fundi Trebatiani*, *ff. de usufruct. legat.*

(3) *En el estado.* Si ergò vellet dare fructum immaturum, non audiretur, argumento *L. si servus servum* 27. §. *si olivam* 25. *ff. ad L. Aquiliam*, nisi essent tales fructus, qui utiliores essent immaturi, ut *in L. in fructu* 42. *ff. de usufruct. legat.* In hoc tamen attendenda est consuetudo in separandis fructibus, ut tradit Bald. *in L. si pater*, *C. de usufruct.* Quid si vellet dare partum ancillæ, vel partus animalium nondùm ablactatos? Videtur, quòd sufficiat dare statim cùm nascuntur, ut *in dicta L. interdum in princ.* & *dict.* §. *sacram*, & L. *si debitor* 39. §. 1. *ff. de contrah. empt.* & quia iniquum esse videtur, promissorem esse procuratorem creditoris, & sic compelli pascere agnos per aliquos menses, & ablactare puerum natum ex ancilla, argum. *L. si postulante* 67. §. *fin. ff. ad Trebel. L. fideicommissa* 11. §. *si rem* 12. *ff. de legat.* 3. & *L. nulli militarium* 7. *C. de erog. milit. annon. lib.* 12. Satis tamen videtur de jure, quòd hœdulus, vel agniculus per aliquod tempus debeat esse apud matrem, ne solutum nimis matura præstatione periret, *L. si servus* 32. *in fin.* & *L. si soluturus* 39. *ff. de solution. L. stipulatio ista* 38. §. *inter incertam* 16. ubi vide Gloss. *ff. de verb. oblig.* hæc tradit Oldrald. *in materia solutionis decimæ animalium, consil.* 236. *circa propositam.* Deberet etiam servulus ablactari à matre, quousquè reperiat creditor nutricem, vel saltim expensis creditoris, & satis facit ista lex, dum dicit, *en el estado que se puede dar.*

(4) *Non saliesse.* Intellige de fructibus illius anni, in quo promissio facta fuit; quia si illo anno non nascuntur, debitor liberatur, neque debent dari sibi fructus alterius anni, *L. neque emptio* 8. *ff. de contrah. empt. L. prima*, *in fin. ff. de condit. & demonstr.* Ita declarat Bart. & alii communiter *in L. inter stipulantem*, §. *sacram*, *ff. eodem*, *col. pen.* Et hoc, quando non promittitur certa quantitas fructuum; nam si certa quantitas promitteretur, aliud esset, ut *in dict.* §. *sacram*, & ibi Bart. qui in hoc distinguit; cujus distinctionem vide.

(5) *Maliciosamente.* Adde *dictam L. neque emptio* 8. *ff. de contrah. empt.* & *dict. L. inter stipulantem* 83. §. *sacram.* 5.

LEX XXI.

Super re, quæ nunquàm fuit, nec erit, vel super re mortua, aut super impossibili stipulatio concepta, ut si promitto tibi dare Solem, inutilis est. Hoc dicit.

(1) *Que nunca fue.* Ut hippocentarum, vel hircocervum, quæ esse non possunt, ut *Instit. de inutil. stipul. in princ.* nunquàm enim animal visum est de equa, & tauro, vel de taura, & equo, ut dicit Azo *C. de contrah. stipul. in summa*, *col.* 1. aliter verò dicit B. Isidorus *lib.* 11. *etymolog. capit. de portentis ad finem*, & refert eum Joann. Fab. *in princ. Instit. de inutil. stipul.* quòd centaurus est homo equo mixtus, & nunquàm fuit in rerum natura, sed dictum fuit hìc ex quadam imaginatione, quia Thessalorum equites currentes in bello videbantur facere unum corpus: & idem dicit de Syrena maris, & Scylla, omnia hæc fuisse conficta.

(2) *Monte de oro.* Vide quæ dixi *in L. fin. tit.* 4. *Part.* 4.

(3) *Ya muerta.* Limita, ut *in L. inter stipulantem* 83. §. *Stichum* 7. *ff. eod.*

LEX XXII.

Est inutilis stipulatio super re sacra, vel religiosa, seu libero homine dando, etiamsi postea desinat esse sacra, vel religiosa, aut de libero servus efficiatur. Idem si Judæus, vel Sarracenus servum Christianum stipuletur: nec etiam pœna in hoc apposita tenet; sed è converso sic, si à Judæo Christianus servum Christianum stipuletur. Hoc dicit.

(1) *De dar.* Cautè ponit *dare*, nam si promitteret tradere, teneret stipulatio, secundùm Gloss. *in* §. 1. *Instit. de inutil. stipul.* ubi etiam Joan. Fab. aliter dicit, scilicèt, quòd si talis stipulatio interponatur super rebus ex causa non lucrativa, quòd stipulator ignorans potest agere, ne decipiatur; sed ubi ex causa lucrativa, neque sic potest agere.

(2) *A tal estado.* Adde *dict. L. inter stipulantem* 83. §. *sacram* 5. *ff. eod.* & §. 1. *instit. de inutil. stipul.* Et facit, quòd si tempore depositionis testis erat inhabilis, non convalescit ejus dictum, licèt postea fiat habilis, vel idoneus, tenet Bald. *in L. servos*, *C. de testib.* Sic & ea, quæ fiunt ab excommunicato, non reintegrantur eo absoluto, Bald. per text. ibi *in L. ex libera*, *C. de suis*, & *legit. hæred.* ubi & vide, an testamentum usurarii manifesti reconvalescat per cautionem ex intervallo præstitam. Sic & irritum matrimonium non convalescit, licèt cesset impedimentum, Bald. ibidem per *dict. L. ex libera*, ubi bonus casus. Facit etiam ad quæstionem, an si filius, antequam esset hæres patris, liberavit debitorem paternum, & postea hæres extitit, an liberatio convalescat? De qua quæs-

que pudiesse ser fecha promission della otra vez; como si fuessen fechas seglares, cayendo en poder de legos; o el ome libre se tornasse sieruo por alguna ocasion; con todo esto non valdria la promission, pues en el tiempo que fue fecho el prometimiento sobre ellas primeramente, eran de tal natura, que se non podrian prometer. Otrosi dezimos, que nigun Christiano non puede prometer a Judio, nin a Moro, nin a otro ome que non sea de nuestra Ley, quel dara otro Christiano en su poder, por sieruo (3). Ca la promission que fuesse fecha sobre tal cosa, con pena, o sin pena, non valdria. Mas si Judio, o Moro prometiesse de dar a Christiano otro Christiano que fuesse sieruo, o que se obligasse a pena sobre esta razon, valdria la promission, e es tenudo de la cumplir.

LEY XXIII.

Como, quando algun ome ha dos sieruos que han vn nome, e promete de dar alguno dellos, que es en su escogencia, de dar qual se quisiere.

VN nome señalado han a las vegadas dos sieruos, o mas, que son de vn señor. E acaesce, que aquel cuyos son, promete a otro de dar el vno dellos, nombrandolo, e non lo señalando por las faciones del su cuerpo, nin por menester si lo supiesse. E quando tal promission como esta fuesse fecha, dezimos, que en su escogencia (1) es, del que fizo la promission, de darle qualquier de todos aquellos que han vn nome. E esso mismo dezimos que seria, si vn ome prometiesse a otro, diziendo assi: Prometo que vos de tal cosa, o tal; ca en su escogencia es, de darle qual quisiere (2) dellas, mientras que fueren biuas. Mas si muriesse la vna, estonce tenudo seria, de darle la que fincasse biua (3).

LEY XXIIII.

De las promissiones que los omes fazen de muchas cosas ayuntadamente, o con departimiento.

O, e E, son dos letras (1), que fazen gran departimiento en los pleytos, e en las promissiones que son puestas. Ca la O departe, e desayunta las cosas que son prometidas. E esto seria, como si aquel que faze la promission, dixesse al otro a quien la faze: Prometo, de vos dar vn cauallo, o vn mulo. Ca entonce es tenudo de darle vno dellos (2), qual el quisiere, e non mas. Esso mismo seria en todas las otras promissiones que fuessen fechas en esta manera, de qualquier cosa. E la otra letra, que dizen E, ayunta (3) las cosas que son nombradas en la promission. E esto seria,

quæstione vide per Bart. *in L. si filius, ff. de solution.* & vide in materia aliqua notabilia dicta Abb. *in cap. cum ex officii, de præscription. col. penult. & fin.*

(3) *Por sieruo.* Adde L. *unicam, C. ne Christian. mancip. &c.* & per Gloss. & Doctor. *in L. multum interest, de verb. oblig.* & *L. fin. tit.* 21. *Partit.* 4.

LEX XXIII.

Si quis promisit servum Stichum, cùm duos haberet Stichos, aut promisit alternativè, ipse eliget, quem illorum solvat; sed uno mortuo, tenetur solvere superviventem. Hoc dicit.

(1) *Escogencia.* Adde *L. stipulatio ista* 38. §. *in stipulationibus* 18. & *L. qui ex pluribus* 106. *ff. eod.* & Gloss. *in* §. *si de alia re, Instit. de inutil. stipul.* Sic & in citatione æquivoca judex potest declàrare, de quo sensit, secundùm Bald. *in L. non ignorat, in fin. C. de fruct. & lit. expens.* si autem æquivocatio nominis sit in impetrante rescriptum, præsumitur, quòd sit ille, qui est in possessione rescripti, *cap. fin.* & ibi notat Abb. 1. *notab. de rescriptis*: adde etiam Bald. *in addit. ad Speculat. tit. de appellation. col.* 12. versic. *sed quæro, quid si generaliter*, ubi dicit, quòd in generali citatione Titii, cùm duo sint Titii, ille arctatur, cui est præsentata citatio; si autem non fuit præsentata alicui, quia fortè facta fuit per præconem, tunc dicit, quòd si tangit utrumque, neuter videtur citatus, *L. eum quem temere* 79. *ff. de judic.* si tamen unum tantùm tangeret, ut quia unus contraxit, unus tantùm deliquit, ille videtur citatus, cùm cogitare debuit de se intellectum, ex quo scit se deliquisse, vel factum fecisse: nam de hoc etiam judex sensit, ut *ff. de except. rei judic. L. si ex testamento* 20. & sic investigato crimine, ille intelligitur poni in banno, qui meruit in banno poni, *L. si quis servum* 8. §. *si inter duos* 3. *ff. de legat.* 2. & ita dicit Florentiæ fuisse judicatum. Adde eundem Bald. *in L. si quis servum*, §. *si inter, ff. de legatis* 2. & nota benè ad leges Regni jubentes, delinquentem citari per præconem: & adde in hoc notabile dict. Bart. & declara, ut ibi per Doctor. *in L. inter stipulantem*, §. 1. *in fin. ff. de verb. oblig.* & adde Bald. *in L. hac consultissima, col.* 2. *C. qui testam. fac. possunt.*

(2) *Qual quisiere.* Adde *L. stipulatus sum Damam* 105. *ff. eod.* & *regul. in alternativis* 70. *de regul. jur. lib.* 6.

(3) *Fincasse biua.* Adde L. *Stichum* 95. *in principio, ff. de solution.* & ibi vide distinctionem Bart. Et adverte ad id, quod dicit, quòd quando electio erat debitoris, & ante electionem perit absque sui culpa, quòd debitor, si vult, potest solvere æstimationem rei mortuæ, & sic non tenebitur præstare vivam, per text. *in L. cum res, versic. qua ratione, ff. de legat.* 1. nam ista lex videtur velle contrarium, dum dicit, *tenudo seria de darle la que fincasse biva*, & sic, quòd videatur hæc lex approbare secundam opinionem Gloss. positam *in dict. L. Stichum in principio* in verbo *constitutum.* Sed æquior videtur prima opinio, cùm non possit imputari culpa promissori, ut liberetur de æquitate, præstando æstimationem mortui; & quòd sic limitetur ista lex: cætera dic, ut per Bartol. *in dict. L. Stichum in princip.*

LEX XXIIII.

O, & E, *Vel* disjungit, & conjungit: promittens igitur alternativè, solùm unum promittit, sed conjunctivè, utrunque: sed si stipulatur, *promittis mihi equum, & mulam*, cùm respondet, *promitto equum*, ad eum solum tenetur. Hoc dicit.

(1) *O, e E, son dos letras.* Ortum habet à *L. inter stipulantem* 83. §. *si stipulante* 2. *ff. eod.* & à notatis per Azon. *C. de inutil. stipul. in summa*, & per Gloss. *in* §. *præterea, instit. de inutil. stipul.*

(2) *Vno dellos.* Utraque tamen res in promissione alternativa est in obligatione, licèt una sit in solutione, ut *in L. si duo rei stipulandi* 128. *ff. eod.*

(3) *Ayunta.* Et sic ad veritatem copulativæ requiritur, quod

ria, como si dixesse vn ome a otro: Prometesme, de dar vn cauallo, e vna mula. Ca si el otro dixesse simplemente; Prometo; vale la promission en todo. Mas si el respondiesse, quel daria la vna tan solamente; en aquello que otorga valdria la promission, e non en la otra.

LEY XXV.

De la cosa que es prometida de dar, o de pagar, en vna de las Villas que ouiessen vn nome.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

VIllas y ha algunas, que tal nome han las vnas, como las otras. E porende dezimos, que si algun ome promete de dar a otro alguna cosa a dia cierto en lugar señalado, nombrandolo; e ouiesse otra Villa, o Lugar, que fuesse assi llamado, como aquel que ha nome; assi como Cartagena (1) en España, e otra que ha en Africa; o como Carmona, que es en España, e otra que ha en Lombardia; si acaesciesse que las partes ouiessen desacuerdo entre ellos, entendiendo el vno, que la promission era a cumplir en vn lugar, e el otro en el otro; si aquella Villa que es mas lexos, es tan lueñe del lugar do fue fecha la promission, que non podria llegar (2) alla a cumplirla, el que la fizo, al dia en que deuia ser cumplida, entiendese que la deue cumplir en la otra, que es mas cerca (3). E si dia non es y señalado, a que se deuiesse cumplir la promission, entiendese que se deue cumplir en la Villa que es en el Reyno, do fue fecha (4) la promission.

LEY XXVI.

Como la pregunta, e la respuesta, que es fecha en la promission, deue acordar en la cosa, sobre que es fecha.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

ACordar deue la respuesta (1) con la pregunta quando se faze, de guisa que aquel que promete, responda en aquella manera en que es preguntado; ca de otra guisa non valdria la promission. E esto seria, como si dixesse alguno: Prometesme de dar, o de fazer tal cosa; e el otro respondiesse con condicion (2): Prometolo de fazer, si tal cosa acaesciere; ca la promission que assi fuere fecha, non valdria; fueras ende si aquel que fizo la pregunta, otorga luego (3), que le plaze aquello que el otro respondio. E la razon porque non valdria tal promission como esta, es, porque en aquella manera deue responder, e sobre aquellas cosas que le pregunta, e non de otra guisa, nin sobre otras cosas. Mas si el que quisiere recebir la promission, pregunta al otro sobre cierta quantia de marauedis, como si dixesse: Prometesme de dar cient maruedis; e el otro respondiesse: Prometo de vos dar cincuenta; si el otro se callasse, que fizo la pregunta, que non respondiesse ninguna cosa a lo que el otro dezia, vale

quòd utrumque interveniat, ut *in L. si quis ita stipulatus fuerit* 129. *ff. de verb. oblig.* & dicit Bald. *in L. fin.* 4. *notab. C. de sentent.* quòd quando uni dispositioni adjunguntur plura copulata, requiritur concursus; sed quando sunt plures copulatæ dispositiones, non requiritur concursus, nisi mens disponentis sit in contrarium, *L. generaliter* 6. *C. de instit. & substit. in princ. L. pen. C. de impub. & aliis, &c. L. Lucius* 78. §. *Cajo* 7. *ff. ad Trebel.* & per Bart. & Bald. *in L.* 1. *ff. de justit. & jure*, & Bart. *in L. si is, qui ducenta*, §. *utrum*, *ff. de reb. dub.*

LEX XXV.

Si promitto tibi solvere certa die in tali civitate, cùm sint duæ ejusdem nominis; non intelligitur de illa, ad quam non posset, usque ad diem præfixum ire: sed si non apponatur dies, intelligitur de illa civitate, quæ est in Regno, ubi promittitur. Hoc dicit.

(1) *Cartagena.* Adde Gloss. quæ exemplificat in duplici Bononia, *in L. quotiens in stipulationibus*, *ff. eod.*

(2) *Podria llegar.* Quid si uterque locus erat ita propinquus, quod in quolibet poterat ad diem adimpleri? Tunc recurrendum est ad alias conjecturas, de quo loco senserint: quibus cessantibus, tunc id, quod favorabilius est promissori, assumendum est, *L. semper in stipulationibus* 34. *ff. de regul. jur.*

(3) *Mas cerca.* Adde *L. quotiens* 80. ubi Gloss. *ff. eod.*

(4) *Do fue fecha.* Adde *L. quæ conditio* 39. §. 1. *ff. de condit. & demonstrat.* & quod notat Bart. *in L. libellorum*, *ff. de accusation.* versic. 2. *quæro.*

LEX XXVI.

Si stipulor purè, & promissor sub conditione respondet, non valet stipulatio; nisi & ego statim dicam, quòd mihi placet, ut ipse promittit. Item si stipuler centum, & ipse promittit quinquaginta, valet in quinquaginta, licèt nihil dicam: sed si stipuler in centum, & ipse promittat in centum, & quinquaginta, valet in centum, & non plùs; sed si stipulans respondet, quòd placet ei, valet in totum promissio. Hoc dicit.

(1) *La respuesta.* In dubio responsio declaratur ex interrogatione, *L. si sine* 9. §. *qui interrogatus* 5. *ff. de interrogat. action.* & rescriptum ambiguum debet intelligi secundùm supplicationem, *L.* 1. *C. de diversis rescript.* ubi Jaso plura cumulat: & dicit Bart. *in L. si quis intentione ambigua*, *ff. de judiciis*, quòd quando interrogatio est certa, & limitata, responsio autem est ambigua, declaratur responsio secundùm interrogationem, argument. text. *in dicto* §. *qui interrogatus*: & adde text. not. *in L. quæro* 58. §. *fin. ff. ædilit. edicto*, ubi habetur, quòd si servus fuit interrogatus, an fugerit ante venditionem, & respondit se fugisse; licèt non dicat ante venditionem, sic intelligitur, & ad hoc allegat illum textum Bald. *in L.* 1. *col. fin. C. de ædilit. action.* & vide per Alexand. *in L. si cui*, §. *si à filio*, *ff. de legatis* 1. ubi Bart. posuit notabile verbum, quòd accusatus, quòd cognovisset carnaliter Bertam uxorem Titii, si respondeat se cognovisse Bertam, non ex hoc videatur fateri adulterium, scilicèt, illam fuisse uxorem Titii, & tradit Alexand. *consil.* 42. *vol.* 5.

(2) *Con condicion.* Et sic approbatur opinio Joan. & Azon. de qua per Gloss. *in L.* 1. §. *si quis simpliciter*, *ff. de verb. oblig.* in parte *aliquid*, quæ opinio est ibi communiter approbata per Doct.

(3) *Otorga luego.* An sufficeret, quòd ista complacentia signis ostendatur, vel requirantur verba? Ista lex videtur requirere verba, ut patet in fine legis: vide per Jason. *in dict.* §. *si quis simpliciter* 4. & 5. *notabili.*

le la promission quanto en aquellos cincuenta (4) marauedis, sobre que fizo la promission. Otrosi dezimos, que si fiziesse la pregunta desta guisa: Prometesme de dar cien marauedis; e el respondiesse: Prometovos de dar ciento, e cincuenta marauedis; que vale la promission quanto en los cien marauedis, sobre que fizo la pregunta, e non en lo demas, si aquel que recibe la promission, se callo, quando el otro respondio a la pregunta. Mas si respondiesse que le plazia la promission, entonce vale en todo (5).

LEY XXVII.

Como vale, o non, la promission, que es fecha sobre la cosa de que non es preguntado aquel que la fiziere.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

BEstias, e sieruos, e aues, e otras cosas semejantes y ha, que han sus nomes señalados. E porende dezimos, que si algun ome quisiere recebir promission de otro, e dixesse assi: Prometesme de dar tal sieruo, que ha nome Abdala; e el otro respondiesse: Prometo, que vos de Abrahen; non vale (1) tal promission como esta. Fueras ende, si aquel que faze la pregunta, otorgasse, luego que el otro respondiesse a ella, quel plazia lo que respondio: ca entonce valdria la promission, quanto en aquel sieruo que nombro aquel que la fizo. Esso mismo dezimos que deue ser guardado, en todas las promissiones que fueren fechas desta guisa, sobre las otras cosas en que non acuerda la respuesta con la pregunta

LEY XXVIII.

Como non vale la promission que es fecha por fuerça.

POr miedo, o por fuerça (1), o por engaño (2) quel fiziesse (3), prometiendo vn ome a otro, de dar, o de fazer alguna cosa; maguer se obligue so cier-

(4) *Aquellos cincuenta.* Adde *L.* 1. §. *si stipulanti* 4. *ff. eod.*

(5) *Vale en todo.* Vide de materia hujus legis, & sequentis, Gloss. distinguentem *in dict. L.* 1. §. *si quis simpliciter, ff. de verb. oblig.* & *in* §. *præterea, instit. de inutil. stipul.* & per Bart. *in dict. L.* 1. §. *fin.* & per Azon. *C. de inutil. stipul. in summa, col. fin.* Hodie tamen attenta *dict. L. Ordinamenti, paresciendo, &c.* videtur, quòd non vitietur promissio ex diversitate responsionis ad interrogationem; sed tenebit promissio, etsi non sequatur illicò complacentia stipulatoris, in quantum sit in utilitatem promissoris. In contrarium tamen facit, quòd contrahentes in casu hujus legis, & sequentis, voluerunt per stipulationem contrahere; & tunc si non valet ut stipulatio, neque poterit valere ut pactum, neque etiam ut pollicitatio, ut habetur *in L.* 1. §. *eum qui* 4. *ff. de constitut. pecun.* ubi qui stipulare intendebat, si inutiliter stipuletur, neque acquirit sibi actionem de constituta pecunia, ad quam aliàs solus consensus constituentis sufficiebat, ut *in L.* 1. *in princip. ff. de constit. pecun.* & *in L.* 3. *supra eodem*: idem probatur *in L.* 1. §. *si quis ita, ff. eod.* ubi habetur, quòd quando inutiliter stipulatur, neque naturaliter obligatur promittens: & ex his Bart. ibi in distinction. sumit illam regulam, quòd ubi agitur de obligatione contrahenda, seu inducenda, si non valet actus, ut agitur, neque valet aliàs ut valere potest. Præterea promissor, qui diversè respondit ad interrogationem, non videtur habere animum se obligandi, nisi diversitas talis stipulanti placuerit: vult enim scire, an ita alius acceptet, & aliter non intendit, ut experientia docet, se obligare; & facit, quod dixi *in L.* 1. *suprà eod.* tradens rationem, quare in stipulatione interrogatio debeat præcedere responsionem. Dic ergò, quòd adhuc dispositio istius legis, & sequent. procedent, & quòd etiam hodie est necessaria acceptatio promissionis diversæ ab interrogatione, & non sufficiet talis complacentia signis ostensa, si verbis non exprimatur, ut dixi suprà, & patet etiam ex *L. sequenti*, & tenent Moder. Senenses *in dict. L.* 1. §. *si quis simpliciter*, & probatur etiam *in dicto* §. *si quis ita.*

LEX XXVII.

Si ego dico, *Promittis mihi Stichum*, tu respondes, *Promitto Pamphilum*, non valet stipulatio, nisi ego statim dicam, quòd mihi placet de promisso. Idem in aliis, in quibus responsio non concordat interrogationi. Hoc dicit.

(1) *Non vale.* Adde §. *si de alia* 23. *Instit. de inutil. stipul.* & per Gloss. *in* §. *præterea, eod. tit.* Et tene menti doctrinam Bart. *in dict. L.* 1. §. *fin. in fin.* quòd quando diversitas inter interrogationem, & responsionem inducit diversitatem in re, vel qualitate obligationis, semper vitiatur stipulatio, nisi diversitas illicò placuerit, ut habetur *in* §. *si quis simpliciter, versic. cum adjicitur*, & suprà *L. proxima*, & etiam *in ista L.* & vide ibi latiùs per Bart. & Doct. signanter per Joan. de Imol. *in dict.* §. *si quis simpliciter*, ubi ponit regulam cum 9. fallentiis, sed omnia reducuntur ad doctrinam Bartol.

LEX XXVIII.

Non valet stipulatio dolo, vi, metuve facta, nec pœna apposita super ea, etiamsi juretur; sed si promissor ultrò solvat, non potest repetere. Nec etiam valet stipulatio contra leges, vel bonos mores facta. Hoc dicit.

(1) *Por miedo, o por fuerza.* Metus quoad animum, vis quoad corpus, ut exprimit gloss. parva *in L. si vi, vel metu, C. quod metus caus.* est autem metus trepidatio mentis causa instantis, vel futuri periculi, ut habetur *in L.* 1. *ff. quod metus caus.* vel secundùm Baldum *in L.* 2. *C. de his, qui per met. judic. non appell.* metus est coactio mentis, per quam usus liberi arbitrii arcetur; vis potest fieri corpori, non animæ, ut habetur 32. *quæst.* 5. §. 1. Gloss. *in cap. custodi*, 11. *quæst.* 3. & in casu hujus legis idem est vis, quod violentia, ut declarat Bart. *in L.* 1. *col.* 2. *in princ. ff. de tutel.*

(2) *Engaño.* Dolus est abscondita mentis machinatio, *L. censemus* 4. & ibi Bald. notat, *C. de litigios.* adde L. *primam*, §. *dolum, ff. de dolo.* Et intellige istam legem de tali dolo, qui virum constantem, & prudentem decepisset, per textum notab. & ibi Abb. *in cap. cum dilectus* 6. *de his quæ vi, metusve caus. fiunt*: imò vult Innocent. ibi, & Abb. post eum, *col.* 3. quòd ubi interveniret juramentum, non subveniretur dolum passo; nisi esset talis dolus, qui habuisset fallere prudentissimum: & adde Bald. *in cap. verum, de jurejur.* & *in rubric. C. de rescind. vendit.* Neque, etiamsi agatur officio judicis, minor dolus sufficiet ad recisionem actus; cùm id in dolo non habeatur expressum, sicut in minori metu reperitur, ut dixi *in L. fin. tit.* 11. *Partita tertia*, & notat Bart. *in L. interpositas, C. de transaction.* neque in hoc dispositum circa minorem metum *in L. fin.* §. *si fœnerator, ff. quod metus caus.* extendam ad minorem dolum, quia non militat eadem ratio: neque reperio cautum, dari officium judicis ad rescindendum minori dolo facta, sicut reperio statutum in minori metu; & sicut dicit Innocent. *in dict. cap. cum dilectus*, fatuitas dolo compensatur.

(3) *Fiziesse.* Et sic loquitur de dolo ex proposito, qui propriè dicitur dolus; nam dolus re ipsa non dicitur propriè dolus, ut dicit Gloss. *in L. si quis cum aliter* 36. *ff. de verb. oblig.* Dic tamen, quòd provisio hujus legis etiam

cierta pena, jurando (4) de cumplir lo que promete; dezimos, que non es tenudo (5) de cumplir la promission, nin de pechar la pena. Pero si despues que ouiesse fecho tal promission, pagasse el por si, o fiziesse lo que prometio, non seyendo apremiado; dende en adelante non podria demandar de cabo, aquello que diesse, o que fiziesse. E esto es, porque aquel derecho que el auia por si, para non ser tenudo de fazer, nin de pechar, lo que prometio, porque la promission fue fecha por miedo, o por fuerça, o por engaño; pierdelo, quando el por si cumple de su grado (6), e sin premia, lo que prometio. Otrosi dezimos, que todo pleyto que es fecho contra nuestra Ley (7), o contra las buenas costumbres (8), que non deue ser guardado; maguer pena, o juramento (9) fuesse puesto en el.

LEY

etiam habebit locum in dolo re ipsa, ut *in dict. L. si quis cum aliter.*

(4) *Jurando.* Huic legi de directo obstat *L. fin. tit.* 11. *Partita* 3. ibi: *E aun mas dezimos, que el que jura cosa guisada, non se puede escusar de non la guardar, maguer diga que la fizo por fuerza*; cum qua lege concordant jura Canonica ibi allegata. Solve, ut ibi: vel dic, quòd ista lex loquitur, ubi quis promittit, & jurat super rebus illicitis; tunc enim juramentum non obligat: ibi, quando jurat super illicitis, quo casu licèt juret per vim, vel metum, juramentum obligat, secundùm communem opinionem, de qua per Gloss. *in cap. auctoritatem*, 15. *quæst.* 6. & per Glossam *in cap. si vero*, ubi Abbas, & Felin. *de jurejur.* Sed huic intellectui obstant verba hujus legis ibi: *Pero si despues*, cùm loquitur de purgatione metus per spontaneam solutionem, & sic loquitur de promissione super rebus licitis; item, quia ista lex loquitur generaliter: ideò dic, quòd in effectu, quem voluit considerare ista lex, juramentum non obligat, si fuit metu extortum, ex quo, opposita exceptione *quod metus causa*, absolvendus erit à judice, ut dicit etiam Gloss. *in dict. cap. auctoritatem.* Sed huic intellectui etiam obstat *dict. L. fin.* ibi: *Maguer diga, que lo fizo por fuerza.* Vel dic, quòd illa lex procedat, quando jurans habuit animum se obligandi, licèt coactus; & tunc procedat illa lex, & communis opinio, scilicèt, quòd juramentum metu extortum obligat, quousquè sit absolutio juramenti concessa: si tamen non haberet voluntatem se obligandi, & de hoc constaret, tunc non obliget juramentum; & ita procedat ista lex, & opinio tenentium, juramentum metu extortum non obligare, secundùm Joan. de Imol. *in dict. cap. si verò, ad fin.* ubi & subdit notabile verbum, quòd videbitur de hoc constare, si præcessit protestatio, quòd non intendebat aliquo modo habere animum se obligandi, si contingeret jurare per metum, per id quod habetur *in cap.* 1. *de his quæ vi, metusve causa*, & *in L. qui in aliena* 6. §. *Celsus* 7. *ff. de acquir. hæred.* Sed hic intellectus similiter est divinatorius ad istam legem, cùm hic nihil de hoc dicatur, neque distinguatur; & in dubio, cùm de alio non constaret, præsumitur, quòd habuerunt animum se obligandi, ut *in cap. verum* 15. & *in dict. cap. si verè* 8. *de jurejur.* is enim, qui jurat metu, simplicem consensum exhibet, quem si non exhiberet, peccaret mortaliter, cùm adducat falsò Deum in testem, ut adducit Cajetanus *in* 2. 2. *quæst.* 89. *art.* 7. *in* 2. *dubio.* Vel dic, quod aut lapsus est, vel instat terminus solvendi, seu adimplendi promissum per metum, vel mora jam est commissa per interpellationem; & tunc, si promissio meticulosa fuit jurata, non obstante, quòd allegetur metus, vel violentia, debet adimpleri quod fuit promissum, ne promittens incidat in perjurium: debet ergò solvere, & post per actionem *quod metus causa* repetere, argum. *cap. debitores* 6. *de jurejur.* & ita procedit *dict. L. fin.* si verò dies non instat; antequàm constituatur in mora solvendi, potest agere promissor, ut declaretur, se non teneri ad observantiam promissionis, etsi juratæ, & quòd creditor cogatur propter suam turpitudinem illud relaxare, ita quòd de hoc liqueat, aut liquere possit, antequàm instet terminus implendi juramentum; & ita procedit ista lex: & pro isto intellectu vide quæ notat Abb. *in cap.* 1. *col.* 2. versic. *quartum remedium, de jurejur.*

(5) *Non es tenudo.* Cum effectu intellige, nam apposita exceptione doli, vel metus, absolvendus est, ut *in L. dolo* 5. *C. de inutil. stipul. L.* 56. *tit.* 5. *ead. Partit.* quando tamen dolus daret causam contractui, vide L. 57. & quæ ibi dixi, *eod. tit.* & quæ notantur per Gloss. & Salyc. &. Doct. *in dict. L. dolo.*

(6) *De su grado.* Adde L. 49. *tit.* 14. *ead. Part.* & *L.* 2. & *L. si per vim* 4. *C. his quæ vi, metusve caus.* & vide quæ dicam *in dict. L.* 49. & intellige in sciente jam dolum, quia ex solutione purgatur, ut *in dict. L.* 49. & quæ ibi dixi.

(7) *Contra nuestra Ley.* Adde *L. si stipulor* 35. *ff. eod.* & *L. non dubium* 5. *C. de legib.* & *cap. vides*, 10. *distinct.* & sic lex prohibitiva simpliciter loquens semper censetur habere clausulam derogatoriam, & annullativam actus, ut notat Bald. *in dict. L. non dubium, quarto notab.* & vide ibi Jason. *col.* 5. limitantem istam regulam quatuor, vel quinque modis: vide per te. Et quid si lex ultra prohibitionem adderet pœnam? an tunc teneat actus, & tantùm agatur ad pœnam? Vide latè per Doctor. *in dict. L. non dubium*, & per Abb. notabiliter distinguentem (post Bald. *in dict. L. non dubium*) *in cap.* 2. *col.* 2. & 3. *de testib.* Tu etiam adde ad limitationes Jason. quia est advertendum, quòd ista regula, quòd actus contra legem prohibitivam non tenet, debet intelligi respectu eorum, qui faciunt actum contra legem, ut in eorum favorem non teneat, & sic annulletur actus. Si tamen pœna nullitatis actus non concerneret ipsos agentes contra legem prohibitivam, sed alios qui in hoc non peccarent, tunc teneret actus. Pone exemplum: Monacho prohibetur exercere officium tabellionatus, quoad instrumenta de novo conficienda, ut *in capit. sicut* 8. *ne Clerici, vel Monachi*; si tamen faceret instrumenta, non essent nulla: quia tunc pœna annullationis concerneret illos, ad quorum utilitatem instrumenta spectant, ut tenet Joan. And. *in dict. cap. sicut*, Alex. qui etiam alios refert *in L. prætor*, §. *etiam his, ff. de edend.* Similiter si prohiberetur Doctoribus salariatis, vel aliis, advocare; si advocarent, non irritaretur, quod in officio advocationis gesserunt; ipsi tamen contravenientes punirentur, ut notat Bald. per text. ibi *in L. placet, C. de Episc. & Cler.* Adde etiam, quòd si lex prohibet actum, nisi servetur certa solemnitas tempore contractus; tunc actus aliàs contra legem factus est nullus, ut *in dict. L. non dubium* 5. & *regul. quæ contra jus* 64. *de reg. juris, lib.* 6. Si tamen disponit lex super contractu jam facto, quòd aliquid fiat, seu servetur; tunc ipso jure non annullaretur actus, sed deberet per sententiam revocari, ut declarat Bart. ubi vide per eum exemplum *in L. si ita quis*, §. *eadem lege*, versic. *quæro utrum prohibitio, ff. de verb. oblig.* Et quid si actus fiat contra legem vivam, id est contra Principis prohibitionem, vel mandatum, vide notata per Abb. *in cap. dilectus*, el 2. *col. fin. de præbend.*

(8) *Buenas costumbres.* Adde *L. generaliter* 26. *cum L. sequent.* & *L. stipulatio hoc modo concepta* 61. *ff. eod.* & *C. de inutil. stipul. L. ex eo* 4. & *instit. eod.* §. *quod ex turpi* 24. & *cap. fin. de pactis*, & *L. si stipulor* 35. *ff. de verb. oblig.*

(4) *Por embargo.* Adde *L. continuus* 137. §. *illud* 3. *ff. eod.* & Gloss. *in* L. *si vehenda*, §. *idem juris*, *ff. ad L. Rhod. de jact.* super parte *idem dicemus*, & Gloss. *in dict.* §. *illud*, super parte *non potest.* Et adverte, quia ista lex videtur approbare opinionem dictarum gloss. volentium esse differentiam inter stipulationes judiciales, & conventionales: nam in judicialibus difficultas, seu impedimentum superveniens, impedit pœnam committi; in conventionalibus verò non: & sic per istam legem videntur destrui dicta Dyn. Bart. & aliorum *in dict.* §. *illud*, distinguentium, an in obligatione sit datio speciei, vel factum, & tunc etiam in conventionalibus stipulationibus difficultas impediat moræ, & pœnæ commissionem, ut *in L. quod te* 5. *ff. si cert. petat.* & *in L. cum servus* 39. & *L. cum res* 47. *ff. de legat.* 1. L. 1. §. *si frater*, *ff. de collat. bonor.* an verò sit quantitas, & tunc impedimentum, seu difficultas non excuset, nec pœnæ, neque moræ commissionem, ut *in L. incendium* 11. *C. si cert. petat.* L. *ad diem* 77. *ff. de verb. oblig.* & hoc, secundùm Ang. ibi, quando impedimentum esset ex parte promissoris; nam si ex parte creditoris, etiam in obligatione generis, vel quantitatis, difficultas excusaret à pœna, ut *in L. fin. ff. de naut. fœnor.* vide ibi latiùs per Joan. de Imol. referentem dicta Bart. & Ang. & addentem aliqua: & sic Doctores communiter volunt, quòd sit differentia inter stipulationes judiciales, & conventionales, sed quòd distinguatur ut suprà; quod apertè destruit ista lex, in hoc faciens differentiam inter tales stipulationes: & quòd etiam, quando in obligatione est datio speciei, difficultas, seu impedimentum superveniens, non excuset pœnæ commissionem, probatur *in L.* 20. *tit.* 14. *Part.* 7. ibi: *Porende dezimos, que si aquel cuya era la cosa, fuesse obligado de la dar a alguno, o el fruto della, so pena cierta, e a dia señalado; si cayo en la pena, porque no lo pudo dar por razon que le era furtada, que estonce el daño, e el menoscabo que le auiniesse por tal razon como esta, o en otra semejante, tenudos serian los ladrones, &c.* & sic apertè probatur, quòd neque in obligatione speciei difficultas excuset à pœnæ commissione. Potest dici, quòd ista lex, cùm dicit, *Por embargo que aya*, intelligatur de difficultate, quæ supervenit post moram: nam illa non excusat debitorem, ut *in L. quod te mihi* 5. *ff. si cert. pet. L. si ex legati causa* 23. *ff. de verb. oblig.* & isto modo non refragabitur dictis Dyn. Bart. & Doctorum *in dict.* §. *illud*: si verò fuit difficultas ante moram, tunc excusetur debitor, & procedant dicta Dyn. Bart. & aliorum: quod etiam probatur *in L.* 18. *suprà eod.* & ibi dixi. Vel dic, quòd aut est talis difficultas, quæ assimilatur casui fortuito, & ista tam in stipulationibus judicialibus, quàm in conventionalibus excuset moræ, & pœnæ commissionem, quando orta fuit ante moram commissam; & multò fortiùs, si fuit verè, & realiter casus fortuitus; & ita procedant dicta Dyn. & Bart. & probatur etiam *in dict. L.* 18. & habetur etiam hìc in fine hujus legis: aut non fuit talis difficultas, sed aliàs naturaliter etiam sine casu fortuito proveniens; & tunc quòd distinguatur inter stipulationes judiciales, & conventionales, ut in judicialibus excuset, ut *in ista L. in princ.* & *in L.* 2. §. *si quis in judicio*, *ff. si quis caution.* in conventionalibus verò non excuset talis difficultas, ut hìc, & *in dict.* §. *illud*: & hoc fuit visum Gloss. & est de ejus mente *in L. si vehenda*, versic. *idem juris*, *ff. ad Leg. Rhod. de jact.* cùm dicit, aliàs difficultas, vel impossibilitas talis ad incommodum pertinet promissoris; & hoc etiam vult Joan. de Imol. *in dict.* §. *illud*, & dixi *in L.* 18. *suprà eod.* & sic etiam non obstabit *dict. L.* 20. *tit.* 14. *Part.* 7. quia ibi non erat talis difficultas, quæ provenisset à casu fortuito, vel similitudinem habente cum eo, ut *in L. quoties* 21. §. *in potesta-*

si la pena fuesse puesta sobre cosa cierta que ouiesse a dar, e se perdiesse, o se muriesse sin culpa, ante del dia (5) a que la ouo a dar, o a mostrar.

LEY XXXVIII.

Como la pena que alguno promete, si non matare, o non fiziere algund yerro, que non deue valer.

Ley 2. tit. 1. lib. 2. Recop.

PONiendo pena algunos omes entre si, sobre promission que fiziessen, maguer la promission non sea valedera (1), vale la pena, e sera tenudo de la pechar el que la fizo. Fueras ende, si la promission fuesse fecha sobre cosa que fuesse fecha contra ley, o contra buenas costumbres. E esto seria, como si alguno prometiesse so cierta pena, de matar a algund ome, o de fazer adulterio, o de fazer otro yerro (2) semejante destos. Ca entonce, maguer non cumpliesse tal promission como esta, non seria tenudo de pechar la pena. Otrosi dezimos, que si algund ome prometiesse a otro, de dar cosa cierta porque matasse (3) algund ome, o porque fiziesse algund yerro, non seria tenudo (4) de dar lo que prometio; maguer el otro cumpliesse aquel mal, por que le prometio de darle la cosa. Pero tambien el que fizo la promission, como el otro que cumplio el yerro por razon della, son amos tenudos (5) a rescebir la pena, o de fazer emienda de aquel yerro, segund mandan las leyes deste nuestro libro.

LEY XXXIX.

Como la pena que es prometida por razon de casamiento, non la pueden demandar.

CAsamiento quieren fazer (1) los omes a las vegadas. E porque se acaben, obliganse a cierta pena, prometiendo los vnos por los otros, que se cumplira el casamiento. E esto fazen, porque aquellos por quien fazen la promission, que casaran en vno, non estan delante quando la fazen, o porque non son de edad (2), o por alguna otra razon. Onde dezimos, que si acaesciere, que alguno dellos non quiera cumplir el casamiento, entonce aquel que fizo la promission por el que non

tate 3. ff. de noxal. sed proveniebat à furto, quod committitur ex defectu custodiæ, *L. cum duobus 52. §. 3. versic. quod si à furibus, ff. pro socio*, & notat Gloss. *in §. præterea, Instit. quibus mod. re contrah. oblig.* ideò nil mirum, si ibi fuerit pœna commissa.

(5) *Ante del dia.* Intellige, etiamsi ante diem fuerit interpellatus, ut *in L. cum filius 49. §. fin. ff. eod.*

LEX XXXVIII.

Super inutili promissione pœna apposita, valet; nisi promissio sit contra leges, vel bonos mores, ut quia promitto occidere hominem, vel aliud delictum committere sub pœna. Item si tibi aliquid promitto, ut illicitum facias, non teneor solvere, etiamsi adimpleatur: sed tenebimur ambo de delicto sic commisso. Hoc dicit.

(1) *Non sea valedera.* Quia præter legem, ut *in L. stipulatio ista 38. §. si stipuler 20. & §. alteri 17. ff. eod. & Instit. eod. §. alteri 19.* secùs si est contra legem, vel continet quid turpe, ut subjicit: & ortum habet à dictis Azon. *in summa C. de inutil. stipul. col. 2. in fin.* versic. *si verò stipulor.*

(2) *Otro yerro.* Adde *L. generaliter 26. cum L. sequent. & L. si flagitii 123. ff. eodem, & L. 28. suprà eod.* Et quid si promittatur meretrici ob meretricium? Communior videtur opinio, quòd possit exigi ab ea: vide per Bart. & Jason. *in dict. L. generaliter, & in L. 4. §. sed quod meretrici, ff. de condict. ob turp. causam*, & vide Andr. de Iser. *in cap. 1.* vers. *turpiter luserit, col. 2. quibus mod. feud. amittatur*, ubi & refert Theologos, & tradit etiam latè Joann. Lupi de Palac. Rub. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter vir. & uxor. in rubrica, col. mihi 172. cum sequent. in formis minoribus.*

(3) *Porque matasse.* Idem, si promittat, ut non occidat, ut *in L. jurisgentium 7. §. si ob maleficium 3. ff. de pactis*: recipere pecuniam, ne maleficium fiat, nefas est & Deo, & mundo, secundùm Ang. *in dict. L. generaliter*, ubi dicit, quòd hoc forsitan fallit favore castitatis conservandæ, ut si do pecuniam mulieri, ne meretrix fiat, argum. *L. imperialis 23. C. de nupt. & authent. scenicas, circa princ. collat. 5.* licèt Gloss. secundùm eum *in L. si ob turpem, ff. de condict. ob turp. caus.* dicat contrarium, & simpliciter refert, & sequitur Joan. de Imol. ibi.

(4) *Non seria tenudo.* Et sic nulla est obligatio; undè approbare videtur ista lex opinionem Gloss. & Bart. *in dict. L. generaliter*, ut quando id, quod promittitur, non est turpe, sed super re turpi promissio fit, sit ipso jure nulla: vide ibi per Bart. Angel. & Joan. de Imol. & Jasonem respondentem ad *L. pen. ff. de condict. ob turp. causam.*

(5) *Son amos tenudos.* Adde *L. non ideò minus 5. C. de accusation.*

LEX XXXIX.

Pœnam, quam promisi, si quis non contraheret cum aliqua matrimonium, non teneor solvere, licèt non contrahatur: quia non metu pœnæ, sed amore, & partium consensu est matrimonium contrahendum. Hoc dicit.

(1) *Quieren fazer.* Sive ergò, qui tale matrimonium appetunt per aliquos contrahi, sint parentes, sive conjuncti, vel amici contrahentium, seu illorum, quos promittunt contrahere, sive extranei; non tenebit promissio pœnæ ex generalitate hujus legis. Bart. tamen, & communiter Doct. *in L. Titia, ff. eod.* à qua ista sumpta est, post Gloss. ibi tenent, quòd inter omninò extraneos tenebit hæc pœnalis promissio, ex quo cessat ratio prohibitionis, ne libertas scilicèt matrimonii impediatur: & idem volunt Doct. Canon. *in cap. gemma, de sponsal.* cùm tali casu timor pœnæ ipsos contrahentes non comprehendat. Hostiens. verò *in dict. cap. gemma* dicit, quòd quando extranei inter se bona fide faciunt sponsionem, ut si, duobus loquentibus de sponsalibus, unus promittit, si fiant, & alter totidem, si non fiant; quòd tunc valeat inter extraneos promissio pœnalis, ex quo nullam coertionem habet inter contrahentes, neque contrahentes ob hoc intimidantur: secùs autem, secundùm eum, si nomine mulieris promittant sponsalia, adjecta pœna nomine suo, si non fiant; quia tunc non tenet promissio pœnæ accessoria principali, quod debet esse liberum: & cum hoc dicto Hostiens. Joan. de Imol. transire videtur *in dict. L. Titia, in princ. 2. col.* & videtur approbari in ista lege ibi: *E esto fazen, porque aquellos por quien fazen la promission, &c.* & sic loquitur, quando promittunt nomine illorum, quos promittunt contracturos. Sed propter hæc ego non recederem ab opinione Gloss. & Bart. & communi *in dict. L. Titia in princ.* quam & communiter tenere videntur Canonistæ *in dict. cap. gemma*, quando ex tali promissione extraneorum libertas inter contrahentes in aliquo non læderetur, ex quo, ut dixi, cessat ratio prohibitionis; quæ ratio, & est expressa in ista lege, cùm dicit: *Esto es, porque el casamiento non deue ser fecho por miedo de pena.*

(2) *Non son de edad* Vide *in cap. 1. §. fin. de desponsat. impub. lib. 6.*

non lo quiere fazer, nin cumplir, que non es tenudo de pechar la pena (3). E esto es, porque el casamiento non deue ser fecho (4) por miedo de pena, mas por amor, e con consentimiento de amas las partes, assi como diximos en la quarta Partida deste nuestro libro, que fabla de los casamientos.

L E Y XL.

Como la pena que es puesta por razon de vsura, non la pueden demandar.

OTorgan los omes, e prometen vnos a otros, de dar, o de fazer alguna cosa, obligandose a pena cierta, si non cumplieren aquello que otorgan, o prometen. E mueuense a poner esta pena en las promissiones, por dos razones. La primera, porque aquellos que prometen de dar, o de fazer la cosa, sean mas acuciosos a cumplir la promission, por miedo de la pena. La segunda es, porque algunos engañosamente lo fazen, por auer ocasion de leuar alguna cosa como en razon de vsura. E porende dezimos, que si la pena es puesta sobre cosa que promete alguno de fazer (1), que cae en ella aquel que fizo la promission, e que es tenudo de la pechar, si non faze aquello que promete de fazer; assi como diximos en las leyes ante desta. Mas si la pena fuesse puesta sobre quantia cierta, que prometiesse alguno de dar (2); si aquel que recibe la promission, es ome que aya vsado de recebir vsura, entonce non es tenudo de pechar la pena el que fizo la promission, maguer non lo cumpla al plazo. Pero si el que recibe la promission, fuesse atal ome, que nunca ouiesse rescebido vsura (3), entonce tenudo seria de

(3) *La pena.* Licèt sit in parva quantitate, secundùm Bart. & alios communiter *in dict. L. Titia in princip.* & Abb. & alios *in dict. cap. gemma.* Arra tamen benè potest præstari in contractu sponsaliorum, ut *in L. arris* 3. & *in L. fin. C. de sponsal. L.* 1. *tit.* 11. *Part.* 4. *L.* 84. *tit.* 18. ubi vide latè, quæ dixi, 3. *Part.* & intellige de arris, seu pignoribus realiter traditis, non promissis tantùm, ut constat ex *dict. L. fin.* & tenent Bart. Angel. Paul. de Cast. & Joan. de Imol. & etiam Jaso *in dict. L. Titia*, & Abb. *in dict. cap. gemma*, Socin. *consil.* 3. *vol.* 1. & potest fieri traditio arrarum in quacunque quantitate ex generalibus verbis *dict. L. fin.* & tenet Paul. de Castr. Angel. & Imol. Roman. & Jaso *in dict. L. Titia*, licèt Bart. ibi, & Abb. *in dict. cap. gemma*, velint, non posse arras excedere quantitatem dotis, vel donationis propter nuptias, seu ubi dos, vel donatio talis propter nuptias non excederet quantitatem positam *in L. jubemus* 11. *C. de repud.* & rationem diversitatis inter arram, & pœnam, dicunt Doctor. communiter esse, quia arra realiter traditur, pœna verò promittitur, & non ita sunt faciliores homines ad realiter tradendum, sicut sunt faciles ad promittendum sub pœna: ex quo vult Joan. de Imol. *in dict. L. Titia in princ. col. pen.* versic. *sed hic occurrit dubium*, quòd si quis ita dicat, quòd dat centum pro pœna, si contingat matrimonium non contrahi, quòd erit idem, ac si diceret, quòd dat nomine arræ: quia aliàs esset imponere legem verbis, & non rebus, contra *L.* 1. *&.* 2. *C. commun. de legat.* & *L.* 2. *ff. de constit. pecun. ad finem*: tene menti, quia est pulchrum dictum.

(4) *Fecho.* Quid si promittatur sub pœna, quòd matrimonium non dissolvetur, vide *L. si stipulatio facta fuerit* 19. *ff. eodem*, & Gloss. & ibi Joan. de Imol. *col.* 2. *in dict. L. Titia in princ.*

L E X XL.

Pœna apposita super promissione alicujus facti committitur, si non fiat: sed si super promissione quantitatis, non committitur, si stipulator aliquandò usuras exercuit; aliàs sic. Et pactum, seu conventio in fraudem usurarum facta non valet: & fit in fraudem usurarum, quando re vera est mutuum, sed fictè fit littera venditionis: nam apparet, quòd hoc fit ut interim, dum solvitur pretium, creditor lucretur fructus. Hoc dicit.

(1) *De fazer.* Adde *L. promissis* 37. *C. de transaction.* & *L. Lucius* 47. *ff. de action. empti.*

(2) *De dar.* Adde *L. cum allegas* 15. *C. de usur.* & *L. Julianus* 13. §. *ibidem Papinianus* 26. *ff. de action. empti*: quando enim pœna adjicitur dationi quantitatis, sive pecuniæ, seu alterius rei in qua consistit mutuum, censetur apposita loco usurarum, quia in talibus cadit usura; secùs tamen est, quando adjicitur dationi certæ speciei, vel facto, quia in talibus non cadit usura, declarat Paul. de Castr. *in dict. L. cum allegas*, *C. de usur.* ubi vide per eum, quid in compromisso, ubi arbiter jussit dari certam quantitatem sub pœna, an possit talis pœna peti; & concludit, quòd sic, quia videtur adjecta, non solùm propter dationem quantitatis, sed ut pareatur arbitrio, & ne sententia arbitri contemnatur, & sic videtur etiam adjecta facto: vide in ista materia notabiliter Alexand. *in L. stipulatio ista*, §. *alteri*, *col.* 3. *&* 4. *ff. eod.* & idem quod Paul. in sententia arbitri vult Bald. *in dict. L. cum allegas*, & tenet etiam Alexand. latè, ubi retulit tenentes contrariam opinionem *in L.* 5. §. *fin. super gloss.* in verbo *committitur*, *ff. de verb. oblig.* Et idem dicendum in contractu transactionis, si pœna adjiciatur dationi quantitatis, ut tenet Bald. *in dict. L. cum allegas*, & *in L. promissis*, *C. de transaction.* & idem tenuit Alexad. *consil.* 119. *col. pen. vol.* 2. Contrarium tamen in contractu transactionis tenet idem Alexand. post Raynerium, Jacobum Butricarium, Paulum, & Fulgosum *in dict. L. promissis*, & *in dict. L. stipulationum*, §. *fin. ff. de verbor. oblig.* & idem Alexand. *consil.* 50. *volum.* 4. post consilium Antonii de Prato veteri ibi positum. Et quid si factum, cui pœna adjicitur, ordinatur ad exactionem quantitatis, seu ejus loco subrogatur? an tunc pœna possit exigi? Vide per Bald. *in L. cum servum*, *ff. de condit. & demonstr.* & Joan. Andr. *in addition. ad Spec. in tit. de obligat. & solution.* §. *ante omnia*, versic. *sequitur est*, *col.* 3. super parte *est quoque*, & per Alexand. *dict. consil.* 50. ubi dicit opinionem Bart. *in L. cum servus* esse communem. Et quid si pœna adjecta dationi quantitatis promittatur alii, quàm ei, cui quantitas est danda, vide per Bart. *in L. qui res*, §. *qui stipulatur*, *ff. de solution.* & opinionem Bart. sequitur, & defendit Alexand. *in dict.* §. *alteri*: & in ista materia tene menti dictum Baldi *in cap. unico*, versic. *pone emphyteota*, & versic. *sequenti*, *qualiter dominus propriet. feud. privet.* ubi dicit, quòd si emphyteota promisit domino duos denarios nomine census in anno sub pœna centum librarum, quòd valeat adjectio ejus pœnæ, quia videtur adjecta loco expulsionis, & sic loco facti: adde ad prædicta, quod notat Abb. *in cap. dilecti, ad fin. de arbitris*, *antepen. & pen. col.*

(3) *Vsura.* Habes hìc expressum, quòd pœna adjecta dationi quantitatis non præsumitur adjecta in fraudem usurarum, nisi qui pœnam stipulatus sit, solitus fuerit fœnerari: & sic approbat ista lex opinionem Innoc. *in cap. suam*, *de pœnis*, & Gloss. *in L. si pœnam*, *ff. de usur.* & *in L. utrum, in gloss. fin. ff. de petit. hæred.* & Gloss. *in cap. illo vos*, *de pignor. in gloss. fin.* & Archid. *in cap. cum devotissimam*, 12. *quæst.* 2. Bart. *in L. cum stipulati simus*, *ff. de verb. oblig.* Contrariam opinionem, quòd in hoc non fiat ista distinctio, sed indistinctè videatur adjecta in fraudem usurarum, tenet Gloss. *in L. Julianus*, §. *item Papinianus*, *ff. de action. empt.* & *in dict. L. cum allegas*, Jacob. Butri. *in L. pecuniæ*, §. 1. *ff. de usur.* ubi & sequitur Florian. & idem tenet Joan. Andr. *in addition. ad Specul. tit. de oblig. & solution.* §. *ante omnia*, versic. *sequitur*, idem Angel. Imol. Alex. *in*

de pechar la pena el que fizo la promission, si non diesse aquello que auia prometido de dar. Otrosi dezimos, que todo pleyto, o postura, que sea fecha ante testigos, o por carta, por engaño de vsura, que non deue ser guardada. E esto seria (4), como quando aquel que presta los dineros en verdad, toma por ellos algun heredamiento en peños, e faze muestra de fuera, que aquel que gelo da a peños, que gelo vende; faziendo ende fazer carta de vendida, porque pueda ganar los frutos (5), e que nol sean demandados por vsura. E porende dezimos, que tal engaño como este non deue valer, seyendo prouado (6) tal pleyto, que verdaderamente fuesse prestamo, e la carta de la vendida fuesse fecha por enfinta.

TITULO XII.

De las Fiaduras que los omes fazen entre si, porque las promissiones, e los otros pleytos, e las posturas que fazen, sean mejor guardadas.

Tit. 16. lib. 5. Recop.

Fiaduras fazen los omes entre si, porque las promissiones, e los pleytos que fazen, e las posturas, sean mejor guardadas. E porende, pues que en el Titulo ante deste fablamos de las promissiones, queremos aqui dezir de las fiaduras, que fazen por razon dellas. E mostraremos, que quiere dezir fiadura. E a que tiene pro. E quien la puede fazer. E por quien. E sobre que cosas. E en que manera deue ser fecha la fiadura. E que fuerça ha. E como se puede desatar. E despues desto diremos de todas las otras cosas, que los omes fazen vnos por otros, por su mandado, o sin el, de que nasce obligacion entre ellos, que es otra manera de fiadura.

LEY I.

Que quiere dezir fiadura, e a que tiene pro, e quien puede ser fiador, e quien non.

Fiador (1) tanto quiere dezir, como ome que da su fe (2), e promete a otro, de dar, o de fazer alguna cosa, o por mandado (3), o por ruego (4) de aquel, que le mete en la fiadura. E tiene grand pro a aquel que la recibe, ca es poren- *LL. del tit. 16. lib. 5. Recop.*

in dict. §. alteri, ubi & Jaso dicit, huic opinioni esse adhærendum, Abb. etiam & Joan. de Imol. *in dict. cap. dilecti*, *de arbitris*, Cyn. *in dict. L. cum allegas*, Anton. de Prat. veteri inter consil. Alex. *vol.* 4. *consil.* 49. & sic ista videbatur de jure communi opinio communior. Tene ergò menti istam legem, quæ approbat primam opinionem: quam tamen limita, nisi apponatur pœna per dinumerationem mensium, vel annorum, quia tunc esset usura, ut dicit Bart. per illum text. *in dict. L. cum stipulati simus*, *ff. eod.* Procedit igitur hæc lex, quando est una pœna tantùm. Intellige etiam, & limita, quòd tunc pœna adjecta obligationi quantitatis videtur adjecta in fraudem usurarum, quando utrunque, tam sors principalis, quàm pœna peti potest, vel pœna excedit sortem: quia ut sit usura, requiritur, quòd aliquid accedat sorti; & ita est de mente Bald. *in dict. L. cum allegas*, *in* 1. *oppo.* si verò pœna esset minor sorte, & utrunque non posset peti (quod est regulariter, ut *in L.* 34. & 35. *suprà eod.* & ibi dixi) tunc non est cur dicatur, quòd sit usura, si de justitia integræ promissionis apparet, ut etiam vult Bald. *in dict. L. cum allegas*, *col. pen.* versic. *deinde quæro de tali quæstione.* Et quid si pœna adjiciatur in ultimis voluntatibus, vide etiam per Bald. *in dict. L. cum allegas*, 9. & 10. *oppo.* & per Alex. *in dict. §. alteri*, *col.* 5.

(4) *Seria.* Ortum habuit à *L. emptione* 3. cum ibi notatis per Gloss. *C. plus valere quod agitur*, & à *cap. ad nostram* 5. *de empt. & vendit.*

(5) *Frutos.* Facit ad illud, quod notat Bart. *in consil.* 65. incipit, *Petr. Nichole*, quòd qui dicit contractum simulatum, sive agendo, sive excipiendo, debet dicere speciem, & causam simulationis, aliàs succumberet; quod intellige, si opponatur à parte, secundùm Bald. & Salyc. *in L. ab Anastasio*, *C. mandati.*

(6) *Prouado.* Non enim præsumitur, quòd contractus sit simulatus, nisi probetur, ut hìc, & *in L. sed si maritus* 14. *in fin. ff. qui, & à quibus*, & *in cap. fin. de renuntiat. lib.* 6. *L. quamvis* 4. cum Gloss. *C. si quis alteri vel sibi*; maximè, quando de contractu est confectum instrumentum, ut *in L. cum precibus* 18. & ibi notatur, *C. de probation.* & *in authent. de instrum. caut. & fide*, *cap. si vero moriantur* 7. neque præsumitur contractus usurarius, nisi probetur, secundùm Bald. *in L. rogasti*, *§. si tibi dedero*, *ff. si cert. pet.* & allegant contractum simulatum incumbit onus probandi, ut in dictis juribus, & probatur *in L. patronum* 6. *ff. de probation.* & poterit probari etiam per indicia, & argumenta, *cap. cum in diœcesi* 15. *de usuris*, tradit Jaso *in L. in illa*, *in fin. ff. de verbor. oblig.* & 26. præsumptiones simulationis tradit Barth. Cæpol. *in suo tract. de simul. contr.* & vide Alexand. *consil.* 46. *vol.* 3. incipit *circa præsentis consilii materiam.*

Tom. II.

TITULUS XII. DE FIDEJUSSORIBUS.

LEX I.

Fidejussor dicitur, qui se obligat dare, vel facere alteri debitoris mandato, vel rogatu: & hoc prodest creditori, quia tam principalis, quàm fidejussor sunt ei obligati: & potest esse fidejussor ille, qui potest obligari, & qui possunt recipere promissiones. Hoc dicit.

(1) *Fiador.* Nomen fidejussoris generale est, ut contineat etiam mandatorem, constitutorem, expromissorem, & sponsorem, secundùm Azon. *C. eod. in summa*; sed ista lex diffinit, prout in specie accipitur fidejussor: & de differentia, quæ est inter istos, vide Gloss. *in authent. de fidejussor. collat.* 2. *in princ.* super verbo *fidejussorem.*

(2) *Que da su fe.* Gratiam fidejussoris ne obliviscaris: dedit enim pro te animam suam, Ecclesiastic. 29. *cap. vers.* 20.

(3) *Mandado.* Nam si sine mandato, vel rogatu, potiùs dicitur sponsor, quàm fidejussor; licèt & huic competat actio mandati, ut *in L. si pro te* 40. *ff. mandat.* & notat Gloss. *in dict. authent. de fidejussor. in princip.* super verbo *fidejussorem.* Sed quid si promisi fidejubere pro te? an tenear me obligare sine te? Bald. dicit, quòd non, *in L. sancimus*, *C. de verb. signific.* quia non teneor me constituere principalem; allegat *L. tribus*, *ff. de usufruct. earum rerum, quæ usu consum.* Et qui habet mandatum de fidejubendo, videtur etiam habere mandatum de solvendo, *L. indebitam* 47. & ibi Bart. *ff. de condict. indeb.* Bald. post Gloss. *in L. si pro ea*, *C. mandat.* versic. *tu dic, quod mandatum*, Gloss. & Doctor. *cap. fin. de fidejussor.* Et an dicatur fidejussor, qui promisit solvere nomine Titii? Vide Bart. *in L. si ita stipulatus*, *§. possum utiliter*, *ff. de verb. oblig.*

(4) *Ruego.* Licitè enim pecuniam pro fidejussione posset recipere, *L. hoc jure* 19. *§. Labeo* 1. *ff. de donat.*

ende mas seguro de aquello quel han a dar, o fazer: porque fincan amos a dos obligados (5), tambien el fiador, como el debdor principal. E dezimos, que puede ser fiador, todo ome que puede fazer promission, para fincar obligado por ella. Otrosi pueden recebir fiadores, todos aquellos que pueden recebir promissiones (6), assi como dizen en el Titulo ante deste, que fabla de las promissiones.

LEY II.

Quales non puedan ser fiadores.

Leyes 2. y 4. tit. 10. lib. 9. Recop.

OMes señalados son, que maguer pueden fazer promissiones por si, que non pueden ser fiadores por otri. Assi como los Caualleros (1) de la mesnada del Rey, que reciben soldada del Rey, e bien fecho del. Ca estos atales non deuen recebir los omes por fiadores, porque non se embargue el seruicio que han de fazer al Rey. Otrosi, porque los omes non podrian auer derecho dellos tan bien, nin tanto ligeramente, como de los otros. E señaladamente defiende la ley (2), que los Caualleros non pueden ser fiadores, por aquellos que arriendan, o tienen en fieldad los almoxarifadgos, e las rentas del Rey, e los otros derechos del Rey. Esso mismo dezimos de los Obispos (3), e de los Clerigos reglares (4), e de los Religiosos (5). Ca podria ser, que por razon de la fiadura se embargaria el seruicio que han de fazer a Dios; e viene daño ende a la Eglesia. E aun dezimos, que ningun sieruo non puede entrar fiador por otri. Fueras ende, si ouiesse pegujar apartado, quel ouiesse dado su señor. Ca entonce, por las cosas que pertenecian al pegujar, bien podria entrar fiador por otri. Otrosi dezimos, que muger ninguna non puede entrar fiador por otri. Ca non seria cosa aguisada, que las mugeres andouiessen en pleyto, por fiaduras que fiziessen, auiendo allegar a logares do se ayuntan muchos omes, a vsar cosas que fuessen contra castidad, o contra buenas costumbres, que las mugeres deuen guardar.

Ley 7. tit. 3. lib. 5. Recop. L. 27. tit. 11. lib. 9. Recop.

LEY III.

Por quales razones pueden las mugeres ser fiadores por otri.

Ley 7. tit. 3. lib. 5. Recop.

MVger, diximos en la ley ante desta, que non puede entrar fiador por otri. Pero razones y a, por que lo podria fazer. La primera es, quando fiasse alguno por razon de libertad (1). E esto seria, como si alguno quisiesse afforrar

nat. ubi Bart. Bald. *in L. antiquæ, C. ad Vellejan.* per text. ibi, *L. si remunerandi* 6. §. *fin. ff. mandat. L.* 3. ibi, *la quinta, infrà eod.* oriuntur nanque incommoda ex fidejussione.

(5) *Amos a dos obligados.* Est enim accessoria obligatio fidejussoria, ut *in L. hi qui* 34. *ff. eod.* & idem in constitutore, & mandatore, ut dicit Gloss. *in L. alienam, C. eod.* & adde ad istam legem §. *fin. instit. de replicat.*

(6) *De las promissiones.* Ut suprà *tit.* 11. *L.* 4.

LEX II.

Sunt quidam, qui fidejubere non possunt; ut miles qui est in Regis servitio, qui reditus habet à Rege, ne ab ejus servitio avocetur; & quia cùm eo non potest faciliter adversarius justitiam consequi. Item nec Episcopus, vel Clericus secularis, aut Religiosus, nec servus, nisi peculium habeat; & tunc pro peculio potest: nec mulier, ne cœtui virorum se immisceat, &c. Hoc dicit.

(1) *Caualleros.* Adde *L. milites* 31. *C. de locat.* & intellige de militibus, qui sunt in expeditione, vel in servitio Regis, ut *in L.* 6. *tit.* 5. *Part.* 3. & *in L. fin. versic. jubemus, C. de locat.* & tenet Alberic. *in L. militem, C. de procurator.* & Spec. quem retuli *in dict. L.* 6. & probat ista lex infrà, dum dicit, *que resciben soldada del Rey*, & ibi, *porque non se embargue, &c.* & adde quæ dixi *in L.* 49. *tit.* 5. *eadem Part.* & sic ex rationibus hujus prohibitionis hac lege expressis colligitur, quòd non tenebit istorum fidejussio, etsi renuntient huic privilegio, cujus contrarium voluit Azo *C. eod. in summa*, versic. *fidejubere possunt.*

(2) *La ley.* Sed quæ lex? Nam *L. milites* 31. *C. de locato* loquitur generaliter, & non ponit istud in specie: fortè hoc dicit propter *L.* 1. *C. quibus ad conductionem prædior. fiscal. acced. non licet, lib.* 11.

(3) *De los Obispos.* Quòd Episcopi non fidejubeant, habetur hìc, & *in cap. te quidem,* 11. *quæst.* 1. & *in L.* 6. *tit.* 18. *lib.* 3. *Foro Leg.* Gloss. tamen *in dict. cap. te quidem*, non loquens specialiter in Episcopo, sed in Clericis, generaliter dicit, quòd si de facto fidejusserint, tenet fidejussio: & idem voluit Montalv. in gloss. *dict. L. Fori*, loquens in Episcopo. Mihi tamen videtur, quòd ista lex in hoc æquiparare voluit Episcopos militibus, & religiosis: ideò sicut fidejussio militis in casu hujus legis non teneret, ut hìc innuitur, cùm dicit, *non puedan*, & probari videtur *in dict. L. milites*, & *in L. fin. C. de locat.* & idem est in religiosis, ut *in cap. quod quibusdam* 4. *de fidejussor.* & sic apertè lex ista vult, quòd fidejussio Episcopi non teneat: Episcopi namque sunt in statu magnæ perfectionis, cùm successerint loco Apostolorum, ut *in cap. in novo*, 21. *ditinct.* imò status perfectionis potiùs est, & esse debet in Episcopis, quàm in aliis religiosis, ut probare contendit etiam Joan. Lupi Decanus Segobiens. *in tractatu de matrimon. fol.* 3. *col.* 1. 2. & 3. Credo tamen, quòd in practica servaretur opinio Gloss. *in dicto cap. te quidem*, & Montalv. *in dict. L. Fori*, ut de bonis patrimonialibus, & reditibus Episcopatus, Episcopus obligaretur ex fidejussione.

(4) *Clerigos reglares.* Quasi secùs velit esse in Clericis secularibus, ut *in cap.* 1. & *cap. pervenit* 2. & *cap. constitutus* 3. *de fidejussor.* ubi vide per Abb. & Doctor. & *in L.* 45. *tit.* 6. 1. *Part.* Clerici tamen Ecclesiæ Collegiatæ, seu regulares non possunt fidejubere, ut hìc, & idem servandum est de eis, quod de aliis religiosis, ut est de mente Doctor. & ibi Abb. 4. *lect. in cap.* 1. *de fidejussor.*

(5) *Religiosos.* Vide de his *in cap. quod quibusdam* 4. *eod. tit.*

LEX III.

Sunt casus, in quibus potest mulier fidejubere, qui in hac lege specialiter nominantur. Hoc dicit.

(1) *Por razon de libertad.* Adde *L. pen. C. ad Vellejan.* & idem videtur dicendum, si mulier intercedat pro alia pia causa; cùm valeat argumentum de libertate ad piam causam, vel è contra, Bart. *in L. si unus, C. de testam.* & *in L. proxime, ff. de his quæ in testam. delentur*, Jaso *in L. ejus qui*, versic. *placebat, ff. si certum petat:* Bald. *in L. si quis in suo, C. de fideicom. libertat.* & *in L.* 1. *C. de remis. pign.* Imò à fortiori argui potest de libertate ad piam causam; quia li-

rar su sieruo por dineros, e le entrasse alguna muger fiador por los dineros del aforramiento. La segunda es, si fiasse a otri por razon de dote (2). Esto seria, como si alguna muger entrasse fiador a algun ome, por darle (3) la dote que deuia auer de la muger con quien casasse. La tercera es, quando la muger fuesse sabidora (4), e cierta, que non podia, nin deuia entrar fiador, si despues (5) lo fiziesse, renunciando (6) de su grado, e desamparando el derecho que la ley les otorgo a las mugeres en esta razon. La quarta razon es, si alguna muger entra fiador por otri, e durasse en la fiadura fasta dos años, e dende adelante diesse peños aquel a quien entro fiador, o le fiziesse carta de nueuo, en que renouasse (7) otra vez la fiadura. Ca entonce deue ome asmar (8), que el principal debdo sobre que fue la fiadura fecha, mas pertenesce a ella, que aquel por quien entra fiadora. La quinta razon es, si la muger recibiesse precio (9), por la fiadura que fiziesse. La sesta es, quando la muger se vistiesse ves-

libertas servi non est præcisè causa pia, cùm non respiciat animam, juxta notata *in L. si quis Titio* 17. *ff. de legat.* 2. & per Joann. de Plat. *in L.* 1. *col.* 2. *C. de bonis vacant. libro* 10. & quia etiam dos, & pia causa æquiparantur, Bart. *in L. si cum annum, ff. de annuis legat.* Bald. *in L. sicut, C. de act. & oblig. in fin.* In contrarium tamen videtur text. *in authen. ut cum de appel. cogn. cap.* 3. §. 8. *collat.* 8. ibi, *in sua eum noluerit fidejussione suscipere*, & ibi, *ad masculos tantummodò liberos volumus pertinere*, cum Gloss. ibi, & *L.* 4. ibi: *Otrosi dezimos, que seyendo el padre preso*, & ibi: *Ca a las mugeres defiende el derecho que non puedan fiar a otri*, nam ibi opus pium erat redimere à carceribus, præsertim patrem captum pro debito, vel maleficio, ut notat Gloss. *in cap. Sacrorum,* 12. *quæst.* 2. Bald. *in authent. similiter, C. ad Leg. Facid.* & *in L. illud, C. de Sacros. Eccles.* & per Abb. *in cap. quamvis, ff. solut. matrim.*

(2) *De dote.* Adde *L. fin. C. ad Vellejan.* & clariùs probat hoc ista lex, quàm illa, ut hoc perpendit ibi Paul. de Castr. dicens, quòd illa lex loquitur, quando mulier promisit principaliter; Gloss. tamen & Doctor. ibi intelligunt illum text. etiam quando accessoriè ad aliam obligationem promittebat: & sequitur hoc ista lex.

(3) *Darle.* Idem dicendum, & à fortiori, si intercedat pro dote restituenda, eo casu in quo potest accedere fidejussor, secundùm Bald. novell. *in trat. de dote, part.* 6. *in* 12. *privilegio*, quod dicit esse notandum, & magni effectus; veluti, si mater, vel alius conjunctus mulieris promitteret de restituenda dote mulieri; quo casu non habet locum *tit. ne fidejussor. dotium dentur*: nam talis mater non juvabitur Vellejano, ut ibi per eum, quem etiam vide *in* 57. *privilegio ejusdem partis* volentem, quòd neque filiusfamilias, recipiens mutuum pro dote mulieris, juvetur Macedoniano: quod mihi non omninò placet, cùm non reperiam de jure cautum in Macedoniano, prout reperitur in Vellejano.

(4) *Sabidora.* Habes hìc, quòd ex simplici renuntiatione Vellejani non præsumitur, mulierem certioratam de tali beneficio, prout requiritur ad hoc, ut valeat talis renuntiatio: & hoc tenet Azo *C. ad Vellejan. in summa, col.* 2. & Gloss. *in L. fin.* §. *pen. ff. ad Vellejan.* in verbo *non usuram*, & *in L. sciendum, ff. de verbor. oblig.* nam præsumitur mulier ignorare jura, *L. cum de indebito* 25. §. 1. *ff. de probat. L.* 2. §. *fin. ff. de jure fisci*, & renuntiatio non trahitur ad incogitata, *L. mater* 19. *ff. de in offic. testam. L. cum Aquiliana* 5. *ff. de transaction.* Limita, & intellige, nisi intervenerit juramentum, ut *in cap. ex rescripto* 9. *de jurejur.* Alexand. *in dict. L. sciendum, col.* 7. Item limita in casu *L. si mulier* 22. *C. ad Vellejan.* & ibi Bald. Et an stetur notarii instrumento asserentis de certioratione, vide Alberic. *in L. omnes, C. de hæretic.* & per Alex. *in dict. L. sciendum, col.* 8. & concluditur, quòd sic, quando notarius sciret, quid esset Vellejanum.

(5) *Si despues.* Id est, post certiorationem fidejussisset renuntiando huic juri.

(6) *Renunciando.* Approbat opinionem Azon. *C. ad Vellejan. in summa*, & dixit esse communem opinionem Jaso *in L. si quis in conscribendo, col.* 6. *in fin. C. de pactis*, ubi & Decius *numero* 30. & tene menti, quia de jure communi non erat lex, quæ ita hoc diceret; imò secundùm Doctor. multos, de jure communi potiùs erat dicendum contrarium, ut attestatur Alberic. & Bart. *in L. fin.* §. *fin. ff. ad Vellejan.* & Ang. *in L.* 1. *C. eod.* Bart. & Salicet. *in L. fin. C. eod. ad Vellejanum*, Abb. *in cap. si diligenti, col.* 4. & 5. *de foro competent.* Decius ubi suprà. Limita istam legem, nisi mulier fidejuberet pro marito, nam tunc non sufficeret ista renuntiatio, ut *in authent. si qua mulier, C. ad Vellejan.* Bart. *in L. fin. C. eod.* Bald. *in L.* 1. *C. eod.* quia tunc, cùm ipso jure non teneatur pro marito, non potest aliquid operari prædicta renuntiatio; & habetur plenè *in L.* 61. *in Ordin. Taurinis*: & beneficio *dict. authent. si qua mulier*, & *dict. L. Taurinæ*, non potest renuntiari, nisi fiat cum juramento, promittendo non opponere de aliquo remedio, sibi à jure dato, secundùm Paul. de Castr. *in dict. authent. si qua mulier*, ubi vide Bald. & tangit Jaso *in dict L. sciendum, col.* 10. *ff. de verb. oblig.* Item limita, nisi intercederet coram testibus, instrumento non interveniente; nam & tunc renuntiatio nihil operaretur, ut *in L. antiquæ* 23. §. *ne autem* 2. *C. ad Vellejan.* Bald. *in dict. L.* 1. cùm & tunc fidejussio sit nulla; neque *dictæ L.* potest renuntiari, secundùm Bald. *in dict. L. antiquæ in fine*, nisi fiat cum juramento, ut dixi, secundùm Paul. de Castr. tradit etiam Bald. *in L.* 1. *C. ne uxor pro marito*: cùm tamen dispositio *dict. L. antiquæ*, §. *fin.* non reperiatur approbata isto jure Partitarum, fortè sufficeret renuntiatio, prout in hac lege dicitur, licèt fiat sine juramento; tutius tamen erit, quòd in instrumento fiat fidejussio, & renuntietur cum juramento, modo quo dixi.

(7) *Renouasse.* Multum operatur reiteratio actus, ut hìc, & *in L. si mulier* 22. *C. ad Vellejanum*, ubi Bald. & vide latè Præpos. *in suo tractatu de verbis geminatis*, ubi multa cumulat, & alia quæ etiam cumulat Palac. Rube. *in repet. cap. per vestras, in rubrica, mihi colum.* 74. & 75. & Jaso *in rubrica ff. de verb. oblig. col.* 4. & *in L. triticum in fin. eodem tit.* & per Bald. *in L. nec damnosa, C. de precib. imperat. offerend.* Decium *consil.* 33. Bald. novell. *in tract. de dote fol.* 50. *col.* 1. & per Felinum *in cap. de hoc, de simon.* ubi voluit, quod ex confessione extrajudiciali geminata possit quis puniri, sicut si facta esset in judicio: movetur ex doctrina Bart. *in L. cum scimus, C. de agricol. & censit. libro* 11. Bart. tamen loquitur in civilibus; & prout dicit idem Felin. *in cap. olim, de rescript. col.* 4. in alio proposito, non est bona æquiparatio de confessione in civilibus ad confessionem in criminalibus, & ibi ponit triplicem instantiam, undè non est tutum, quod ipse dicit *in dicto cap. de hoc*, prout perpendit Joan. Bernardus de Luco, nunc Episcopus Calagurritanus *in suis regulis, & fallentiis* in parte *confessus de crimine, regula* 86.

(8) *Asmar.* Et sic fundatur ista lex, & *dict. L. si mulier* in ista præsumptione. Ex quo patet, quòd si aliàs apparet, aliter se habere veritatem, non staretur huìc præsumptioni: & ideò si in prima intercessione actum esset de ista renovatione fienda post biennium, tunc non patrocinaretur talis recognitio, seu renovatio; imò potiùs præsumeretur collusio, vel fraus, secundùm Bald. *in L. cum fidem, ad fin. C. de non numer. pecun.* Sed an admittetur mulier probare volens contra istam præsumptionem hujus legis? Videtur, quòd non, ex quo processit hæc lex, statuendo super præsumptione, ut dicit Gloss. notanda *in cap. ferrum,* 50. *dist.*

(9) *Rescibiesse precio.* Et debet probari talis receptio pretii per testes, vel per confessionem factam in instrumento, ut disponitur *in L. antiquæ* 23. *C. eod.* ubi hoc benè declarat Paul. Castr. Sed an sufficiat quale-

vestiduras de varon (10) engañosamente, o fiziesse otro engaño qualquier, porque la rescibiesse alguno por fiador, cuydando que era varon. Ca el derecho que han las mugeres en razon de las fiaduras, non les fue otorgado para ayudarse del en el engaño (11); mas por la simplicidad, e por la flaqueza que han naturalmente. La setena razon seria, quando la muger fiziesse fiadura por su fecho mismo (12). E esto seria, como si entrasse fiador por aquel que la ouiesse fiado a ella, o en otra manera semejante desta, que fuesse a su pro, o por razon de sus cosas proprias. La octaua razon es, quando la muger entra fiador por alguno, e acaesciere despues desso, que ha de heredar (13) los bienes de aquel que fio. En qualquier destas ocho razones (14) sobredichas, que entrasse la muger fiador por otri, dezimos que valdria la fiadura, e seria tenuda de la cumplir.

LEY IIII.

De los omes que fian a los moços que son de menor edad.

Fiando algun ome a moço que fuesse menor de veinte e cinco años; si a tal menor como este fuesse fecho engaño (1) sobre lo que es fecha la fiadura, non es tenudo el menor, nin el que lo fio, en quanto montare (2) el engaño; ante dezimos, que deue ser desfecho. Mas si en aquella cosa, o en aquel pleyto sobre que era dado el fiador, non fuesse fecho engaño; como quier que el moço se podria ayudar, del derecho que le es otorgado por razon (3) que es de menor edad, desatando la postura, o el pleyto, porque fuera fecha a daño del (4); con todo esso, el fiador finca obligado (5), para complir la fiadura, maguer non quiera. E non se podria escusar de lo fazer, por tal razon como esta. E demas, si pechare alguna cosa en esta manera, non la puede demandar al menor.

LEY

lecunque pretium accipere? Oldrald. quem refert Alberic. *in dict. L. antiquæ, C. ad Vellejanum*, à qua ista sumitur, tenet, quòd sic, per *dict. L.* & per *L. ita autem, ff. de administr. tutor. in princ.* & per *L. Divus, ff. de bonis damnator.* Cyn. tamen ibi tenet contrarium, qui vult, quòd ut mulier sibi præjudicet, debet recipere pretium æquivalens quantitati, pro qua fidejussit; quod Baldo ibi non placet, cùm iste casus erat decisus de jure Digestorum *in L. si mulieri, ff. eod.* Dic ergò, secundùm eum, quòd requiritur, quòd recipiat tantum pretium, & tale, quòd homo discretus pro illo præmio se obligasset: undè secundùm eum, totum hoc ad judicis cognitionem pertinet; & opinio Baldi satis placet, licèt contra Bald. ibi teneat Salic. volens sufficere qualecunque pretium: sed communior opinio est in contrarium.

(10) *Vestiduras de varon.* Hoc est abominabile apud Deum, ut habetur *Deuteron. 22. cap. v. 5.* & tradit B. Ambros. *Epistola* 15. ad bonum tamen finem, veluti pro tuenda pudicitia, licitum est mulieri, ut si est peregrè profectura, vel aliàs, uti veste virili, ut notat Archid. post Hugo. *in cap. si qua fœmina, 30. dist.* & sumpsit hoc ista lex à Gloss. *in L. 1. C. ad Vellejan.*

(11) *El engaño.* Adde *L. si decipiendi* 30. *ff. eod.* & *L. 1.* & *L. fœminis* 18. & *L. si sine* 5. *C. ad Vellejan.*

(12) *Su fecho mismo.* Adde *L. aliquando* 13. & *L. sed si ego* 4. & *L. vir uxori* 17. *§. fin. ff. ad Vellejan.* & *C. eod. in L. 2.*

(13) *Heredar.* Adde *L. quamvis* 8. *§. plane si mihi* 13. *ff. ad Vellejanum.*

(14) *Ocho razones.* Adde alium casum *in L. si apud* 12. *ff. de minor.* & alium *in L. fin. C. si mater indemnit. promis.*

LEX IIII.

Datus fidejussor pro adulto in contractu, in quo fuit dolosè deceptus, non tenetur: sed si dolosè non fuit deceptus, sed aliàs, tenetur; licèt minor principalis possit in integrum restitui: & si ex tali fidejussione solvat, non habet contra minorem recursum. Hoc dicit.

(1) *Engaño.* Procedit, non solùm si ex proposito dolus interveniat, verùm etiam si re ipsa, *L. si quis cum aliter* 36. *ff. de verbor. oblig.* & in specie tradit notanter Petrus de Ancharr. *consil.* 330. incipit *visis facti narrationibus*, &c. versic. *descendo ad obligationem Laurentii, col. antepen. usque ad finem*, ubi & voluit hoc procedere, necdùm quando obligatio fidejussoris est fidejussoria, & accessoria, verùm etiam si sit principalis, & de per se; ut si aliquis tertius promitteret, quòd minor observabit, & ratificabit contractum, quem fecit; ex quo talis obligatio est connexa, & dependens à prima: quia irritata prima, secunda remanet sine causa, & sic in effectu inefficax, L. 2. §. *circa, ff. de doli except.* & per alias rationes, quas ibi vide.

(2) *En quanto montare.* Nota hoc verbum, quia non ita ponitur *in L. 2. C. de fidejuss. minor.* de qua ista lex sumpta est.

(3) *Por razon.* Scilicèt per beneficium restitutionis in integrum. Quid tamen si contractus gestus per minorem fuit nullus, ut qui rem immobilem vendidit sine decreto? Gloss. *in L. 1. C. de fidejussor. minor.* in verbo *non cogeris in fin.* vult, quòd fidejussor teneatur, per *L. & si is 9. C. de prædiis minor.* Contrarium tenet ibi Paul. de Cast. ex eo, quia non subest principalis obligatio, cui fidejussoria possit adhærere, *L. si ad resolvendam 7. C. de prædiis minor.* & respondet ad *L. & si is*, quam allegat Gloss. quòd ibi venditio non fuit facta à minore, sed à tutore, vel curatore: prohibitio autem est circa personam minoris; administrator verò potest vendere in sui præjudicium, & se obligare, & fidejussorem dare: cui adde, quòd hoc idem voluit Bart. *in L. cum lex, in fin. ff. de fidejus.* ubi dicit, quòd si minor vendens prædium promittat de evictione, & det fidejussorem, tunc fidejussor non tenebitur, ex quo minor vendens sine decreto non fuit obligatus civiliter, neque naturaliter: sed si extraneus promittat de evictione, & det fidejussorem, tunc benè tenebitur fidejussor; & ita intelligit *dict L. & si is.*

(4) *A daño del.* Si ergò minor vendat, & restituatur, non quia vendidit, sed quia minori pretio vendidit, juxta *L. si quidem 11. C. de prædiis minor.* tenebitur fidejussor evictionis: quia negari non potest rem fuisse evictam, ut *in L. 1.* & ibi Angel. *C. de fidejuss. minor.* ubi Albericus dicit, quòd & si agatur ad supplendum pretium, adhuc tenebitur fidejussor, per *L. si servus, §. 1. in fin. ff. de eviction.* Et intellige, quando minor agit ad hoc jure speciali, ut *in dict. L. si quidem*; nam si ageret jure communi, ut quia deceptus ultra dimidiam justi pretii; tunc fidejussor de evictione non poterit conveniri; quia illud beneficium porrigitur ad fidejussorem, *L. exceptiones 7. in princ.* & *§. rei autem cohærentes, ff. de exception.* & est de mente Alberic. & Ang. *in dict L. 1.*

(5) *Finca obligado.* Adde *L. Marcellus 25. ff. de fidejussor.* & *dict. L. 2. C. de fidejuss. minor.*

LEY V.

Sobre que cosas, e pleytos, pueden ser dados fiadores.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

Fiadores pueden ser dados sobre todas aquellas cosas, o pleytos, aque ome se puede obligar (1). E dezimos, que son dos maneras (2) de obligaciones, en que puede ser fecha fiadura. La primera es, quando el que la faze, finca obligado por ella, de guisa, que maguer el non la quiera cumplir, que lo puedan apremiar por ella, e fazergela cumplir. E a esta obligacion atal llaman en latin obligacion ciuil, e natural; que quiere tanto dezir, como ligamiento (3) que es fecho segun ley, e segun natura. La segunda manera de obligacion es, natural tan solamente (4). E esta es de tal natura, que el ome que la faze, es tenudo de la cumplir naturalmente (5); como quier que non le pueden apremiar en juyzio, que la cumpla. Esto seria, como si algun sieruo prometiesse a otro, de dar, o de fazer alguna cosa: ca, como quier que non le pueden apremiar por juyzio, que lo cumpla, porque non ha persona para estar en juyzio; con todo esso, tenudo es (6) naturalmente, de cumplir por si lo que prometio, por quanto es ome. E porende dezimos, que todo ome que puede ser obligado en alguna de las maneras sobredichas, puede otro entrar fiador por el; e sera tenudo de pechar (7) por el la fiadura, maguer non quiera.

LEY VI.

En que manera puede ser fecha la fiadura.

Fiar puede vn ome a otro, en esta manera; diziendole (1) el que rescibe, al que entra fiador: Soesme vos, fu- — Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

LEX V.

Potest quis fidejubere pro obligato naturaliter, vel civiliter; & tenetur efficaciter ex tali fidejussione: & dicitur obligatus civiliter, & naturaliter, quando obligatus potest conveniri efficaciter, ut solvat; naturaliter autem dicitur, quando quis est obligatus, sed non potest in judicio efficaciter exigi; ut in servo, qui contrahendo obligatur, quia est homo; sed quia non habet personam standi in judicio, non potest ad solvendum compelli. Hoc dicit.

(1) *Se puede obligar.* Adde *L. primam* cum Gloss. *ff. eodem*, & §. *in omnibus* 1. *instit. eodem.*

(2) *Dos maneras.* Imò tres; nam & civili tantùm obligationi accedit fidejussor, ut *in* §. 1. *instit. eod.* & ibi Glos. in parte *civilis*, & probatur *in L. si cui* 15. *C. de non numer. pecun.* ubi vide per Bald. Potest dici, quòd ideò ista lex omisit de civili tantùm, quia in ea est dare naturale fictum, vel præsumptum, ut patet in chyrographo post biennium, & in sententia, vel si Papa concedit Regi decimam bonorum, quam ex proventibus percipiunt prælati, seu clerici Regni sui; nam certum est, quòd prælati sunt obligati Regi civiliter verè, sed non naturaliter verè, quia consensus eorum non adest; reputatur tamen, seu fingitur adesse propter consensum, & auctoritatem Principis, qui repræsentat voluntatem prælati: hæc tradit Bald. *in dict. L. si cui.* Vel dic, quòd hæc lex suppletur per alias leges, & sic, quòd tantùm civili obligationi possit accedere fidejussor: de quo vide Bart. *in L.* 1. *ff. eod.* Similiter pro eo, qui tenetur officio judicis, accedit fidejussor, sive illud sit officium nobile, sive mercenarium, licèt officium judicis nullam præsupponat obligationem, *L. qui per collusionem* 49. §. 1. *ff. de action. empti*, Bart. *in L. Marcellus*, *ff. eodem*, *L. cum quis* 38. §. *si quis pro eo* 4. ubi Bart. *ff. de solution.* An autem fidejussor possit accedere obligationi, qua quis tenetur ad factum, vide Bart. *in L. si quis pro eo*, *col.* 1. *ff. eod.* & *in L. inter artifices*, *ff. de solution.* & an pro eo, contra quem potest peti in integrum restitutio, vide Bart. *in L. cum quis*, §. *si quis pro eo*, *ff. de solution.*

(3) *Como ligamiento.* Ut *instit. de oblig. in princ.*

(4) *Natural tan solamente.* Et quando obligatio naturalis tantùm sit efficax ad agendum in foro Ecclesiastico, vide Bart. notabiliter *in extravag. ad reprimendum in gloss.* in parte *denuntiationem*, *in fin.* 1. & 2. *col.* Et nota, quòd quando actus peccat in forma, neque oritur naturalis obligatio: vide Bart. *in L.* 1. *col* 2. *ff. de condict. indeb.* Et quid si lex resistat contractui? Vide *L. cum lex* 46. & ibi Bart. *ff. de fidejussor.* & ubi lex ultra procedit, annullando actum, ibi neque oritur naturalis obligatio: vide per Bald. *in capit.* 1. *in princ. col. fin. quid sit investitura*, & quod idem Bald. notat *in* §. *si quis per triginta*, *col.* 3. *si de feud. fuer. controv. inter domin. & agnat.* versic. *sed quæro nunquid statutum.* Et an in obligatione ex maleficio insit naturalis obligatio? Vide Bart. quòd sic, *in L. non solum*, §. *injuriarum*, *ff. de injur.* & per Bald. *in authent. ad hæc*, *col.* 4. *C. de usur.* & *in L. ex hoc jure*, *col. fin.* ubi Bart. *ff. de justit. & jure.* Et si Princeps imponat subditis collectam, utrùm ex hoc judicatur obligatio naturalis? Bald. *in dict. L. ex hoc jure in fin.* dicit, quòd sic, quando collecta respicit reipublicæ utilitatem, & necessitatem; sed si solius Principis effrenatam voluntatem, tunc non oritur obligatio naturalis. Et nota, quòd cedi potest naturalis obligatio, *L. si ejus* 64. *in princ.* & ibi Paul. de Castr. *ff. ad Trebellian.*

(5) *Naturalmente.* Adde *L. cum amplius* 84. §. *is natura debet*, *ff. de regul. jur.*

(6) *Tenudo es.* Regula est, quòd in omnibus, in quibus liber homo obligatur civiliter & naturaliter, in his servus obligatur naturaliter, ut dicit Gloss. & ibi Bart. *in L.* 2. *ff. eodem*, & *in* §. 1. *instit. eod.* & probatur *in L. non solum* 49. §. 1. *ff. de pecul.* & *in L. naturaliter* 13. & *in L. si quod* 64. *ff. de condict. indeb.*

(7) *Pechar.* Vide *in L. Marcellus* 25. & *in L. fidejussor obligari* 16. §. 3. *ff. eodem*: & quare isto casu fidejussor non utitur exceptione rei, vide Paul. de Castr. *in dict. L. Marcellus*, *col.* 2. Quid tamen si fuit ignorans se accedere naturali tantùm obligationi? Vide per Joannem Fabr. *in* §. *in omnibus*, versic. *at nec, &c. instit. eod.* qui vult, quòd tunc potest excipere, per *L. si quis postquam* 37. *ff. eodem*: mihi tamen dubium est hoc dictum Fabri; cùm explorare debuit fidejussor conditionem illius, pro quo fidejussit, argum. *L. qui cum alio* 19. *ff. de regul. jur.* neque ignorantia ejus debet esse in damnum creditoris; quæ ratio cessat in dispositione *dictæ L. si quis postquam.*

LEX VI.

Fit fidejussio interrogatione præcedente, & responsione subsecuta: & potest fieri antequàm debitor obligetur, aut tempore obligationis, aut postea; aut ad tempus, vel sub conditione. Hoc dicit. Habuit originem à §. *in stipulationibus* 8. *instit. eod. tit.*

(1) *Diziendole.* Habes hìc, quòd fidejussor non obligatur, nisi verbis, & interveniente stipulatione: adde *L.* 5. §. *satis acceptio* 2. *ff. de verb. oblig.* & *L. blanditus* 12. *C. de fidejussor.* Sed nunquid hodie per *L. Ordinamenti*, incipit *e paresciendo*, *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordin. Regal.* hoc erit correctum? Videtur, quòd non, ex dicto Bald. *in cap.* 1. *col. fin.* versic. *sed nunquid fidejussor, de pactis*, ubi dicit, quòd neque hodie de jure Canonico fidejussor obligabitur ex pacto nudo; & quòd *illud cap.* debet intelligi in eo, qui obligatur suo nomine, non verò in eo, qui obligatur nomine alieno, nisi fidejubeat apud

fulan, fiador sobre tal cosa, que me ha de dar, o de fazer fulan ome? Si el responde, Si, o dize, Yo so fiador por el; o lo otorga; respondiendo en tal manera, o por otras palabras semejantes destas, finca porende obligado, tambien como el debdor principal. E puede (2) vn ome por otro entrar fiador, si quisiere, en ante que el debdor principal sea obligado. Como si dixesse: Si vos dieredes tantos marauedis a fulan, yo vos so fiador por ellos. Otrosi lo puede fazer en vno con aquel a quien fia, diziendo assi: Por estos marauedis, o por esta cosa, que se obliga don fulan, yo so fiador por el. E aun puede entrar fiador despues que el debdor principal es ya obligado, como si dixesse: Yo so fiador por tal cosa, que vos deue dar, o fazer fulan ome. E en qualquier destas maneras sobredichas entrando fiador vn ome por otro, valdra la fiadura. Otrosi puede entrar fiador a tiempo cierto (3): esto seria, como si dixesse: Yo so fiador por fulan, fasta tal dia. Otrosi puede entrar fiador so condicion, diziendo assi: Yo so fiador por fulan, si tal cosa acaesciere. E tal fiadura como esta, o otra semejante della, deue valer fasta aquel tiempo, o al dia, o en la manera que fue fecha.

LEY VII.

Como el fiador non se deue obligar a mas, de lo que deue el principal.

POr mas de quanto es el debdor principal obligado, non se puede obligar el fiador; e si lo fiziere, non vale la fiadura (1), quanto en aquello que es demas. Este demas, segun derecho, puede ser en quatro razones. La primera es, quando el que entra fiador por el otro, se obliga por mas de aquello que deuia aquel a quien fia; e esto seria, como si deuiesse cien marauedis, e el otro entrasse fiador por ciento e veynte marauedis, o por quanto quier mas de los ciento: ca tal fiadura non valdria, quanto en lo demas (2). La segunda es, quando el debdor principal es obligado a dar alguna cosa en logar cierto; e aquel que le fia, entra fiador, por dar aquella cosa en otro lugar mas graue (3). Ca entonce tal fiadura non vale. La tercera es, quando el que deuia la cosa, era obligado a darla a tiempo cierto; e el que entra fiador

apud acta, ut *in L. cum ostendimus* 4. §. *fin. ff. de fidejuss. tutor.* sed crederem contrarium esse verius ex generalitate *illius cap.* & *dict. leg. Ordin.*

(2) *E puede.* Adde §. *fidejussor* 3. *instit. eod.* & *L. quoniam* 10. §. *fin. ff. de usufruct. earum rerum quæ usu consum.* & *L. stipulatus sum* 6. §. 2. *ff. eod.*

(3) *A tiempo cierto.* Adde *L. pen. ff. eod.* & §. *fidejussor* 3. *instit. eod.*

LEX VII.

Si quis in plus fidejussit, quàm principalis tenetur, non valet fidejussio in eo, quod est plus; sed in alio sic. Et plus dicitur quatuor modis; scilicèt quantitate, ut si majorem, quàm reus promisit, nam tenetur ad concurrentem; loco, ut si alio loco graviori, quàm reus promisit, non valet fidejussio; tempore, ut si breviori tempore promisit solvere, nam similiter non valet; causa, ut si debitor sub conditione, fidejussor purè promisit, non valet. Hoc dicit. Habuit ortum à §. *fidejussores* 5. *instit. eod. tit.*

(1) *Non vale la fiadura.* Limita, nisi fidejussor juret fidejussionem; nam tunc tenebitur ut principalis, si non tenetur ut fidejussor, & sic, ut obligatio principalis, non ut accessoria, per text. *in L. cum pater* 77. §. *filius matrem* 23. *ff. de legat.* 2. & tenet Bart. *in L. si quis pro eo, ff. eod. col.* 5. versic. 8. *prohibetur*, & *in L. si à reo*, §. *pen. eod. tit.* tenent etiam Angel. & Joan. de Imol. *in L. hi qui accessionis, in fin. ff. eod. tit.* licèt contrarium teneat Joann. Fab. *in* §. *fidejussores, instit. eod. col.* 2. versic. *sed quid si juravit.* Secundò limita, quando fidejussor non est obligatus in plus, sed efficaciùs, quàm principalis; nam tunc tenebitur, ut *in L.* 5. *suprà eod. in fin.* & *in L.* 1. *ff. eod.* & tenet Bart. *in L. hi qui accessionis, ff. eod.* & *in L. si fidejussor, ff. de re judic.* & idem tenet Joan. Fab. *in dict.* §. *fidejussores*, versic. *sed pone, quod principalis.* Tertiò limita, quando fidejussor promittit pœnam ex mora sua; nam tunc in hac pœna videtur, ut principalis promittere, & non accessoriè, Gloss. notabilis *in L. sicut reus, ff. eod.* tenet Bart. Angel. & Joan. de Imol. *in dict. L. hi qui accessionis*, & Bart. *in L. centum Capuæ, ff. de eo, quod certo loco.* Quartò limita, quando fidejussor idem promisit, verumtamen in modo probandi efficaciùs promisit; nam tunc tenebitur, ut si promiserit super interesse promisso, quod staret juramento partis: quia ex hoc non videtur durior conditio, *L.* 1. *ff. de in litem jurand.* tenet Joan. Fab. *in dict.* §. *fidejussores, col.* 2. versic. *sed quid si promiserunt, &c.* Sed quid si principalis promittat 10. corbes frumenti; fidejussor verò promittat æstimationem eorum? an teneat fidejussio? Vide Gloss. & Bart. *in L. si ita fidejussorem, ff. eod.* quòd non, licèt text. ibi videtur innuere oppositum: si tamen principalis promittat factum, fidejussor potest promittere pecuniam, *L. stipulatus es* 44. & ibi Bart. *ff. eod. tit.* & qualiter fidejussor accedat obligationi facti, vide per Bart. *in L. si quando*, §. 1. *ff. de operis libertor.* Jason. *in L. si ita stipulatus essem abs te, de verb. oblig.* 1. *&* 2. *col.* Et an dispositio hujus legis procedat etiam, quando scienter fidejussor plus promisit, vel an procedat tantùm, quando ignoranter fecit? Joan. Fab. tangit *in dict.* §. *fidejussores, in fin.* 1. *col.* dicens, quòd indistinctè procedat hoc, quia jura indistinctè loquuntur; & quia videntur dare certam formam, qua non servata totum annihilatur, *L.* 1. & *fin. C. de fide & jure hastæ fiscal. lib.* 10. licèt subdit, quòd possit argui contrarium ex his quæ dixit suprà in princ. tit. & vult allegare, quod dixit *in* §. *at nec*, versic. *quid si sciat eum non esse obligatum*; quod tamen non videtur obstare: quia diversus est casus, & diversa ratio.

(2) *Quanto en lo demas.* In eo verò, in quo principalis tenetur, scilicèt in centum, fidejussor tenebitur; & sic utile per inutile non vitiabitur: & ista fuit opinio quorundam, ut refert Gloss. *in L. græce*, §. *illud, ff. eod.* Joan verò glossator, ut ibi refert Gloss. tenuit contrarium; imò, quòd in nihilum fidejussor teneatur; & istam tenet Gloss. *in* §. *fidejussores, instit. eod.* & *in L. pecuniæ, C. de usur.* & ista est communis opinio, prout dicunt Bart. & Joan. de Imol. *in dict.* §. *illud.* Tene ergò menti istam legem Partitæ, quæ est contra dictam communem opinionem, contra quam etiam multum urgebat text. *in L. si ultra* 22. & ibi notat Bald. *C. de fidejuss.*

(3) *Mas graue.* Si ergo levius esset fidejussori dare in loco, in quo promisit, non vitiaretur fidejussio; quod nota: & hoc idem tenet Joan. Fab. *in dict.* §. *fidejussores, in fin. instit. eod.* Bart. tamen *in L. hi qui accessionis, col.* 3. *in princ. ff. eodem*, vult contrarium, & idem tenet ibi Joan. de Imol. & latiùs *in L. fidejussor obligari*, §. *qui certo loco, ff. eod.* & idem, quod Faber, tenet Ang. *in dict. L. hi qui accessionis.* Tu nota istam legem, quæ hoc decidit.

dor (4) por el, se obliga a darla a mas breue tiempo. E esto seria, como si la ouiesse a dar a dos años, e el entrasse fiador, por darla a vn año: e atal fiadura como esta, dezimos otrosi, que non deue valer. La quarta es, si el debdor principal era obligado a dar la cosa so alguna condicion; e el que entra fiador por el, se obliga a dar aquella cosa puramente sin condicion ninguna. Ca tal fiadura como esta non valdria (5), porque se obliga en mas el fiador que el debdor principal.

LEY VIII.

Que fuerça ha la fiadura, que muchos omes fazen en vno.

MVchos omes entrando fiadores en vno, e obligandose cada vno dellos en todo, de dar, o de fazer alguna cosa por otri, son tenudos de lo cumplir en aquella manera que lo prometieron. De guisa, que aquel que recibe la fiadura, puede demandar a todos, o cada vno por si, toda la debda (1) que le fiaron; e pagando el vno (2), son quitos los otros. Pero si los fiadores non se obligassen cada vno por todo, mas dixessen simplemente: Nos somos fiadores por fulan, de dar, o de fazer tal cosa; entonce, si todos son valiosos (3), para poder pagar la fiadura, a la sazon que se demanda la debda (4), dezimos, que non puede demandar la cosa el señor de la debda a cada vno dellos (5), mas de quanto le

Ley 1. tit. 16. lib. 5. Recop.

(4) *E el que entra por fiador.* Secùs, si se obligaret ut constitutor, *L. sed & si citeriori die* 4. *ff. de constit. pecun.* Bart. *in L. hi qui accessionis*, *ff. eod.*

(5) *Non valdria.* Adde §. *fidejussores* 5. *instit. eod.*

L E X VIII.

Si plures fidejussores sunt in solidum obligati, potest creditor ab omnibus, vel à quo voluerit, totum petere; & uno solvente, cæteri liberantur: sed si simpliciter sunt accepti, & omnes sunt solvendo, non potest petere nisi partem à quolibet: & si unus non sit solvendo, alii tenentur etiam pro parte illius. Hoc dicit.

(1) *Toda la debda.* Sed an poterunt opponere isti fidejussores, qui se in solidum obligarunt, de beneficio divisionis ex Epistola Divi Adriani, de qua fit mentio *in L. inter fidejussores* 26. *ff. eod.* & *in L. fin. C. de constit. pecun.* & *in* §. *si plures* 4. *instit. de fidejussor.*? Lex dicit, quòd sic, ut est casus *in L. non recte* 3. *C. eod.* Sed adverte, quia dictum illius legis fundatur ex eo, quia etsi fidejussores expressè non se obligaverunt in solidum, tacitè hoc à jure intelligebatur, ut *in dict.* §. *si plures*, & expressio ejus, quod tacitè inerat, non immutat juris dispositionem, ut *in L.* 3. *C. eod.* & *in L.* 3. *ff. de legat.* 1. Hodie verò per legem istam Partitarum, si fidejussores plures simpliciter recipiantur, non tenetur quilibet in solidum, sed pro virili, ut statim subditur in ista lege, & sic est sublatum fundamentum *dict. L. non rectè*: undè videtur, quòd non poterit opponi de beneficio divisionis, quando in solidum se fidejussores astrinxerunt, sed quilibet tenetur ad totum debitum, ut vult ista lex: neque obstat *L.* 10. *infrà eodem*, quia illa loquitur, quando plures principaliter se obligant; hæc verò quando accessoriè.

(2) *Pagando el vno.* Adde *L. reos* 23. & *L. fin. C. eod.*

(3) *Son valiosos.* Quid si de hoc dubitetur, vide *L. si dubitet* 10. *ff. eodem.*

(4) *Que se demanda la debda.* In §. *si plures* 4. *instit. eodem* de tempore litis contestatæ dicitur. Sed quid si creditor negligit agere? Dic, quòd remedium erit, ut fidejussor denuntiet creditori, quòd conveniat fidejussorem in parte, qui est solvendo, cùm dubitatur, eum effici non solvendo; & tunc si creditor differat, erit ejus periculo, secundùm Paul. de Cast. *in L. si fidejussor creditori*, *ff. eodem*; licèt ipse Paul. de Cast. *in L. inter fidejussores, eod. titul.* dicat non sufficere talem denuntiationem, seu protestationem: sed verius videtur, quod dicit *in dict. L. si fidejussor*, ubi & hoc est de mente Bart. vide ibi per eos.

(5) *Cada vno dellos.* Approbat opinionem Gloss. *in authent. de duobus reis*, in verbo *cedere*, *collat.* 7. & *in L. creditor*, §. *duobus*, & *in L. si mandato Titii*, §. *Paulus*, *ff. mandat.* & reprobat opinionem Gloss. *in L. non recte*, *C. eod.* & *in* §. *si plures*, *instit. eod.* quæ de jure communi est communis Doctorum opinio. Tene ergo menti istam legem, secundùm quam non est hodie necessarium beneficium Epistolæ Divi Adriani, de quo *in dict.* §. *si plures*: & adde ad istam legem *L.* 11. *tit.* 12. *lib.* 5. *Ordin. Regal.* quæ necessariò est intelligenda in his, qui se obligant accessoriè ut fidejussores; nam de obligantibus se ut principales non oportebat juri communi derogari, prout *in dict. leg.* fit, cùm idem erat de jure communi, ut *in L. reos* 11. §. *cum tabulis*, *ff. de duobus reis.* Neque ista lex Partitæ corrigitur per *L. Fori* 4. de qua *tit.* 18. *lib.* 3. *Foro Leg.* licèt contrarium dicat ibi Montalvus, & malè: leges nanque Fori non corrigunt jura Partitarum, nisi illæ, quæ sunt usu receptæ, ut habetur *in L.* 1. *in Ordin. Taurinis*, & tradit Roderic. Suarez *in proœm. LL. Fori*; & sic hodie jure isto non est necesse, quòd renuntietur beneficio divisionis, cùm per istam legem hoc beneficium consequuntur: & probatur etiam hìc, quòd actio est ipso jure divisa pro parte inter confidejussores, si sunt solvendo; & sic non requiritur, quòd opponatur exceptio, licèt aliud erat ex beneficio Epistolæ, ut patet ex *dicta L. inter fidejussores* 26. *ff. eod.* ubi Gloss. Bart. & Doctor. Sed an idem, quod in ista lege disponitur, procedat in fidejussoribus de judicato solvendo, scilicèt ex clausula *judicatum solvi*? Bald. dicit *in L. fin. col. pen. C. de usur. rei judic.* quòd etiam isti gaudeant beneficio divisionis. Et quid si sunt plures constitutores? Dic, quod gaudent eodem beneficio, ut *in L. fin. C. de constit. pecun.* & idem in pluribus mandatoribus, per *dictam L.* & tenet Specul. *in tit. de renuntiatione*, *& conclusione, col.* 6. Sed qualiter aget creditor contra plures fidejussores? Nam si pro parte petat, & aliquis eorum non sit solvendo, non videtur, quòd possit ab altero, qui est solvendo, aliquid ultra partem ab eo petitam consequi: dic ergò, quod consilium est, quòd petat contra omnes, & contra quemlibet eorum sub hac protestatione, quòd una solutio totius debiti sufficiat, ut aliàs dixit Bart. *in L.* 2. §. 1. *pen. col. in princip.* 4. *quæst. ff. de duobus reis*, & tradit Alex. *consil.* 37. *col.* 2. *vol.* 2. Quid etiam si aliqui ex fidejussoribus sint præsentes, aliqui absentes? an tunc etiam sit servanda hujus legis dispositio, ut quemlibet conveniat pro parte, si omnes sunt solvendo? Speculator *in tit. de renunciat. & conclus. col.* 6. versic. *quid si plures*, dicit, tunc demùm fiendam divisionem, quando omnes sunt præsentes, per text. *in dict. L. si dubitetur*, aliàs incipit *si dubitet* 10. *in princ.* ibi, *præsto sint*, *ff. eod.* & argum. *authent. hoc ita*, *de duobus reis*, & *authent. præsente*, *de fidejussor. C.* & facit infrà *eod. L.* 10.

Ego verò dubito de isto dicto, maximè attenta dispositione hujus legis, ex quo fidejussores non accepit in solidum, & quando simpliciter accepit, hæc lex dividit actionem inter eos pro parte, quando omnes sunt solvendo; quod ita militat, sive absunt, sive præstò sint; sicut & alias imputatur creditori, si unum fidejussorem purè, alium sub conditione recepit, ut *in L. si plures* 27. *in prin-*

le cupiere (6) de su parte. E si por auentura algunos de los fiadores fuessen tan pobres (7), que non ouiessen de que pagar aquella parte que les cabe, entonce los otros (8) que ouiessen de que lo fazer, quier fuessen vno, o muchos, son tenudos de pagar toda la debda principal, o de cumplir aquella cosa que fiaron.

LEY IX.

Como la debda deue ser demandada primeramente al principal debdor, que al que fio.

EN el lugar (1) seyendo aquel que fuesse principal debdor, primeramente (2) a el deuen demandar que pague lo que deue, e non a los que entraron (3) fiadores por el; e si por auentura non ouiesse el de que lo pagar, deuen demandar a los fiadores. E si acaesciere, que los fiadores fueren en el lugar, e aquel por que fiaron, non; e començandoles a demandar el debdo, pidiessen plazo a que aduxiessen a aquel a quien fiaron, deuengelo dar (4). E si al plazo no lo aduxiessen; entonce deuen responder a la demanda, e pagar (5) cada vno dellos su parte, o los ricos por los pobres, o el vno por todos, en la manera que dize en

princip. ff. eodem. Neque obstat *L.* 10. *infrà eod.* quia loquitur in his, qui ut principales se obligant; imò illa lex facit in oppositum, quasi velit, illud non attendendum in fidejussoribus, qui non ut principales, sed accessoriè accedunt: item ibi astrinxerunt se in solidum, undè est diversa ratio: & *L. si dubitet* procedit secundùm jura Digestorum, quibus etsi nihil diceretur, fidejussores intelligebantur in solidum obligati; quod hodie non est, ut constat ex ista lege Partitæ, & dixi in princip. hujus gloss. Quid si plures fidejussores non fuerunt insimul recepti, sed unus hodie, alter ex intervallo? an procedat dispositio hujus legis? Speculat. post Hugo. & Azon. quòd non, ut ipse notat ubi suprà *col.* 7. versic. *quod si aliquis.* Joan. Fab. *in dict.* §. *si plures post princip.* tenet contrarium: allegat *dictam L. si Titius*, quæ lex certè pro qualibet parte potest induci. Bartolus etiam *in L. si plures in princ. ff. eodem*, tenet contra Specul. post Dynum, & Jacob. de Aret. dicens esse casum *in dicta L. si Titius*: sed *in dicta L. si Titius in fin.* aliter loquutus est, & fortè melius: dicit enim, quòd ille qui primò intercessit, non habet beneficium divisionis; ille verò, qui intercessit secundò, habet eodem modo, quo quando simul intercesserat, per illam legem. Tu verò dic, secundùm Paul. de Castr. *in dict. L. si plures*, quòd si tempore, quo fuit datus primus fidejussor, fuit actum de dando secundum, & primus hoc scivit, quòd tunc habebit locum ista lex, quia videtur fidejussisse contemplatione secundi; altero autem istorum deficiente, non habet locum, ex quo non censetur fidejussisse contemplatione secundi: & hoc quantum ad primum fidejussorem. Secundus autem haberet beneficium hujus legis respectu primi, ut dicit Bart. si tamen scivit eum esse datum, ut declarat Paulus de Castro *in dict. L. si plures*, & *in dict. L. si Titius*, & est eadem ratio, quia non censetur fidejussisse contemplatione primi. Adde etiam, quòd inter fidejussores diversorum non habet locum ista lex, *L. si à Titio* 43. *ff. eodem*: vide Bart. *in L. inter eos*, §. *duo rei*, *ff. eod.* Et an fidejussor, qui non potest effectualiter conveniri, faciat locum huic beneficio? Vide per Bart. *in dict. L. si Titius.* Adverte etiam, quòd cùm, ut dixi, ista lex dividat, absque eo quòd opponatur, quòd non procedet de jure isto dispositio *L. si testamento* 49. §. 1. *vers. quod duo*, *ff. eod.* & sic solutum ultra debitum poterit repeti.

(6) *Quanto le cupiere.* Et computabitur in ea, quod antea solverat, *L. inter eos* 51. §. 1. *ff. eod.*

(7) *Fuessen tan pobres.* Adde *dict.* §. *si plures* 4. *instit. eod.* Non ergò requiritur, quòd pronuntietur per judicem, ut divisio fiat pro parte inter fidejussores, ut exindè periculum spectet ad creditorem, ut dicit Paul. de Cast. *in dict. L. inter fidejussores*, *ff. eod.* per text. *in L. inter eos* 51. §. *cum inter* 4. *eod. tit.* sed statim post conventionem periculum spectabit ad creditorem: si tamen non potest creditori imputari negligentia, quia statim quòd cœpit petere aliquid ex confidejussoribus, factus est non solvendo, antequàm haberet commoditatem conveniendi eum, tunc non esset periculo creditoris, ut est de mente Paul. de Castr. *in dict. L. inter eos*, §. *cum inter.*

(8) *Los otros.* Quid si duo fidejusserunt distributivè, unus in decem, alius in residuo, & ille qui fidejussit in decem non est solvendo? utrùm alter tenebitur in solidum? Bald. quòd non, *in L. fin. col. pen. C. de usur. rei judic.* quia obligatio fuit divisa, & taxata per pactum: allegat *L. fidejussores magistratuum*, §. *pro Aurelio*, *ff. de fidejussor.* licèt alias nomine residui totum contineatur ut *in L.* 2. *C. de hæred. instit.* Et quid si unus fidejussor fuit acceptus purè, alter sub conditione, vide *L. si plures* 27. *in princ. ff. eod.*

LEX IX.

Præsente reo principali, non potest (eo non priùs discusso) fidejussores creditor convenire: si autem absens est, indulgetur tempus arbitrio judicis, intra quod fidejussores principalem repræsentent; & si intra tempus datum non repræsentaverint, convenientur, & ipsi solvent, prout disponitur suprà *L. proxim.* Hoc dicit.

(1) *En el lugar.* Ille ergò dicitur præsens, qui est in civitate, ut hìc: & videtur approbari opinio Jacob de Raven. quam refert Bart. *in authent. de fidejussor. in princip.* undè ista lex habet ortum. Gloss. tamen ibi intelligit præsentem etiam eum, qui est in territorio civitatis, si tamen de facili citari potest; & ita tenet ibi Ang. & etiam Bart. *in L.* 3. §. 1. *col. fin. ff. de duobus reis*, & satis placet: & debet priùs fieri rimatio, an sit præsens, ut notat Bart. *in dict. L.* 3. §. 1. *in fine*, & Bald. *in L. cum non solum*, §. *necessitatem*, *in fin. C. de bonis quæ liberis.*

(2) *Primeramente.* Quid si fidejussor de hoc non opponat? Dic, quòd tenebit judicium cum fidejussore, Bart. per glossam ibi *in L.* 2. *C. commun. divid.* quod Alex. ibi *in addition.* dicit, perpetuò notandum, & adde Bart. *in L. fin. in fin. princ. ff. si certum petat.* & Alex. *consil.* 32. *col.* 1. *vol.* 4. Bart. *in L. si mancipium*, §. *si communi*, *ff. de eviction.* Alexand. *consil.* 78. *col. fin. vol.* 1. Intellige tamen, ne erres, quòd ad hoc, ut agens vincat, requiritur, quòd faciat discussionem, vel probet de inopia principalis; quia aliàs non esset sibi aperta via agendi, secundùm Bald. Salic. & Paul. de Castr. *in dict. L.* 2. Et quid si notorium sit, principalem non esse solvendo? Gloss. dicit, quòd sufficiet, alia non facta discussione (& tenet ibi Bart. inferens ad fidejussorem tyranni) *in L. decem*, *ff. de verb. oblig.* ubi etiam Joan. de Imol. infert ad rixosum, & non idoneum facilitate conveniendi: & vide circa hoc, & circa istam materiam aliqua notabilia per additionatorem Abbat. *in cap. pervenit*, *de fidejussor. in additione magna.* Et si principalis decederet sine hærede, tenebitur fidejussor ad id, quod principalis, ut *in L. sine hærede* 32. & ibi Bart. *ff. de administr. tutor.* & vide *L. si à te* 10. *ff. ut legator. seu fideicommissor. nom. caveat.* Et quando fidejussor se obligat ut principalis, & simul cum principali, tunc non est necessaria excussio, ut tradit Alex. *consil.* 32. *col. pen. & fin. vol.* 4. ita limitans Gloss. *in dict. authent. de fidejussor. in princ.* super verbo *fidejussorem.* Et quid si principalis habet bona alibi quàm in loco domicilii, vel ubi contraxit? an etiam illa bona debeant priùs discuti, antequàm perveniatur ad fidejussorem? Bald. quòd sic, quando facilis esset exactio; secùs si difficilis, quia actor non cogetur peregrinare: vide per Bald. *in L. fin.* §. *sed si cum Sejo*, *col.* 3. *ff. si cert. petat.* & per Alexand. *consil.* 84. *col. fin. vol.* 3. vide Bald. ubi suprà, versic. *sed pone, quod scholaris de Alemania, &c.*

(3) *E non a los que entraron.* Hodie ergò non poterit fidejussor in mora constitui ante principalem: vide per Jason. *in L. cum filiusfamilias in princ. col.* 2. *ff. de verb. oblig.*

(4) *Deuengelo dar.* Concordat cum *authent. præsente*, *C. eod.* & in corpore undè sumitur ex *authent. de fidejussor. in princip.*

(5) *E pagar.* Quid si creditor habeat aliquod pignus de-

en la ley ante desta. E este plazo les deue otorgar el judgador, ante quien demandaren el debdo, segun su aluedrio (6); asmando toda via, fasta quanto tiempo lo puedan aduzir.

LEY X.

Como, quando dos omes se fazen fiadores principales por vna debda, la deuen pagar.

Ley 1. tit. 16. lib. 5. Recop.

OBligandose muchos omes de so vno (1), e cada vno por todo, faziendose principales debdores, de dar, o de fazer (2) alguna cosa a otri; si todos fueren en el lugar, quando el señor del debdo les quisiesse fazer demanda, maguer cada vno dellos entrasse fiador, e debdor (3) por el otro, con todo esso, non deue demandar todo el debdo al vno. Ante dezimos, que deue ser apremiado cada vno, de dar su parte (4), si todos ouieren de que pagar. E si por auentura todos non fuessen en la tierra, o alguno dellos non fuesse valioso (5), entonce los que fueren y, e que ouieren la valia, deuen pagar todo el debdo, quantos quier que sean, vno, o dos, o mas.

LEY

debitoris? an possit objicere fidejussor, quòd vendat priùs pignus? Vide per Gloss. *in dict. authent. in princip. in gloss.* super parte *summa*, & ibi per Bart. & Ang.

(6) *Aluedrio.* Approbat Gloss. *in dict. authent. de fidejussor. in princip. in gloss.* super parte *det tempus.*

L E X X.

Pluribus fidejussoribus obligatis in solidum, non potest creditor unum convenire, si omnes sunt præsentes, & quilibet est solvendo: sed si absunt aliqui, vel sint non solvendo, exigat totum ab omnibus, qui sunt præsentes, & solvendo. Hoc dicit.

(1) *De so vno.* Ortum habet ab *authent. de reis promit. collat. 7.* & ab *authent. hoc ita, C. de duob. reis.*

(2) *O de fazer.* Innuitur hìc, quòd si plures se obligent ad aliquid faciendum, ita ut quilibet teneatur in solidum, dicantur duo rei debendi, ac si promitterent aliquid dare. Innuitur etiam, junctis sequentibus verbis hujus legis, quòd etiam inter plures correos, qui promiserunt aliquod factum, habeat locum beneficium divisionis, de quo in ista lege, & *in dicta authent. hoc ita, C. de duobus reis.* Sed contra hoc opponitur, quòd regulariter omnia facta sunt individua, ut dicit Gloss. *in L. 4. §. Cato, ff. de verb. oblig.* & ibi Doctores communiter, & *in L. stipulationes non dividuntur 72. secundo responso, eod. tit.* & sic de natura obligationis, etsi non dicatur *in solidum*, quilibet tenetur in solidum; non tamen per hoc dicuntur duo rei debendi, ut probatur *in L. rem hæreditariam 65. ff. de eviction.* licèt ergò exprimatur, quod tacitè inest, nihil debet operari, *L. non recte 3. C. de fidejussor. L. 3. ff. de legat. 1.* Præterea, neque inter eos videtur, quòd habeat locum beneficium divisionis; cùm horum divisio corrumpat stipulationem, *dict. L. stipulationes non dividuntur*: & propter ista Bart. *in L. 2.* versic. 3. *quæro, ff. de duob. reis*, tenet, quòd etsi dicatur in obligatione individui, quòd teneantur in solidum, non tamen propter hoc dicentur duo rei debendi; nisi expressè dicatur, quòd animo constituendi se duos reos, sic promittunt: & insuper adde Bart. quòd dato, quod exprimatur, non habebunt beneficium divisionis, eo quia corrumperetur stipulatio; & cum dictis Bart. tenet etiam Salic. *in L. 1.* & *in authent. hoc ita, C. de duob. reis.* Adverte tamen, quia idem Bart. *in L. 4. §. Cato, suprà allegat. in 6. oppo.* vult, quòd sufficiat dicere, quòd teneantur in solidum, ut dicantur duo rei: & illud videtur verius, & communiter tenetur, secundùm Francisc. de Aret. ibi, *col. 11.* & hoc approbatur in ista lege Partitæ. Sed quantum ad beneficium divisionis, non reperio Doctorem contradicentem dictis Bart. *in dict. L. 2. ff. de duob. reis*: undè vel dicendum est, quòd ista lex Partitæ intelligatur, quando fuit promissum factum, quod erat dividuum, quod est maxima restrictio, & divinatio; vel quòd ista lex Partitæ approbet dictum Gloss. *in L. reos, §. cum in tabulis, ff. de duobus reis*, super verbo *videbantur*, volentem, quòd etiam in individuis habeat locum *dict. authent. hoc ita.* Cogita.

(3) *Entrasse fiador, e debdor.* Hìc colligitur, quòd tunc duo rei fidejubere videntur respectu creditoris, quando hoc actum est, & non aliàs; & sic videtur approbari opinio Petri, Jacobi de Raven. & Cyn. quam sequitur Bart. *in L. reos, ff. de duobus reis*, ubi hoc probatur, & *in dict. authent. de duobus reis, in corpore*, ibi *alterna fidejussione*, *&c.* adde etiam alium casum, quando esset color quæsitus, ut *in L. item si 7. §. 1. ff. ad Macedon.* Bart. *in dict. L. reos.*

(4) *Su parte.* Quid si duo rei sint obligati per instrumentum habens executionem paratam, prout de jure Regni habent instrumenta publica? Angel. *in dict. authent. hoc ita* loquens de simili statuto Florentiæ, dicit, quòd tunc non habebit locum dispositio *dictæ authent.* imò quilibet possit conveniri in solidum, & est dictum singulare, si est verum; sed non credo esse verum, & moveor ex notatis per Bart. *in L. eum qui ita, §. qui ita, ff. de verb. oblig.* ex eo, quòd ista exceptio tacitè inest ipsi actioni, & non producitur actio, nisi qualificata cum ista exceptione; & quia ex ipsa inspectione instrumenti, ex quo plures se obligant in solidum, apparet notoriè de ista exceptione: ita videtur decidere Joan. de Imol. *in L. fin. ff. à quibus appell. non licet*, versic. *tertio limitat Bald.* ubi dicit, quòd quando statutum disponit, quòd contra instrumentum non possint admitti exceptiones, nisi solutionis, poterit nihilominùs opponi alia exceptio, de qua apparet notoriè ex inspectione instrumenti, puta, quia promissio est sine causa; & sequitur Alexand. *consil. 77. visis dubitationibus, col. final. vol. 3.* Et dato, quòd in statuto, de quo loquitur Angel. suum dictum procederet, secundùm leges Regni non procederet, ex quo omnes legitimæ exceptiones (dum tamen infra decem dies probentur) & admittantur contra instrumentum publicum, ut *in L. fin.* habetur *titul. 8. lib. 3. Ordin. Regal.* & vide Roderic. Suarez hoc idem volentem *in lectur. L. post rem judicatam, ff. de re judic.* ubi legit *dict. Leg. Regni, fol. 40. col. 4.* versic. *infertur etiam, & est folio 144. illius operis totius cum repet. L. quoniam in prioribus.* Nota etiam, quòd communis conclusio est, quòd remedio *illius authent.* possit renuntiari; & sic poterit renuntiari hujus legis remedio, notat Gloss. quæ communiter approbatur *in dicta authen. hoc ita, in gloss. final.* & unum casum notabilem, ubi non posset opponi de tali renuntiatione, vide per Bartol. *in L. Paulus*, la 2. *ff. de re judic.* & est mirabilis determinatio, tradit Alexand. *consil. 37. col. 2. in fin. cum principio sequentis, vol. 2.*

(5) *Non fuesse valioso.* Id est, quatenùs non posset solvere; nam ad id, quod potest ab eo haberi, non tenebitur alter conreus, declarat Alberic. *in dicta authent. hoc ita.*

LEY XI.

Como aquel que rescibe la paga de alguno de los fiadores, le deue otorgar poder, para demandar a los otros.

PAgando (1) alguno de los fiadores todo el debdo en su nome, puede demandar (2) a aquel a quien faze la paga, que le otorgue el poder que auia para demandar el debdo, contra los fiadores que fueran sus compañeros en aquella fiadura, e otrosi el que auia contra el debdor principal (3); e el deuegelo otorgar: e despues que le fuere otorgado este poder, en su escogencia es, de demandar a cada vno de los otros fiadores, aquella parte (4) que pago por ellos. E si alguno y ouiesse tan pobre, que la non pudiesse entonce pagar, deue tomar (5) del tal recabdo, que le pa-

LEX XI.

Unus ex fidejussoribus solvens creditori nomine suo, potest petere, ut ei creditor cedat actiones contra reum, & fidejussores: & eis cessis agit, si vult, contra quemlibet fidejussorum pro parte eum contingente; vel ad totum contra reum principalem, etiamsi non cedatur ei actio: & si nomine principalis solvit, non potest creditor actiones cedere; quia ejus solutione fuit debitor liberatus à creditore, & fidejussore: sed potest sic solvens repetere à reo principali totum, sed à confidejussoribus nihil: si autem non expressit, cujus nomine solvit; si post solutionem statim petit cessionem, fiet ei cessio contra omnes: sed si postea ex intervallo, non potest ei fieri cessio; quia præsumitur nomine debitoris solvisse, ex quo statim cessionem non petiit; potest tamen exigere, quod solvit, à debitore. Hoc dicit.

(1) *Pagando.* Ortum habet à notatis per Azon. *C. eod. in summa col. pen.* versic. *conventus autem fidejussor.* Et nota, quòd etiam post solutionem, quam fecit fidejussor, potest petere cessionem, de qua hìc; neque obstat *L. Modestinus* 76. *ff. de solution.* quia in his, qui accessoriè tenentur, semper solvens videtur solvere pro obligatione sua, *L. si filiusfamilias, ff. de in rem verso, L. Papinianus* 28. *ff. mandat.* Bart. *in L. cum his, de fidejuss.* Quod tamen limita, & intellige, si statim post solutionem petit cessionem, ut infrà *in fine hujus leg.* quando verò expressè dixit, quòd solvit nomine suo, tunc etiamsi statim non petiit cessionem, poterit etiam ex intervallo eam petere, ut habetur in ista lege, & tenet Azo ubi suprà.

(2) *Puede demandar.* Et oportet, quòd petat cessionem, nam sine cessione non posset agere contra confidejussores, ut *in L. ut fidejussor* 39. *ff. eod.* Sed quo jure agat contra creditorem, ut cedat? Dic, quòd judicis officio, ut *in dict. L. Modestinus* 76. *ff. de solution.* vel si creditor nolit cedere, repetet solutum tamquàm indebitum, ut dicit gloss. notabilis, & ibi Bart. *in* L. *cum is, ff. eodem.*

(3) *Contra el debdor principal.* Contra quem debet creditor cedere necdùm actiones personales, sed etiam jura pignorum, & hypothecæ, ut *in L. Stichum* 95. §. *si mandatu* 10. *ff. de solution.* & *in L.* 2. ubi notat Gloss. *C. de fidejussor.* & *in L. sicut* 21. *eodem tit. L. fidejussoribus* 17. & *L. si mandatu meo* 13. & *L. si fidejussores* 41. *ff. eodem*, & satis probatur hìc, cùm absolutè dicit, quòd debet cedi jus contra principalem debitorem, & si non cedat, obstabit sibi exceptio actionum cedendarum, ut in dictis juribus; & si facto vel culpa sua non potest cedere, repellitur etiam exceptione cedendarum, ut *in dict. L. Stichum* 95. §. *si creditor* 8. & *in L. si pupillus alterum* 45. *ff. de administrat. tutor.* & quando ista exceptio obstet, vel non, vide notabiliter per Bart. *in L. si stipulatus*, §. 1. *ff. eodem*, & opponitur ista exceptio, etiamsi fidejussor sit obligatus per instrumentum guarentitium, secundùm Bald. *in authent. præsente, C. de fidejussor.* & etiam in ipsa executione, secundùm Bald. *in L. fidejussor, C. eod.* Et adverte, quia Cyn. & alii Doctor. & refert ibi Paul. de Cast. *in fine L. jubemus, C. ad Vellejanum*, volunt quòd hæc intelligantur, quando fidejussor contraxit contemplatione hypothecæ: nam tunc, si facto debitoris non potest cedi, repellitur exceptione cedendarum; secùs si non fidejussit contemplatione hypothecæ: & adde Bart. *in dicto* §. 1. & quæ tradit Socin. *consil.* 200. *quoniam ex forma statuti dotalis*, &c. *vol.* 2. *col* 2. Et adde, quòd & potest petere fidejussor, ut quòd sibi exhibeatur instrumentum debiti principalis, ut *in L. si nomen* 4. *ff. de hæred. vel action. vend.* & tenet ibi Bald. *in reportatis antiquis*, quem refert, & sequitur Alexand. *in L. sciendum, col.* 2. *ff. de verb. oblig.* & non sufficiet secundùm eos hoc ostendere per sententiam latam contra fidejussorem; quinimò, si actor obtinuisset dictam sententiam injustam, posset à fidejussore repelli in executione, quia non haberet quid cederet; quod Alexand. dicit perpetuò notandum. Et quid si debitor obligavit omnia bona sua, & post hoc vendidit Tancreto domum, & postea Petro fundum, & creditor agit contra Tancretum hypothecaria petendo domum, qui obtulit debitum creditori, qui cessit ei actiones contra debitorem & ejus bona; & virtute cessionis agit modò contra Petrum, ille verò opponit de beneficio cedendarum actionum; & cùm non possit sibi cedi actio contra domum jam liberatam, quæritur an obstabit exceptio? Specul. *tit. de cessione actionis*, §. 1. versic. *sed pone habeo debitorem*, movet istam quæstionem, & concludit, quòd dividitur obligatio, per *L. cum possessor* 5. *ff. de censibus*, & per *L. si pupillus* 45. *ff. de administr. tutor.* & *L. secundam*, §. 1. *ff. ad Leg. Rhod. de jact.* Huic tamen dicto Specul. obstare videtur communis doctrina scribentium *in dicta L. jubemus*, de qua dixi suprà; cùm tertius possessor iste, qui covenitur, non contraxit prætextu obligationis hypothecæ, & ideò non potest objicere exceptionem cedendarum, sicut poterat mandator, vel fidejussor, qui prætextu & contemplatione hypothecæ, quam fecit debitor de bonis suis, contraxit, seu se obligavit: & per eandem rationem reprehenditur aliud dictum Speculat. *in tit. de renuntiatione, & conclusione*, §. 1. versic. *sed pone.* Sufficiet ergò cedere tertio possessori jura hypothecæ quæ creditor agens contra eum habet, ut *in L. mulier* 19. *ff. qui potior. in pign. habeant.* & non jus hypothecarum illarum rerum, quibus renuntiavit, vel ejus facto fuerunt liberatæ: & ad intellectum, & limitationem *dictæ L. mulier*, vide per Bald. *in L. si res obligata, ff. de legat.* 1. versic. *quinto nota*, & ibi Alexand. *in fin.* Et adverte, quia cùm non possit conveniri tertius possessor pignoris, quando principalis debitor est solvendo, ut *in authent. de fidejuss.* §. *sed neque*, & *authent. hoc si debitor, C. de pignor.* fidejussor non poterit in tali casu petere cessionem contra tertium possessorem: ita notat Bald. *in addit. ad Speculat. tit. de cession. actionis*, versic. *item si debitor.* Et nota, quòd potest per fidejussorem renuntiari huic beneficio cedendarum, ut dicit Gloss. notabilis *in L. nisi hoc actum, ff. de pactis*: & an sufficiat generaliter renuntiare beneficio de fidejussoribus, vel *authent. præsente*, ut per hoc excludatur etiam beneficium cedendarum, vide Socinum *in dicto consilio* 200. *quoniam ex forma statuti, &c.* & Decium *consilio* 27. *& pro virili*, & ibi quid si renuntiavit generaliter omni legum auxilio, an per hoc excludatur hæc exceptio, & *consil.* Ludov. Roman. ibi per eos allegatum, & vide per Bald. *in dict. authent. præsente, C. de fidejussor.*

(4) *Aquella parte.* Non enim potest quemlibet convenire in solidum, sed pro parte, *L. si plures tutelam* 38. §. 2. ibi *in alterum pro parte, &c. ff. de administr. tutor.* & *L. cum pupillus* 21. *ff. de tutel. & ration. distrah. L.* 1. *&* 2. *ff. ad L. Rhod. de jactu*, *in* §. *æquissimum*, & *ff. de censibus*, *L. cum possessor* 5. & tenet Azo *C. eod. in summa col. pen.* & Bart. *in L. si plures*, la 2. *ff. de admin. tutor.* & vide quæ dicam in gloss. sequenti.

(5) *Deue tomar.* Innuitur hìc, quòd id, quod ex cessione non poterit fidejussor consequi ab uno ex fidejussoribus, non poterit consequi ab alio confidejussore; sed tantùm debeat esse contentus cautione, de qua hìc. Sed adverte, quia Bart. *in L. Modestinus, col. fin.*

pague cada que pueda. E puede aun demandar la parte que pago por si, al debdor principal. E si esto non quisiere fazer assi, puede demandar el por si mismo (6) al principal debdor todo el debdo; maguer el señor del debdo non le otorgasse el poder, que auia contra el. Mas si acaesciesse, que alguno de los fiadores pagasse todo el debdo en nome de aquel que fio, e non en el suyo; entonce, aquel que rescibe la paga del, non puede otorgar poder, para demandar alguna cosa a los otros fiadores. E esto es, porque todo el derecho que el auia contra los fiadores, para demandarles la debda, o para otorgar poder, para lo demandar, a aquel que gelo pago, todo se remata, porque el fiador le fizo la paga en nome del debdor principal. Empero el fiador que assi pagasse la debda, como sobredicho es, en saluo finca su demanda, para poder demandar lo que pago, a aquel por quien entro fiador. E si alguno de los fiadores pagasse todo el debdo simplemente, non diziendo que lo fazia en nome del debdor principal, ni en el suyo, si luego que la paga ha fecha, demanda a aquel que la faze, que le otorgue poder de demandar, lo que pago, a los otros fiadores; dezimos, que le deue ser otorgado. E si entonce non lo demanda, dende adelante non gelo deue otorgar: porque semeja, que fizo la paga en nome del debdor principal, e non en el suyo (7). Pero bien puede demandar al debdor, que le de lo que pago por el.

LEY XII.

Como el debdor principal es tenudo de dar al fiador, lo que pago por el.

MAndando vn ome a otro entrar fiador por el; o entrando el otro fiador por el de su voluntad, delante aquel a quien fia sin su mandado, e non lo contradiziendo; o entrando fiador por el, a otra parte, sin su sabiduria, e sin su mandado, e quando lo sabe, consiente en lo que el otro fizo, e le plaze; o si entra fiador otrosi por el sin su mandado, sobre cosa que otro deue dar, o fazer, a que sea a su pro, maguer non lo consienta; en qualquier destas maneras que entrasse fiador vn ome por otro, valdria la fiadura. E quando pagare el fiador por aquel a quien fia, tenudo es el otro (1), de gelo dar, e fazer cobrar. Fueras ende en tres casos (2). El primero es, si el que entra fiador, paga el debdo, e lo faze con entencion de le dar por el otro, aquello que fia, o de lo pagar por el, para nunca gelo demandar. El segundo es, si la fiadura es fecha por pro de si mismo, de aquel que entra fiador. E el tercero es, si quando entra fiador, lo fizo contra defendimiento (3) de aquel a quien fio. Como si

fin. ff. de solution. versic. *quæro juxta hoc*, quærit, an si unus ex tribus fidejussoribus solvit in solidum, an pro duabus partibus cæterorum cessio fieri debeat in solidum? Et concludit post Gloss. ibi, quòd sic; & est ratio, secundùm eum, quia tale jus debet cedere, quale est apud eum, & idem tenet Gloss. *in L. 1. C. de duobus reis*: & subdit Bart. post. Jacobum de Aret. quòd hoc debet intelligi, quando alii duo sunt solvendo; nam si alter eorum solvendo non esset, tunc deberet invicem periculum communicari, argumento *L. verum* 63. §. *si cum tres* 5. *ff. pro socio*, & *L. si plures* 3. *ff. de administr. tutor.* & sic apertè dicit Bart. quòd inter solventem, & alium fidejussorem qui est solvendo, debeat communicari istud damnum, seu periculum pro parte illius qui est inops; quod satis habere videtur æquitatis: neque repugnat ista lex, cùm utrunque remedium possit solvens habere: vel procedet, quod hìc dicitur, quando fidejussores non erant obligati in solidum; unus tamen solvit solidum, cui cessæ fuerunt actiones contra alios: nam tunc periculum illius, qui non est solvendo, spectabit tantùm ad solventem, ut *in* §. *si plures* 4. *Instit. eod.* dicta ergò Bart. procedunt, quando erant in solidum obligati.

(6) *Por si mismo.* Adde §. *si quid* 6. *Instit. de fidejussor.* & *L. qui fide* 53. & *L. ex mandato* 20. *ff. mandat.*

(7) *Non en el suyo.* Sequitur ista lex opinionem Gloss. *in L. Papinianus*, *ff. mandat.* quæ fuit Azonis, licèt Gloss. non alleget, *C. eodem in summa*, *col. pen.* Et adverte, quia Doctores communiter tenent contra illam glossam dicentes, quòd in casu dubii fidejussor videtur solvisse pro sua obligatione, & sic etiam ex intervallo potest fieri cessio: ita dicit Bart. communiter Doctores tenere *in L. Modestinus*, *col. 1. ff. de solutionibus*, allegat *L. cum is*, *ff. de fidejussoribus*, & *L. si filius*, *ff. de in rem verso*; Joannes de Imol. *in dicta L. Modestinus* allegat etiam ad hoc *L. & magis*, *ff. de solutionibus*: tene ergò menti istam legem, quæ simpliciter sequitur dicta Azon. ubi suprà, & Gloss. *in dicta L. Papinianus*, quam gloss. dicit Bald. esse meliorem de jure *in L. 1. C. de action. & oblig.*

LEX XII.

Si fidejubeo pro debitore ejus mandato; vel sine mandato eo præsente, & non contradicente; vel eo absente, & postquàm scit, consentiente; vel si sit ejus commodum, etiamsi non consentiat; valet fidejussio, & tenetur mihi ad ea, quæ solvi; nisi fidejussi, quia tenebar ei ad ea, quæ solvi, vel si fidejussi pro eo animo donandi, vel si fidejussi eo invito contra ejus prohibitionem. Hoc dicit.

(1) *Tenudo es el otro.* Adde *L. ex mandato* 20. §. 1. & *L. qui fide* 53. & *L. si remunerandi* 6. §. *si passus* 2. *ff. mandat.* & sequitur ista lex dicta Azon. *C. eod. in summa.*

(2) *En tres casos.* Hos casus ponit etiam Azo *C. eod. in summa*, & Gloss. *in L. si remunerandi*, §. *si passus*, *ff. mand.* & adde alium casum, scilicèt quando fidejubet ex necessitate, puta, ex mandato testatoris; nam & tunc solvens non repetit, ut est casus singularis *in L. tribus*, ubi Bald. *ff. de usufructu ear. rer. quæ usu consum.* & dicit ibi, quòd interrogavit de hoc quendam in privato examine, & respondit contra casum illius legis, & vide per Alex. *consil.* 58. *vol.* 3. *ad finem.*

(3) *Contra defendimiento.* Prohibitio domini tollit actionem negotiorum gestorum, ut hìc & *in L. fin. C. de negot. gest.* & *in L. si pro te* 40. *ff. mandat.* Limita,

si dixesse: Non vos ruego, que entres fiador por mi, ante vos lo defiendo; o diziendo otras palabras semejantes destas.

LEY XIII.

Como el que mandasse a vno, que entrasse fiador por otro tercero, le deue pechar el daño que le viniere por aquella fiadura.

(3) *Esquilme, o desfrute.* De fructibus, quos creditor percepit, loquitur ista lex; & sic videtur, quòd non teneatur creditor de fructibus percipiendis, seu qui percipi potuerunt. De jure tamen communi cautum est, quòd teneatur tam de perceptis, quàm percipiendis, ut *in L. 2. C. de pign. act. in L. 2. C. de partu pign.* undè considera, an si fortè voluit hæc lex approbare opinionem Hostiens. *in summa titul. de pign. in §. quando efficaciter,* versic. *sed nunquid creditor,* ubi vult, creditorem teneri de percipiendis, ex eo, quia nullus tenetur de percipiendis, nisi malæ fidei possessor, juxta notata *in cap. gravis* 11. *de restit. spol.* & quia secundùm hoc haberet necesse creditor, colere fundum, velit, nolit; quod non est dicendum, quia neque debitor libenter ei redderet boves, si amitteret, ergò non debet ab eo exigere, quòd colat suo periculo, & fructus reddat, argum. *L. penult. C. de solution.* quod tamen limitat, nisi omitteret in fraudem; & præsumitur fraus, si colebat proprias possessiones, & dimittebat pignoratas; vel si non locavit, cùm potuerit locare, & erat res solita locari, argum. *L. 3. C. de distract. pign.* & idem, si non consuevit locari, tamen paratus erat conductor volens colere, & cavere. Doctores tamen communiter *in cap. cum contra, de pign.* ubi Abb. Anton. Cardin. & Joan. de Imola simpliciter volunt, quòd creditor teneatur de percipiendis, per dictas leges, & idem voluit Gloss. *in dict. cap. cum contra.* Ego verò attentis verbis hujus legis Partitarum adhærerem opinioni Hostiens. & respondeo ad *dictam L. secundam C. de pign. act.* quòd ibi dicitur, quòd creditor tenetur de fructibus, quos percepit, vel percipere debuit, & sic per eam fundatur opinio Hostiens. qui & voluit, quòd quando omisit percipere in fraudem, vel si non locavit, cùm potuit locare, tenebitur de percipiendis: quia istis casibus percipere debuit, non aliàs: ad *L.* verò *secundam, C. de partu pignor.* quæ dicit, quòd & tenebitur de fructibus quos percipere potuit, & sic, si ex sola negligentia non percipit, vult quòd teneatur, respondeo, quòd illa lex loquitur in debito fœneratitio & usurario; quo casu nil mirum si de hoc teneatur, ex quo habet usuras; in simplici verò debito non procedet, neque loquitur illa lex, sed *dicta L. 2. C. de pign. action.* Tu verò cogita, quia hæc est nova consideratio ad intellectum illarum legum, & Doctores non tangunt.

(4) *Tenudo es de lo descontar.* Adde *L. 1. C. de distract. pignor.* & *L. 1. 2. & fin. C. de pign. act. cap. 1. & 2. de usur.* & *C. de partu pignor. L. 2.* & *cap. cum contra 6. de pignor.* Et collige hìc, quòd potest creditor uti fructibus rei pignoratæ, & convertere eos in usum suum, vel vendere, ita ut compenset in sortem; quod & notat Albericus *in dict. L. 1. C. de pign. act.* fructus nanque censentur res, quæ communiter servan-

aquello que dio sobre aquella cosa empeñada; o de lo dar al señor de la cosa. Otrosi dezimos, que todas las debdas que deuan a vn ome, que las puede empeñar a otro, con todos los derechos que ha en ellas. E aquel que las rescibe en peños, puedelas demandar (5) en juyzio, e fuera de juyzio; bien assi como faria aquel a quien las deuen, que gelas empeño.

LEY III.

Quales cosas non deuen, nin pueden ser dadas en peños.

Ley 7. tit. 2. lib. 1. Recop. SAntas (1) cosas, e sagradas, e religiosas, assi como las Eglesias, e los monumentos, e las otras cosas semejantes, non las pueden los omes rescebir a peños, nin se pueden obligar. Fueras ende por cosas señaladas, segund dize en el Titulo (2) que fabla de las cosas de Santa Eglesia, en la primera Partida deste nuestro libro. Otrosi dezimos, que vn ome libre (3) non se puede empeñar. Ante dezimos, que qualquier que lo recibiesse en peños, que deue perder (4) todo lo que diesse sobre el. E deue pechar mas otro tanto de lo suyo a el, e a sus parientes, si por auentura el non fuesse biuo. Pero dos casos son, en que podria ome libre ser rescebido en peños, e fincaria obligado. El primero es, si alguno yoguiesse catiuo, e el mismo se empeñasse (5) a otro, por quitarse de catiuo. E el segundo es, si alguno empeñasse su fijo (6) por cuyta de fambre. Otrosi dezimos, que ome libre puede ser dado en rehenes, por razon de paz (7) que firmassen algunos entre si, o por treuga, o por otra segurança (8), o por otra cosa semejante destas,

vando servari non possunt, saltem diu, ut notat Gloss. *in L 1. C. si advers. usucap.* ideò nil mirum, si permittatur creditori eos distrahere, secundum Joan. de Imol. *in dict. cap. cum contra, in princ.* & vide per Bart. *in L. divortio*, §. *ob donationes, ff. solut. matrim.* Si tamen essent tales fructus qui possunt durare in tempus, quo deberet res restitui debitori, ut si esset frumentum, oleum, & similia; tunc creditor neque cogeretur, imò neque posset illos distrahere, sed hos fructus, soluto debito, restituere tenetur debitori, argum. *L. si cui* 5. §. *quæri potest* 21. *ff. ut in posses. legat.* & tenet Petrus de Anchar. & sequitur Joan. de Ana. commendans hoc dictum *in cap.* 1. *de usur. colum.* 2. Et quid si erat domus, quæ data fuit pignori, & creditor eam inhabitabit? Vide infrà *eod. L.* 21. & quod notat Abb. post Specul. *in dict. cap. cum contra, colum. fin.* & per Alexand. *consil.* 141. 5. *volum. in* 2. *dubio*, & per Paul. de Castr. *in dict. L.* 1. *ad finem, C. de pign. act.* Et limita, quod in ista lege hìc dicitur de fructibus pignoris computandis in sortem, in casu *cap.* 1. *de pign.* & *cap.* 1. *de usur.* & *cap. salubriter* 16. *eod. tit.*

(5) *Puedelas demandar.* Adde *L. si convenerit* 4. *in prin. ff. de pign. act.*

LEX III.

Res sanctæ, sacræ, vel religiosæ non possunt pignori obligari, nec liber homo: & eum recipiens perdit creditum, & tantundèm ei, vel ejus consanguineis, si non vivit, restituet; nisi in casibus, quando se obligat pro redemptione suæ captivitatis, vel pater filium in necessitate famis constitutus; vel quando pro pace, treuga, vel securitate datur obses. Et tunc, licèt promissum non impleatur, tamen obses non occidetur; sed servabitur, quanto tempore videbitur tenenti, vel donec promissum adimpleatur. Hoc dicit.

(1) *Santas.* Ortum habet à notatis per Azon. *C. quæ res pign. oblig. poss. in summa, in principio.* Sed quid de decima? an potest pignorari? Vide per Specul. *tit. de pignor.* §. 1. *circa finem*, ubi concludit, quòd jus decimæ non potest pignori obligari, cùm sit res spiritualis, neque possit per laicum possideri; fructus autem decimæ obligari, & vendi possunt, ut *in cap. vestra* 2. *de locato*, & argumento *L. si ususfructus* 66. *ff. de jure dot.* Et videtur de mente Speculat. quòd alteri Ecclesiæ, vel Ecclesiasticæ personæ jus etiam decimæ possit obligari: & comprobatur, quia ex quo in alteram Ecclesiam vel Ecclesiasticas personas sunt ista jura decimalia alienabilia, & etiam præscriptibilia, ut *in cap. ex multiplici* 3. *de decim.* & *in cap. ad aures* 6. *de præscript.* per consequens tali casu erunt obligabilia, ut *in L. sic & quod* 9. §. *quod emptionem, ff. de pignor.*

(2) *Titulo.* 14. per totum, & vide quod habetur *in L.* 22. *tit.* 11. *eadem Partita*, & *cap.* 1. *de pignor.*

(3) *Ome libre.* Adde *cap.* 2. *de pignor.*

(4) *Deue perder.* Adde text. *in authent. ut nulli judicum*, §. *quia vero* 7. *collat* 9. *undè sumpta est authentica imò, C. de action. & obligat.* Hodie autem an liber homo possit capi, ut serviat creditori pro debito, & qualiter hoc fiat, vide *L.* 2. *tit.* 8. *lib.* 3. *Foro Leg.* & *L.* 5. *tit.* 2. *lib.* 4. *eod. Foro*, & *L.* 5. *tit. penult. lib.* 5. *Ordin. Regal. cum L. sequenti*, & *in volum. pragmaticarum, fol. mihi* 65. & 66.

(5) *Se empeñasse.* Ista lex videtur addere ad *L. liber captus* 17. & ad *L. fin. C. de postlimin.* & ad *L. penult. tit.* 29. & *L.* 3. *tit.* 30. 2. *Partita*: nam illæ loquuntur, quando aliquis redemit captum etiam sine pacto, quo idem redemptus se pignoret pro pretio; hìc verò fuit pactum de hoc expressum: utrobiquè tamen militabit dispositio dictarum legum, sive sit pignus legale, sive conventionale: & septem casus, in quibus hic nexus pignoris dissolvitur, vide per Salicet. *in L. ab hostibus*, la 1. *C. de captiv.* & fortè in uno casu posset esse diversitas in hoc inter pignus conventionale, & legale, quia si redemptus expressè se pignori dederit pro pretio, quousquè solvatur, & renuntiet remedio *dict. L. final.* & *dict. L. penult. tit.* 29. 2. *Partita*, non liberaretur serviendo per quinquennium, si æstimatio talis servitii non esset sufficiens ad pretium: potuit enim huic juri renuntiare, ut *in L. si quis in conscribendo* 29. *C. de pactis.*

(6) *Su fijo.* Vide *LL.* 8. & 9. *tit.* 17. 4. *Partita.*

(7) *De paz.* Adde *cap. ut pridem*, 23. *quæst.* 8. & Gloss. *in cap. ex rescripto, de jurejur.* & *L. Divus* 31. *ff. de jure fisci*, & *L. obsides* 11. *ff. qui testam.* cum Gloss.

(8) *Por otra seguranza.* Adde *cap. exposita* 11. *de arbitr.* & Gloss. ibi, cujus opinio approbatur hìc, & eorum quæ tradit Bald. *in L.* 2. *colum. fin. C. de patrib. qui fil. distr.* & reprobatur opinio Gloss. ibi dicentis, hoc de facto fuisse usurpatum, & etiam Azon. *ibi in summa*, & Abb. *in cap. ex rescripto, de jurejur.* & Joan. de Imol. *in L. obsides* la 2. *ff. de testam.* & sic hodie de jure Partitarum poterit homo liber dari obses pro satisfactione debiti, seu pro quacunque alia conventione, ut hìc vides: nec novum hoc, cum & legamus, *Genes.* 42. securitatis ratione, & fidei tacitè promissæ adimplemento, Simeon in obsidem retentum à fratre suo Joseph, Præposito Ægipti, etsi homo liber esset. Et de materia istorum obsidum vide latè *in dicto cap. ex rescripto* 9. *de jurejur.* ubi Abb. quòd ille obses vocatur, qui jurat, quòd non recedet de certo loco, quousquè fuerit de debito, pro quo obsidem se dat, satisfactum. Et quid si sit conjunctus, sed inops, qui in obsidem datur? Vide Bald. & Alex. *in L.* 1. *ff. ut in jus vocati eant, &c.* & quòd tenat promissio obsidis de non recedendo à certo loco, etsi videatur suam arctare libertatem, vide Spec. *in tit. de renunt. & conclus.* versic. *item est beneficium.* Vide etiam Innoc. & Doct. *in dic. cap. ex rescripto, de jurejur.* an tantùm pro causa publica, & non privata possit obses dari; & videntur tenere, quòd tantùm pro publica: ista tamen lex Partitarum, ut dixi, sentit etiam pro privata; cujus deci-

tas. E maguer el pleyto sobre que fuesse alguno empeñado en esta manera, non fuesse guardado, con todo esso, non deuen a el matar, nin ferir, nin darle pena ninguna, nin fazerle mal ninguno (9). Mas puedenle guardar, quanto tiempo touieren por guisado, o fasta que el tiempo se cumpla, assi como fue puesto.

LEY IIII.

Como las cosas que son puestas, señaladamente para labrar las heredades, non deuen ser dadas en peños.

Ley 5. tit. 17. lib. 5. Recop. Ley25. tit. 21. lib. 4. Recop. Ley 28. idem.

BVeyes, nin vacas, nin otras bestias de arada, nin los arados, nin las ferramientas, nin las otras cosas que son menester para labrar las heredades, nin los sieruos que son puestos en ellas señaladamente para labrarlas, defendemos, que ninguno non lo tome a peños (1); nin otrosi, ningund Judgador, nin otro ome, non sea osado de las prendar, nin de fazer entrega dellas (2). E qualquier que lo fiziese, seria tenudo de pechar al señor dellas todo el daño, e el menoscabo, que le viniesse por esta razon.

LEY V.

Que cosas son aquellas que non son obligadas, maguer el señor dellas oblígue todos sus bienes a peños.

APeños obligando (1) alguno todos sus bienes; cosas y ha señaladas que non serian porende obligadas. E son estas: barragana, que tenga manifiestamente en su casa, e los fijos que ouiere della, e los criados, e sieruo o sierua, que touiere señaladamente para seruirle, e guardarle, e criarle sus fijos; e las otras cosas de su casa, que ha menester cada dia para seruicio de su cuerpo, o de su compaña, assi como su lecho del, e de su muger, e la ropa (2), e las otras cosas todas de su cozina, que ha menester para seruicio de su comer, e las armas (3), e el cauallo de su cuerpo. E todas las otras cosas (4) que ouiere entonce, e aun las que atiende auer (5) despues, fincan obligadas por razon de tal empeñamiento. Fueras ende es-

cisio per pragmaticas permittentes creditoribus, ut accipiant debitoris personam usque ad satisfactionem debiti, confirmatur. Et an isti inviti aliquandò dari possint, colliges ex ibi notatis per Doct. Et quando isti dantur à Rege, videtur, quòd teneantur obedire, ut *in L.* 16. *tit.* 13. 2. *Part.* & vult Bald. *in dict. L.* 2. *ad finem*, quem vide.

(9) *Mal ninguno.* Neque poterit cogi ad aliqua servitia, ut notat Joan. de Imol. *in dict. cap. ex rescripto*, ubi approbat opinionem illorum, qui dicunt, quòd ipse obses debet se pascere suis expensis, & adde Bald. *in dict. L.* 2. *col. fin. C. de patrib. qui fil. distr.*

LEX IIII.

Animalia aratoria, & instrumenta pro cultura, vel servos pro cultura rustici prædii positos, pignori recipiens, vel judex, vel alius in eis executionem faciens, tenetur domino ad interesse, & damna, quæ hujusmodi prætextu sustinuit. Hoc dicit.

(1) *A peños.* Reprobatur hìc Gloss. L. *pen. C. quæ res pign. oblig. poss.* quæ dicebat *dictam L.* intelligi in pignore prætorio, vel judiciali, & quòd secùs esset in conventionali, & cum ea transibant ibi Bald. & Angel. & approbatur opinio Petri, & Cyn. & Odofred. & Albér. Bart. & Salic. quòd neque ex conventione possunt ista pignorari, & est de mente Azon. *C. eod. in summa.*

(2) *Entrega dellas* Adde *L.* 3. *tit.* 27. 3. *Partit.* & *L.* 7. *tit.* 12. *lib.* 5. *Ordin. Regal.* quæ est notabilis in materia, & eam vide, & *authent. agricultores*, *C. quæ res pign. oblig. poss.* quæ sumpta fuit ex constitutionibus Frederici *de statut. & consuet. contra libert. Eccles. cap. fin.* ubi vide Andr. de Iser. vide etiam in *Capitulis legum Fraternitatis*, *fol.* 5. versic. *Otrosi mandamos, que los bueyes, y mulas.* Et limita, nisi una cum prædio caperentur, secundùm Alberic. post Petrum, *in L. executores*, *C. quæ res pign. oblig. poss.* ubi etiam vult, quòd neque in subsidium possent capi de per se, licèt alia bona deficiant; de quo dic, ut habetur *in dict. L.* 7. *Ordin. Regal.* Et ratio istarum legum fuit, ne sterilitas fructuum inducatur ex defectu culturæ, his rebus à cultoribus acceptis: pereunte enim cultore, terram redigi in solitudinem ostenditur, *Genes.* 47. *v.* 19. facit illud *Deuteron.* 24. *v.* 6. *Non accipies loco pignoris inferiorem, & superiorem molam: quia animam suam opposuit tibi*: sunt enim (ut vulgò dicunt rustici) boves, & alia, de quibus hic, pedes, & manus laboratorum.

LEX V.

Obligatio bonorum extenditur ad futura; sed in tali generali obligatione non includitur concubina, ancilla, aut filii, vel servi ad servitium quotidianum domus, vel ad nutriendum debitoris filios; nec indumenta debitoris aut ejus uxoris; nec panni lecticales, & instrumenta coquinæ, nec arma, & equi corporis debitoris. Hoc dicit.

(1) *Obligando.* Sive sit expressa obligatio, sive tacita quæ à lege inducitur, etiamsi sit pro dote, non veniunt hic exceptuata, secundùm Alberic. *in L. unica, col.* 2. *ad fin. C. de rei uxor. act.*

(2) *Ropa.* Undè neque vestes æstivales, neque hyemales, de quibus *in L.* 1. *C. de re milit. lib.* 12.

(3) *Las armas.* Nota benè, quia de his non dicebatur *in L. obligatione generali* 6. *ff. eod.* de qua ista sumpta est; licèt ex mente dictæ legis, & sequentium, benè comprehenditur: adde *L.* 3. *tit.* 27. 3. *Part.* Et de libris, vide Angel. Aret. *in §. item Serviana, instit. de action. col.* 2. ubi sub dubio fortè dicit, quòd libri sine quibus scholaris sine dedecore, vel maximo damno vivere non potest, non veniunt in generali obligatione.

(4) *Todas las otras cosas.* Non intelligas de prohibitis alienari; nam illa non veniunt in generali obligatione, vel alienatione bonorum, ut *in cap. in generali, si de feud. defuncti content. sit inter domin. & agnat.* & notat Bart. *in L. codicillis*, §. *instituto*, *ff. de legat.* 2. Specul. *tit. de pign.* §. 1. *ad finem*, Bald. *in L.* 1. *C. quæ res pign. oblig. poss.* & *in L. voluntas*, *C. de fideicom.* & *in cap. imperialem*, *de prohibit. feud. alien. per Freder.* Ang. *in authent. de restitut. & ea quæ parit in princ.* An autem in generali hypotheca veniant venalia, vide per Bald. *in L. ubi adhuc*, 4. & 5. *col. C. de jure dot.* & *in L. cum tabernam*, *ff. de pignor.* ubi dicit, in obligationem cadere, licet aliquæ alienari, exercendo mercantiam, possint, non obstante obligatione: acquisitæ tamen loco earum subrogantur in obligatione, quia obligando bona sua mercator, mercantiam omnem suam videtur obligasse: est enim mercantia quoddam corpus universale, secundùm eum, ubi una res subrogatur loco alterius: vide etiam per Bart. *in L. generali*, §. *uxori*, *ff. de usufructu legat.*

(5) *Las que atiende auer.* Adde *L.* 1. *in princ. ff. eod.* & *L. fin. C. quæ res pign. oblig. poss. L. tutor.* 16. §. *fin. ff. de pignor. act. L. lex vectigali* 31. *ff. de pign.* ubi Bald. extendit ad bona emphyteotica etiam Ecclesiæ, Ripa *in L.* 1. *ff. eod. col.* 3. & facit ad quæstio-

estas sobredichas, o otras algunas, si las ouiere, que sean semejantes (6) destas.

LEY VI.

En que manera deuen ser dadas las cosas a peños.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

EMpeñadas pueden ser las cosas, estando presentes los dueños dellas, e los otros que las resciben a peños; quier sean las cosas en aquel lugar, o en otro. E aun lo pueden fazer por mensajeros, o por cartas, maguer alguno dellos non fuesse delante, con escriptura, o sin ella. Otrosi dezimos, que quando alguno empeñare alguna cosa, que la deue señalar (1), o por su nome, o por señales, o por medida, o por otra manera qualquier, porque sea sabida ciertamente, qual es la cosa, que es dada a peños.

LEY VII.

Quien puede empeñar las cosas.

LOs que han (1) poderio de enagenar las cosas, porque son señores dellas, estos mismos las pueden empeñar a otri. E aun dezimos, que si algunos han derecho en las cosas, que las pueden empeñar; maguer non ouiessen el señorio dellas (2). Otrosi dezimos, que si alguno esperando (3) de auer el señorio de alguna cosa, la empeñasse, ante que ouiesse el señorio della; si despues que la ouiesse empeñada assi, ganasse el señorio, tambien finca obligada, como si ouiesse el señorio, e la tenencia della, quando la empeño. E aun dezimos que si algund ome empeñasse a otro cosa agena, non le apoderando della, e aquel a quien fuesse empeñada, fuesse sabidor que fuesse agena; maguer despues

tionem, an si quis dicat, quòd bona sua dat, vel relinquit in majoriam, seu jure majoriæ, an intelligatur etiam de bonis futuris, & non solùm de præsentibus: ad cujus quæstionis decisionem videnda sunt, quæ notat Bart. *in L. si ita ff. de auro & arg. legat.* Et an autem censeantur hypothecatæ in obligatione generali res, cujus dominium competit obliganti jure singulari, vide Bald. *in L. hac edictali*, §. 1. *fin. col. C. de secundis nupt.* & an extendatur ad nomina debitorum, vide eundem Bald. *in L. hæredem, C. de hæreditar. act.* & quòd utile dominium non repellat hypothecariam, vide Gloss. & Bald. *in authent. de restit. & ea, quæ parit infrà* 10. *mensem, collat.* 8. & eundem Bald. *in L. in rebus C. de jure dot.* Et nota, quòd necdùm in generali hypotheca bonorum veniunt etiam quærenda, quando fuit expressa hypotheca, ut hic; sed etiam veniunt in tacita hypotheca, *L. si quis prioris* 8. §. *fin.* & ibi Bald. & *L. hac edictali* 6. § *omnibus* 2. *C. de secund. nupt.* & notat Gloss. *in dic. L. fin.* Procederet etiam quod hic habetur, etsi obligans generaliter bona sua dicat, quòd bona constituit nomine creditoris se possidere; licèt in contrariam sententiam inclinaverit Bart. *in dict. L. fin.* motus ex notatis per Gloss. *in L. quamvis* §. 1. *ff. de acquir. posses.* idem tenet Jacob. Butri. & ibi Salicet. *in dict. L. fin. in fin.* & verificabitur secundùm eum constitutum in futuris, quando cœperit debitor ea possidere, & sic cessat motivum Bart. & idem tenet Alexand. ubi multos refert *in L.* 3. §. *incertam, ff. de acquir. posses.* Non tamen comprehenderet hæc generalis obligatio ea bona futura, quæ acquiruntur per hæredem debitoris, ut *in L. Paulus* 29. *in princip. ff. de pignor.* quod procedit secundùm Angel. ibi, etiam si essent quæsita ex bonis defuncti, ut notat Gloss. *in L. assiduis, C. qui potior. in pign. hab.* Si tamen essent fructus naturales habiti ex re per defunctum obligata, benè venirent in hypotheca, ut *in dict. L. Paulus* 29. §. *si mancipia* 1. & *L.* 3. *C. in quibus casibus pignus, vel hypoth. tacite contrah.* & infrà *eod. L.* 16. & tenet Angel ubi suprà. Limita etiam istam legem & similes, in casu *L. fin. C. de remiss. pignor.* qui est casus singularis. Limita etiam si quis obligaret omnia bona sua, quæ habet vel habere sperat; quia intelligitur de spe causata de præterito, non de causanda de futuro, secundùm Bald. notabiliter *in L. fin. colum.* 2. *C. de pactis*, qui & allegat notata per Bart. *in L. qui Romæ*, §. *duo fratres, in quæst.* 6. *ff. de verbor. oblig.* Dubito tamen, an sit verum hoc dictum Baldi, & potiùs inclinarem in oppositum propter generalitatem hujus legis, & similium; & quia agitur de parvo præjudicio, quod non est in casu, in quo loquitur Bart. *in dicto* §. *duo fratres*, ubi *in dict. quæst.* 6. tractat de amissione juris fideicommissi, quod est maximi præjudicii; & quia Bald. nihil aliud allegat, ex quo rectè posset fundari ejus dictum; & quia in specie ista lex Partitarum videtur destruere dictum Baldi, cùm dicit *e las que atiende auer*: nisi dicas, quòd intelligatur juxta limitationem Baldi, quòd referantur hæc verba ad spem in causata de præterito, vel de præsenti, & non de futuro; quod non potest dici, cùm hæc lex intendat comprehendere sub hoc verbo omnia futura, quia obligatio fuit generalis, sub qua includuntur habita, & habenda, dato quòd tunc ex aliqua causa de præterito non sit spes de eis habendis, ut & patet in legibus, de qua ista sumpta est, & ex dictis Azon. *C. quæ res pign. oblig. poss. in summa*, versic. *aliæ res omnes.*

(6) *Semejantes.* Adde *L. denique* 8. *ff. eod.*

LEX VI.

Contrahitur pignoris obligatio inter absentes, vel præsentes, per nuntium vel epistolam, & sine scriptura vel cum ea, sive res sit præsens, sive non; & debet res designari nomine, signo, vel mensura, vel aliter, ut cognoscatur. Hoc dicit. Habuit ortum à *L. contrahitur* 4. & à *L. creditor* 23. §. 1. *ff. de pignor.*

(1) *La deue señalar.* Hoc expedit etiam debitori, ne si alius fundus huic per eum adjiceretur, veniret sub hypotheca, ex quo de finibus non constaret; expedit etiam creditori, ne ex uno fundo facti duo, possit in uno jus pignoris perdi: & vide *L. forma* 4. *ff. de censib.*

LEX VII.

Potest pignorare habens potestatem alienandi: & etiam si non sit dominus, si speratur tamen esse, tenebit obligatio, quando fuerit dominium assecutus. Item, si scienti pignoravi rem alienam, & tradidi, & postea dominium acquisivi, contrahitur tunc pignoris obligatio; & si non tradidi, non contrahitur: si autem ignoranti, indistinctè à me quæsito dominio contrahitur. Item, qui habet jus in re, potest illud pignorare. Hoc dicit.

(1) *Los que han.* Ortum habet à notatis per Azon. *C. eod. in summa, col.* 1. versic. *potest quis pignori obligare*, & à Gloss. *in L.* 1. *in princ.* super parte *difficilius, ff. eod.* & ibi vide Bart. Quid autem si defunctus obligavit bona hæredis? an teneat obligatio sequuta aditione hæreditatis, vide quæ dixi *in L.* 10. *tit.* 9. 6. *Part.*

(2) *El señorio dellas* Et ante acquisitionem dominii illud jus erit obligatum; acquisito verò dominio ex illo jure, quod ei competebat, cùm obligavit, ipsa res erit obligata, *L.* 3. §. *cum ex causa* 1. *ff. qui potior. in pign. hab.* secùs, si dominium superveniat ex alia causa, ut declarat Bart. *in L.* 1. §. *in specie ff. eod. in distinctione.*

(3) *Esperando.* Ut si erat sibi ex aliqua causa debita, ut *in L.* 3. §. 1. *qui potior. in pign. hab.*

pues desso ganasse el que la empeño, el señorio, con todo esso non ha derecho en ella, para demandarla (4) a este que la rescibio a peños. Pero si acaesciesse, que aquel a quien fuesse empeñada, fuesse tenedor de aquella cosa entonce, y quando la ganasse, bien la podria tener en peños, fasta que cobrasse lo que auia dado sobre ella. Mas quando rescibio la cosa a peños, si creya que era de aquel que gela daua a peños, si despues desso ganasse el otro el señorio della; quando assi acaesciesse, tambien la podria demandar a quien quier que la touiesse, como si ouiesse el otro el señorio, e la tenencia della, quando la empeño.

LEY VIII.

Como el personero, o el mayordomo, o guardador de algund huerfano, pueden empeñar los bienes dellos.

PErsonero, o mayordomo de algund ome, empeñando alguna cosa de aquel, cuyo personero, o mayordomo es, sin su sabiduria (1), e sin su mandado (2); si los marauedis que rescibio sobre los peños, entraron en pro del señor, e la cosa empeñada passo a poder de aquel que la rescibio a peños, entonce bien la puede retener, fasta que cobre los marauedis que dio sobre ella. Mas si la cosa non fuesse passada a su poder, como quier que puede demandar los marauedis al señor de la cosa empeñada, si entraron en su pro, assi como sobredicho es; con todo esso non le puede demandar, que le de la cosa que tenga por peños. Otrosi dezimos, que aquel que tiene en guarda los bienes de algund huerfano, si ouiere menester de empeñar alguna cosa dellos, por pro de aquel que tiene en guarda; que lo puede fazer de las cosas muebles (3), metiendo toda via en pro (4) del moço, los marauedis que tomare sobre los peños. Mas las otras cosas que son rayz, non las puede empeñar sin otorgamiento del Juzgador. Pero si el guardador empeñasse alguna cosa de las suyas (5), para pagar debda que deuiesse el huerfano, o por alguna otra cosa, valdria el empeñamiento contra el guardador; maguer el moço non fuesse tenudo de pagar la debda, porque non ouiesse entrado en su pro.

LEY IX.

Como puede ser empeñada, o non, la cosa agena.

COsa agena non puede ser empeñada, sin mandado de aquel cuya es. Pero si alguno la empeñasse, e despues que lo supiesse el señor, lo consintiesse (1), o lo ouiesse por firme

me

(4) *Para demandarla.* Ex generalibus verbis hujus legis videtur reprobari dictum Gloss. *in dict. L.* 1. *in princip.* super parte *difficilius, ff. eod. in fin. gloss.* cùm dicit, quòd procedat hoc, scilicèt, ut non detur ei hypothecaria contra tertium; benè tamen dabitur contra ipsum debitorem obligantem: cum quo dicto Gloss. tenet etiam ibi Angel. dicens, quòd non poterit hoc casu referri per debitorem quæstio dominii, quia esset allegare turpitudinem suam; contra quam gloss. in hoc tenet ibi Bart. imò quòd neque contra debitorem detur hypotecaria, quia cum agatur hypothecaria in rem, potest referri quæstio dominii, ut notatur *in L. ita ut et si fur* 16. *ff. commodat.* & ista opinio videtur approbata hìc, neque obstabit, quod habetur *in L. si inter* 21. §. 1. *ff. eod.* quia illa lex loquitur in creditore ignorante rem esse alienum.

LEX VIII.

Si majordomus, vel procurator sine mandato rem domini sui pignori obliget, & tradat, pretio in domini utilitatem converso, habèt creditor retentionem; sed si non tradiderit, non potest pignus petere, licèt pretium fuerit in domini utilitatem conversum. Item tutor, vel curator potest rem mobilem minoris pignorare, si pretium in ejus utilitatem convertit; sed immobilem non potest sine judicis auctoritate: sed si res tutoris, vel curatoris pro minore pignoretur, contrahitur pignus contra tutorem vel curatorem, licèt pecunia in minoris utilitatem non convertatur. Hoc dicit.

(1) *Sin su sabiduria.* Nam secùs, si eo sciente, ut *in L. si sine* 5. *C. ad Vellejan.* & *L.* 2. *C. si alien. res pign. data sit*, & infrà *eod. L. proxim.* ibi: *E se callasse, e non lo contradixesse.*

(2) *Mandado.* Sufficeret, quòd ratum postea haberet, *L. aliena res* 20. *in princ. ff. de pign. act.* & infrà *eod. L. proxima.*

(3) *De las cosas muebles.* Gloss. *in L. curator, C. si res alien. pign. dat. sit*, & *in L. tutor in princ. ff. de pign. act.* intelligit, nisi sint mobilia, quæ servando servari possunt, nam tunc non poterunt obligari sine decreto judicis, ut *in L. lex, quæ tutores* 22. *C. de admin. tutor.* & cum illa Gloss. transeunt ibi Bald. & Salicet. idem volentes. Tu adverte, quia ista lex loquitur indistinctè, & tantùm excipit immobilia: neque ad præsens memini de lege Partitarum, quæ disponat id, quod habetur *in dict. L. lex quæ tutores*, nisi diceres, hoc esse provisum per *L.* 4. *tit.* 5. *ead. Part.* & *in L.* 18. *tit.* 16. 6. *Part.* quæ tamen non ita prohibent alienationem omnium mobilium, quæ servando servari possent, sicut prohibet *L. lex, quæ tutores*; & ideò fortè de isto jure Partitarum tutor posset obligare bona mobilia, etiam quæ servando servari possunt, etiam sine judicis decreto; nisi essent servi, de quibus habetur *in dict. L.* 18. & *in dict. L. lex quæ tutores*: cogita tamen.

(4) *Via en pro.* Ista lex facit, quòd etiam in aliis contractibus ultra mutuum debeat probari, pecuniam esse versam in utilitatem minoris, & ita in terminis hujus legis tenet Bart. *in L. curator, C. si res alien. pign. data sit*: vide quæ dixi *in L.* 3. *tit.* 1. *ead. Partit. in gloss.* 2. & *in gloss. final.*

(5) *De las suyas.* Adde *L. & si is* 9. *C. de præd. minor.*

LEX IX.

Non potest res aliena pignori obligari, nisi domino mandante, vel præsente, & non contradicente, vel postquàm scit ratificante. Hoc dicit.

(1) *El señor lo consintiesse.* Induci potest ad quæstionem ista lex, si maritus de consensu uxoris fecit majoriam de re uxoris, ipsa consentiente, ita, & taliter quòd maritus disponeret ut de re sua ipsius mariti, quòd si postea maritus revocet majoriam, quòd talis res manebit apud maritum, & non reddet ad uxorem; ad quam quæstionem poteris inducere notabile dictum Baldi, quod magis facit *in L.* 1. *C. si unus ex pluribus appell.* versic. *item quæro pone minor*, quem vi-

me (2), o estando delante quando la empeñaua, e se callasse, (3) e non lo contradixesse; estonce valdria el empeñamiento, tambien como si el lo ouiesse fecho, o otro por su mandado.

LEY X.

Como puede ome empeñar, o non, la cosa que dio a otro en peños.

EMpeñando algun ome su cosa (1) a otro, si despues de esso quisiere empeñar aquella cosa misma otra vez, non lo podria fazer, sin sabiduria (2), e sin mandado de aquel a quien la auia empeñado primeramente. Fueras ende, si la cosa valiesse tanto (3), que cumpliesse a pagar amos los debdos. Ca entonce bien la podria empeñar sin su sabiduria, por tanto quanto valiesse demas de aquello que el auia sobre ella. Otrosi dezimos, que si algun ome ouiesse empeñado alguna cosa a algun ome, por tanto quanto valia, e despues desso empeñasse aquella cosa misma a otro, sin sabiduria, e sin mandado de aquel que la tiene en peños; que es tenudo (4) de dar otro peño alguno, al segundo ome a quien la auia empeñada, que vala tanto quanto auia recebido del. E aun demas desto, puedele poner pena (5) el Judgador del lugar segun su aluedrio, por este engaño que fizo, de empeñar vna cosa a dos omes, por mas que non valia. Esso mismo dezimos que deue ser guardado, quando alguno empeña cosa agena (6), non lo sabiendo aquel que la recibe en peños.

LEY XI.

Como non deue ninguno prendar a otro, sin mandado del Judgador.

PRendar (1) non deue ninguno las cosas de otro (2), sin mandado del Judgador, o del Merino de la tierra (3). Fueras ende, si ouiesse puesto pleyto con su debdor, que lo pudiesse (4) el fazer por si, sin mandado del Alcalde. E si alguno contra esto fiziesse, tenemos por bien, e mandamos, que torne la prenda a su dueño, e que peche la valia de la debda al Rey; e demas, que pierda la demanda (5), que auia contra aquel que assi prendo.

LEY

vide: fortè tamen si majoria ex tali re fieret in filium communem, videretur dicendum, quòd res deberet manere filio ex defectu causæ finalis, vel quòd reverti debeat ad matrem: tu cogita.

(2) *Por firme.* Adde *L. aliena res* 20. *in princ. ff. de pignor. action.* ex quo infertur, secundùm Ripam *in L.* 1. *ff. eod. colum.* 4. quòd si dominus, qui habet electionem rem suam vendicandi à creditore, vel agendi contra debitorem, ut pignus reddat, juxta Gloss. communiter approbatam *in cap. ex præsentium, isto tit.* si eligat agere contra debitorem, censetur approbare pignus, nisi contrarium protestetur.

(3) *E se callasse.* Nota hoc, quia aliud vult Bald. *in L. si sine, C. ad Vellejan.* ubi vult, non sufficire taciturnitatem tantùm sine alio actu indicativo consensus, per *L. fidejussor* 26. §. *pater* 1. *ff. de pignor.* Salic. tamen, & Paul. ibi tenent post Gloss. ibi, quod hìc in ista lege habetur.

LEX X.

Cùm quis duobus diversis temporibus rem obligat, nihil agit sine mandato creditoris primi, teneturque secundo aliud pignus dare, & pro commissa fraude punietur judicis arbitrio. Idem de eo, qui pignorat rem alienam ignorante creditore. Sed si pignus tantum valet, sicut utrique debetur, valet, & tenet pignoris obligatio. Hoc dicit.

(1) *Su cosa.* Et sic loquitur de pignore speciali: undè ista lex non procederet in obligatione generali bonorum; quia si ita intelligeretur, esset interdicere hominibus contrahendi potentiam, secundùm Angelum *in L.* 1. *C. de crim. stellion.*

(2) *Sin sabiduria.* Adde *L. tutor* 16. §. 1. *ff. de pign. action.* & *L. & quæ nondum* 15. §. *final. ff. de pignor.*

(3) *Valiesse tanto.* Adde *L. si quis in pignore* 36. §. *final. ff. de pign. action.*

(4) *Es tenudo.* Approbat secundam opinionem Gloss. positam *in L. cum debitor, ff. de pign. action.* licèt Doctor. ibi teneant primam.

(5) *Pena.* Adde *dict. L. tutor* 16. §. 1. & *L. si quis in pignore* 36. §. *final. ff. pign. action.* & *L.* 1. *C. de crim. stellion.* ubi habetur, quòd liberabitur ab hoc crimine, si creditoribus debitum offerat: & vide ibi doctrinam notabilem Salic. quando in delictis sit locus pœnitentiæ, & vide *L.* 1. *C. ne tutor, vel curator vectig. conduc.*

(6) *Cosa agena.* Adde *L. tutor* 16. §. 1. & *L. si quis in pignore* 36. §. *fin. ff. de pign. actione.*

LEX XI.

Non potest creditor sua auctoritate pignora debitoris capere sine judice, nisi ex pacto ei liceat; & si fecerit, restituet pignus, & perdet debitum, solvetque Regi valorem debiti. Hoc dicit.

(1) *Prendar.* Adde *L. pen. C. de pign. action.* & *L.* 3. *C. vi bonor. raptor.* & L. *extat* 13. *ff. quod met. caus.* & *L. si quis in tantam* 7. *C. unde vi*, & *L.* 11. *tit.* 9. 7. *Part.* quæ lex est valdè notabilis & *L.* 5. *tit.* 14. *lib.* 3. *Ordin. Regal.* & *L.* 14. *tit.* 10. 7. *Part.* & *L.* 1. & 6. *tit.* 11. *lib.* 5. *Ordin. Regal.* & *L. creditores* 7. & ibi Bart. *ff. ad. L. Jul. de vi privat.*

(2) *Cosas de otro.* Sufficit, quòd bona fide possideat illas, ut *in L. & non tantum* 19. *ff. de petit. hæred.*

(3) *Merino de la tierra.* Non ergò sufficeret jussus judicis incompetentis, ut hìc; sed debet esse judex, sub cujus territorio est res, quæ capitur, qui & diceretur competens ad excusandum à pœna hujus legis, licèt ex aliqua causa ejus jurisdictio quoad illam causam poterat declinari, secundùm Alberic. post Guliel. *in dict. L. extat, col.* 2.

(4) *Lo pudiesse.* Adde *L. pen. C. de pign. act.* & *L. creditores* 3. *C. de pignor.*

(5) *Pierda la demanda.* Et sic habes hìc, junctis verbis præcedentibus hujus legis, quòd si quis occupat unam rem debitoris, non solùm amittit jus, quod habebat in illa re; sed etiam jus totius debiti: undè reprobari videtur opinio Joan. posita in Gloss. L. *extat, ff. quod met. caus.* quæ erat communiter approbata; & tenetur aliorum opinio in princ. dictæ Glossæ relata, quæ & fuit Azon. ut patet ex ejus dictis, *C. unde vi, in summa col.* 5. versic. *est & constitutio Divi Marci*; nisi velis dicere, quòd ista lex non dicit de jure totius debiti, sed de jure pignoris, ut apertiùs vult *in L.* 14. *in fin. tit.* 14. *ead. Part.* vide tamen quæ ibi dixi. Et nota, quòd neque debitorem fugientem cum re, vel pecunia mihi debita possum capere propria auctoritate, quando copia judicis haberi potest, ut habetur *in L. si alius* 7. §. *be-*

L E Y XII.

Quales pleytos pueden ser puestos por razon de los peños, e quales non.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

TOdo pleyto, que non sea contra derecho, nin contra buenas costumbres, puede ser puesto sobre las cosas que dan los omes a peños. Mas los otros non deuen valer. E porende dezimos, que si algun ome empeñasse su cosa a otro, a tal pleyto, diziendo assi: Si vos non quitare este peño fasta tal dia, otorgo que sea vuestro dende adelante, por esto que me prestaes; o, que sea (1) vuestro comprado; que atal pleyto como este non deue valer. Ca si atal postura valiesse, no querrian los omes rescebir de otra guisa los peños, e vernia porende muy gran daño a la tierra: porque quando algunos estuuiessen muy cuytados, empeñarian las cosas, por quanto quier que les diessen sobre ellas, e perderlas yan, por tal postura como esta. Pero si el pleyto fuesse puesto de guisa, que si el peño non le quitasse fasta dia cierto el que lo empeño, que fuesse suyo vendido, e del otro comprado, por tanto precio, quanto le apreciassen omes buenos; tal pleyto dezimos que valdria, assi como diximos en el Titulo (2) de las promissiones, de los pleytos, e de las posturas, en la ley que fabla en esta razon.

L E Y XIII.

Que departimiento ha, entre los peños que dan los Judgadores, e los otros que se dan vnos omes a otros de su voluntad: e que derecho ganan en ellos.

ENtre los peños que dan los omes vnos a otros, auiniendose entre si mismos, por razon de alguna cosa que auien a dar, o a fazer, e entre los otros peños que mandan entregar los Judgadores, en razon de fazer cumplir sus juyzios, ha departimiento. Ca las cosas que mandan dar los Judgadores por peños, non son obligadas, fasta que entreguen (1) dellas, a quellos a quien las mandaren dar. Mas los peños que obligan los omes vnos a otros, assi como sobredicho es, luego que son otorgados, maguer que non ayan (2) la tenencia dellos, aquellos que los resciben a peños, fincan a ellos obligados. E si acaesciesse, que los peños, que mandassen dar los Judgadores, assi como de suso es dicho, los empeñasse el señor dellos a otri, en ante que el Judgador (3) entregasse dellos, a aquel a quien los auia mandado dar; dezimos, que

bellissime 3. ff. quod vi, aut clam, tradit Joan. de Plat. *in L. nemo carcerem, col. 7. C. de exact. tribut. lib.* 10. Nota etiam, quòd, & siquis debeat mihi annuum reditum, non possum eum detinere, ut solvat; licèt dicatur, quòd ego sum in possessione, qua ipse me vult spoliare, ut *in cap. querelam* 24. *de elect.* nam nulla est possessio personalium obligationum, *L. fin. ff. quorum bonorum*, & notat Cinus *in L. si certis annis, C. de pactis*, nisi præstatio esset realis, ut notatur *in L. sciendum, ff. qui satisd. cogant.* & sic ita detinens, vel res ejus capiens, caderet á jure suo, secundùm Bald. *in L.* 1. *in* 2. *lectura, colum.* 8. *in fin. C. unde vi*, qui & allegat ad hoc *dict. L. extat*; limìtat tamen, nisi hoc faceret ex sua jurisdictione, ut quia erat dominus temporalis suorum vassallorum: nam consuetudo, secundùm eum, etiam in propria causa dat jurisdictionem. Si tamen violentia fieret in rebus fidejussoris, non perderet jus crediti quoad creditorem principalem; quod satis probatur hic, cum dicit: *Contra aquel que assi prendo*, & tenet Alberic. *in dict. L. extat*, versic. *item quærit ipse Guilliel.* Si tamen inquilinus cesset in solutione pensionis, an possit dominus claudere ostia domus locatæ propria auctoritate, vide *L.* 1. *C. locati*, & per Alberic. *in dict. L. extat*, qui dicit, quòd de consuetudine servatur, quòd possit propria auctoritate. Et an exigatur sententia super amissione hujus juris, Albericus post Jacob. de Raven. *in dict. L. extat in fin. colum.* 2. tenet, quòd sic: Bald. ibi tenet contrarium, ex quo per illam legem est prodita exceptio, & non petitio; & per naturam exceptionis non potest provocari ad sententiam: tu tene, quod competit exceptio ipso jure: si tamen velit intentare actionem, ut jure pignoris, vel crediti, privetur per sententiam, potest illam intentare, secundùm Bart. *in L. creditores, ff. ad Leg. Juliam de vi privat. in fin.* allegat *L. metum* 9. §. *sed quod prætor* 3. *ff. quod metus causa.*

L E X XII.

Pacta apposita contra leges, vel bonos mores, ut si partes convenerint, ut ad certam diem debito non soluto, pignus sit creditoris, non valent; sed si convenerint, ut, in termino non soluto debito, res sit empta creditori pro justo pretio bonorum hominum arbitrio taxando, valet conventio. Hoc dicit.

(1) *O que sea.* Per istum text. impugnari videtur illud, quod de doctrina Bart. dixi *in L.* 41. *tit.* 5. 5. *Part. in gloss.* 1. nisi dicas, quòd ista lex procedat, quando constaret ex mente contrahentium, quòd res maneret creditori pro debito, non referendo se ad pretium justum: hoc enim est reprobatum: si tamen constaret, quòd retulerunt se in pretio ad arbitrium boni viri in æstimatione rei, vel probabiliter ex qualitate personarum contrahentium, vel ex aliis circumstantiis ita præsumi deberet, & tunc procedat doctrina Bart. de qua dixi *in dict. gloss.* tu cogita.

(2) *En el Titulo.* Vide *L.* 41. *tit.* 5. *ead. Part.* & quæ ibi dixi.

L E X XIII.

Pignus judiciale in causam judicati non est obligatum, donec creditori tradatur; sed pignus conventionale etiam citra traditionem sola conventione obligatur: & si antequàm judiciale creditori tradatur, alii illud debitor obliget, potior est ultimus. Hoc dicit

(1) *Entreguen.* Realiter; neque sufficeret, si nuntius ostendens sibi ad oculum possessionem diceret: *Immito te in possessionem illius rei*, imò oportet, ut ingrediatur eam, ut declarat Bart. *in L.* 1. *in princip. in* 4. *quæst. principali, ff. de acquir. poss.* licèt secùs sit in possidente, qui potest in alium transferre possessionem per aspectum, *L. quod meo* 18. §. *si venditorem* 2. *ff. de acquir. poss. L.* 6. *tit.* 30. 3. *Part.* & declarat Paul. *in L. non est mirum, ff. de pign. act.* vide quæ dixi *in dict. L.* 6.

(2) *Non ayan.* Adde *L.* 1. *in princ. ff. de pign. act.* & L. *res hypotecæ* 5. §. *inter pignus* 1. *ff. de pign.* & §. *item Serviana* 7. *instit. de action.*

(3) *Judgador.* Secùs esset si obligasset, posteaquàm ex causa judicati captum esset pignus, ut *in L. si &* ju-

que entonce mayor derecho ha en los peños, este a quien fueren obligados a postremas, que el otro a quien los mando dar el Judgador, e non los entrego.

LEY XIIII.

Que derecho gana ome en la cosa que es obligada a peños.

EMpeñando algun ome la carta de donadio, o de compra de alguna su heredad, o casa, entiendese que se empeña la heredad, o la casa, sobre que fue fecha la carta; tambien como si fuesse apoderado (1) de la possession della, aquel a quien la empeño. Otrosi dezimos, que pues que la cosa es empeñada, que aquel que la recibe a peños, puede demandar a aquel que gela empeño, o à sus herederos (2), que le entreguen (3) della. E si por auentura, aquel que ouiesse empeñado la cosa a vno, en ante que ouiesse entregado (4) la possession della a quien la empeño, la diesse, o la vendiesse, o la empeñasse, o la enagenasse a otro, entregandole della; este a quien fue empeñada primeramente (5), deue demandar al que gela auia

jure 10. *ff. qui potior. in pign. hab.* ubi & Gloss. & *L. is cui* 5. §. *postquam* 4. *ff. ut in poss. legator.*

LEX XIIII.

Pignorando quis instrumentum emptionis vel donationis rei, intelligitur rem pignorare, sicut si possessionem rei creditori tradidisset; & iste creditor potest à debitore, vel ejus hæredibus petere, ut pignus ei tradatur: sed si ante traditionem pignus alii pignoretur, vel alienetur, & tradatur, priùs ad debitum contra debitorem aget; & si id consequi non potest, tunc aget contra rei pignoratæ possessorem; nisi antequàm alienetur, vel pignoretur, vel tradatur secundo, prius super pignore cum debitore litigabat; quia est in ejus electione contra quem velit agere. Hoc dicit.

(1) *Como si fuesse apoderado.* Istud verbum non est in *L.* 2. *C. quæ res pign. oblig. poss.* de qua ista sumpta est: non tamen intelligas, quod ex hoc videtur tradere rem, cujus instrumentum tradidit; sed tantùm jus pignoris constituere, seu rem pignori obligare, ut declarat Azo *C. quæ res pign. oblig. poss. in summa*, & Gloss. *in dict. L.* 2. neque obstat, quod habetur *in L.* 8. *tit.* 3. 3. *Partit.* & in *L.* 1. *C. de donat.* quia ibi præcesserat contractus donationis, & sic nil mirum, si traditio instrumentorum operetur possessionis traditionem; hìc verò nulla alia conventio præcessit, & satis est, quòd traditio instrumenti operetur constitutionem pignoris, ne duæ impropretates concurrant, contra *L.* 1. *C. de dotis promis.* & hoc nota, quia servit ad effectum, de quo per Gloss. *in* §. *item Serviana, instit. de action.* super parte *nihil interest*, & quod dixi, probatur ex hac lege, cum dicit: *Entiendese que se empeña la heredad. &c.*

(2) *O a sus herederos.* Vide *L. cum notissimi* 7. §. 1. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.*

(3) *Que le entreguen.* Hypothecaria nanque nudam possessionem advocat, ut *in L. si cum venditor* 66. *ff. de eviction.* Et nota, hìc colligi, qualiter sit formandus libellus in hypotecaria: debet enim concludere ad traditionem possessionis, vel retinendum in causam pignoris, ut & notat Bart. *in L. final. C. si unus ex pluribus, libro* 8. *C.* ubi & dicit, quòd non vitiaretur libellus, si alternativè concludat, quòd solvat debitum, vel tradat possessionem pignoris; & idem notat Abb. *in capit. ex litteris de pignor.* 3. *notabili*, & vide Bart. *in L. si fundus* §. *in vendicatione, ff. de pignor.* & *in L. rem alienam ff. de pignor. action.* Et in libello hypothecariæ petantur etiam fructus, vide *in L. quamvis* 3. & ibi vide per Salicet. *C. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacite contrah.* non tamen poterit peti vigore conventionalis, vel legalis hypothecæ interesse causatum ex mora vigore obligationis contractæ pro principali debito, vel sorte; nisi expressè de hoc cautum esset, ut *in L. Lucius, ff. qui potior. in pign. hab.* tenet Bart. *in L. Lucius* 18. *ff. de aliment. & cibar. legat.* & tradit Bald. novellus *in tract. de dote folio nono colum.* 4. quem vide.

(4) *Entregado.* Nota hæc verba ad ea, quæ postea dico in gloss. super verbo *primeramente.*

(5) *Primeramente.* Concordat *authent. hoc si debitor, C. de pignor.* Et limita primò istam legem, nisi debitor, qui bona hypothecavit, constitueret se ea nomine creditoris possidere; nam si tunc aliquid alienaret, & sic alienando creditori possessionem, interverterit, tunc creditor potest (nulla etiam excussione debitoris facta) agere condictione ex *Leg. fin. C. de acquir. poss.* ad recuperandum possessionem contra eum, in quem alienatio facta est, secundùm Jacob. Butr. quem refert, & sequitur Bald. & Angel. *in dict. L. fin. in princ.* & dicit perpetuò menti tenendum; & hoc dictum satis probatur in ista lege Partitarum, cùm superiùs dicit: *Ante que ouiesse entregado la possession della a quien la empeñó*: & vide quod notat Bald. *in L.* 1. versic. *quæro quid si debitor, C. de revoc. his quæ in fraud. alien. sunt*, & adde Angel. *in L.* 2. §. *hac actione, ff. vi bon. raptor.* & ibi, quòd Bononienses multùm utuntur isto precario, & quòd fuit intentio, seu inventio Uber. de Bobio.

Secundò limita, ut etiam ex ista lege probatur ibi, cùm superiùs dicit, *Entregandole della*, quando fuit tradita possessio ei, in quem fit alienatio: si tamen qui possidet possideret nomine debitoris; tunc benè daretur hypothecaria contra eum, quemadmodùm contra debitorem, secundùm Bald. *in authent. sed hodie in princip. C. de action. & obligat.*

Tertiò limita, si ageretur contra nomen debitoris mihi obligatum; nam possum, nulla facta discussione contra debitorem, secundùm Cinum, Albericum, & Bartolum *in L. nomen, C. quæ res pign. oblig. pos.* & per Bart. *in L. si convenerit*, la 2. *in principio, ff. de pign. act.* Contrarium tamen tenet Baldus *in L. hæredem, C. de hæred. action.* & est quæstio satis dubia, ut ex rationibus Doctorum poteris videre, & per Salic. *in dict. L. nomen*, qui tenet opinionem Baldi. Mihi satis placet opinio Bartoli, Alberici, & aliorum cum eo tenentium, quam dicit esse magis communem Angel. de Aret. *in* §. *item Serviana, instit. de action.* & tenet Alexand. *consil.* 15. 6. *volum. viso, & considerato themate, col. final.*

Quartò limita, nisi agatur contra unum ex reis, qui est cum alio principaliter obligatus, ut *in L. mulier* 19. ubi Gloss. & Bart. *ff. qui potior. in pign. hab.* Bald. *in dict. auth. sed hodie*; & vide in materia per Rodericum Suarez *in repetitione L. post rem judicatam, ff. de re judic. fol.* 130. *colum.* 2. *super quadam L. Fori*, ubi exemplificat hoc in pluribus hæredibus; & idem tenet Albericus *in dict. authent. hoc si debitor.*

(4) *Retener.* Non tamen poterit pro tali debito vendere pignus, *gloss. fin. in dict. L.* 1. & appobatur communiter. Si tamen creditor vendat pignus pro debito sub pignore, poterit residuum in isto debito computare, ut *in L.* 1. *&* 2. *ff. de compensat.* Cynus, & Doct. *in dict. L.* 1. Et quod habetur in ista lege, procedit etiam si creditor accepit unum pignus valdè idoneum pro uno debito, & pro alio accepit pignus minùs idoneum; nam & pro utroque debito potèrit retinere pignus magis idoneum, secundùm Jacob. de Aret. Alber. & Salic. ibidem. Procedit etiam ista lex in tacita hypotheca, secundùm Alber. *ibidem colum.* 2. cùm sit eadem ratio: adde Bart. *in L. solutam*, §. *solutum*, *ff. de pign. act.* Procedit etiam, secundùm eundem Alber. ibidem, etsi creditor fecerit remissionem debiti, quod erat sub pignore; quia per hoc non videtur renuntiasse huic juri retentionis. Procedit etiam, secundùm eundem, etsi quis commodavit pignus alicui, ut pignori daret pro decem; nam & poterit retineri per creditorem pro alio debito, sine pignore sibi debito à debitore; quia tacitè videtur commodans consentire retentioni, sicut consentit obligationi, argum. *L. si quis pro eo* 56. §. *si nummos* 2. *ff. de fidejussor.* & *L.* 2. *ff. ad municipal.* Item procedit, sive tale debitum sit ante dationem pignoris, vel post, secundùm eundem Alber. ibi post Uber. de Bobio. Similiter procedit pro debito hæredis, cùm eadem persona censeatur cum defuncto: facit *L. si non sortem* 26. §. *filiusfamilias* 9. *ff. de condict. indeb.* secundùm eundem Alber. & Uber. & satis probatur in ista lege inferiùs, ibi: *E à sus herederos.* Procedit etiam, etsi creditor sit jam condemnatus à judice, ut pignus restituat, quia debitum fuit solutum; quia judex in condemnatione hoc beneficium non abstulit, neque auferre potuisset, argum *L. adulter* 5. *cum simil. C. ad L. Jul. de adult.* Si tamen ante sententiam de ista retentione fuisset oppositum, & ea non obstante condemnatus fuit ad restitutionem, tunc uti non posset retentione, ut *in L. si autem* 8. §. *fin. cum simil. ff. de negot. gest.* tenet idem Alber. post Uber. licèt huic dicto contrariari videtur, quod notat Bald. *in L. per hanc*, *colum.* 4. vers. *dubitari potest*, *C. de tempor. appel.* vide ibi per eum, nam ejus dictum non credo esse verum, quia etiamsi creditor recipiat solutionem debiti sub pignore, potest adhuc uti, & opponere de retentione, ut hìc probatur, & volunt Doctor. *in dict. L.* 1. cujus contrarium præsupponit Bald. pro fundamento dicti sui. Limita nunc istam legem, ut procedat in pignore rei corporalis; illa enim verè possidetur: secùs esset in nomine obligato, vel alio jure incorporali, cùm ista non verè, sed quasi possideantur. Alber. ibidem *col.* 2. qui refert Ubert. quòd etiam in istis habeat locum ista lex, & *dict. L.* 1. quia & in his habet creditor utilem hypothecariam, ut *in L. nomen* 4. *C. quæ res pign. oblig. pos.* Alber. ibi refert, alios tenere contrarium, quia ista verè non possidentur, *ff. de acquir. rer. domin. L. servus* 43. §. *incorporales* 1. & istud videtur tutius, quia cùm ista lex aliquid statuat contra jus commune, non videtur posse extendi ad imprópria, *L. jus singulare* 16. & *L. quod vero* 14. *ff. de legib.* Secundò limita istam legem, si creditor concessit pignus debitori precariò; nam si creditor volens revocare precarium, debitor offerat debitum, liberatur pignus, *L. si debitor* 11. *ff. de precario*, & tenet Albericus post Dinum, ubi suprà. Tertiò limita, si creditor cadat à pignore: quia non potest petere, ut utatur retentione, cùm istæ leges retentionem non petitionem inducant: ita videtur velle Gloss. *in dict. L.* 1. in verbo *persecutionem*, & tenet idem Alber. post Uber. Angel. tamen ibi tenet contrarium; & intelligit Gloss. procedere, quando creditor non cecidit à pignore, & sic quando creditor nunquàm pignori incumbit; sed si incumberet pignori, & restituit pignus debitori, & non retinuit illud pro pecunia chirographaria, per condictionem incerti repetet factum restitutionis, eo quòd restituit plus debito, cùm retinere possit, & non retinuit; & hoc modo recuperabit possessionem pignoris, & incumbet ei pro debito simplici; & refert hoc tenere Jacob. Butri. & benè, ut *in L. qui exceptionem* 40. §. *si pars domus* 1. *ff. de condict. indeb.* & *L. sed & si me putem* 22. §. *cum iter*, *eod titul.* & è converso, secundùm eum, si debitor incumbens suæ rei pignoratæ, dissoluto pignore, reddidit rem creditoi pro pecunia chirographaria, repetet factum traditionis indebitè factæ per condictionem prædictam; & idem tenet ibi Bald. si lectura illa Baldi, & non Ang. est. Mihi plùs placet opinio Uberti, & Alber. per tex. *in L. si in area* 33. *versic. sed & si is*, *ff. de condict. indeb.* & ad *L. qui exceptionem* §. *si pars*, respondetur, quòd ibi hæres tradidit dominium, quod erat apud eum, rei traditæ, ideò nil mirum si repetat in casu illo; sed in casu nostro restituit rem alienam, in qua nihil juris nisi retentionem poterat habere: similiter *in* §. *cum iter* restituit fundum liberum, ad quod non tenebatur, & sic poterat condicere, cùm rem pinguiùs, quàm deberet, reddiderit; hìc verò non reddidit rem pinguiùs quàm deberet. Item in utraque lege tractatur de jure cohærenti, & inhærenti ipsi rei traditæ; hìc verò de jure prorsùs ab ipsa re separato, vel saltem ipsi rei non inhærenti. Quartò limita, quando pater obligaret filium in casu *L.* 2. *C. de patrib. qui fil. distr.* & *L.* 8. *tit.* 17. *Partita* 4. nam ille casus singularis non est trahendus ad consequentiam, Albericus ubi suprà *col.* 2. Quintò neque procedet, secundùm eum, in casu *L. fin. C. de postlimin. revers.* quia similiter est casus specialis; neque in casu *L. Julianus* 13. §. *offerri* 8. *ff. de action. empti.* Item non procedet, secundùm Alber. & Uber. ibidem, in tutore obligante rem pupilli, si pupillus petat super hoc in integrum restitutionem: quod ego concederem, quando minor fuit læsus in obligatione pignoris; nam si in hoc non fuit læsus, cùm retentio pro alio debito veniat in consequentiam, non est ad quid possit restitui, *L. fin. C. de in integr. restit.* Item limita, si expressè fuit conventum, quòd non posset retineri pro tali debito, secundùm eundem, & alios, *in dict. L.* 1. Et an contra fidejussorem solventem, & petentem cessionem pignoris, creditor utatur remedio hujus legis, vide Gloss. & Doctores *in L.* 2. *C. de fidejussor.* Item non procederet, si aliquis ex cessione alterius acquireret sibi jus pignoris, & velit retinere pro alio debito, secundùm Cinum, & Salicet. ibidem; licèt Albericus dubitet: & adde Bald. *in L. consentaneum*, *C. quomodo, & quando judex*, *colum.* 5. ubi tenet, quod beneficium hujus legis non potest cedi. Limita etiam, quia in pœnis non procederet ista lex odio pœnarum, secundùm Bald. *in L. pignoribus*, *C. de usur.* neque etiam procederet, ubi quis ob unam causam se obligaret ad carceres; nam non poterit ob aliam causam detineri, pro qua captus non est, secundùm Joan. de Plate. *in L. nemo carcerem*, *colum.* 7. *C. de exactor. tribut. lib.* 10.

deue ser guardado tan solamente, a aquellos que fazen el debdo, e a sus herederos. Ca si acaesciesse, que aquel cuyo es el peño, lo empeñasse, o lo vendiesse a otro, seyendo tenedor del peño aquel a quien fue obligado primeramente; si este a quien fue empeñado, o vendido, la segunda vez, dixesse al primero: Dadme el peño (5) que vos empeño fulan, e rescebid de mi lo que aueys sobre el; que a mi lo ha empeñado, o vendido; en tal caso como este tenudo es, de rescebir su debda que auia sobrel peño, e de entregar al otro la cosa que era empeñada: e non se puede escusar que lo non faga, maguer diga, que aquel que gelo empeño, le auia a dar otro debdo por carta, assi como sobredicho es.

LEY XXIII.

Por que razones los bienes de alguno son obligados por peños, maguer señaladamente non sea dicho.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

POr palabra se obligan las cosas a otro a peños, assi como de suso diximos, e aun calladamente por fecho. E esto seria, como si alguna muger por si, o por otro, o por ella, prometiesse de dar dote a aquel con quien casasse. Ca estonce, todos los bienes della fincarien obligados (1) al marido, e los del otro que la prometiesse de dar por ella, fasta que la pagasse; maguer, quando prometiesse a dar la dote, non y fuesse fecha mencion de fincar los bienes obligados, del vno, nin del otro. Otrosi dezimos, que los bienes del marido fincan obligados (2) a la muger, por razon de la dote que rescibio con ella. E aun dezimos, que los bienes (3) de los Guardadores (4) de los huerfanos que son me-

(5) *Dadme el peño.* Ex istis verbis clarè apparet, quòd procedat, quod hìc dicitur de emptore, & etiam dicebant Gloss. & Doctor *in dict. L* 1. etiamsi emptor non possideat rem emptam, sed petat à creditore possidente: & ita tenebant ibi Jacobus de Arena, Cynus, & Albericus, licèt Salicetus ibi vult contrarium *in quæstione sexta.*

LEX XXIII.

Contrahitur pignus tacitè, ut si quis promittat dotem viro, vel vir uxori ad restituendam dotem: idem de bonis tutoris, vel curatoris minorum à die, qua incepit uti administratione bonorum, donec satisfaciat: item procurantis Regis jura sunt tacitè (licèt nihil conveniant) obligata. Hoc dicit.

(1) *Obligados.* Non tamen in hac tacita hypoteca vir habebit privilegium prælationis adversus cæteros creditores, sicut habet mulier; cùm hoc non reperiatur jure cautum, ut notat Azo *C. de rei uxor. action. in summa in fin.* & Gloss. *in L. unica*, §. *sed ut plenius*, *C. eod.* ubi & Salicet. per quem vide, quid si secundus maritus stipuletur dotem ab hæredibus primi.

(2) *Fincan obligados.* Adde dictum §. *sed ut plenius*, & *L.* 17. *tit.* 11. 4. *Partita*: & vide per Alberic. *in dict.* §. quid de bonis soceri, si pater, & filius simul dotem receperunt, vel si solus filius accepit in præsentia, & de consensu patris; & vult quòd tunc etiam bona soceri sint obligata; & dicit ita vidisse servari in practica, & quod tenet Speculator *tit. de dote post. divort. rest.* §. *final.* versicul. *quid si filiusfamilias*, & sentit Gloss. *in L. assiduis*, *in gloss. magna*, *C. qui potior. in pign. hab.* & procedit, quando est filiusfamilias, qui recipit dotem, non si est emancipatus, ut *in L.* 1. *C. de filiofamil. minor.* & tradit idem Speculator, quem vide, *in dict.* §. *final. colum.* 2. versic. *sed pone filius emancipatus*: undè cùm secundùm jura Regni per contractum matrimonii filius liberatur à potestate patris, non tenebitur pater, si filius post matrimonium recipiat etiam de consensu patris. Et procedit ista lex, etiamsi bona sint minoris, Gloss. & ibi Bald. *in L. finali C. de legit. tut.* Bald. *in L.* 1. *col.* 2. *C. de privil. dotis*, & vide per Bald. novel. *in tract. de dote*, *chart.* 22. *col.* 4. Neque contra dispositionem hujus legis valeret pactum factum tempore quo maritus recepit dotem, quòd ejus bona non sint ob hoc obligata, ut tradit Bald. *in L. etiam*, *C. ad Vellejan.* per quem vide, quid si pactum sit juratum: vide eundem Bald. *in L.* 1. *col.* 2. *C. de privil. dotis*, & per Bald. novel. *in tractat. de dote*, *fol.* 24. *col.* 2. Et an virtute hujus tacitæ hypothecæ agatur contra debitorem mariti, vide Bald. *in L. si pro te*, *in fin. C. de dotis promis.* Alberic. & Bald. *in L. hæredem*, *C. de hæred. action.* Et licèt pro securitate dotis aliqua res sit specialiter hypothecata, nihilominùs habet locum ista tacita in aliis bonis, vide per Bald. *in L. ubi adhuc*, *col.* 4. *C. de jure dot.* per quem etiam vide, an bona hæredis acceptantis hæreditatem viri sint etiam uxori obligata: vide *in* 5. *columm.* Et an possit agere mulier per hypothecam, vel aliàs, contra pannos, vel merces, quas maritus mercator vendidit, vide per eundem Bald. ibidem, & per Doctor. de Palac. Rube. *in repet. capit. per vestras*, *super text. colum.* 138. Nota etiam, quod propter accessiones dotis bona mariti sunt hypothecata: vide per Bald. *in authent. ei qui jurat*, *C. de bon. auctor. judic. possid. colum.* 15. & à quo tempore incipiat ista hypotheca, an à tempore promissionis, & contracti matrimonii, vel à tempore solutionis, vide per Bald. *in L. assiduis*, *C. qui potior. in pign. habeant.* & per Bald. novel. *in tract. de dote*, *charta* 51. *colum.* 2. & *charta* 34. & 45. *col.* 1. Et nota, quòd si extraneus dotans paciscatur sibi dotem restitui, tunc non habebit hanc tacitam hypothecam, quæ datur pro dote, ut *in* §. *fuerat* 29. *instit. de action.* & tenet Bald. *in L. avia*, *col.* 2. *C. de jure dot.* & Salicet. *in dict.* §. *sed ut plenius.* Et an in donatione propter nuptias locum habeat tacita hypotheca, vide per Bald. & ejus addition. *in L.* 2. *C. de bonis quæ liber.* & Gloss. *in L. ubi adhuc*, in parte *suppositas*, *C. de jure dot.* quæ dicit, quòd sic, & etiam Albericus *in dict. L. unica*, *col.* 3. *C. de rei uxor. action.* Gloss. *in L. assiduis ad finem*, in verbo *suo tempore*, *C. qui potior. in pign. hab.* ubi Gloss. dicit, quòd licèt habeat tacitam hypothecam, non tamen ita privilegiatam, ut habet dos; & idem dicit Gloss. *in dict. L. ubi adhuc.*

(3) *Los bienes.* Tam præsentia, quàm futura, cùm sit obligatio generalis, *L. fin. C. quæ res pign. oblig. pos.* Albericus *in L. pro officio* 20. *C. de admin. tutor. ad finem*: & idem dic de bonis fidejussorum, vel hæredum, ut *in L. final. tit.* 16. 6. *Part.*

(4) *De los Guardadores.* Idem in gerentibus pro tutore, vel curatore, ut notat Gloss. *in dict. L. pro officio* 20. *C. de admin. tutor.* de qua ista lex sumpta est, & adde *L. fin. tit.* 16. 6. *Partita.* Et cùm istæ leges loquantur generaliter, procedent etiam in bonis dotalibns matris, vel aviæ tutricis, ut & latè comprobat Socin. *consil.* 126. 1. *volum.* incipit *diligenter puncti narratione considerata*, & Decius *consil.* 349. *col. fin.* Et adde, idem esse in bonis administratoris Reipublicæ, ut notat Gloss. *in L. fin. C. de bonis debitor. civit. lib.* 11. & Joan. de Plat. *in L.* 2. *C. de jure Reipubl. lib.* 11. undè & bona magistratuum erunt obligata pro eorum administrationibus, ut & tenet Alber. *in dict. L. pro officio.* Et an bona patris, qui administravit aliqua bona filiæ, relicta pro dote per avum mate-

menores de veyntecinco años, fincan toda via obligados a aquellos que los tienen en guarda, desdel dia que començaron (5) a vsar del oficio de la guarda, fasta que les den cuenta e recabdo, de las cosas que touieren dellos. Esso mismo dezimos que deue ser guardado, de los bienes de los omes que resciben el derecho del Rey (6).

LEY XXIIII.

Como los bienes del padre son obligados en peños al fijo, fasta en aquello que le malmetio de lo suyo; maguer non fuessen obligados por palabra.

Bienes han apartados los fijos, que son suyos (1) propiamente, que los han de parte de su madre (2). E como quier que tales bienes como estos deuen ser en poder del padre (3), e puede esquilmar los frutos (4) dellos, con todo esso, non los deue enagenar en ninguna manera (5). E si por auentura los enagenasse, fincarian porende obligados, e empeñados al fijo (6) los bienes del padre, despues de su

ternum, sint tacitè obligata filiæ pro mala administratione, vide per Bald. novellum *in suo tractatu de dote, fol.* 47. *col.* 2. versic. *octavum speciale*, qui tenet, quòd non, ex quo in talibus bonis pater non est legitimus administrator; & quia administravit, ut pater, non ut legitimus administrator: si tamen, secundùm eum, pater crederet se etiam in his bonis legitimum administratorem, & ut talis administret; tunc ejus bona essent obligata, per id quod dixi in principio hujus gloss. Nota etiam, quòd bona tutoris, & curatoris dati ad litem, sunt tacitè obligata minoribus, ut est bonus text. neque alibi, secundùm Bald. ibi, expressior invenitur, *in L. properandum* 13. §. *fin. C. de judic.* & idem Bald. *in L.* 2. *C. qui dari tutor. pos.* bona tamen procuratorum, vel actorum, non sunt tacitè hypothecata, ut *in dict.* §. *fin.* & ibi etiam notat Bald. bona etiam fidejussorum, & hæredum tutoris, sunt obligata minori, vel ejus hæredi: vide *L. fin. tit.* 16. 6. *Part.* & quæ ibi dixi. Sed quid de bonis curatoris furiosi, vel prodigi? an sint tacitè hypothecata? Videtur, quòd non, per text. *in L. de creationibus* 27. *C. de episcop. audient.*, ubi lex vult, quòd talis curator expressè obliget bona sua, & sic innuit, quòd non sunt tacitè obligata, facit etiam *L. & mulieri* 15. §. 1. *ff. de curator. furios.* & *L.* 2. *ff. de eo qui pro tutor.* & *L. final.* §. *sed cum antiquitas* 4. *C. de curator. furios.* facit etiam pro hoc ista lex Partitarum, cùm dicit: *Guardadores de los huerfanos*, & sic, quòd noluit idem esse in aliis curatoribus. Sed in contrarium facit, quia etiam contra curatorem adulti est hoc privilegium tacitæ hypothecæ, ut hic, & *in dict. L. pro officio*; & cùm idem privilegium extendatur contra protutorem, eadem ratione videtur extendi contra eum, qui ut curator gerit, cùm sit eadem ratio, argum. *L. si libellum* 1. *C. de divers. rescript.* & in hanc sententiam inclinat Dinus relatus ibi ab Alberico, *in L. idem privilegium ff. de privil. creditor.* ubi & subdit, quòd eadem ratione videtur idem in omnibus aliis, qui per alios reguntur, & gubernantur, cùm plenam administrationem dicantur habere; ut *in L. inter bonorum* 48. *ff. de admin. tutor.* Ad hoc etiam gloss. notabilis *in L.* 2. *C. de curator. furios.* quod omnia privilegia concessa minoribus extenduntur etiam ad furiosos, & mente captos. Et ad *dictam L. de creationibus* potest dici, quòd sit speciale in illa cura, ut sine expressa obligatione bonorum curator non possit administrare, licèt in aliis curis tacita hypotheca sufficiebat; in illa tamen non sufficeret: ita respondetur ex mente Bald. *in L. non aliter*, *col.* 2. *ff. de adoption.* & istam partem velut æquiorem, & justiorem sequor: neque obstabit ista lex, quia cùm furiosi æquiparentur minoribus, quod hic statuitur in minoribus, procedit etiam in furiosis, & aliis hujusmodi. Bona etiam prælati sunt tacitè obligata pro administratione rerum Ecclesiæ, ut *in. cap. illud*, 12. *quæstione* 2. & *cap. lator*, 2. *quæst.* 7. notat Gloss. & ibi Abb. *in cap. ex litteris*, *de pignor.* Bald. *in L. si quis presbyter*, *C. de Episc. & Cleric. in principio.* Bona tamen magistratus, qui dedit tutorem pupillo, non sunt obligata ex quasi delicto, vel negligentia, text. est non alibi, secundùm Bald. *in L.* 1. *versic. privilegium*, *ff. de magistrat. conven.* & Gloss. allegat ad hoc illum text. *in L. si tu*, *& collega*, *C. de magistrat. conven.* Adverte etiam, quod privilegium, quod habet pupillus in actione tutelæ, non transmittit ad hæredem, etiam ex se descendentem, Bart. per text. ibi *in L. non solum* 67. §. *fin. ff. de ritu nupt.* & adde *L. ex pluribus* 42. & ibi notata, *ff. de admin. tutor.* & *L. dabimus* 19. *ff. de reb. auctor. jud. possid.* & Alberic. *in dict. L. pro officio in principio.* Et an è converso bona minoris sint tacitè obligata tutori, vel curatori pro alimentis vel aliis necessariis expensis, vide per Alberic. *in dict. L. pro officio* concludentem, quòd non, cùm hoc jure non reperiatur expressum: si tamen debitum sit liquidum, habebit tutor retentionem bonorum, secundùm eum.

(5) *Desde el dia que comenzaron.* Id est, ex eo tempore, quo cœperunt esse tutores, vel curatores: & sic approbatur hic prima opinio Gloss. posita *in dicta L. pro officio*, & reprobatur secunda opinio ibi posita in gloss. 1. & cui actioni personali accedat tunc ista tacita hypotheca, declarat ibi plenè Salicet.

(6) *Resciben el derecho del Rey.* Adde *L. semper* 5. §. *conductores* 10. *ff. de jure immunit.* & infrà *eod. L.* 25.

LEX XXIIII.

Licèt pater in bonis filii adventitiis habeat administrationem, & usumfructum; si tamen ea alienet, remanent post ejus obitum sua bona tacitè obligata: quibus non sufficientibus, aget filius contra quemlibet detentorem bonorum patris; nisi fuerit patris hæres: quia tunc tenetur, quæ pater fecerit servare. Hoc dicit.

(1) *Suyos.* Adde *L.* 1. *C. de bonis matern.* & *L. cum oportet* 6. *C. de bonis quæ liber.* & *L.* 5. *tit.* 17. 4. *Part.*

(2) *De parte de su madre.* Vel de extranei liberalitate, vel laboribus suis, ut *in dict. L.* 5. *tit.* 17. 4. *Part.* Dicitur etiam adventitium id, quod pater promittit filio benemerito, & obligatur pater ex tali promissione, vide per Bart. *in L. si tibi decem*, §. *si pactus*, *ff. de pactis.* Et hæreditas proveniens nepoti ex filio emancipato, dicitur adventitia quoad avum etiam paternum, Gloss. *in L. si putas*, *C. de petit. hæred.* Et quod immediatè advocatur à matre, & transit in filios, licèt mediante contractu paterno, dicitur etiam adventitium, vide per Bald. *in L.* 1. *col.* 2. *C. de inoffic. dotib.*

(3) *En poder del padre.* Vide *in dict. L.* 5. *tit.* 17. 4. *Part.*

(4) *Los frutos.* Vide *in dict. L.* 5. & quæ ibi dixi.

(5) *En ninguna manera.* Limita, nisi alienet propter solutionem æris alieni, vel pro solutione legatorum, vel quando res sunt damnosæ, & onerosæ hæreditati, ut *in L. fin.* §. *sin autem æs alienum* 4. & *in* §. *ipsum autem filium* 5. *C. de bonis quæ liber.* Et in casibus sic permissis, poterit pater vendere res filii sine decreto judicis, seu aliàs alienare; licèt in tutore requiratur decretum judicis: neque enim absurdum est, si patria potestas, quæ naturalis est, & primitiva, plùs possit, quàm tutoris potestas: ita tenet Azo *C. de bonis quæ liber. in summa*, *col. fin.* versic. *& pro conservatione.*

(6) *Empeñados al fijo.* Ut rem à patre alienatam, vel ejus pretium consequatur, ut notat Azo *C. de bonis quæ liber. in summa*, & gloss. 1. *in L. cum oportet*, §. *non autem*, *eo. tit.* Et nota, quòd in casu illicitæ alienationis

su muerte (7), fasta que rescebiesse entrega dellos, de aquello que el padre le ouiesse enagenado, o malmetido. E si por auentura, en los bienes del padre non se pudiesse entregar, porque fuessen tan pocos (8), que non compliessen, o que los ouiesse el padre embargados, o mal parados en alguna manera; entonce (9) pueden demandar sus bienes a quien quier que los fallen, e deuenlos cobrar. E esto se entiende, quando non quisieren heredar, nin auer parte en los bienes del padre. Ca si quisiessen heredar en ellos, entonce (10) non podrian demandar los sus bie-

nis bona patris sunt obligata, etiam à principio gerendæ administrationis; & sic, si pater antea quàm alienaret bona adventitia filii, contraxit debita cum hypotheca, filius erit potior, & præferetur creditoribus: ita declarant Bald. & Paul. per text. ibi *in L. cum oportet* 6. §. *fin. C. de bonis quæ liber.*

(7) *Despues de su muerte.* Non intelligas, hypothecam istam nasci post mortem; quia nascitur à principio, ut dixi in gloss. præcedenti, & habetur *in dicta L. cum oportet*, §. *final.* sed quoad ejus exercitium datur post mortem patris, quia anteà filius erat impeditus agere: undè idem esset si filius per emancipationem, vel alias liberaretur à patris potestate.

(8) *Tan pocos.* Licèt ergò aliqua remaneant bona patris, si non sufficiant, poterit agi actione reali.

(9) *Entonce.* Sentit ista lex, quòd si essent bona patris, ex quibus solvi posset filio pretium rei suæ, quam pater alienavit, quòd non possit agere actione reali contra eos, qui à patre titulo emptionis, seu alio habuerunt; quod videtur durum, & contra *L. primam*, *C. de bonis matern.* & *L. fin.* §. *ipsum autem filium* 5. *C. de bonis quæ liber.* undè videtur dicendum, quòd hæc lex non corrigat jura antiqua, neque velit filio (cujus res est illicitè alienata per patrem) tollere rei vendicationem contra possessores; imò quòd ista lex debeat intelligi, & limitari, quando filius elegerit viam agendi ad pretium rei suæ, ut sic agat contra hæredes patris, & etiam hypothecaria contra possessores bonorum patris. Si tamen filius hanc viam nolit eligere, sed vellet agere actione reali contra possessores bonorum suorum, quæ pater alienavit, quod nihilominùs possit, dato quòd ex bonis patris posset consequi pretium rerum alienatarum. Vel dic, quòd in casibus, in quibus pater potest alienare, ut dixi superiùs, valet alienatio, & tuti erunt tunc possessores; si tamen pater non convertit pretium in commodum filii, tunc prius debet agere filius contra bona patris; & si ista non sufficiant, tunc agere posset contra possessores bonorum; & quòd ita intelligatur ista lex. Sed huic positioni obstat, quia lex ista, ut patet ex ejus verbis, loquitur in casu, in quo non fuit licita alienatio. Item quia tali casu non videtur agi posse actione reali contra possessores bonorum, ex eo quòd pretium per patrem non fuit conversum in utilitatem filii: hoc enim non debet esse periculo, neque damno emptorum, qui in casu licito emerunt, argum. *L. fin. ff. de exercitor.* & *L. sicut* 8. §. *illud videamus* 8. *ff. quibus mod. pignus, vel hypot. solv.* & ex notatis per Bart. *in L. alio*, *colum. fin.* versic. *quæro quid si dicitur*, *ff. de alim. & cibar. legat.* & ejus etiam, quod notat Bart. *in authent. hoc jus porrectum*, versic. *quæro dicitur hic*, *C. de Sacros. Eccles.* Licèt in contrarium facit, quod notat Alber. *in L. fin.* §. *& si præfatam*, *C. de jure delib.* ubi dicit, quòd si hæres, qui vendidit res hereditarias pro solvendis legatis, vel debitis, pretium in usus suos convertit, quòd non erunt tuti emptores, per text. ibi in versic. *si vero ibi quarum pretia, &c.* & idem ibi per Bald. post Oldral. *col. fin.* quem vide, & videas bonum text. & ibi Alber. & Bald. *in L. magis puto*, §. *non passim*, versic. *ne tamen*, *ff. de rebus eor.* quæ conferunt ad licentias regias, quæ dantur ad alienandum bona majoriæ cum subrogatione aliorum bonorum. Vel potest dici, quòd ista lex intelligatur, quando res alienatæ per patrem consistebant in pondere, numero, vel mensura, ita quòd in suo genere recipiebant functionem; ut tunc patre existente solvendo, non possit filius agere adversus emptores, & possessores talium rerum à patre alienatarum: si verò res alienatæ sint tales, quæ in suo genere non recipiant functionem; tunc quia sequeretur absurditas, & inconveniens, quòd unum pro alio contra voluntatem filii, cujus res erant, solveretur, filius posset agere actione reali contra possessores bonorum, nulla facta discussione in bonis patris. Et comprobatur iste intellectus, seu istud dictum, ex notatis per Angel *authent. de restit.* in vers. *ex illo suppleri*, *collat.* 8. cujus verba, quia non ita ad manus habebis librum illum Angeli, hìc inserui, quæ sunt talia: Nota diligenter istum text. quòd ille, qui rogatus est de restituendo quidquid ex hæreditate supererit, quòd si alienat tres partes, & aliquid tangit de quarta, vel etiam alienat totam quartam; quòd ita demùm fideicommissarius potest agere contra possessores illius quartæ, si rogatus de restituendo non habet de patrimonio suo tantum, quod fideicommissario ex patrimonio hæredis satisfieri possit; & iste text. videtur singulariter limitare *L. fin.* §. *sed quia*, *C. communia de legat.* quæ dicit, quòd res., quæ subjacent restitutioni ex voluntate defuncti in conditionis eventum, si alienantur per hæredem, possunt vindicari, existente conditione, per fideicommissarium; nam istud est verum, quando rogatus de restituendo non habet de patrimonio suo tantum, quod satisfacere possit fideicommissario pro his, quæ alienavit. Per hanc litteram, quod an sit verum cogitabis: quia videtur debere dici contrarium, sive habeat, sive non: ratio, quia si diceremus, quòd posset hæres satisfacere de suo patrimonio, jam posset fideicommissario, qui est creditor, solvi aliud pro alio; cùm fideicommissario debeatur species per testatorem relicta in conditionis eventum, & secundùm hoc, posset hæres dare aliam speciem in recompensationem illius, vel æstimationem, quod videtur absurdum, ut *in L.* 2. *ff. si cert. pet.* & ad *istum* §. posset responderi, quòd res alienatæ per hæredem consistebant in pondere, vel mensura, ita quòd in suo genere recipiebant functionem, & ideò devenitur ad determinationem istius §. sed ubi non recipiunt functionem in suo genere, tunc non sequitur absurditas prædicta, & fideicommissarius res alienatas vendicare poterit, etiamsi hæres habeat, undè satisfacere possit: hæc Angelus. Vel dic, quòd quando pater recepit res matris dotales æstimatas, procedat, quod in ista lege dicitur, quòd non admittatur filius ad res vendicandas, si alienatæ fuerunt per patrem; nisi in subsidium, patre non existente solvendo, ut *in L. in rebus* 30. *in principio*, & ibi Gloss. in verbo *æstimatæ*, *C. de jure dot.* & quòd in isto casu procedat, quod hic dicitur; secùs tamen esset, quando res dotalis non fuit æstimata. Et ut reducatur ista lex ad jura communia, ita quòd non corrigantur, & ut evitetur absurditas, tenendi videntur isti primus, & tertius, & quartus intellectus; licèt videantur aliquatenùs divinatorii. Et ista lex facit ad quæstionem, quòd si pater ex pecunia filiorum primæ uxoris emit prædia, de quibus postea fecit majoratum in filium secundæ uxoris, quòd tenebit majoria, & tantùm debebitur filiis primi matrimonii pecunia; ad quod etiam facit, quod notat Bald. *in* §. *pen. colum.* 4. *de his qui feud. dare pos.* ibi, *& nota*, *quòd in feudis non refert cujus pecunia*, *&c.* vide ibi. Et an in casibus, in quibus patre existente solvendo non possit agi contra possessores bonorum, requiratur, quòd filius faciat fieri excussionem in bonis patris, antequàm agat contra possessores rerum alienatarum? Vide quod in simili dicit Paul. de Cast. *in L. fin. in principio*, *ff. de eo*, *per quem factum erit*, *super text.* in verbo *solvendo non fuerit*, ubi dicit, quòd ubi à lege non datur forma contra quem ex his priùs teneatur agere, quòd tunc sufficiat agenti scire, illum non esse solvendo, narrando id in libello, & fidem facere, quòd ille non est solvendo, & sufficiet.

(10) *Entonce.* Adde *L. cum à matre* 14. cum Gloss. ibi, *C. de rei vind.* & quid si filii faciant inventarium? Vide Gloss. *in L. fin.* §. *in computatione*, *C. de jure delib.* & ibi eleganter per Alber. Bald. & Alex. Et intellige istam legem, & similes, quando factum patris defuncti esset obligatorium, ex quo contra defunctum posset competere actio, vel exceptio; nam aliàs posset hæres contravenire, ut dicit glos. notabilis, & ibi Bart. *in L. Lucius*, *ff. solut. matrim.* Et quid si pater alienaret bona subjecta restitutioni, veluti bona majoriæ, vel feudalia? an filius hæres patris possit contravenire, & illa petere? Ang. *in L. filiusfamilias*, §. *cum pater*, *ff. de legat.* 1. dicit, quòd res subjacens restitutioni, ex eo quod est alienari prohibita, si alienetur contra prohibitionem testatoris, non poterit revocari per hæredem: quod tamen limitat, & in-

bienes proprios, a aquellos a quien los ouiesse el padre enagenado, segund que es dicho: porque todos los pleytos derechos (11) que el padre ouiesse fechos, serian tenudos de guardar, e de non venir contra ellos, despues que fuessen herederos.

LEY XXV.

Como la cosa comprada de los bienes del huerfano, deue ser obligada a el; e los bienes de aquellos que han a dar pecho, o renta al Rey, son obligados a ella.

Comprada seyendo alguna cosa de los bienes de algund huerfano menor de catorze años, aquella cosa siempre finca obligada (1) al huerfano, fasta que cobre aquel precio, por que la compro. Otrosi dezimos, que si alguno fuere tenudo de dar algund tributo (2) al Rey, que todos sus bienes deste fincan obligados al Rey (3), fasta que paguen aquel tributo. Esso mismo dezimos, que todos los bienes de aquellos que cogen los pechos del Rey, o que fazen algunos pleytos (4) de arrendamientos con el, o de otra manera qualquier, para recabdar sus derechos, como de suso diximos (5), le fincan obligados (6), fasta que cumplan aquel pleyto que pusieron con el. Pero los

intelligit, nisi hæres fuerit institutus solùm in sua legitima; quia tunc, secundùm eum, revocat rem alienatam, cùm debeat habere legitimam sine omni gravamine, *L. quoniam prioribus* 32. *C. de inoffic. testam. conjuncta dict. L. cum à matre*; de quo tamen ultimo dic, ut pleniùs per Gloss. *in dict. L. cum à matre*, & Alber. & Alex. *in dict.* §. *in computatione*: & contra id, quod primo loco dicit Ang. facit *L.* 1. *&* 2. *C. si quid in fraud. patron.* per quas leges Bart. *in L.* 2. *C. de inoffic. donat.* dicit, quòd quando hæres non habet à defuncto illud, quod necesse sibi habet relinquere, potest tunc venire contra factum defuncti: facit etiam glos. notabilis *in cap.* 1. §. *hoc quoque*, super verbo *investire*, *de success. feudi*, quòd in feudo paterno, quod filius non habet à patre, sed à genitoribus, non tenetur stare facto defuncti, cujus hæres est: & ibi videas per Andr. de Iser. & *in cap.* 1. *ad fin. qui success. teneant.* & *in cap.* 1. *an agnatus, vel filius*, & vide etiam quæ tradit Jaso *in consil.* 56. 3. *volum.* Sed nihilominùs tenendum videtur, quòd filius, qui adivit hæreditatem patris, non possit revocare rem à patre alienatam de bonis feudalibus, vel majoriæ, vel aliàs restitutioni subjectis: relevabitur tamen conficiendo inventarium, ut non obligetur ultra vires hæreditarias ad standum facto defuncti, ut *in dict.* §. *in computatione*, & tenet Bald. *in L. qui se patris*, *colum.* 6. *C. unde liber.* Si verò non fecit inventarium, excludetur filius hæres universalis in totum, ac si pater vendidisset fundum filii non prohibitum alienari à Principe, vel testatore, neque aliàs subjectum restitutioni, secundùm Bald. ibidem *in principio colum.* 7. Si verò filius esset pro parte hæres, pro ea parte repelletur à vendicando, ut *in dict. L. cum à matre*; non tenebitur tamen, si fecit inventarium, ultra vires hæreditarias, ut plenè declarant Bald. & alii, *in dict.* §. *in computatione*: vide ibi per eos, & adde ad prædicta Decium *consilio* 185. *col.* 3. versic. *ad abundantem tamen cautelam*, & poteris in ista materia inducere bonum text. cum Gloss. ibi *in L. si patronus* 3. *in princ. ff. si quid in fraud. patron.* quòd pro parte hæres, si non fecit inventarium, reppellatur etiam pro ea parte, qua non est hæres: sed tutius est dicere, quòd tunc à vendicando tantùm repellatur pro parte; & si facto inventario hæreditas in nullo sit solvendo, in nullo excludetur à vendicando. Et tenendum est menti unum, quod pulchrè dicit Alber. *in dict.* §. *in computatione, colum. penul.* versic. *si autem emptor*, quòd si interest filii, habere fundum venditum à patre, propter interesse affectionis, ut quia fuit progenitorum, ut *in L. si in emptionem* 35. *ff. de minor.* quòd tunc facto inventario, non debet repelli filius hæres à vendicando, quia non debet sentire damnum propter inventarium; sed tenebitur emptori de evictione, licèt habeat solum debitum bonorum subsidium, vel minùs; sed non tenebitur ultra vires hæreditarias. Tenendum est semper menti hoc dictum propter auctoritatem Alber. & quia multotiens veniet in practica in bonis antiquæ majoriæ, ad quæ habetur affectio; fortè tamen in practica non posset obtineri. Quid autem si pater non alienavit, sed consentit alienari? Vide Bald. *in* §. *hoc quoque*, *colum. fin. de succes. feud.* & *ff. de regul. jur. L. aliud* 160.

(11) *Pleytos derechos.* Adde *L. ea quæ à patre* 7. *C. de restit. milit.* & *L. venditrici* 3. *C. de rebus alien. non alien.* & *L. si ab eo* 7. *C. de liber. causa*: & quando successor teneatur stare facto prædecessoris, vide per Albericum *in L. digna vox*, *C. de legib.*

LEX XXV.

Res ex pecunia pupilli comparata, est ei tacitè, donec pecunia sibi solvatur, obligata: idem de bonis tributarii, seu collectoris, aut arrendatoris jurium Regis; bona tamen dotalia, aut propria uxoris ejus, non sunt ob hoc obligata Regi. Hoc dicit.

(1) *Finca obligada.* Adde *L. idemque* 7. *ff. qui potior. in pign. hab.* & Glos. *in L. quamvis*, *C. de pignor.* & *L.* 3. *in princ. ff. de rebus eorum*, ubi quòd & hoc procedit etiam, si ex pecunia unius pupilli ematur pro altero pupillo: & adde quæ dixi *in L.* 49. *titul.* 5. *eadem Partita.*

(2) *Tributo.* Adde *L.* 1. *C. si propter public. pensitat.* & *L.* 1. *C. in quibus causis pignus, vel hypot. tacit. contrah.* & approbatur hìc opinio Jacob. de Raven. dicentis, omnia bona, & non tantùm prædium tributarium, esse obligata; & reprobatur opinio Petri intelligentis de solo prædio tributario, prout refert Albericus *in dict. L.* 1. Et adverte, quia Alber. *in L.* 2. *ejusd. tit.* videtur intelligere hoc, quando tributa debentur ratione rei; secùs dicit de collectis, & oneribus, quæ imponuntur personæ pro rebus. Sed cùm ista lex Partitarum indistinctè loquatur, videtur indistinctè intelligenda, qualitercunquè tributum debeatur Regi: & facit pro hoc, quia ut dicit Joan. de Plat. *in L.* 1. *C. de annon. & tribut. in rubrica*, tributum dictum est, quod antea per singulas tribus exigebatur, sicut nunc per singula territoria, & Antiqui sumptus, quos dabant populi, tributum nominaverunt. Pro dicto tamen Alberici facit, quod notat Gloss. *in L.* 1. §. 1. in verbo *pendant*, *ff. de publican. & vectig.* quæ assignans differentiam inter vectigal, & tributum, dicit, quòd tributum præstatur ratione soli proprii à possidentibus, & dicitur etiam census: & quòd quotiens lex tractat de tributis, ponit de possessionibus, & possidentibus, qui coguntur ea præstare: quam gloss. dicit valdè notabilem Bald. *in cap.* 1. *in fin. de milit. vasal. qui contum. est.* & istud idem, quod Alber. voluit Gloss. *in dict. L.* 1. cùm exponit, *censentur*, id est, *censum*, hoc est, *tributum præstant.* Sed tenendum videtur, quod dixi, cùm istud nomen *tributum* sit generale ad omnia tributa, ut *in cap.* 2. *de censib.* & *in cap. magnum* 28. 11. *quæst.* 1. Et an fiscus propter tributa præferatur cuicunque creditori, vide Gloss. & Bald. *in dict. L.* 1. *C. si propter public. pensitat.*

(3) *Obligados al Rey.* Idem dic de decimis respectu Ecclesiæ, cui debentur, secundùm Alber. post Jacob. de Raven. *in L.* 1. *C. in quibus caus. pign. vel hypot. tacit. cont.* qui allegat Gloss. *in cap. si quis laicus*, 16. *quæst.* 1. quæ non loquitur de omnibus bonis. Abb. etiam *in cap. tua nobis*, *col.* 2. *in gloss.* 1. *de decim.* tantùm intelligit, quòd possessio sit obligata pro decimis.

(4) *Algunos pleytos.* Adde *L.* 2. *C. de privil. fisci*, & *L.* 2. *C. in quib. caus. pign. tacit. contrah.*

(5) *Diximos.* Suprà eod. *L.* 23. *in fin.*

(6) *Obligados.* In delictis tamen fiscus non habet tacitam hypothecam, nisi lata sententia, vel nisi delinquatur circa administrationem fiscalem, secundùm Bart. & ibi Joan. de Plat. *in fin. L.* 1. *C. pœn. fiscal. credit. præfer. lib.* 10. Bart. *in L. aufertur*, §. *fiscus*, *ff. de jure fisci*, & *in L. post contractum*, *ff. de donat.* Moderni in

Ley 9. tit. 3. lib. 5. Recop.

los bienes de la muger (7) del que tal pleyto fiziesse, assi como su dote, o los bienes que fuessen della propriamente, non se entiende que fincan obligados por tal razon.

LEY XXVI.

Quando los bienes de la madre son obligados a los fijos; e los del testador, a los que han de recebir las mandas; e la casa, o naue, o otra cosa, por lo que se gasto en repararla.

MArido (1) de alguna muger finando, si casasse (2) ella despues con otro, las arras, e las donaciones (3), que el marido finado le ouiesse dado, en saluo fincan a sus fijos (4) del primer marido; e deuenlas cobrar, e auer despues de la muerte de su madre: e para ser seguros desto los fijos, fincanles porende obligados, e empeñados (5) calladamente todos los bienes de la madre. Esso mismo dezimos que seria, si muriesse el marido de alguna muger, de quien ouiesse fijos, e teniendo ella en guarda a ellos, e a sus bienes, se casasse otra vez; que fincan entonce (6) todos los bienes de la madre obligados a sus fijos, e aun los de

Ley 3. tit. 2. Ley 1. tit. 4. Ley 4. tit. 1. lib. 5. Recop.

in L. rescriptum, in princ. ff. de pactis, ubi latè per Alex. Et an bona contrahentis cum Ecclesia sint ei tacitè hypothecata, vide Alber., quòd non, *in dict. L. 2. C. in quibus caus. pign. vel hypothec. tacit. contr.* dicens, nullibi hoc esse expressum; quod benè facit ad ea, quæ dixi *in L. 19. tit. 8. suprà ead. Partita*: idem tenet Bald. *in L. fin. col. 3. C. de Sacros. Eccles.* dicens, quòd hoc fallit in casu §. *scire, in authent. de non alien. aut permut. collat.* 2. scilicèt, quando emphyteota Ecclesiæ prædium emphytheoticum deterioravit.

(7) *Los bienes de la muger.* Hoc etiam de jure communi, etiam in causa primipilari erat statutum, ut *L. 1. C. de privil. fisci*, excepta dote mulieris, quæ propter administrationem primipilarem erat obligata, ut *in L. satis notum 4. C. in quibus caus. pign. vel hypot. tacit. contrah.* & etiam bona filiorum, ut *in L. fin. C. de primipilo, lib.* 12. & dicitur Primipilarius, qui primum vexillum in acie portat, ut dicit Joan. de Plat. *in rubrica C. de primipilo, lib.* 12. & ita etiam declaratur *in L. 16. tit. 9. 2. Part.* ubi ille hodie dicitur *Alferez.* Et rationem, quare isto casu dos uxoris, & bona filiorum sunt obligata, vide per Abb. *in cap. ex parte, de consuet.* ubi dicit, quòd Primipilarii dicuntur, qui deferebant primipila, id est, prima tela in bello; & propter magnum periculum, quod in eis vertebatur, cùm erant primi in bello, fuit inducta ista specialitas, ut si condemnati (eo quòd pravè se gesserunt in officio) non habeant undè solvant, possit manus extendi ad dotem uxoris, & bona filiorum; & quòd, secundùm Nicol. de Matare, fuit statutum, ne propter gemitus uxoris, & filiorum malè gereret officium: ex quo infert ibi Abb. ad validitatem statutorum Florentiæ, ut bona uxorum, & etiam filiorum, & ipsi filii possent capi, quando patres fallunt, quod vulgò dicimus *alzarse*: vide ibi per eum.

LEX XXVI.

Mulier secundò nubens restituet filiis prioris mariti arras, & donationes, quas ei prior maritus dedit; ad quod sunt ejus bona tacitè obligata pignori: & si filii, & eorum bona erant sub tutela ejus, etiam bona secundi viri sunt eis tacitè obligata. Item bona testatoris sunt legatariis obligata. Item & domus, navis, & alia res refecta, vel facta de creditoris pecunia, sunt mutuanti obligata. Hoc dicit.

(1) *Marido.* Idem quod hìc disponitur erga bona mulieris obligata, habet locum in bonis viri, si uxor prædecedat, ut *in L. si quis prioris* 8. §. *in illo* 4. *C. de secund. nupt.*

(2) *Si casasse.* Si verò non transeat ad secunda vota, non habet locum ista lex, ut *in L. generaliter* 5. §. *final. C. de secund. nupt.* & *in L. hac edictali* 6. §. *final. ad fin.* vide tamen, quod habetur *in L. 1. tit. 2. lib. 3. Fori Leg.* & *L. 51. in Ordin. Taurinis.*

(3) *Las arras, e las donaciones.* Adde *L. hac edictali* 6. §. *omnibus* 2. *C. de secund. nupt.* & idem dic generaliter de omnibus, quæ titulo lucrativo, sive in vita, sive in morte à marito consequuta est, ut *in L. fœminæ* 3. *in princ. C. de secund. nupt.* & *in L. cum aliis* 4. & *L. generaliter* 5. *eod. tit.* Et quid in his quæ lucratur vir, vel uxor ex forma statuti municipalis? Dic, idem esse, secundùm Bald. *in authent. uxore, C. de secund. nupt.* & *in authent. ex testamento, col. fin.* versic. *sed statim, eod. tit.* Idem tamen Bald. tenet contrarium *in L. fin. in fin. C. de bonis matern.* per illum text. dicens, quòd non consequitur hoc vir ab uxore, vel uxor à viro, sed ex legis providentia, vide addition. Bal. *in dict. authent. ex testamento*; & in puncto juris crederem, verum esse dictum Baldi *in dict. L. final.* licèt aliud sit æquum, & favorabile filiis.

(4) *Fincan a sus fijos.* Et habent ea filii, ut adversarii matris, non ut ejus hæredes: undè non imputant sibi in legitimam, quæ eis debetur de bonis matris, Gloss. *in authent. de nuptiis*, §. *optime, collat.* 4. Bald. *in L. 3. in princ. C. de bonis quæ liber.* Et an ista lex, & aliæ leges loquentes super istis lucris reservandis per matrem, vel patrem transeuntem ad secundas nuptias, procedant etiam in avo, vel avia, seu cæteris ascendentibus? Textus videtur, quòd sic, *in L. generaliter, in princ.* & *in authent, si tamen*, & ibi Bald. *C. de secund. nupt.* & idem tenet Mathesilanus *in suo tractatu de succession. ab intestato, fol.* 6. *colum.* 1. cujus dicta etiam reassumit Angel. Aretinus *in* §. *præferuntur, Instit. de Senatuscon-sul. Tertul. colum. pen.* ubi loquitur in eo, quod habet pater, vel mater ex successione unius ex filiis, an procedat in avo, vel avia, seu cæteris ascendentibus? Et concludit, quòd sic, per text. *in dicta L. generaliter, in princ. & ibi gloss.* 1. & *in dicta authent. si tamen*, & quia in isto casu, secundùm eum, est major ratio, cùm magis sit debita hæreditas filii patri, vel matri, quàm avo, & aviæ, ut *in authent. defuncto, C. ad Tertul.* undè si pœna privationis imponitur matri transeunti ad secunda vota, multò fortiùs credendum est, eam impositam fuisse avo, & aviæ: & ibi hæc intelligit, & declarat, ut procedant respectu bonorum, quæ avus, vel avia habuit à nepote, procedentium à suo marito, vel uxore, si est masculus avus, qui transit ad secunda vota; quia huic facta fuit injuria per talem transitum: non tamen erit privata, vel privatus respectu proprietatis bonorum, quæ filius suus, pater nepotis, acquisivit aliundè, quàm ex substantia sui patris, mariti dictæ aviæ, vel matris uxoris dicti avi; quod satis dicit probari *in dicta L. generaliter* à contrario sensu: ad quod etiam adducit, quia si mater transiens ad secunda vota, privatur solùm nuda proprietate substantiæ paternæ, quæ pervenit ad filium cui ab intestato successit, non autem privatur nuda proprietate substantiæ avitæ, ut notat Bart. *in dicta authent. ex testamento*; ita & eodem modo avia materna transiens ad secunda vota privari debet solùm nuda proprietate bonorum substantiæ avi paterni, mariti ipsius aviæ, quæ ad nepotes pervenerunt; non autem privari debet proprietate bonorum patris ipsius nepotis, quæ ad eam pervenerunt, procedentium aliundè, quàm ab avo paterno. Quæ dicta tene menti, quia sunt utilia, & practicabilia, & commendat ea Ludov. Bolonius *in addit. ad Mathesillan.* & adde ad prædicta *dict. L. fin.* versic. *quam observationem, C. de secund. nupt.* Et an mater, vel pater transiens ad secunda vota, debeat filiis cavere de his lucris restituendis, vide per Gloss. & ibi Bart. *in authent. de nuptiis*, §. *si vero expectet, collat.* 4. *in gloss.* super verbo *conjuncta*, ubi concluditur, quòd sic.

(5) *Empeñados.* Ut hìc, & *in dicta L. hac edictali* 6. §. *omnibus* 2. *C. de secund. nupt.* ubi & est expressum tam de præsentibus bonis, quàm de futuris: & ex illa lege nota, quòd in hypotheca tacita veniunt etiam bona futura.

(6) *Fincan entonce.* Adde *L. si mater* 6. *C. in quibus caus. pign. vel hypoth. tacit. contrah.*

de aquel (7) con quien casa, fasta que ayan guardador, e que les den cuenta, e recabdo de lo suyo. Otrosi dezimos, que los bienes de cada vn ome que fiziesse mandas en su testamento, que fincan obligados (8) a aquellos a quien fizo las mandas, fasta que sean pagados dellas. E aun dezimos, que si algun ome rescibiesse de otro marauedis prestados, para guarnir alguna naue, o para refazerla, o para fazer (9) alguna casa, o otro edificio, o para refazerlo; que qualquier destas cosas en que fuessen metidos (10), o despendidos los marauedis, fincan obligadas calladamente a aquel que los empresto.

LEY XXVII.

Como aquel que rescibe la cosa en peños primeramente, ha mayor derecho en ella, que el que la rescibe despues; fueras ende en cosas señaladas.

GUisada cosa es, e derecha, que aquel que rescibe primeramente (1) la cosa a peños, que mayor derecho aya en ella,

(7) *Los de aquel.* Vide etiam *in dict. L. si mater,* ubi Doctores cavendum esse dicunt marito contrahenti cum vidua.

(8) *Obligados.* Adde *L. 1. C. commun. de le at.* & *L. creditoribus* 4. *ff. de separat. bonor.* per quam dicebat Dinus, istam tacitam hypothecam etiam de jure Digestorum inductam fuisse, ut tradit Bald. *in L. 3. C. ut in posses. legator.* ubi & vide, an legatarii ratione hypothecæ præferantur creditoribus chirographariis; & in tantum datur actio hypothecaria pro legatis, in quantum datur personalis, & non ultra distinctionem *L. 1. vers. in omnibus*, & notat Bart. *in L. 3. ff. de alim. & cibar. legat.* Et hinc potest fundari, benè dixisse Bald. *in L. 1. col. fin.* versic. *& idem dico*, *C. si omis. sit causa testamenti*, ubi dixit, quod in locis, in quibus est statutum, quòd legata debeantur etiam non adita hæreditate, prout est lege cautum in istis Regnis, quòd eo casu bona non sunt tacitè obligata pro legatis; quia statutum hoc non dictat, & à jure communi exorbitat; & quia hypotheca accedit personali obligationi, & sine personali, quæ est proprium subjectum obligationis, esse non potest: quod dictum si verum est, notandum est valdè ad legem Regni 1. *tit.* 2. *lib.* 5. *Ordin. Regal.* Crederem tamen, quod ex quo per legem Regiam tenet testamentum, & legata debentur, quòd etiam competeret hypothecaria saltem utilis: quia negari non potest, quin detur officium judicis pro talibus legatis, ut notat Bart. *in L. 1. in fin. ff. de legat.* 1. & cùm solum competit officium judicis pro legatis, accedit etiam & utilis hypothecaria. Dubium tamen est, an in casu illius legis Regni detur officium judicis, cùm nulla illius verba dirigantur ad judicem; & quia etiam pro legatis piis, secundùm magis communem opinionem, hæreditate non adita, non competit officium judicis; & ideò Alexand. *in dict. L. 1. colum.* 10. tenet opinionem Baldi, & aliquibus adductis eam comprobat: sed ut Socinus ibi considerat, tale statutum, vel lex Regni non poterat aliter practicari, nisi quòd nullo existente hærede, legatarii petent dari curatorem bonis; qui datur ad instantiam ejus, cujus interest, ut *in L. secunda, ff. de curator. bon. dand.* ubi prætor contra curatorem concedit utilem, cui contra hæredem dabatur directa: undè virtute talis statuti, seu legis Regni dicetur utilis concessa, & consequenter accedere potest hypotheca: nam ex quo lex, vel statutum voluit, legata deberi, voluit & antecedens remedium, scilicèt, quo possent consequi legata, argum. *L. 2. ff. de jurisd. omnium judicum, cum similibus.* An autem testator possit prohibere, ne competat hypotheca pro legatis ab eo relictis, Gloss. quòd sic, *in L. 2. C. ut in posses. legator.* Bald. *in L. 1. colum. 5. C. de his quæ pænæ nomin.* & hoc videtur tenendum, quidquid dixerint Petrus, & Cynus *in dicta L. 2.* Et an in rebus specialiter aliis legatis habeat quis hypothecam pro suo legato, vide Baldum *in dicta L. 1. colum. 4. C. communia de legat. in duobus locis*, ubi vult, quòd non: vide etiam Angel. & Paul. *in L. quærebatur, ff. ad Leg. Falcid.* qui hoc intelligit, quando hæreditas est solvendo; quando verò non est solvendo, hoc non procedit, secundùm Angelum, quia tunc ambo legatarii, tam legatarius speciei, quàm legatarius quantitatis, concurrent, & pro rata esset fienda divisio inter eos, per textum, quem ad hoc inducit Angel. *in dicta L. quærebatur*, de quo vide per Paulum de Castro *in L. si quis testamento*, §. 1. *ff. de legat.* 1. & Alexand. *in L. si post missionem*, & *in L. si servus*, §. *si incertum*, *ff. ad Leg. Falcid.* Et an filii habeant bona patris hypothecata pro sua legitima, vel pro supplemento legitimæ, vide notabiliter per Decium *consil.* 235. *in casu magnifici domini generalis, colum. final. in 4. dubio.*

(9) *Para fazer.* Reprobat opinionem Gloss. *in L. interdum, in gloss. final. in fin. ff. qui potior. in pign. hab.* quam ibi tenet Bartolus, & tenet etiam Angel. *in L. quod quis* 34. *ff. de privil. credit.* & videtur de jure communi opinio communis, scilicèt, quòd is qui credidit ad fabricandam domum, vel navim, seu rem aliam, non habeat in tali re tacitam hypothecam, licèt habeat actionem personalem privilegiatam. Ista lex Partitarum decidit, quòd imò habeat tacitam hypothecam, quod & Gloss. tenere voluit *in authent. de æqualitat. dotis*, §. *his consequens* 3. *in princ.* super parte *agrum.* Tene ergò menti legem istam, nam per leges juris communis potiùs videbatur probari opinio Gloss. *in dicta L. interdum*; nam ad *L. quod quis* 34. *ff. de privil. credit.* & ad *dict.* §. *his consequens, in princ.* potest responderi, quòd non loquantur de tacita hypotheca, sed de privilegio personalis actionis, quatenùs loquitur de his, qui crediderunt ad domum, vel navim fabricandam de novo, cùm ille §. se referat ad leges antiquas, quæ de creditore ad refectionem loquuntur: sed certè eadem est ratio; & ex mente antiquarum legum voluit Imperator *in dicto* §. *his consequens*, idem esse, & sic contra opinionem Gloss. multùm faciebat *dictus* §. *his consequens*, qui & loquitur expressè quoad hypothecam; & ita Angel. sibi contrarius dictum §. intelligit ibi. Ut dixi, ista lex Partitarum tollit opiniones: tene menti.

(10) *Metidos.* Nota hæc verba, nam debet constare de conversione pecuniæ in istam causam, in quam fuit credita; & idem probatur *in L. hujus* 6. *ff. qui potior. in pign. hab.* argum. tamen contra *in L. fin. ff. de exercitor.* & quæ tetigi suprà *eodem L.* 24. *in gloss.* incipit *sentit ista lex*; sed loquuntur in diverso casu, scilicèt ubi de aliorum creditorum præjudicio non tractabatur, quibus res, & bona debitoris erant obligata, sicut est in casu hujus legis.

LEX XXVII.

Primus creditor præfertur in pignore secundo; nisi secundus primò pecuniam numeravit debitori: tunc enim præfertur secundus, quia fuit in potestate debitoris à primo pecuniam non recipere post secundi numerationem. Hoc dicit.

(1) *Primeramente.* Sive generaliter, sive specialiter, ut *in L. si fundum* 4. & *in L. si generaliter* 6. *C. qui potior. in pign. hab.* & *ff. eod. L. qui generaliter* 2. & *L. si pignus* 8. & *L. unica, C. rem alien. gerent.* quæ vult etiam priorem tacitam præferri expressæ, & tenet Bart. *in L. si is qui, ff. de jure fisci*, Joan. de Plat. *in L. 1. C. pænis fiscal. creditor. præfer. lib.* 10. Et an etiam in bonis postea acquisitis, præferatur prior ex generali hypotheca bonorum? Vide per Bart. *in dicta L. si is qui*, & latè per Salicet. *in L. licet, C. qui potior. in pign. hab.* text. & ibi Bald. *in L. hac edictali* 6. §. *his illud*, vers. *omnibus*, *C. de secund. nup.* & communior videtur opinio Bart. post Jacob. de Aret. & Oldral. quòd præferatur prior etiam in postea quæsitis. Et quid si res hypothecata sit perempta, ita quòd primus creditor non potest agere hypothecaria contra possessorem? an aget ad pretium redactum ex illa re vendita? Vide Glos. & ibi Bart. notabiliter *in L. 1. ff. de distr. pign.* & ibi concluditur, quod sic, quando pretium habitum fuit ex cau-

ella, que el otro que la rescibe despues. Pero casos y ha, en que non seria assi. Ca, si vn ome pidiesse dineros prestados a otro, sobre alguna cosa quel diesse a peños, e fiziesse carta sobre si, o se obligasse de otra manera a pagarlos, en ante que ouiesse rescebido aquellos dineros, e despues obligasse aquella cosa misma a otro, rescibiendo luego los dineros de aquel a quien a postremas la obliga; maguer aquel a quien primeramente fuesse obligada la cosa, pagasse despues aquello que auia prometido a emprestar sobre ella, fincaria obligada la cosa a aquel que fue despues empeñada (2). E esto es, porque pago primero los dineros; e aun porque aquel que auia obligado el peño al primero, en su mano era (3), de rescebir los dineros, o de arrepentirse, si non quisiesse guardar el pleyto.

LEY XXVIII.

Como aquel que presta sus dineros, para adobar, o para fazer naue, o otro edificio, ha mayor derecho en ello para ser pagado, que otro ninguno.

NAue, o casa, o otro edificio auiendo empeñado vn ome a otro, si despues desso rescibiesse de otro dineros prestados, para refazer, e guardar aquella cosa, que se non destruyesse, o non se empeorasse, e los despendiesse en pro della, entonce mayor derecho ha en ella el segundo (1), que presto sus dineros para mantenerla, que el primero: porque con los dineros que el dio, fue guardada la cosa, que se pudiera perder. E porende dezimos, que el deue ser pagado primeramente, maguer aquella cosa non le fuesse obligada por palabras (2), por aquellos dineros. Esso mismo dezimos que seria, si este que prestasse los dineros a postremas, lo fiziesse por guarnescer la naue de armas, o de las otras cosas quel fuessen y menester, o para dar a comer a los marineros, o a los gouernadores della.

LEY

sa lucrativa: vide ibi. Et si creditor secundus distrahit rem, sciente primo, & non contradicente, primus perdit jus suum, *L. si hypothecas* 8. *C. de remission. pign.* aliàs verò aget prior hypothecaria, *dicta L.* 1. *ff. de distract. pig.* vide per Gloss. *in L. cum unus, ff. de bonis autor. judic. possid. in gloss.* 1. & per Joannem de Plat. *in L. quotiens, C. de exactor. tributor. lib.* 10. ubi allegat, quod habetur *in L. deferre, §. fin. ff. de jure fisci*, ubi Gloss. quòd fiscus, qui ex privilegio præfertur alii creditori, avocat ab eo pecuniam solutam per hypothecariam, si extat, vel condictione ex lege, si est consumpta, ut & dicit Gloss. *in L. pecuniam, C. de jure fisci*, & vide in ista materia *decision. Neapol.* 190. *in decisionibus Matthæi de Afflict.* & vide quod notat Paulus de Castr. *in L. pecuniam, C. de privil. fisci.* Et nota, quòd ista regula, de qua in ista lege, non habet locum in pignore prætorio, *L. fin.* & ibi Bald. *C. de bonis autor. judic. possid.* de quo tamen vide ibi per Bart. & per Angelum *in L. diversis* 8. *C. qui potior. in pign. habeant.* & ad limitationem hujus legis, & sequentium, vide textum cum Gloss. *in dicta L. diversis.* Et signanter nota unum, quod ibi voluit Gloss. in verbo *data*, & notant ibi Bald. & Angel. quòd non sufficeret, si pecunia à primo creditore non esset realiter data, sed tantùm confessata, ut ipse præferatur ratione prioris hypothecæ secundo etiam hypothecam habenti; imò oporteat, quòd realitet fuerit data; quod est menti tenendum: & ideò consulunt ibi Bald. & Angel. quòd faciat creditor apponi in instrumento, quòd debitor fuit confessus recepisse pecuniam, & quòd habuít, & recepit in præsentia notarii, & testium, & sic præfertur aliis habentibus nudam confessionem tantùm: & ad istam limitationem adde Gloss. *in authent. ut exaction. dotis instant. collat.* 7. in parte *publica.*

(2) *A aquel que fue despues empeñada.* Concordat cum *L. potior* 11. *in princ. ff. qui potior. in pign. hab.*

(3) *En su mano era.* Sine aliquo ejus incommodo; secùs si poterat non recipere, sed erat cum suo incommodo, ut *in L.* 1. ubi casus notabilis, *ff. qui potior. in pign. hab.* & notat Azo *C. eod. in summa, colum.* 1. *post medium*, Gloss. & Bart. *in dict. L.* 1. & ad illam legem vide quod notat Speculat. *tit. de obligation. & solut.* §. 1. *col. pen.* versic. *sed pone*, & vide *L.* 33. *infrà eod.* & *L.* 29. *ad fin.* Adde etiam ad istam legem textum notabilem *in L. pen. ff. quæ res pign. oblig. pos.* ubi bonus casus. Et ex hac lege, & *dicta L. potior, in princ.* habes, quòd quando actio consistit ex duabus causis simul junctis, à postremo actu, in quo est perfectio formæ, fit exordium; quod Bald. inducit in quæstione illa notabili de muliere fidejubente iterùm post biennium, an retrotrahatur ista obligatio ad primam intercessionem? Vide per eum *in authent. siqua mulier, C. ad Vellejan. in fine*, ubi concludit, quòd non.

LEX XXVIII.

Præfertur secundus creditor, si mutuavit in domus, vel navis refectione, vel armatura ejus, vel marinariorum cibaria, si in hoc opus convertitur mutuum; licèt priori creditori fuerit ipsa res obligata expressè. Hoc dicit.

(1) *El segundo.* Limita, nisi esset dos mulieris, ut *in authent. de æqualitat. dotis, §. his consequens* 3. *collat.* 7. & *in authent. quo jure, C. qui potior. in pignore habeant.* & infrà *eodem L. proxima*, Gloss. *in L. interdum, ff. eodem*, de qua ista sumpta est. Et an mulier in dote præferatur, non solùm ei, cujus pecunia res refecta est, verùm etiam ei, cujus pecunia res est empta, & ex pacto sibi pro pretio specialiter obligata? Dic, quòd sic, si mulier præcedit in dote; non aliàs, ut notat Gloss. *in dicta authent. de æqualit. dotis, §. his consequens*, super parte *posterior*, & vide per Specul. *tit. de obligat. & solut.* §. 1. *colum. antepenult.* versic. *quid si vendidi*, Bart. *in dicta L. interdum, ad finem, ff. qui potior. in pignore habeant.* & cautelam, quomodo fiat, ut venditor rei pro pretio præferatur uxori agenti hypothecaria pro dote, collige ex *L. cum manu sata* 80. *§. final. ff. de contrah. emption.* & ex notatis per Bald. *in rubrica C. de contrahenda emptione, quæstione* 13. scilicèt, quòd venditor reservet sibi dominium, donec pretium sibi integraliter solvatur; aliàs enim præferetur mulier, etsi in venditione ex pacto obligetur sibi illa res, ut & dixit Speculator *in dicto §. quid si vendidi*, & vide quæ dico infrà *L. proxima in gloss.* 4.

(2) *Por palabras.* Vide suprà *eodem L.* 26. *in fin.*

LEY XXIX.

Como el alquile de las cosas que son de almazen, o que lieuan de vn logar a otro, deue ser ante pagado, que las otras debdas.

Mercadurias algunas rescibiendo algun ome a peños, assi como olio, o vino, o ciuera, o otra cosa semejante; si aquellas mercadurias estouiessen en alguna casa, o almazen, por que ouiesse a pagar loguero por ellas; o fuesse a leuar de vn logar a otro en algun nauio, o en bestias, o de otra manera; e otro alguno emprestasse dineros despues, para pagar aquel loguero, o lo que costasse el acarrear de las cosas; dezimos, que este que presto los dineros a postremas por alguna destas cosas sobredichas, este deue ser pagado primeramente (1), que el primero. E las cosas que diximos en esta ley, e en las otras dos que diximos ante della, que deuen pagar el debdo que es fecho a postremas, ante que el primero; entiendese, que ha logar contra todas las personas. Fueras ende, en debdo que fuesse de dote, o de arras (2) de muger, o en debdo antiguo, que ouiesse a dar a la Camara del Rey (3). Ca en estas dos cosas, en ante se pagaria el primer debdo destas personas, que el segundo (4).

LEY XXX.

Como el huerfano, o otro ome, ha mayor derecho en los bienes de aquel que compro alguna cosa de sus dineros, que otro debdor ninguno, fasta que sea pagado.

Todos sus bienes obligando vn ome a otro, tambien los que ha a essa sazon, como los otros que aura dende adelante, si despues desso comprasse por si (1) alguna cosa, de los dineros de algun huerfano (2); maguer todos sus bienes fuessen empeñados a otri, assi como es sobredicho, con todo esso mayor derecho ha en la cosa assi comprada el huerfano, que el otro a quien eran obligadas todas las cosas. E porende dezimos, que el huerfano deue ser entregado primeramente de aquella cosa comprada, e le deue dar la quantia de los marauedis de que fue comprada, si toda la compro de sus bienes. E si non, de tanto quanto fue aquello que fue dado en comprarla, de los bienes del huerfano. Otrosi dezimos, que si vn ome ouiesse obligados todos sus bienes, tambien los que auia entonce quando fizo la obligacion, como los que auria dende adelante; si despues desto tomasse marauedis prestados de otro ome, para comprar alguna cosa; faziendole pleyto (3), que aquella cosa que comprasse de

LEX XXIX.

Præfertur creditor mutuans ad solutionem portationis mercium, vel conductionis domus, ubi reponuntur; licèt priori fuerint expressè merces obligatæ: non tamen præfertur contra dotem, arras, aut debitum Regis; quia ista antiquiora præferuntur. Hoc dicit.

(1) *Primeramente.* Concordat cum *L. hujus 6. ff. qui potior. in pign. hab.*

(2) *O de arras.* Intellige de arris, quæ fiunt in augmentum dotis; non verò de simplici donatione propter nuptias, ut *in authent. de æqualitate dotis*, §. *his consequens 3. collat. 7.* & ibi Gloss. & *in L. fin. in fin. C. qui potior. in pign. hab.*

(3) *Camara del Rey.* Nota hoc, quia non memini ita benè expressum de jure communi, ut fiscus anterior tempore præferatur his, qui in refectionem crediderunt; benè tamen facit, quia in tacita hypotheca fiscus, & mulier pari passu ambulant, *L. 2. C. de privil. fisci*: & ex ista lege etiam nota, quòd id quod habetur *in L. 33. infrà eodem in fin.* procederet etiam in fisco, & sic etiam in fisco hìc limitatur *L. 27. suprà eod.*

(4) *Que el segundo.* Ex hoc nota, quòd si is, qui credidit in refectionem domus, vel navis, esset tempore anterior, quàm mulier, vel fiscus in obligatione, quòd præferetur mulieri, vel fisco: & ita intelligebat Cynus *in authent. quo jure, C. qui potior. in pign. hab.* contrarium tamen tenet ibi Salyc. & ad hoc inducit aliqua verba *dicti* §. *his consequens 3. authent. de æqualit. dotis*; inducit etiam alia, commendans ea tamquam nova, & inaudita.

LEX XXX.

Quandoquè posterius creditum præfertur primo; nam licèt quis obliget alicui omnia sua bona præsentia, & futura, & postea per debitorem de orphani pecunia comparata est aliqua res, ei potiùs quàm primo est obligata, & tradenda, vel pars, si de dictis pecuniis non fuit tota empta, vel est ei priùs solvenda pecunia: idem, si quis postea mutuet ad alicujus rei emptionem, ut ei remaneret res illa obligata: & idem de expensis funeris in quibus posterior creditor præfertur. Hoc dicit.

(1) *Comprasse por si.* Sequitur ista lex intellectum Azonis *C. qui potior. in pign. hab. in summa, col.* 1. quem & approbat Bart. *in L. idemque 7. ff. eod.* reprobans alium intellectum ad illam legem, qui colligitur ex Gloss. ibi super verbo *comparata.*

(2) *Huerfano.* De pupillo intelligendum videtur, ut habetur *in dict. L. idemque*: & pupillus est, qui cùm impubes est, desiit in patris potestate esse, aut morte, aut emancipatione, *L. pupillus 239. in princ. ff. de verb. sign.* Adverte tamen, quia istud nomen *orphanus* latiùs sonat, quàm *pupillus*, ut dixi *in L. 41. tit. 18. 3. Partita*, & sic fortè procedet ista lex etiam in majore quatuordecim annorum, minore tamen vigintiquinque, patre orbato; & benè facit, quia si res ematur per curatorem de pecunia minoris nomine curatoris, minor potest eam vendicare, ut *in L. si curator 3. C. arbitr. tutel. L. 49. tit. 5. eadem Partit.* & si minor non vult rem vendicare, sed eam evincere per hypothecariam, ut habeat suam pecuniam, posset, ut est de mente Gloss. *in dict. L. idemque*, cùm allegat *dict. L. si curator.* Præterea adultus habens curatorem similis est pupillo, ut *in L. si curatorem 3.* & Gloss. ibi, *C. de in integr. restit. minor.* undè fortè, quod habetur in hac lege procederet in minore vigintiquinque annorum patre carente, de cujus pecunia res ematur, saltem si talis minor habeat curatorem, & maximè si curator emat pro se de minoris pecunia.

(3) *Faziendole pleyto.* Adde *L. quamvis 8. C. de pignor.*

de los marauedis quel prestaua, que le fincasse obligada por ellos, fasta que los cobrasse; entonce mayor derecho auria el postrimero (4) en la cosa assi comprada, que el primero, a quien fuera fecho el pleyto de la obligacion general sobre todas las cosas del comprador. Otrosi dezimos, que si algund ome despendiesse marauedis en sotierramiento (5) de algund muerto, maguer este tal debdo fuesse postrimero, ante deue ser pagado, que otro debdo (6) que ouiesse fecho el muerto en su vida.

(4) *El postrimero.* Ut in *L. licèt* 7. *C. qui potior. in pign. hab.* de qua ista sumpta est: & limita, nisi sit mulier in dote, vel ejus augmento, prior in obligatione; nam tunc ipsa præfertur, ut *in authent. de æqualit. dotis*, §. *his consequens* 3. *collat.* 7. & dixi suprà *eod. L.* 28. & tenet Bart. *in L. interdum*, *ff. qui potior. in pign. hab.* Sed cùm ista lex non excipiat istum casum, prout excepit suprà *in L. proxim. in fin.* videtur ex hoc, quòd noluit dare privilegium mulieri: neque videtur eadem ratio sicut in aliis, de quibus *in dict. L. supra proxima*, quia *in L.* 27. quodammodò erat necessarium viro recipere dotem promissam; undè nil mirum, si quod ibi habetur, non procedat in dote: *in LL.* verò 28. & 29. erant hypothecæ tacitæ, & à lege inductæ; & ideò nil mirum, si in dote lex suum deneget auxilium. Item in dictis legibus res refecta, seu pro qua conservanda fuit impensum, erat jam sub hypotheca mulieris à principio; hìc verò non, sed supervenit, & tunc cum pacto hypothecæ ipsi credenti facto: in casu verò hujus legis fuit hypotheca conventionalis bonorum præsentium, & futurorum; undè in bonis postea quæsitis, emptis cum pecunia alicujus cum pacto hypothecæ, videtur justum, ut qui sic credidit, omnibus creditoribus anterioribus, & etiam mulieri, & fisco, in istis præferatur, per istam legem, & *L. licet* 7. *C. qui potior. in pign. hab.* & hujus sententiæ est Bald. novellus *in tractatu de dote*, *in principio decimæ partis*, *colum.* 2. & secundùm hoc fortè idem videtur dicendum in primo casu hujus legis orphanorum favore.

(5) *En sotierramiento.* Quid comprehendatur in expensa funeris, vide *L. funeris sumptus* 37. *ff. de relig. & sumpt. funer.* & *L.* 12. *tit.* 13. 1. *Partita*, quæ est lex notabilis, & *in L.* 30. *in Ordin. Taurinis*, & vide quæ dicam *in dict. L.* 12.

(6) *Que otro debdo.* Etsi sit sub pignore, vel hypotheca; dum tamen non sit hypotheca expressa, secundùm Azonem *C. qui potior. in pign. hab. in summa* sub dubio fortè, & Glos. etiam *in L. penult. ff. de relig. & sumpt. funer.* Et nota, quòd impensa funeris præfertur etiam doti uxoris, ut est de mente Bart. *in L.* 1. *col.* 6. *ff. solut. matrim.* super verbo *quarto oppono ad secundam partem*, & tenet Angel. Aretinus *in* §. *final. Instit. ad Leg. Falcidiam*, dicens, esse singulare, & menti tenendum, licèt secundùm eum de hoc Gloss. dubitaverit *in dict. L. penult.* sed ut patet ex illa Gloss. non de hoc dubitavit, neque loquuta est in hoc. Quòd autem ista impensa funeris præferatur etiam habentibus expressas hypothecas, probari videtur *in dict. L. penult.* cùm dicit, *omne creditum*, & sic nihil excludit, argumen. *capit. si Romanorum*, 19. *distinct.* & quia etiam in isto casu militat ratio Bartoli, de qua *in dicta L. prima*, quòd isto casu publica utilitas, quæ vertitur in impensa funeraria, præferatur cuicunque privatæ: pro hoc etiam facit ista lex, cum absolutè dicit de alio quocunque debito, & non excipit casum dotis, neque alium: & certè in impensa funeris necessaria satis mihi videtur, ut præferatur cuicunque credito, etiam sub expressa hypotheca.

LEY XXXI.

Como aquel que muestra carta de Escriuano publico, en que empeña alguna cosa, ha mayor derecho en ella, que otro que mostrasse otra escritura, o prueua de testigos.

Escriuiendo algun ome carta de su mano misma, en que dixesse, que conoscia que auia rescebido marauedis prestados (1) de otro alguno, e que obligaua alguna cosa por ellos; o faziendo tal pleyto como este ante dos testigos (2); aquel a quien fuesse obligada la cosa en alguna destas dos maneras, bien la podria demandar a aquel que gela ouiesse empeñada, o a otro qualquier (3) a quien la

LEX XXXI.

Probans per scripturam debitoris privatam, vel per duos testes pignoris obligationem, potest pignus à quocunque tenente avocare; nisi tenens probet per scripturam manu publici tabellionis confectam obligationem, licèt sit posterior: sed si primi scriptura privata tribus testibus est subscripta, præfertur secundo. Hoc dicit.

(1) *Prestados.* Gratia exempli ponitur; quia idem de alio credito, ut *in L. scripturas* 11. *C. qui potior. in pign. hab.*

(2) *Ante dos testigos.* Deponentes, coram eis factam fuisse scripturam privatam, & confessionem debitoris de contentis in ea, ut infrà *eadem L.* ibi: *Prueua de dos testigos.*

(3) *O a otro qualquier.* Sive sit hæres debitoris, sive alius possessor, seu creditor, qui non nitatur ex instrumento publico: procedit enim ista lex, sive agatur personali, sive hypothecaria contra debitorem, vel ejus hæredem, vel hypothecaria contra alium creditorem non nitentem ex instrumento publico, ut hìc patet, & approbatur hìc intellectus Azon. *C. qui potior. in pign. hab. in summa*, *colum.* 2. & Acursii *in dicta L. scripturas*: & licèt talis secundus creditor fateatur, scripturam istam factam fuisse per debitorem; licèt neget contenta in ea, asserens debitorem non pignorasse, neque præjudicium causari posse ex tali confessione debitoris, nihilominùs vincet creditor primus, ex quo secundus non nititur ex instrumento publico: licèt contrarium in hoc tenuerit Jacob. Baldo, dicens se mirari de prædicto intellectu Azonis, quem sequuntur Cynus, & Albericus *in dict. L. scripturas*, dicentes, non stare vim in eo, quòd secundus creditor, qui possidet, prætendat publicum instrumentum, vel non; quia semper licet ei, negare debitorem pignorasse, & dicere, dictam scripturam contra eum non probare, dummodò talis scriptura non habeat trium testium subscriptionem, & ita intelligebat *dictam* L. *scripturas*: sed iste intellectus non applaudit litteræ illius legis, neque huic nostræ; imò apertè confunditur per eas, cùm faciant vim in publico instrumento: & ratio diversitatis est, prout colligitur ex dictis Azon. quia licèt contra debitorem, qui tenetur stare suæ confessioni, vel ejus hæredem, præjudicet talis scriptura privata, quando contra eum agatur; non tamen præjudicare potest creditori, licèt posteriori, habenti publicum instrumentum super pignore: quia pleniorem probationem ostendit de jure suo, quàm primus: & licèt, ut dixi, iste intellectus Azonis, & Acursii approbetur in ista lege; tamen resultat quid absurdum, quia ex quo talis scriptura privata probaret tam contra alios, quàm contra debitorem confitentem, de facili debitor posset præponere posteriorem creditorem priori, & quòd tale instrumentum privatum præjudicaret alii, quàm confitenti, & ejus hæredi: & istud erat, quod movit Jacob. Baldo, Cynum, & Albericum contra intellectum Azon. & Gloss. sed potest responderi, quòd ex quo secundus creditor, vel alius, qui possidet, de suo jure non ostendit per probationem ampliorem, quàm primus creditor; cùm utrique nitantur ex confessione debitoris, non est de quo conqueratur: & contra istam fraudem, quæ poterat fieri, poterat sibi cavere per instrumentum publicum; & si non fecit, sibi imputet: undè crederem, quòd si secundus creditor ultra probationem

la fallasse. Fueras ende, si este que la tenia, dixesse que le era obligada por carta, que fuesse fecha de mano de Escriuano publico (4). Ca entonce este postrimero, si tal carta mostrasse, auria mayor derecho en la cosa empeñada, que el otro primero, que ouiesse carta escrita de mano de su debdor, o prueua de dos testigos, assi como sobredicho es (5). Pero si tal carta de la debda del empeñamiento fuesse fecha por mano del debdor (6), e firmada con tres testigos, que escriuiessen sus nomes en ella con sus manos mismas (7); entonce (8) mayor derecho auria en la cosa empeñada el primero, que el segundo que mostrasse la carta publica.

Ley 45. tit. 25. lib. 4. Ley 3. tit. 2. lib. 5. Recop.

Ley 48. tit. 25. lib. 4. Recop.

LEY XXXII.

Quien ha mayor derecho en la cosa que es empeñada a dos omes.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

PVesta seyendo condicion sobre la cosa empeñada, si ante que se compliesse, la empeñasse otra vez a otro, el que la ouiesse obligada al primero; si despues desto se cumpliesse la condicion, mayor derecho ha en la cosa el primero a quien fue obligada, que el segundo que la tomo a peños, pues que la condicion es cumplida (1). Otrosi dezimos, que si vna cosa fuesse empeñada a dos omes, de otros dos apartadamente, e ninguno dellos non fuesse señor della; si acaesciesse que aquel a quien fue empeñada a postremas, fuesse tenedor (2) de la cosa, entonce mayor derecho auria en la cosa, que el primero. Mas si por auentura la cosa agena ouiesse empeñado tal ome, que non lo pudiesse fazer, e despues desto la

nem suæ hypothecæ, quam ostendit per scripturam privatam debitoris confitentis; ostenderet per testes de jure suo, qui interfuerunt ipsi hypothecæ, quando facta fuit eam fieri viderunt; quod tunc limitaretur, quod hìc, & *in dict. L. scripturas*, habetur, ex quo plenior est probatio ex parte ejus, quam ex parte primi creditoris, qui tantùm ostendit confessionem debitoris; quæ est elegans limitatio ad istam legem, & est de mente Azonis, Bart. & Doctorum *in dict. L. scripturas*; & sic, quod isto casu procedat opinio Jacob. Baldo, Cyni, & Alberici *in dict. L. scripturas*.

(4) *De Escriuano publico.* Idem dic, si ostenderet cautionem privatam trino teste notatam, quæ æquivalet publico instrumento, ut hic in fine, & *in dicta L. scripturas*, & ibi vult Salycetus, & benè.

(5) *Como sobredicho es.* Scilicèt deponentes tantùm de confessione debitoris, ut dixi suprà in gloss. 2. si enim testes deponerent de ipsa veritate rei, de debito scilicèt & hypotheca pro eo facta, sufficerent duo testes, de veritate rei deponentes, *L. ubi numerus* 12. *ff. de testibus*, & præferretur primus creditor secundo etiam publicum instrumentum habenti, ut volunt Bartol. Angel. & alii *in dict. L. scripturas*, per *L. in exercendis* 15. *C. de fide instrument.* & hoc satis voluit ista lex in hoc verbo, cum dicit: *O prueua de dos testigos, como sobredicho es.*

(6) *Por mano del debdor.* Vel manu alterius, si sit à debitore subscripta, ut *in dict. L. scripturas*: qui enim se subscribit, perindè est, ac si totum instrumentum scripsisset, *L. cum antiquitas* 28. §. *fin. C. de testam.* & notat Bald. *in authent. contra qui propriam, C. de non numerata pecunia.* Imò & paria sunt se subscribere quem, vel alium vice ejus, *L. vice donatricis* 20. *C. de donation.* & ibi notat Baldus: quod planè procedit in eo, qui non scit, vel non potest scribere, ut sufficiat, quòd subscribat per alium, prout & vult lex *de Alcala* circa subscriptionem in publicis instrumentis.

(7) *Con sus manos mismas.* Hìc non sufficeret subscribere per alium, ex quo lex ista exigit, ut ipsi testes propriis manibus se subscribant.

(8) *Entonce.* Hoc est ex eo, quia talis scriptura trino teste subscripta habet vim publici instrumenti: & dicit Salycet. *in dict. L. scripturas*, quòd isto modo scripturarum utuntur Veneti, & ita servant, ac si sint publica instrumenta.

LEX XXXII.

Si uni priùs sub conditione, & alii, ea pendente, rem debitor pignoravit; adveniente conditione, præfertur creditor prior. Item si uni unus, alii alius eandem rem pignoravit; si unus eorum erat dominus, alter verò non habebat potestatem rem obligandi, præfertur is, cui dominus obligat, licèt sit posterior. Si verò neuter erat dominus præfertur ultimus, qui rem possidet. Hoc dicit.

(1) *La condicion es cumplida.* Intellige de conditione casuali, vel mixta; non de potestativa, ut *in L. qui balneum* 9. §. *amplius* 1. & *L. potior* 11. §. *videamus* 1. & *L. creditor* 12. §. *si primus* 2. *ff. qui potior. in pign. hab.* & *L. penult. ff. quæ res pign. oblig. poss.* & quod habetur supra *eod. L.* 27. *in fine.* Et ex ista lege, & similibus habes, quòd conditio casualis, vel mixta trahatur retro, adde *L. si filiusfamilias* 78. *in princip. ff. de verb. oblig.* quæ conclusio non procedit in legatis, per textum *in L.* 1. §. 1. *ff. ad Syllanian.* & est bonus textus, qui & loquitur de fructibus perceptis pendente conditione, *in L. penult. ff. de option. legat.* & notat Gloss. & Doct. communiter *in dict. L. si filiusfamilias*, *in principio*, ubi Doctores laborant in ratione diversitatis inter contractus, & legata: & istam conclusionem tenuit ubiquè Bart. *in repet. L. si is qui pro emptore, ff. de usucap.* & *in L. & per jusjurandum*, §. *qui ita*, *ff. de acceptilat.* & *in L. si quis uxori*, §. *si statuliberum*, *ff. de furtis.* Huic tamen conclusioni fortiter obstat *dicta L. potior, in princ. versic. sed & si hæres*, cui respondet Angel. *in dict. L. qui balneum*, *in principio*, quòd imò dicta lex loquitur in contractibus, cùm pignus ibi datum fuit per contractum ab hærede, & quòd sic non obstet; licèt contra istam responsionem insurgit ibidem Angel. per textum *in L. si hæres testamento*, *ff. de action. empti*, quòd quando contractus ordinetur ad ultimam voluntatem exequendam, inspicere debemus causam originalem, scilicèt ultimam voluntatem. Potest responderi, quòd illud procedit, quando id quod fit in implementum, fit ex necessitate ad complendam ultimam voluntatem defuncti, prout fuit *in dict. L. si hæres*; secùs, quando id, quod fit ab hærede, caret tali necessitate: nam tunc est quid abstractum ab ultima voluntate, & sic, ut contractus debet judicari: & hoc nota, quia Jaso *in dict. L. si filiusfamilias* posuit dictam solutionem ad *dictam L. si hæres*, tacito Angelo, & non respondit objectioni Angeli. Vel dic, quòd in legatis conditio non trahitur retrò quoad dominium; secùs quoad obligationem personalem, & hypothecariam, ut *in dict.* §. *sed & si hæres*, secundùm Imolam, & Ludov. Roman. *in dict. L. si is qui pro emptore*, tradit Socin. *consil.* 269. 2. *volum.* Neque procedit etiam dicta conclusio, quando tempore existentis conditionis reperitur extremum inhabile ex parte rei, vel personæ, ut *in L. quotiens* 14. *ff. de novation.* & ibi Bartol. *in fine*; neque si actus medius impediat retrotrahi: quia actus medius obviat conjunctioni extremorum, gloss. notabilis, & ibi Bart. *in L. si indebitum*, §. 1. *ff. rem ratam hab.* Bald. *in L. finali, C. ad Macedon.* bonus text. *in cap. si pro te* 13. *de rescript. lib.* 6. & tradit Jaso *in L. eum, qui ita* §. *si hominem*, *in* 5. *notabili*, *ff. de verb. oblig.* aliquas etiam alias limitationes vide per Modernos *in dict. L. si filiusfamilias*, *in principio*, & vide in ista materia Bartol. *in dict. L. si is qui pro emptore*, *col.* 16.

(2) *Tenedor.* Concordat cum *L. si non dominus* 14. & vide ibi per Gloss. *ff. qui potior. in pign. hab.*

la empeñasse a otro el señor della, entonce mayor derecho auria en la cosa, el que la rescibiesse a peños de aquel cuya fuesse (3), que el otro; quando quier que la rescibiesse, primeramente, o a postremas.

LEY XXXIII.

De la mayoria que ha el Rey en los bienes de su debdor, e la muger por la dote en los bienes de su marido.

TAl priuillejo ha el debdo de la Camara del Rey (1), e otrosi lo que deue el marido a la muger por dote, maguer estos debdores (2) sean postrimeros; primeramente deuen ser entregados, la Camara del Rey, en los bienes de su debdor, que otro ninguno, a quien deuiessen algo. Otrosi la muger en bienes de su marido; fueras ende en vn caso: si el debdo primero es sobre peño que ouiesse empeñado a alguno señaladamente, o si ouiesse obligado por palabras (3) todos sus bienes. Ca entonce (4) tal debdo como este, que fuesse primero, ante deue ser pagado, que el otro de la Camara del Rey, nin el dote de la muger. Pero si vn ome ouiesse auido dos mugeres, e fuessen amas muertas, entonce, la dote (5) que deuiesse a dar a la primera muger, deue ser pagada primeramente a sus fijos (6), que la deuen auer, e despues a la segunda muger: porque estos debdos son de vna natura. Mas si en los bienes del marido fuessen falladas algunas cosas, que fuessen primeramente (7) de la segunda muger, estas atales en saluo deuen fincar a ella, e a sus herederos. Otrosi dezimos, que casando alguna muger con su marido, e prometiendol ella, o otro por ella, de dar alguna cosa cierta en dote; si el marido por razon de aquella dote que esperaua auer, le obligasse señaladamente sus bienes, e despues desso los empeñasse a otra parte, en ante que la muger ouiesse pagado a su marido lo quel auia prometido por dote, o

(3) *Cuya fuesse.* Adde *L. si ea res* 31. *ff. de act. empt.* & Gloss. *in L. sive autem*, §. *si duobus*, in verbo *petenti ad finem*, *ff. de Publiciana.*

LEX XXXIII.

Debitum, & tributum Regis, & dotis, debet priùs solvi, licèt sit posterius, nisi antiquior creditor habeat expressam hypothecam specialem, vel generalem: nisi sint duæ dotes: tunc enim præfertur prima, nisi in bonis reperiantur bona secundæ dotis. Et si maritus obligat bona pro dotis restitutione, & antequàm ei dos solvatur, alii ea pignoret; recepta dotis quantitate postea, præfertur dos, quamvis posteriùs soluta. Hoc dicit.

(1) *Camara del Rey.* Nota, Cameram Regiam idem esse, quod fiscum: vide Angel. *in L. si pignus*, *ff. qui potior. in pign. hab.*

(2) *Estos debdores.* Mulier, & fiscus æquiparantur in hypotheca, ut hìc, & suprà *eodem L.* 29. *ad finem*, & etiam inter se pari passu ambulant, ut *in L.* 2. *C. de privil. fisci*, & *in L. dotis* 9. *C. de jur. dotium*: sumitur enim inter fiscum, & mulierem prælatio ex tempore, ut ibi, & si eadem die facta fuit utriusque obligatio, & non apparet, quæ prior, & quæ posterior, causa dotis præfertur, *L. in ambiguis* 85. *ff. de regul. jur.* Bald. *in dicta L. dotis*: vide tamen de hoc dicto Baldi, & de aliis notanter per Baldum novel. *in tractat. de dote*, *part.* 9. *in primo privilegio.*

(3) *Obligado por palabras.* Et sic habentibus tacitas hypothecas, etiam anteriores, præfertur mulier, & fiscus; quod nota in fisco, nam de jure communi secùs videbatur, ut notat Joannes de Platea *in L. una*, *C. pœnis fiscal. creditor. præfer. lib.* 10. movetur per *L. primam*, *C. rem alien. gerent.* quæ tamen non plenè hoc probat: imò & de jure communi glossæ in hoc erant contrariæ: nam Gloss. *in L. final. in gloss. magna*, *C. qui potior. in pign. hab.* tenuit, quòd fiscus non præferatur habenti tacitam anteriorem; *in L.* verò *si pignus*, *ff. eodem* tenet contrarium, & *in L. eos*, *C. eodem*, & hæc ultima fuit opinio Azon. quæ approbatur hìc, et tene menti, quia communis opinio erat in contrarium, ut notat Bartolus *in L. si is qui*, *ff. de jure fisci*: quid autem in bonis postea quæsitis, vide *dictam L. si is*, & ibi per Bartol. Et nota, quòd in casu, in quo alius creditor in hypotheca est privilegiosior fisco, potest fiscus vendere hypothecam, & satisfacere primis, & residuum sibi retinere: vide per Joannem de Platea *in dict. L. una.*

(4) *Entonce.* Approbatur hìc opinio Bulg. de qua per Gloss. *in L. assiduis*, *C. qui potior. in pign. hab.* & ista fuit semper communis opinio, & sic dicit eam vulgarem Azo *C. eod. in summa ad fin.* 2. *colum.* veluti consuetudine approbatam; & sic nota, quòd majoris effectus est hypotheca expressa, quàm tacita: vide quod notat Bartol. *in L. si quis sub conditione*, *col.* 5. *ff. de testam. tutel.* versic. *quid si in tutela.* Limita tamen, quod in ista lege habetur, in casu *L. in rebus* 30. *in princip.* & ibi gloss. in verbo *anteriores*, *C. de jure dotium.* Item limita in bonis postea quæsitis: quia & mulier in dote præferetur in taliter quæsitis, cùm & fiscus habeat hoc privilegium, ut *in dict. L. si is qui*: ita tenet Cyn. Bald. & Salycetus *in dict. L. assiduis*, Bald. novel. *in tractat. de dote*, *in* 10. *part. in princip. & colum.* 2. & satis probatur in ista lege volente, idem per omnia esse in muliere, quod in fisco, circa hypothecam; & istud videtur tenendum, licèt Gloss. dubitaverit *in dict. L. assiduis*, & licèt Bartol. voluerit contrarium *in dict. L. si is qui*, quod & sublimitat, & benè, dictus Bald. novellus, nisi in re postea empta, & specialiter obligata pro pretio venditori, ut dixi suprà *eodem in L.* 30. *in gloss.* 4. & alia circa istam materiam vide latè *in dict. L. assiduis*, per Gloss. & Doctor. ubi & vide, an istud privilegium detur in dote confessata; de qua quæstione etiam plenè videre poteris per Baldum Novel. *in dict. suo tractat. de dote*, *fol.* 48. *column.* 4. *cum folio sequent.* & vide *L. in contractibus* 14. §. *sed quoniam*, & ibi Paul. de Castr. *C. de non numerata pecunia*, & quæ dicit Andr. de Iser. *de statutis. & consuet. contra libert. Eccles.* in parte *diffidamus*, & Decius *consil.* 96. *in fine*, & per Bald. *in L. pecuniæ*, *C. de solut.*

(5) *La dote.* Sumpta est ex *authent. ut exact. dotis instante*, §. 1. *collat.* 7. & *in authent. si quid tamen*, *C. qui potior. in pign. hab.*

(6) *A sus fijos.* Quid de extraneis hæredibus? Vide Gloss. *in dict. L. assiduis*, quæ dicit, quòd istis non datur hoc privilegium, ut *in L. etiam* 18. *ff. soluto matrimonio*; vide ibi per Doctores, & per Baldum *in L.* 1. *colum.* 2. *C. de privileg. dotis.* Hypotheca tamen non privilegiata benè transit in quemcunque hæredem, ut notat Bart. *in L.* 1. *column.* 1. *ff. soluto matrimonio*: & quid si mulier cedat actionem de dote? Vide per Bald. *in dict. L.* 1. *column.* 4. *C. de privil. dotis*: an autem transeant privilegia in creditores mulieris, vide text. & ibi Bart. *in authent. ut exact. dotis instant. collat.* 7. & adde latè in materia Bald. novel. *in tractat. de dote*, *charta* 66. *cum sequenti.*

(7) *Que fuessen primeramente.* Ergò etiam procedet hæc lex, etsi res datæ fuerunt æstimatæ ea æstimatione quæ faceret emptionem, quod & voluit Gloss. & tenent Cynus, & Salycet. *in dict. authent. si quid*: quod intellige, secundùm eos, quando bona mariti non essent solvendo utramque dotem; nam tunc in rebus æstimatis præfertur secunda dos, ac si res non fuissent datæ æstimatæ.

o otri; pagando ella despues la dote, o otri por su nome, entonce mayor derecho (8) auria ella en los bienes del marido, que otro ninguno, a quien los ouiesse obligado.

LEY XXXIIII.

Por que razones, el que toma la cosa a postremas a peños, ha mayor derecho en ella, que el primero.

A Dos omes podria ser empeñada vna cosa, al vno primeramente, e al otro despues. E si acaesciesse, que despues desso el señor de la cosa la empeñasse avn a otro tercero; en tal manera podria ser fecha la obligacion, que este tercero auria el derecho en la cosa empeñada, que auia el primero. E esto seria, si en la obligacion fuessen guardadas estas tres cosas (1). La primera es, que este tercero rescibiesse la cosa a peños, con entencion que los dineros que diesse sobre ella, fuessen dados a aquel a quien fue obligada primeramente. La segunda, que fiziesse tal pleyto con aquel que gela empeño, que el derecho que el otro auia sobre la cosa empeñada, quel ouiesse el. La tercera, que los dineros le fuessen dados assi en todas guisas al primero. Mas si el segundo a quien fuesse otrosi empeñada la cosa, pagasse los dineros al tercero, maguer non fiziesse otro pleyto (2) ninguno con el, entonce el derecho que auia el tercero en la cosa, tornaria al segundo. Otrosi dezimos, que si otro estraño, a quien non fuesse obligado el peño sobredicho, nin ouiesse derecho ninguno en el, lo quitasse del primero a quien fuera empeñado, sobre tal pleyto (3), que le otorgasse el otro el derecho que auia sobre el peño; entonce tambien le fincaria obligada la cosa, como si gela ouiesse empeñado primeramente el señor della.

LEY XXXV.

Que la cosa que vn ome tiene a peños, e la empeña el a otro, como la deue cobrar su dueño.

SEr podria, que la cosa que vn ome ouiesse rescebida en peños, que la empeñaria el mismo despues a otro. E maguer aya poder (1) de la empeñar, si acaes-

(8) *Mayor derecho.* Vide quæ dixi suprà *eodem in L.* 27. *in gloss. fin.*

LEX XXXIIII.

Tribus creditoribus diversi temporis erit tertius secundo potior; scilicèt, si tertius in hoc mutuet, ut pecunia priori creditori solvatur, & convenerit cum debitore, ut loco primi in pignore succedat, & sic pecunia ad primum pervenerit; si verò secundus creditor sine conventione etiam primo debitum solvat, jus ejus quæritur secundo. Item extranco solvente debitum priori creditori sub pacto, ut cedat ei jus pignoris, quod ipse habet, quæritur ei jus. Hoc dicit.

(1) *Tres cosas.* Ortum habet à dictis Azon. *C. de his qui in prior. credit. loc. succed. in summa*, & à Gloss. *in L.* 1. *eodem titulo*, & *in L. Aristo*, *ff. quæ res pign. oblig. pos.* ubi Gloss. addit quartum requisitum, scilicèt, quòd tertius creditor conveniat, quod pignus sit ei obligatum; quod & similiter voluit hæc lex, cum superiùs dixit: *La empeñasse assi a otro tercero*, & ibi: *Recibiesse la cosa a peños.* Gloss. tamen *in dict. L. prima* voluit sufficere tria, & etiam Azo ubi suprà, & quòd istud quartum includatur sub secundo hìc posito; quod & videtur verum, cùm ex hoc videatur convenire de hypotheca.

(2) *Otro pleyto.* Adde *L.* 1. *C. qui potior. in pign. hab.* & *L. final. C. de his qui in priorum credit. locum succed.* & *L. potior* 11. §. *final. ff. qui potior. in pign. hab.* & *L.* 1. *C. si antiq. credit. pign. vend.* & istud jus offerendi competit secundo, vel tertio creditori, contra primum; & etiam contra uxorem, soluto matrimonio, offerendo ei dotem, ut *in L. cum tibi* 10. *C. qui potior. in pign. hab.* & tenent Bald. Angel. Joan. de Imol. Paulus de Castr. & Alexand. *in L. si constante, in princip. ff. solut. matrim.* si tamen constante matrimonio, propter vergentiam viri ad inopiam, uxor ageret ad dotem juxta *L. ubi adhuc* 29. *C. de jure dot.* tunc creditoribus non competit istud jus offerendi, secundùm Joan. Andr. *in addit. ad Spec. tit. de donat. inter virum, & uxor.* §. *fin.* vers. *sed cum mulier*, Bald. *in dict. L. ubi adhuc, in princ.* 2. *col.* & tradit latè Socin. multa allegans, & ita concludens *consil.* 111. *vol.* 3. incip. *visa consignatione dotis*: quod tamen videtur limitandum, ut dixi suprà *eod. L.* 18. post Bald. novel. *in tract. de dote, charta* 39. *col.* 1. in vers. 47. *privilegium*: & quanto tempore præscribatur huic juri offerendi, vide *L. cum notissimi* 7. §. *eodem jure* 3. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* & intellige, & limita, ut per Bald. *in L. pignori, ff. de usucap.* & tradit Decius *consil.* 164. *in fin.* & vide quod notat Bald. per illum text. *in* §. *licet, in princ. si de feud. fuer. controv. inter domin. & agnat.*

(3) *Sobre tal pleyto.* Adde *L. si cum pecuniam* 3. *C. de privil. fisci*, & *L.* 1. *C. de his qui in prior. credit. loc. succed.*

LEX XXXV.

Si creditori, qui pignus pignori dedit, debitor satisfaciat, restituetur ei à creditore creditoris: tenetur tamen primus creditor aliud pignus secundo creditori dare, vel debitum ei solvere. Hoc dicit.

(1) *Aya poder.* Adde *L.* 1. *C. si pignus pign. dat. sit*, & *L. grege* 13. §. *cum pignori* 2. *ff. de pignor.* & vide Spec. *tit. de pignor.* §. 1. versic. *sed cum pignus*, dicentem, quòd non poterit pignorari ultra tertiam vicem, ut infinitas evitetur; cum quo dicto transit ibi Joan. Andr. *in addition.* nihil addendo, & sequitur Abb. *in cap. cum contra, col.* 2. *de pignor.* & certè videtur dictum satis æquum, ne pignus ambulet per quàm plures manus, & sic non ita de facili recuperari possit. Bald. tamen *in dict. L.* 1. tenet, quòd imò & milies poterit pignorari; & fortè procederet, quando esset facilis recuperatio, ut si in eadem civitate pignoraretur: & vide etiam per Spec. & Abb. ubi suprà, an liberetur primus à petitione pignoris soluto debito, si cedat actionem contra secundum, vel tertium, qui dedit pignori; & tenet quòd sic: & an creditor possit vendere pignus, quando possit sibi solvere, dando pignus pignori? Bald. post Pet. & Cynum tenet, quòd sic, *in L. si cessante, C. de distract. pignor.* & notat Alberic. *in L. quandiu, eod. tit.* & vasallus poterit alteri infeudare sub pacto incrementi, sicut ipse habebat, vide *in cap.* 1. §. *fin.* & ibi Bald. *si de invest. feudi controv. fuer.* ubi & vide per eum, *col.* 2. quid remaneat vasallo, taliter concedenti: adde etiam *cap.* 1. *vers. sed etiam eos, per quos fiat invest.* & *cap.* 1. *qualiter feud. alien. po.* & utrobique Bald. & *cap.* 1. §. *beneficium, si de feud def. content. sit inter domin. & agnat.* & in §. *similiter, de Lege Corrad.* & gloss. not. *in cap.* 1. *de alien. feud. paterni*: & limita ut per Bald. *in cap.* 1. *de capit. Corrad.* & quid si ultimus alienet, ad quem revertatur feudum,

acaesciere que le paguen a el (2) aquello que auia sobre la cosa, el otro, a quien la empeño, non ha derecho ninguno sobre el peño. Ante dezimos, que lo deue dar a aquel cuyo es. Pero este a quien fue empeñada la cosa despues, puede demandar a aquel que gela empeño, que de otro tan buen peño (3) atal, o que pague aquello que auia prestado sobre el.

LEY XXXVI.

Si la cosa empeñada se pierde, o se empeora, como se deue descontar de la debda el daño que y aueniere.

EMpeorandose (1) la cosa empeñada por culpa (2), o por negligencia de aquel que la tiene a peños, si tanto fuere el empeoramiento, quanto es el debdo que auia sobre ella, pierde porende el derecho que auia en el peño; e si fuere menos, deue ser descontado del debdo, quanto fuer el empeoramiento. E si la peoria fuer mayor que el debdo, deue perder aquello que auia sobre la cosa empeñada. E pechar sobre esto al señor de la cosa, el daño que y acaesciere por razon del empeoramiento. E aun dezimos, que si la cosa empeñada fuer sierua, e vsare mal della aquel que la rescibe a peños, faziendole ganar algo por su cuerpo, metiendola en la puteria; que deue perder otrosi el derecho que auia en tal peño (3). Esso mismo seria, si la apremiasse, faziendole el fazer alguna cosa otra desaguisada (4) contra voluntad del señor della.

LEY XXXVII.

Como non deue ninguno franquear su sieruo, mientra que estouiere en peños,

(3) *Empeñada.* Id est jure creditoris. Quid si simpliciter vendat? Doctor. secundùm Alber. & Salic. *in dict. L.* 1. dicunt, quòd videtur vendere ut suam, ut *in L.* 1. §. 1. *ff. si ager vectig. vel emphyt. petat.* sed limita, ut dicit ibi singulariter Bald. nisi venditio fiat inter scientes pignus, ut *in L. qui tabernas* 32. *ff. de contrah. emp.*

(4) *Non seria tenudo.* Tenebitur tamen cedere emptori contrariam pignoratitiam actionem, ut *in L. in creditore* 38. *ff. de eviction.* & notat gloss. tertia *in dict. L.* 1. non enim ex venditione transeunt jura personalia in emptorem, nisi cedantur, ut *in dict. L. in creditore,* & *L. si res quam* 59. *ff. eod.* & ideò cautela est, secundùm Angelum *in dict. L.* 1. quòd Notarii apponant in instrumentis venditionum illa verba, *cedens, & concedens eidem emptori omnia jura, tàm personalia, quàm realia, & mixta, quæ creditori competere possunt.*

(5) *Que empeño.* Habes hìc expressum, quòd debitor de evictione tenetur, si pignus venditum à creditore evincatur: adde *L. rescriptum* 12. §. 1. *ff. de distract. pignor.* & *L. si plus* 74. §. 1. *ff. de eviction.* & *C. eod. L. si ob causam* 13. & hoc est planum, quando creditor habuit jus vendendi, vel justè putavit habere, ut hìc, & dixi in gloss. 1. Sed quid si non habuit, neque justè credidit, se habere tale jus? an tunc emptor agere possit contra debitorem, qui sua pecunia fuit liberatus? Salic. *in dict. L.* 1. dicit, quòd licèt isto casu creditor teneatur de evictione, licèt vendiderit jure creditoris, ut patet ex dictis suprà in gloss. 1. tamen adhuc poterit agere emptor contra debitorem utili ex empto, non ad interesse, sed ad pretium, ut dicit Gloss. *in dict. L. rescriptum,* §. 1. & hoc ex ratione illius legis, ne debitor locupletetur cum aliena jactura: & hoc quando creditor, qui vendidit, non esset solvendo, & benè facit *L.* 1. *versic. plane, ff. de eo per quem factum est*: compelleretur etiam creditor cedere actionem pignoratitiam, ut *in dict. L. in creditore* 38. *ff. de evictio.*

(6) *Se obligasse.* Simpliciter vendens nunquàm intelligitur se ad hoc obligare; imò tacitè videtur agi, ne de evictione teneatur, ut notat Gloss. *in dict. L. rescriptum,* §. 1. & intellige, concurrentibus illis quatuor, de quibus in gloss. 1. & adde ad istam legem *L.* 1. *C. creditor. evict. pign. non deb.* & *L. si fundum* 27. *C. de eviction.* Et quid si creditor vendens promisit duplum nomine evictionis? an evicta re ipse agere possit contraria pignoratitia ad istam duplam contra debitorem? Vide *L. si pignore* 22. §. *fin. ff. de pign. act.* ubi habetur, quòd poterit, si erat consuetudo promittendi istam duplam, vel fecit, ut majori pretio venderet: vide ibi. Nota etiam, quòd quando creditor de evictione promisit, debet ei caveri de indemnitate per debitorem, ut *in L. si necessarias* 8. §. 1. *ff. de pign. actio.*

(7) *Que era agena.* Concordat cum *L.* 2. *C. creditor. eviction. pignor. non deb.*

(8) *La vendio.* Sufficeret scientia tempore, quo vendidit; licèt quando pignorata sibi fuit, non sciret, ut habetur *in dicta L.* 2.

(9) *Como suya.* Adde *L. non dubitatur* 6. *C. de eviction.*

TITULUS XIIII. DE SOLUTIONIBUS.

LEX I.

Solutio est illud, quod datur ei, cui aliquid debetur: quitatio autem dicitur, quando habens potestatem liberandi promittit debitum nunquàm petere. Hoc dicit.

(1) *De nunca demandar.* Hoc est pactum de non petendo, quod etiam de jure antiquo tollit ipso jure naturalem obligationem, & elidit civilem, Gloss. & Doctor. *in L. si unus,* §. *pactus ne peteret, ff. de pactis.*

(2) *Le quitan el debdo.* Sive per acceptilationem, sive per aliam formam liberationis; nam & liberatio habetur pro solutione, etiam quoad conditionem implendam, ut *in L. si fundum* 81. §. *Titio fundum* 5. *ff. de legat.* 1.

(3) *E sus fiadores.* Tollitur enim omnis obligatio, tàm principalis, quàm accessoria, ut *in princ. instit. quibus mod.*

e los peños, e sus herederos, de la obligacion en que eran obligados, por que lo deuian dar, o fazer.

LEY II.

Quantas maneras son de Pagas, e de Quitamientos.

DE pagas son tantas maneras, quantas son naturas de debdas, en que vn ome se puede obligar a otro. Ca, segund dizen los Sabios antiguos, pagando ome lo que deue, es libre (1) de la obligacion en que era, por lo que deuia dar, o fazer. E aun puede ome ser libre della por quitamiento (2), o por renouar pleyto (3) otra vez, o por dar de mano (4) quien cumpla el pleyto, o faga la paga; o por compensacion, que quier tanto dezir, como descontar vn debdo por otro; o por muerte de la cosa que deue ser dada; e en otras maneras muchas, que se muestran por las leyes deste Titulo.

LEY III.

Como deuen fazer la paga, o el quitamiento, e a quien, e de que cosas.

PAgamiento de las debdas deue ser fecho a aquellos que las han de recebir, e deuese fazer de tales cosas, como fueron puestas, e prometidas en el pleyto, quando lo fizieron, e non de otras (1), si non quisiere aquel a quien fazen la paga. Pero si acaesciesse, que el debdor non pudiesse pagar aquellas cosas que prometiera, bien puede darle entrega de otras (2) a bien vista del Judgador (3). Otrosi dezimos, que si el que ouiesse fecho pleyto de fazer alguna cosa, e non lo pudiesse fazer (4) en la

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

mod. toll. oblig. & *L. cum principalis* 178. *ff. de regul. juris*, & *in regul. accessorium* 42. *de regul. jur. lib.* 6. & quod notat Gloss. *in L. si patronus*, §. *patronum*, *ff. si quid in fraudem patron. L.* 38. *suprà tit.* 13. & *L.* 1. *ff. de solut.* & *L. Stichum* 95. §. *naturalis* 4. *eod. tit.*

LEX II.

Quot sunt modi debitorum, tot sunt modi solutionum: tollitur autem obligatio debiti solutione, acceptilatione, novatione, vel compensatione, & aliis modis de quibus infrà dicetur. Hoc dicit.

(1) *Es libre.* Dixi suprà *L. proxima*: si tamen res non efficiatur perfectè creditoris, debitor non liberatur, *L. si rem* 20. *ff. de solution.* & vide quod habetur *in L. qui sic* 55. ubi Bart. *ff. eodem*: & reconciliatur solutio usucapione, *L. is qui* 60. *ff. eod.* item & si fiat falso procuratori, reconciliatur ratihabitione, *L. cum decem* 71. §. 1. *eod. tit.* & si solvatur negotiorum gestori, vide *L. filiæ* 88. & ibi Bart. *ff. eodem*: & quid si quod debeo uni creditori solvam de mandato pœnali reipublicæ, vel alii de reipublicæ mandato? Vide Bart. *in L. creditor, cod. titul.* Neque interest utrùm post solutionem casu, vel aliàs res soluta pereat, *L. pro his* 4. & ibi Joan. de Plat. *C. de naufrag. lib.* 11. & quid si solutum possit repeti? Vide *L. si testamento* 49. *in principio ff. de fidejussor.* Aliquandò tamen ex solutione non tollitur totaliter obligatio, de quo vide per Bart. *in L. sed, & si possessori, ff. de jurejur.*

(2) *Della por quitamiento.* Adde §. *item per acceptilationem* 1. *instit. quib. mod. tollit. oblig.*

(3) *Renouar pleyto.* Adde §. *præterea* 3. *instit. quib. mod. toll. oblig.*

(4) *Dar de mano.* Id est, delegatione.

LEX III.

Debet fieri solutio habenti potestatem eàm recipiendi, & debet fieri de promissis, non autem de aliis invito creditore; si autem de illis non potest solvi, vel promissum fieri, arbitrio judicis solvetur aliud pro alio cum damno, & interesse creditoris: & non solùm debitor solvendo liberatur, sed & alius quicunque, etiam debitore ignorante, solvendo pro eo liberat eum, quamvis contradicat. Hoc dicit.

(1) *Non de otras.* Adde *L.* 2. §. 1. ubi per Gloss. Bart. & Doct. *ff. si certum petat.* & *L. eum à quo* 16. *C. de solut.* & *L.* 1. & ibi Joan. de Plat. *C. de fabricens. lib.* 11. idem dic in debitore, quia non potest cogi, ut solvat unum pro alio; nisi aliud esset de consuetudine, ut *in L. domini* 5. & ibi Joan. de Plat. *C. de agricol. & censit. lib.* 11.

(2) *Entrega de otras.* Hic est unus casus, in quo potest solvi aliud pro alio; alios enumerat Gloss. *in dict. L. eum, C. eod.* & Gloss. *in dict. L.* 2. §. 1. ubi Bart. *colum. fin. ff. si cert. pet.* qui in omnibus ejus dictis ibi approbatur per Doct. ibi, præter quàm in eo, quod in fine dicit: vide ibi per Alexand. & Jason. qui accumulat viginti fallentias ad dictam regulam. Et an pro pecunia in forma possit solvi massa argenti, vel auri? Vide per Joan. de Plat. *in L.* 5. *C. de suscept. & archar. lib.* 10. & *in L. unica, C. de collat. æris*, & *in L.* 1. *C. de argenti pretio quod thesauris infert. eodem lib.* & per Decium *in dict. L.* 2. §. 1. & resolutio videtur, quòd sic, quando ex hoc creditor nullum damnum pateretur: quod nota ad legem Regni circa retractum rei venditæ, quæ fuit progenitorum. Et nota benè, quòd etiam in casu, ubi potest unum solvi pro alio, veluti si hoc caveretur statuto, vel consuetudine, si tamen intervenit juramentum, servandum est in forma specifica, ut tradit latè Alex. *consil.* 37. *volum.* 2. *in* 2. *dubio.* Et potest tempus pro tempore solvi, quando non mutatur rei substantia, vel qualitas, secundùm Bald. *in L.* 2. *circa fin. C. locati.* Et facultas eligendi unum pro alio transit ad singularem successorem, *L. si quando* 109. §. *hæres*, ubi vide Bart. *ff. de legat.* 1. & ibi etiam vide per Bart. quando per litis contestationem perimatur facultas, quando unum erat in obligatione, aliud in solutione. Et quando unum solvitur pro alio, si illud evincatur, qua actione agatur, vide per Bart. distinguentem *in L. fin.* versic. *aliam, ff. de solut.* Et quanto tempore duret facultas solvendi unum pro alio, vide per Bart. *in L. si quis stipulatus, ff. eod.* & in casu hujus legis dic, quòd procedit etiam si fiat executio sententiæ contra debitorem contumacem, ut notat Joan. And. *in addition. ad Specul. tit. de execut. sententiæ*, §. *sequitur in* 1. *addition.* Bald. & Salic. *in L. ordo, C. de execut. rei judic.*

(3) *Del judgador.* Non ergò tenebitur debitor dare meliorem rem, quam habet, prout dicitur communiter in *authent. hoc nisi, C. de solut.* sed sufficit, quòd sit mediocris, & sufficiens arbitrio judicis, prout hìc habetur; quod tene menti: & videtur approbari hìc opinio, quam tenebat Cynus *in authent. hoc jus porrectum, C. de Sacros. Eccles.* qui intelligebat, quod habetur *in dicta authent. hoc nisi*, de re mediocri, vel dato, quòd procedat in meliori, intelligatur, dum tamen non generetur magnum præjudicium debitori, ut declarat etiam Salic. *in dict. authent. hoc jus porrectum, colum. fin.* qui & vult, quod hoc resideat in judicis arbitrio. Et nota, quòd huic remedio, de quo in ista lege, non posset renuntiari per debitorem; sicut neque posset renuntiare cessioni bonorum, ut tradit Alber. *in dicta authent. hoc nisi*, & *in rubric. C. qui bon. ceder. poss.* & Bart. *in corpore unde sumitur dicta authent. hoc nisi.*

(4) *Pudiesse fazer.* Innuit, quòd si posset facere, cogi-

la manera que auia prometido, que deue cumplir de otra guisa el pleyto, segun su aluedrio del Judgador del lugar. E deue pecharle el daño, e el menoscabo que le vino por razon que non fizo aquella cosa, assi como prometio. E non tan solamente es quito ome de lo que deue, faziendo paga dello por si mismo, mas faziendola avn otro qualquier por el en su nome. E maguer (5) aquel que deue aquel debdo, no supiesse que otro fazia la paga por el, con todo esso seria quito. E aunque lo supiesse, e lo contradixesse (6).

L E Y IIII.

De que manera deue ser fecha la paga al menor de veynte e cinco años, porque el que la faze sea seguro, que gela non demanden otra vez.

APercebido deue ser todo ome que ouiere de fazer la paga al menor de veynte e cinco años, para fazerla de manera (1) que la non aya de pagar otra vez. E para ser seguro desto, deue pagar lo que deue, a el, o a su guardador (2) con otorgamiento (3) o mandamiento (4) del Juez del lugar. Ca si de otra guisa lo fiziesse, e despues (5) jugasse los dineros quel fuessen pagados, o los malmetiesse, o los perdiesse en alguna manera (6), non seria quito (7) porende del debdo. Ante dezimos, que lo auia a pagar otra vez. Mas faziendo la paga con otorgamiento del Judgador, assi como sobredicho es, como quier que fiziesse despues su daño de los dineros el menor de xxv. años, non seria tenudo el otro de gelos pagar. Ante dezimos, que seria quito en todas guisas del debdo. E esso mismo dezimos que deue ser guardado, en la paga que ouiesse a fazer al loco, o al desmemoriado (8), o al desgastador de sus bienes a quien fuesse

gitur præcisè facere, & non liberaretur solvendo interesse, & idem videtur probari *in L.* 13. & *in L.* 35. *suprà titul.* 11. *eadem Partita*: & sic de jure isto Partitarum non procedet communis opinio Bart. & aliorum dicentium, quòd in obligationibus facti regulariter succedat obligatio ad interesse, licèt fallat in aliquibus casibus, ut tradit Bart. *in L. stipulationes non dividuntur*, *in principio*, *colum. penul. & fin. ff. de verb. obligat.* ubi & Jaso, 20. & 21. *colum.* & approbatur de isto jure Partitarum opinio Martini de Fano, Doctoris antiqui, concludentis, quòd quis posset compelli ad factum indistinctè, nisi quando jam non potest facere ille, qui tenebatur ad factum, vel quando actoris non interest, quòd fiat: quia istis casibus tenebitur ad interesse: & ita intelligit leges, quæ in contrarium allegantur, licèt Bart. ubi suprà, *fol. penul. colum.* 4. reprobet istam opinionem: tene ergò menti istam legem contra opinionem communem: & quod hìc, & *dictis leg.* 13. & 35. habetur, corroboratur, quia de æquitate Canonica obligatus ad factum, si adimplere potest, præcisè potest compelli ut faciat, per *cap. qualiter* 3. *de pactis*, tenet Abb. *in cap. per tuas de arbitr.* & *in cap. veniens, colnm. penult. & fin. de jurejur.* Jaso *in dict. L. stipulationes non dividuntur*, *in princip. colum. fin.*

(5) *Maguer.* Adde *L. solutione* 23. & *L. si pro me* 40. *ff. eod.* & *in L. solvere* 53. & *instit. quibus mod. tollit. oblig. in princ.*

(6) *Contradixesse.* Sed an tunc repetat solvens per actionem negotiorum gestorum, vide Bart. *in L. Stichum*, §. *fin. ff. de novat.* post Gloss. ibi.

L E X IIII.

Minori viginti quinque annis, aut fatuo, vel prodigo, cui est datus curator, debet solvi, cum auctoritate tamen judicis, aut ejus curatori; aliàs solvens solutum perderet, & teneretur debitor debitum iterùm solvere. Hoc dicit.

(1) *De manera.* Id est, ut consequatur plenissimam liberationem: adde *L. sancimus* 25. *C. de administr. tutor.* & *L. ait prætor* 7. §. 2. *vers. permittitur ff. de minor.*

(2) *Guardador.* Idem esset, si solveret curatori pupilli, ut *in L. vero procuratori* 12. *ff. eod. in* §. *penult.*

(3) *Con otorgamiento.* Ex hoc verbo patet, quòd sufficeret approbatio judicis: undè si facta solutione minori, nihilominùs agit contra debitorem; quia tamen debitor probavit, eum habere pecuniam salvam, fuit absolutus; licèt post sententiam pecuniam amittat, non poterit minor restitui: quod & tenuit Ubertus relatus ab Alberico *in L.* 1. *C. si advers. solut.* licèt ipse in contrarium arguat, quia ex amissione minor de novo lædetur.

(4) *Mandamiento.* Neque tenebitur appellare debitor contra hunc jussum, ut *in L. ait prætor* 7. §. 2. *vers. permittitur*, *ff. de minor.* quod intelligit Angel. *in L.* 2. *in fin. ff. de appel. recip.* quòd procedat, quando solvens erat talis, qui neque scit, neque scire debet ætatem minoris; tunc enim licitum est solventi parere jussui judicis citra appellationem, & credere eum majorem, ut judex innuit, absque alia investigatione: si verò sciret, vel scire deberet, juxta *L. octavi* 9. *ff. unde cognat.* & *L. de tutela* 7. *C. de in integr. restit. minor.* tunc contra jussum judicis, præcipientis solvi minori sine tutore, vel curatore, appellare deberet, & imputaretur ei, si non appellavit: ita intelligit *dictum versic. permittitur* Angel. ubi suprà, & certè videtur singularis intellectus ad illum text. & ad limitationem hujus legis Partitarum. Nota etiam, quòd ad hoc, ut solvens pupillo consequatur pleniorem, vel plenissimam liberationem, secundùm notata per Gloss. *in L.* 1. & 2. *C. si advers. solut.* requiritur, quòd interveniat scriptura, gloss. notab. *in L.* 1. *C. de solut. & liberat. debit. civit. lib.* 11. & tenet Guil. *in dict. vers. permittitur*, & Joan. de Imol. *in L. vero procuratori cum L. sequent. in* §. *fin. ff. de solut.* Adverte tamen, quia secundùm Alber. post Cyn. *in dict. versic. permittitur*, quoad debitorem solventem non est necessaria scriptura, ut *in dict. L.* 1. & *L. pactum* 17. *C. de pact.* & *ff. de pignor. L. contrahitur* 4. quoad tutorem tamen erit necessaria scriptura, & ita procedat *L. fin. C. de arbitr. tutel.* & *L. chirographis* 57. *ff. de admin. tutor.* Et an solvens falso procuratori coactus per judicem liberetur, vide Bald. notabiliter distinguentem *in L. falsus*, *col. pen. C. de furt.* & Joann. Andr. *in addit. ad Spec. tit. de oblig. & solut. colum.* 2. & Paul. de Castr. *in L. qui hominem*, §. *si nullo*, *ff. de solut.*

(5) *Despues.* Durante minori ætate intellige; nam secùs, si postea, licèt infra quadriennium, quod datur ad petendam restitutionem, secundùm Alber. *in L.* 1. *C. si adver. solut.*

(6) *Manera.* Intellige, quando fragilitate, vel culpa minoris perderetur; secùs si casu fortuito, nam tunc, quando solutum fuit minori cum auctoritate curatoris, non competeret restitutio, *L. verum* 11. §. *sciendum* 3. *ff. de minor.* & tenet Paul. de Castr. *in L.* 1. *C. si advers. solut.*

(7) *Quito.* Nam quando minori solvitur cum auctoritate tutoris, vel curatoris, vel ipsi tutori, competeret restitutio in integrum minori, si pecunia culpa perderetur, & in ejus utilitatem non cederet, nisi in casibus notatis per Gloss. *in dict. L. sancimus*; & non dicitur debitor securus, si peti potest in integrum restitutio, *L. nemo* 5. *ff. de in integr. restit.* gloss. magn. *in L. ait prætor*, §. *permittitur*, *ff. de minor.* Alexand. *in L.* 3. §. *Labeo in fin. ff. de acquir. posses.*

(8) *Desmemoriado.* Isti æquiparantur minoribus, & eorum gaudent beneficiis, ut hic, & *in L.* 60. *tit.* 18. 3. *Partit.* ubi dixi, & vide Gloss. *in L.* 2. *C. de curat. furios.*

se dado guardador (9).

LEY V.

Como es quito el ome de la debda, pagandola al señor que la deue auer, o a su mandado.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

DEbda (1) deuiendo vn ome a otro, e pagandola a otro tercero, por su mandado de aquel a quien la deuia, o sin su mandado, auiendolo el despues por firme; tambien es quito del debdo el que lo deuia, como si lo ouiesse pagado a el mismo. Esso mismo dezimos que seria, si pagasse el debdo al mayordomo (2), o al procurador que fuesse puesto señaladamente del señor del debdo, para recebirlo (3), e para recabdar, e procurar todos sus bienes. Otrosi dezimos, que si prestasse vn ome a otro dineros, e rescibiesse la promission del en esta guisa: Prometedesme, que me dedes estos marauedis que vos presto, a mi, o fulan, nombrandolo señaladamente; si los marauedis paga al otro (4) a quien señalo quel pagasse, tambien es quito del debdo, como si los pagasse a el mismo. Maguer, despues que la promission ouiesse assi recebida, defendiesse que gelos non pagasse. E este defendimiento dezimos que se deue entender en esta guisa; si fuesse fecho, ante que lo ouiesse, este que presto los marauedis, començado a demandar el debdo por juyzio (5). Mas si lo defendiesse despues que el ouiesse fecho la demanda dellos, e si contra tal defendimiento (6) los pagasse, non seria quito del debdo. Ante dezimos, que lo auria a pagar otra vez, a aquel que rescibio la promission. Pero en saluo finca su derecho al que lo pagasse assi dos vezes, de demandar el debdo a aquel a quien lo pago primeramente, como a ome que non ha ningun derecho en el, para retenerlo. Otrosi dezimos, que si este que era puesto en la obligacion sobredicha a postremas, para poder recebir la paga, cambiasse su estado (7) despues que la promission fuesse assi fecha; que non le deue pagar el debdo, el que fizo el prometimiento. E esto seria, como si era estonce libre, e se fiziesse despues sieruo (8) por

(9) *Guardador.* Non requirit hæc lex, quòd expressè sit interdicta prodigo bonorum administratio; sed tantùm, quòd datus sit sibi curator: quod nota ad ea quæ dixi *in L. 5. tit.* 11. *ead. Partita.*

LEX V.

Procuratori generali omnium bonorum, vel speciali, ut habenti plenam, & liberam potestatem petendi, & administrandi, vel alia, quæ dominus facere possit, faciendo, potest solvi: & si negotiorum gestori fiat, & dominus ratum habeat, contingit liberatio. Item si mihi, aut Titio promisisti solvere quod mihi debes, Titio adjecto solvendo, es liberatus; nisi postquàm contra te egi, & in judicio vetui tibi ne ei solveres; vel ipse mutavit statum, ut quia servus, vel religiosus factus est; aut exulavit; vel cùm sui juris esset, factus est sub alterius potestate: tunc enim teneris iterùm solvere, sed poteris ab eo repetere solutum. Idem si solvi creditori accusato de maleficio, sum liberatus; nisi sit tale maleficium, ex quo corpus perdere debet, & bona. Hoc dicit.

(1) *Debda.* Concordat cum principio hujus legis *L. solutam* 49. *in principio, ff. eod.* & *L. si cum dotem* 22. §. *transgrediamur* 12. *ff. solut. matrim.* & limita in casu *L. fugitivus* 19. *ff. eod.* & *L.* 1. *C. de thesaur. lib.* 10.

(2) *Mayordomo.* Et sic generale mandatum ad negotia importat, ut solutionem possit recipere à debitoribus: concordat cum *L. vero procuratori* 12. *ff. eodem.*

(3) *Recebirlo.* Oportet ergò, quòd constet de mandato; nam si non constaret, licèt dubitaretur de mandato, non posset ei solvi, Gloss. *in L. non solum,* §. *qui alieno, ff. de procurat.* ubi vide Bart. & Joann. de Imol. *in L. vero procuratori, ff. de solut.* de qua lex ista sumpta est. Et quid si solvi procuratori habenti mandatum ad recipiendum solutionem, tamen quando ei solvi, erat infirmus, & statim decessit, & pecunia perdita fuit? an sim liberatus? Joan. Andr. *in addit. ad Spec. tit. de oblig. & solut.* disputat ad utramque partem, & concludit quòd liberer: quid autem si solvam revocato jam procuratoris mandato, vide *L. cum quis* 38. §. 1. *ff. de solut.* & quod notat Bart. *in L. si procuratori falso, colum.* 2. *ff. de condict. ob caus.*

(4) *Paga al otro.* Adde *L. vero procuratori* 12. *in principio,* & *in* §. *alia causa* 3. *ff. eod.* & de isto adjuncto vide quæ dixi *in L.* 7. *tit.* 11. *ead. Partit. in gloss. magna.* Et adverte, quòd licèt solvi possit adjecto, & solutum non possit ab eo repeti; si tamen detur pignus adjecto pro securitate debiti, potest pignus repeti, text. notabilis *in L. si is qui* 11. *ff. de pignor.* & si servus est adjectus, non potest solvi ejus domino, *L. si stipulatus* 81. *ff. de solution.* & non potest adjectus alio modo liberare debitorem, nisi recipiendo solutionem, *L. quod stipulatus* 11. *ff. eod.* & an possit novare? Vide per Jason. *in L. eum qui,* §. *qui sibi aut filio, col.* 4. *ff. de verb. oblig.* & facultas solvendi adjecto non tollitur per constitutum, *L. si ita stipulatus* 59. *ff. eod.* & vide *L. sed & si* 7. §. *si mihi, ff. de constit. pecun.* & hæres adjecti non potest recipere solutionem, *L. si stipulatus* 81. *ff. de solut.* & *L. cum quis sibi, aut Titio* 55. *ff. de verb. oblig.* & vide ibi per Jason. an si aliud pro alio volente creditore solvatur adjecto, liberetur solvens: & non debet alibi solvi adjecto, quàm in loco destinato, *L. arbitraria* 2. §. *Idem Julianus* 7. *ff. de eo, quod certo loco.*

(5) *Por juyzio.* Adde *L. si quis stipulatus fuerit decem in melle* 57. & ibi Bart. *ff. eod.* & *in L. pen. eod. tit.* per Bart. est *in L. aliud.*

(6) *Defendimiento.* Innuitur hìc, quòd etiam ultra litis contestationem requiratur expressa prohibitio, ne solvatur adjecto; *in L.* tamen *si quis stipulatus* 57. §. *fin.* de qua ista sumpta est, hoc non dicitur, sed quod per simplicem litis contestationem tollitur facultas solvendi adjecto, & sic notant ibi Doctor. casum, in quo plùs operetur tacitum, scilicèt litis contestatio, quàm expressa contradictio; & sic de mente Doctor. est, quòd nulla alia prohibitio, quàm litis contestatio exigatur. Potest dici, quòd ista lex sequuta fuit opinionem Gloss. *in L. eum, qui certarum, in gloss. magna, ff. de verb. oblig.* quæ allegando *dict. L. si quis stipulatus,* intelligit eam, interveniente etiam prohibitione; & sic cessabit objectio, cur majoris efficaciæ sit tacitum, quàm expressum, & erit hic casus, quòd tunc non potest solvi adjecto, quando ultra expressam prohibitionem intervenit antè litis contestatio: tene menti.

(7) *Su estado.* Ortum habet à *L. cum quis* 38. *in princ. ff. eod.* quam vide.

(8) *Sieruo.* Quid è contra si ex servo fiat liber? an poterit ei solvi? Opiniones sunt in hoc, de quibus per Alex. *in L. eum qui ita,* §. *qui sibi, ff. de verb. oblig.* & ipse tenet, quòd non possit ei solvi, per textum, & ibi Bart. *in L. si quis servo, ff. de solut.* & *L. si is qui rem,* §. *Julianus, ff. de furtis,* & placet mihi, quia respectu creditòris non mutatur status in melius, sed in deterius, quando servus adjectus erat servus domini; quia facilior erat exactio domino ab ejus servo, quàm cùm jam sit liber: si tamen adjectus non esset servus domini, sed al-

por alguna razon; o si era seglar, e se fiziesse Religioso (9); o si lo desterrassen (10) despues desto para siempre a algun lugar cierto; o en otra manera qualquier, que saliesse de su poder, e entrasse en poderio (11) de otro. Otrosi dezimos, que si el señor del debdo, que recibio la promission del otro, fuesse acusado despues desso, de alguna malfetria que ouiesse fecho, atal, por que deuiesse perder el cuerpo (12), e todo lo que ouiesse; que entonce non le deue otrosi pagar (13) el debdo, fasta que sea quito de la acusacion. Mas seyendo acusado de otro yerro, que non fuesse de tal natura como esta, entonce non ha por que retenerle su debdo. Ante dezimos, que gelo puede, e deue pagar: e sera quito de la obligacion, pagandolo.

LEY VI.

Como deue ome fazer la paga a otro tercero, por mandado de aquel à quien deuia ser fecha, si despues le defendiesse que non le diesse nada.

MAndando algun ome a su debdor (1), que aquello quel deuiesse, que lo pagasse a otro alguno que le señalasse ciertamente; si despues desso le defendiesse que gelo non pagasse, e el debdor contra tal defendimiento lo pagasse, non seria porende quito del debdo. Mas si acaesciesse, que se lo pagasse despues que gelo mandasse pagar, e el señor, cuydando que lo non auia aun pagado, le defendiesse que lo non pagasse, entonce quito seria del debdo el que assi fiziesse la paga. Esso mismo dezimos que seria, si despues que le ouiesse mandado pagar el debdo, le embiasse dezir por carta, o por mandado cierto, que lo non pagasse. Ca, si acaesciesse que non diessen la carta, nin el mandadero non gelo dixesse, e pagasse el debdo, non sabiendo (2) que lo auia defendido el que gelo mandara pagar, entonce seria quito del debdo el debdor, tambien como si lo ouiesse pagado a el mismo.

LEY VII.

Como deue ser fecha la paga, o non, al personero, que la demanda en Juyzio por otro.

PErsonero faziendo vn ome a otro, para demandar en juyzio alguna debda quel deuiessen, maguer venciesse al debdor este personero tal, non gela deue a el pagar (1); fueras ende, si el dueño en la carta de la personeria le otorgasse poder tambien para recebir (2) la paga, como para demandar el debdo. E si tal poder non le otorgasse en la carta de la personeria, deue pagar, e entregar el debdo al señor (3), e non al

alterius extranei, tunc videtur, quòd possit ei solvi; neque tunc obstabunt leges in contrarium allegatæ, quæ loquuntur cùm servus erat domini: tene menti, quia Doctores non ita benè declarant.

(9) *Religioso.* Dictum fuit hoc Rayner. & Jacob. de Aret. *in L. cum quis, ff. eodem*, & probatur hìc.

(10) *Desterrassen.* De relegatione loquitur, ut *in dict. L. cum quis* 38. *in princip.*

(11) *En poderio.* Hoc dicit propter *L. eum qui* 56. §. *qui sibi, aut filio* 2. *ff. de verb. oblig.* nam si filius efficiatur sui juris, benè potest ei solvi, licèt mutet statum, ut ibi: & vide ibi per Alexand. ponentem alios casus, in quibus potest solvi, licèt mutetur status.

(12) *El cuerpo.* Nota benè, quia vult, quòd etsi bona veniant confiscanda, non tamen infligatur pœna mortis, quòd possit sibi solvi; & istud verbum non habetur *in L. reo* 41. *ff. eodem*: sed fortè ista lex voluit hoc intelligere in crimine læsæ majestatis, ubi mors infligitur, & bona confiscantur, & interdicitur administratio, ut *in L. fin. C. ad Leg. Jul. majestat.* in aliis verò casibus, ubi pœna mortis non infligitur, licèt bona ipso jure confiscentur, vult hæc lex, quòd possit accusato solvi, nisi bona sint annotata, ut *in dict. L. reo*, cum Gloss. *ff. eod.* & ita Bald. ibi intelligit.

(13) *Pagar.* Limitat Salicet. *in dict. L. fin. C. ad Leg. Jul. majestat.* quando scivit debitor, vel scire debuit facultatem solvendi sibi sublatam; aliàs liberaretur ad instar illius, qui solvit procuratori revocato, vel filiofamilias, cui peculium erat ademptum, *L. cum quis* 38. *ff. de solut.* & *L. si non sortem* 26. §. *qui filio* 8. *ff. de condict. indeb.*

LEX VI.

Si mandavi tibi, ut quod mihi debes alii solvas; solvendo ei, antequàm de mea contraria prohibitione certificeris, eris liberatus; secùs, si solvisti post certificationem. Hoc dicit. Habuit ortum à *L. vero procuratori* 12. §. *sed & si quis* 2. & à *L. cum quis* 38. §. *si debitorem* 1. *ff. de solut.*

(1) *A su debdor.* Idem, si præcipiat alicui, ut ex debitore recipiat, nam per consequens videtur mandare debitori, ut ea solvat, *L. qui hominem* 34. §. *si Titium* 3. *ff. eod.* & ibi notat Bart.

(2) *Non sabiendo.* An sufficiat proponere edictum, vel proclama super revocatione procuratoris? Vide Bart. *in L. qui hominem*, §. *si Titium*, *ff. eod.* & *L. sed si pupillus* 11. §. *de quo palam* 2. & ibi Bart. *ff. de institor.* & vive per Abb. de ista materia *in capitul. ex parte decani, de rescript. per tres final. colum.* & quod notat Bartol. *in L. vero procuratori*, §. 1. *ff. de solution.*

LEX VII.

Procurator ad judicia non potest accepto ferre, nec solutionem recipere. Si tamen procurator constituatur ad agendum, & recipiendum, cum plena, & libera potestate ad ea quæ dominus facere posset, solutionem recipere, & quitationem facere poterit. Hoc dicit.

(1) *Non gela deue a el pagar.* Concordat cum *L. hoc jure* 86. *ff. eod.* & *L. sed si tantum* 13. *ff. de pactis.* Sed quid è converso, an qui non potest petere, possit solutionem recipere? Vide Bart. *in L. non solum, in princ. ff. solut. matrim.* ubi & vide, an possit filiofamilias solvi sine patre in adventitiis, in quibus patri non acquiritur usufructus, & tradit etiam Alber. *in L. vero procuratori, ff. de solut.* & concludunt, quòd possit solvi filiofamilias in his.

(2) *Para recebir.* Quid si detur potestas ad exigendum? an possit solutionem recipere? Bart. tenet, quòd sic *in dict. L. hoc jure, ff. eod.* & *in L. non solum*, ubi communiter Doctor. *ff. solut. matrim.* idem dic, si sit constitutus procurator ad agendum, & exigendum, secundùm Bart. *in dict. L. hoc jure*, ubi idem tenet Joan. de Imol. licèt Angel. teneat ibi contrarium.

(3) *Al señor.* Ex hoc verbo Bart. Imol. & Paul. de Castr. *in dict. L. hoc jure, ff. eod.* colligunt formationem libelli, quando procurator tantùm constitutus est ad agendum,

al personero. Otrosi dezimos, que tal personero como este non puede fazer pleyto de quitamiento, con aquel a quien ha a demandar el debdo, que gelo non demande; nin gelo puede quitar. Pero si en la carta de la personeria le fuesse otorgado libre e llenero (4) poder, en demandar, e en recabdar la debda, e fazer todas las otras cosas que el señor (5) podria fazer, si fuesse presente; entonce bien podria recebir la paga, o quitar el debdo (6), tambien como el señor que lo fizo su personero.

LEY VIII.

Como deue ser fecha la paga que deue fazer el debdor, si non gela quisiere recebir el que la deue auer.

Plazos, e dias ciertos (1) ponen los omes entre si, a que prometen de dar, o de fazer algunas cosas, vnos a otros. E porende dezimos, que cada vno es tenudo de dar, o de fazer, lo quel prometio, al plazo quel fue puesto para ello. E non se puede escusar que lo non faga, maguer el otro non gelo demande (2). Otrosi dezimos, que si el deb- *Ley 2. tit 16. lib. 5. Recop.*

dum, ut concludat condemnari sibi, & solvi domino.

(4) *Libre e llenero.* Adde *L. procurator, cui generaliter libera* 58. *ff. de procurator.* ibi tamen non habetur, quòd possit procurator habens liberam, facere quitationem debiti. Azo. sub dubio fortè, *C. de acceptilat. in summâ*, dicit, quòd potest fieri acceptilatio per procuratorem habentem ad hoc speciale mandatum, vel generale cum libera, ut stipuletur novandi animo. Gloss. etiam *in L. non abstulit, C. de novat.* tenet, quòd procurator cum libera possit facere liberationem, & quitationem; & approbatur hìc: & intellige ita quòd non fiat donando, *L. contra juris* 28. *ff. de pactis, L. filiusfamilias* 7. *ff. de donat.* & per Bald. *in dicta L. non abstulit*, & Alexand. *consil.* 44. *volum.* 2.

(5) *Que el señor.* Innuitur hìc, quòd requiritur hoc casu, necdùm quòd detur potestas cum libera, verùm quòd & dicatur, quòd & possit ea omnia facere, quæ dominus posset: sed ut dixi *in L.* 19. *tit.* 5. 3. *Part.* per hæc verba, quòd possit facere, quod dominus posset, videtur concedi libera, licèt expressè de libera non dicatur: vide ibi: & certè de mente istius legis, & etiam *dictæ L.* 19. est, quòd semper in concessione istius liberæ potestatis, addatur ut possit ea facere, quæ dominus posset: & ideò consulo, quòd semper in instrumentis procurationum facias apponi.

(6) *El debdo.* Intellige, ut dixi suprà in gloss. super parte *libre.*

LEX VIII.

Solutio est facienda in termino à partibus præfixo, etiamsi creditor non interpellet debitorem: & si creditor solutionem recipere recuset, debet eum debitor requirere loco, & tempore congruo, ostendendo, & offerendo pecuniam, & demùm eam debet sigillare, & apud bonum hominem, vel Ecclesiam deponere; & sic faciendo liberatur, nec tenetur, si postea perdatur sine culpa sua pecunia. Hoc dicit.

(1) *Ciertos.* Secùs ergò si esset incertus dies, ut hìc, & *in L. magnam* 12. *C. de contrah. & commit. stipul.* ubi & notat Bald. quòd dies incertus non constituit debitorem in mora, & tenet etiam Bart. *in L. ita stipulatus, in 2. quæstione principali, ff. de verb. oblig.* Alexand. & Jaso *in L. quotiens in diem* 59. *ff. eod.* undè si promitto tibi, *cùm eris legitimæ ætatis*, opus erit interpellatione, tenet Bald. *in L. si pacto quo pœnam, ff. de pactis, col,* 3. versic. 2. *quæro.* Quid autem in eventu conditionis? an constituat debitorem in mora? Bart. tenet, quòd non, *in dict. L. quotiens*, ubi Jaso dicit istam esse communem opinionem, adde etiam Bart. *in L. quod dicimus, ff. de solution.* & *in L. evictis, ff. de usur.* & per Bald. *in L. pen.* §. *cum autem, C. ad Trebel.* Sed quid de die tacitè inducta à lege? Dic, quòd illa interpellat, & constituit debitorem in mora, ut *in dict. L. quoties in diem*, & ibi notant Joan. de Imol. & Alex. & Jaso dicit ibi, istam esse communem opinionem, quamvis Albericus contrarium tenuerit, & ad idem est text. *in L.* 2. *in fin. C. de jure emphit.* & vide per Jason. tripliciter hoc ampliantem *in dict. L. quotiens*, & adde, quod dies tacita interpellet, & moræ purgationem impediat, text. notabil. *in L.* 1. *versic. nisi forte, ff. de penu legat.* & Bart. *in L. si insulam, ff. de verb. oblig. in quinta oppo.* & intellige, dummodò dies illa tacita sit certa, & reus potuit illam prævidere, ut declarat ibi Jaso super eadem quinta opposit. Et nota, quòd sufficit, quòd dies sit certa, licèt sit variabilis ad nutum stipulatoris in tempus prolixum, ut *in L. cum stipulatus sim mihi, Procule* 113. & ibi Bart. *ff. de verb. oblig.* & etiam Angel. & Joan de Imol. & adde Socinum *consil.* 288. *circa* 1. *quæstionem*, 2. *vol. quæst.* 4. Quid autem de hora, an interpellet sicut & dies? Bald. tenet, quòd sic, *in L.* 1. *C. ne liceat tertio provoc.* per text, quem dicit valdè notabilem *in L. Titio*, §. *final. ff. de action. empti*, tangit Jaso, quem vide *in L. si ex legati causa*, 4. *col. ff. de verb. oblig.* vers. 4. *amplia.* Et quid si dictum sit in conventione, quòd creditor non possit petere ante Pascha? an dies Paschatis interpellet? Gloss. dicit, quòd sic, *in L. si duo*, §. *fin. ff. de constit. pecun.* sequitur Bald. *in L. sed & si ex stipulatu, ff. de verb. oblig.* Jaso *in dict. L. cum stipulatus sim mihi, Procule in fin. princ.* & idem tenet Bald. *in L.* 1. *col. fin. C. quando dies legat. cedit* per Gloss. *in dict. L. si duo*, & per alia: vide ibi per eum. Bald. tamen *in cap. unico*, §. 1. *in fin. an ille qui interfec. fratrem domini sui*, dicit, quod si debeo tibi decem purè, & tu promittis non petere usque ad Pascha, quod dies Paschatis non interpellet; allegat notata *in L. si unus*, §. 1. *ff. de pactis.*

(2) *Maguer el otro non gelo demande.* Limita novem modis, ut tradit Jaso *in L. si ex legati causa, colum.* 4. & 5. *ff. de verb. oblig.* Et nota, quòd elapso die instrumenti, agens habet fundatam intentionem, vide Decium *consil.* 439. *visis his quæ accuratissimè.* Et quid de eo, qui promisit se facturum, & curaturum, quòd quis ratificet actum usque ad certum tempus? an adhuc debeat interpellari? Vide per Decium *consil.* 2. Et quid in delictis, quæ consistunt in omittendo? an re ipsa mora fiat fisco? Vide Gloss. & Bald. *in L.* 1. *C. de his quibus ut indign.* Et adverte, quòd Bald. *in L. cum allegas, col. penult. C. de usur.* dixit unum verbum satis notandum, si tamen verum esset, quòd in contractibus bonæ fidei, non obstante die, & pœna, potest mora purgari; sed contra hoc dictum Baldi est Gloss. cum qua Doctores videntur transire, *in L. Lucius*, in verbo *exhibuit*, juncto text. *ff. de action. empti*, & contra Baldum tenet Alexand. *consil.* 106. *magnifice prætor, colum.* 2. *tertii volum.* & Jaso *in L. si insulam, colum.* 9. *ff. de verb. obligat.* Nota etiam, quòd licèt sit apposita dies, & pœna, si tamen inter partes fuit actum, ut reus etiam certificari debeat per actorem, tunc talis dies non interpellat, ita quòd mora sit impurgabilis, ut notat Gloss. *in L. ita stipulatus*, super verbo *certo die, ff. de verb. oblig.* & ibi eam notat Angel. dicens, quòd tunc perindè habetur, ac si nullus dies esset appositus: ex quo infert ad statuta disponentia, instrumenta publica, seu privatam scripturam recognitam executioni mandari, prout est in istis Regnis, quòd non habebunt locum, quando dies certa est apposita cum pacto, quòd ante diem certificatio debeat fieri per actorem; quoniam illud pactum reddit terminum conditionalem: quod dicit esse notatu dignum, & figendum menti: multa alia in materia purgationis moræ vide per Bartolum, Angelum, & Alexandrum, & cæteros scribentes *in dict. L. si insulam.* Et inter cætera nota, quòd de æquitate canonica semper mora purgari potest, si adversarius non sit damnum passus propter moram, per text. notabil. secundùm unum intellectum, *in capitul. suam* 9. *de pœnis*, tradit Joan. de Imol. *in capitul. dilecti, de ar-*

debdor quisiesse pagar el debdo al que lo deuiesse recebir, e el otro non gelo quisiesse tomar, deue fazer afrenta (3) ante omes buenos, en logar, e en tiempo guisado, mostrando los marauedis, de como quiere fazer la paga. E deue poner (4) aquellos marauedis señalados en fieldad de algund ome bueno, o en la Sacristania de alguna Eglesia: e dende adelante es quito (5) del debdo, e non ha el otro demanda ninguna contra el. E aun dezimos, que si los marauedis se perdiessen sin culpa del debdor, despues que fuessen puestos en fieldad, assi como sobredicho es, que el daño pertenece al señor del debdo tan solamente: porque fue en culpa, que lo non quiso recebir, quando gelo quiso pagar.

LEY IX.

Como por muerte de la cosa señalada, sobre que es fecho el obligamiento, es quito el debdor.

Bestia, o otra cosa cierta deuiendo vn ome a otro, si aquella cosa se perdiesse, o se muriesse, ante del plazo a que la deuia dar; o si el plazo non fuesse puesto, ante que el otro gela demandasse por juyzio; si la perdida, o la muerte non auino por culpa, nin por engaño del debdor, quito es (1) de tal debdo. Mas si se perdiesse, o se muriesse por su culpa, o por el engaño que el debdor fiziesse, entonce tenudo seria de pechar la estimacion della. Otrosi dezimos, que demandando vn ome a otro alguna debda, que dixesse que le deuiesse, e negasse el otro el debdo, diziendo que nol deuia nada; que si el que demanda, le da la jura (2) de su voluntad, e el otro la recibe del, e jura, que non le deue lo quel demanda, que es quito (3) del debdo,

arbitr. colum. 2. Alex. *in L. si quis major*, *C. de transact.* Decius *consil.* 138. *col.* 2. *ad fin.* & vide etiam text. notabilem *in capitul. potuit* 4. *de locato.* Et ista limitatio erit in his Regnis magni effectus: quia cùm per istas leges Partitarum non reperiatur expressè cautum, quòd ubi est dies, & pœna, non admittatur purgatio moræ, & sic deficiente jure Regni potiùs sit recurrendum ad Jus Canonicum, quàm ad leges Imperatorum, ut tradit Joan. Lupi à Palac. Rubeis *in introductione repetitionis capituli per vestras, de donat. inter virum, & uxor.* versic. *idem videtur mihi dicendum*, admittetur, ut dixi, purgatio moræ, sequendo æquitatem Canonicam: tene menti.

(3) *Afrenta.* Concordat cum *L. si soluturus* 39. *ff. eod.* & *L. obsignatione* 9. *C. eod.* & *L. acceptam* 19. *C. de usur.* & *L.* 14. *tit.* 12. & *L.* 38. *tit.* 13. *ead. Partita*, & quæ ibi dixi, & adde *L.* 2. & ibi Bald. *C. de communi servo manum.* & Gloss. *in dict. L.* 1. *C. isto tit.* Et quando debitum non est liquidum, quomodò fiat depositio, & consignatio? Dic, quòd deponatur, & consignetur id, quod est liquidum, & pro reliquo liquidando detur fidejussor, secundum practicam, quæ habetur *in L. statuliberi à cæteris* 29. *ff. de statuliber.* Angel. & Joan. de Imol. *in L.* 4. §. *prætor ait*, *ff. de novi oper. nunciat.* cum concordantiis ibi allegatis per Alex. & vide, quod habetur *in L.* 72. *in Ordin. Tauri.*

(4) *Deue poner.* Ista oblatio, depositio, & consignatio requiritur ad hoc, ut debitor consequatur liberationem debiti, ut in juribus, suprà in præcedenti gloss. allegatis, & ut periculum pecuniæ deinceps spectet ad creditorem. Si tamen tractaretur de evitatione pœnæ, vel moræ propter non factam solutionem, non semper requireretur ista oblatio, depositio, & consignatio: nam si abesset creditor, ita quòd non haberet debitor, cui faceret solutionem, non esset in mora, neque incideret in pœnam, si non deponeret, & consignaret, ut *in L. si fundus* 4. §. *fin. in fin. ff. de lege commissor. L. pecuniæ fœnebris* 9. §. *fin. ff. de usur.* neque obstat, quod notat Bart. *in L. si reus paratus, in fin. ff. de procurator.* dum dicit, quòd quando quis vult solvere, ut pœnam evitet, sed non reperit creditorem, cui solvere possit, debet auctoritate judicis facere consignari, & coram judice offerre, per *dict. L. si reus paratus*; & ad hoc ut sciatur, utrùm ille creditor reperiatur, ut quia fortè esset forensis, fiat præconium de hoc, argum. *L. si eo tempore* 6. *C. de remis. pign.* nam, ut declarat Alex. *consil.* 92. 1. *volum.* incipit *perspectis his quæ in themate narrata sunt*, *col.* 4. illa decisio Bart. intelligitur in casibus, in quibus requirebatur depositio, & consignatio, prout loquitur *illa L. si reus paratus*, ut ibi declarat Bald. & Bart. *in L. si servum*, §. *nunc videamus*, *in fin. ff. de verb. oblig.* sicut etiam requiritur ad impediendum cursum usurarum jam inceptarum, *L. si creditrici* 6. *C. de usur.* & etiam quandoquè ad evadendam pœnam requiritur oblatio, depositio, & consignatio, *L.* 2. *in fin. secundum unum intellectum gloss. C. de jure emphit.* & *dict. L. si creditrici*; secùs verò est, quando sumus in casu, in quo non requiritur depositio, & consignatio; ut est regulariter, quando tractatur de effectu non incurrendi moram, vel pœnam, vel cursum usurarum, necdùm inceptarum; nam tunc, si est cui offeratur, debet offerri, & sufficit sola oblatio, *L. si per te* 9. *C. de usur.* & notatur *in dict. L. acceptam*, sed si non erat cui offerretur, tunc non potest fieri oblatio, & absque oblatione securus est debitor, ut *in dict. L. si fundus* 4. §. *fin.* cum aliis allegatis per Alex. ubi suprà; quod tene menti, & prædictis adde *L. si prædio* 15. *in princip. ff. de in diem addict.* & quod notat Bald. *in L.* 2. *in fin. C. de jure emphyt.*

(5) *Es quito.* Ipso jure, ut hìc innuitur, & tenet Gloss. *in L. obsignatione*, *C. eod.* & est communis opinio.

LEX IX.

Rei perditione, vel interitu sine debitoris culpa ante tempus solutionis, vel si non fuit certum tempus appositum, antequàm in judicio petatur, liberatur debitor; sed si dolo, vel culpa ejus periit, tenetur ad æstimationem. Item, si voluntariè deferente creditore, juret debitor non debere, liberatur, sicut solutione, vel judicii absolutione. Idem, si creditor donet, vel rumpat instrumentum cum intentione remittendi debitum: sed si probet non causa remittendi, sed alia, dedisse, vel rupisse, aut ei fuisse furatum, aut per metum, vel vim ablatum, remanet ei jus debiti salvum. Hoc dicit.

(1) *Quito es.* Adde *L. pen. ff. eod.* & *L.* 18. *tit.* 11. *ead. Part.* ubi & vide quæ dixi.

(2) *La jura.* Concordat cum *L. Stichum* 95. §. *naturalis* 4. *ff. eod.* & *L.* 2. & *L. jusjurandum etiam* 27. *ff. de jurejur.*

(3) *Que es quito.* Ipso jure, ut *in dicto* §. *naturalis*, & hìc: multùm tamen obstat §. *æque* 4. *instit. de except.* ubi habetur, quòd per jusjurandum delatum à creditore debitori, non liberatur debitor ipso jure, sed ope exceptionis; & de isto contrario opposuit Ludov. Rom. *in L.* 2. *ff. de jurejur.* & reliquit cogitandum super solutione. Alex. & etiam Jaso ibi solvunt, quòd per juramentum voluntarium, vel judiciale, tollatur obligatio naturalis ipso jure; sed non civilis ipso jure tollatur, sed ope exceptionis

do, tambien como si lo ouiesse pagado, e fuesse ende quito por sentencia del Judgador. Esso mismo seria, si vn ome diesse a otro la carta (4) que auia sobre el, del debdo que le deuiesse, o la rompiesse (5) a sabiendas, con entencion de quitarle el debdo; que tambien seria quito porende, como si lo ouiesse pagado. Pero si aquel que auia de auer el debdo, pudiere prouar con omes buenos, que dio la carta en fieldad al debdor, e non con voluntad de quitarle el debdo; o que gela furtaron, o forçaron, o gela rompieron (6) contra su voluntad; entonce en saluo le fincaria su derecho, contra aquel que deuia la debda.

LEY X.

Como, quando vn ome deue debdas de muchas maneras a otri, e faze paga de alguna dellas, de qual se entiende que fue fecha la paga.

DEbdas de muchas maneras deuiendo vn ome a otro, si le fiziesse paga alguna, e señalasse por quales debdas le fazia aquella paga, deue ser contada en aquella que señalo (1), e non en otra. E si por auentura, el que fiziesse la paga, non dixesse por qual debdo la fazia, e el que la rescibe, señalasse luego vno de los debdos principales, diziendo que la rescibe por el, e se callasse el que fazia la paga; entonce deue ser contada en el debdo que señalo, e non en otro. Mas si lo contradixesse (2) luego, ante que se partiesse del logar, deuel ser tornado (3), lo que le pago, o contado en aquel debdo que señalare el que faze la paga. E si acaesciesse, que el que fiziesse la paga, nin el que la rescibe, non señalaron por qual debdo la fazian; entonce, si las debdas fueren eguales, que non aya agrauiamiento ninguno, de pena, nin de vsura, nin de otra manera, mas en el vno que en el otro; deue ser partida la paga en todos los debdos principales (4), en aquellos que conociere el debdor, sobre que non ouiesse contienda ninguna. E si por auentura debda y ouiere alguna, que fuesse mas agrauiada que las otras, por razon de pena que fuesse puesta en ella, o por otro agrauiamiento semejante (5), estonce deue ser contada la paga tan solamente en tal debda como esta (6), que es mas graue.

LEY

nis; quod colligunt ex illa dictione *æquè*, juncto §. *præcedenti*, ubi actum fuit de pacto de non petendo. Licèt tamen ista solutio posset esse bona quoad *dictum* §. *æquè*, ad istam legem Partitarum non posset hoc dici, quæ vult, quòd ex hoc juramento voluntario delato à parte, licèt in judicio (quod etiam vocatur juramentum judiciale) debitor jurans liberetur, perindè ac si solveret, ex quo habet consensum partis juramentum deferentis, & quòd liberatur ipso jure; undè non indiget ope exceptionis: nisi velis dicere, quòd etiam hæc lex requirat, quòd opponatur exceptio; quod & potest probari ex eo, quod subjicit, *e fuesse ende quito por sentencia del judgador*, ubi patet opus esse exceptione, ut *in* §. *item si in judicio* 5. *Instit. de except.* & istud videtur tutius, ne juris communis inducatur correctio, cùm hìc talis correctio non exprimatur.

(4) *La carta.* Adde *L. si chirographum* 24. *ff. de probat.* & *L. Labeo* 2. *ff. de pactis*, & *L.* 40. *suprà tit. proxim.* & quæ latè dixi *in L.* 11. *titul.* 19. *Part.* 3.

(5) *Rompiesse a sabiendas.* Secùs si ex iracundia, vel aliàs sine animo liberandi debitorem, ut hìc colligitur: vide Bald. *in L.* 1. *ad finem*, *C. de fide instrum.* dicentem, quòd si ex iracundia concremasti instrumentum debiti, non amittis ideò jus tuum; sed teneberis clariùs probare per testes: & tali casu non deferetur tibi juramentum in supplementum probationis, quia culpa tua claritas probationis offuscatur; præsertim in facto antiquo, ubi aliquid posset esse in instrumento, de quo non recordarentur testes, ut *ff. de probat. L. census* 10. & istud dictum dicit ibi menti tenendum Paul. de Castro.

(6) *O gela rompieron.* Innuit ista lex, quòd si creditor non probet, rupturam instrumenti factam fuisse per vim, seu contra ejus voluntatem, quòd ex quo reperitur instrumentum ruptum, præsumatur liberatio debiti, de quo tamen vide quæ latiùs dixi *in dict. L.* 11. *tit.* 19. 3. *Part.* & per Florian. *in L. si chirographum*, *ff. de probat.* per Bart. & Doctor. *in dict. L. Labeo*, *ff. de pactis.*

LEX X.

Si in solutione exprimit debitor, in quo debito de multis solvat, erit in illo solutum: si autem debitor non designet, & creditor statim dicat, in quo debito recipit; si tacet debitor, in illo erit solutum; neutro autem designante, si debita sint gravia; vel simplicia, & liquida sine contentione, in omnibus debitis principalibus repartitur solutio; sed si quædam sunt graviora propter usuras, vel pœnam, aut similia, in illis computabitur solutio, quo magis debitor exoneretur. Hoc dicit.

(1) *En aquella que señalo.* Quid si non sufficiat quantitas soluta ad solvendum totum debitum per debitorem designatum? an procedat hæc lex? Glossella finalis *L.* 1. *ff. eod.* vult, quòd sic, & idem tenet Joan. de Imol. *in dict. L.* 1. *in princ.* per *L. ubi fidejussor*, *ff. eod.* ex quo enim creditor tacuit, & recepit, non debet obstare particularis solutio.

(2) *Lo contradixesse.* Adde *LL.* 1. & 2. *ff. eodem.*

(3) *Tornado.* Et si creditor nolit, debitor offerat, & consignet, ut *in L. obsignatione* 9. *C. eodem.*

(4) *En todos los debdos principales.* De jure communi tunc hoc procedit, quando nullum debitum ex istis erat antiquius altero; nam si esset, tunc in causam antiquiorem cedit solutio, ut *in L. in his* 5. *in princip.* & *L. ubi fidejussor* 24. & *L. ex pluribus* 89. §. *fin.* & *L. creditor* 102. §. *Valerius* 2. *ff. eod.* & tenet Bart. *in L. cum ex pluribus*, *eodem tit.* & dicitur causa antiquior, inspecto tempore solutionis, & non tempore contractus, ut *in dict. L. ex pluribus* 89. §. *fin.* & Bart. ubi suprà; unde videtur, quòd ista lex sic sit restringenda, & limitanda. Adverte tamen, quòd Azo *C. eod in summa*, cùm tetigit istam materiam, nullam mentionem facit de debito antiquiori; sed quòd simpliciter, ubi causæ sunt pares, de omnibus decedit pro rata, & ita simpliciter sequendo dicta Azonis, fuit facta ista lex: sed per hoc non recederem à jure communi, & opinione communi, cùm hæc lex non exprimat correctionem dictorum jurium, & possit intelligi, & restringi, juxta terminos juris communis.

(5) *Agrauiamiento semejante.* Vide per Bart. *in L. cum ex pluribus*, *ff. eod.* ubi ponit sex modos, quibus dicitur causa gravior, & vide etiam per Joan. de Imol. *in dict. L.* 1. *colum.* 6. ibi, *& potest dici causa gravior.*

(6) *Tal debda como esta.* Sed an priùs in usuram, quàm in sortem? *L.* 1. *C. eod.* dicit, quòd priùs in usuras: & quæ sit ratio, Gloss. & Doctor. laborant in hoc *in dict. L.* 1. & nulla videtur sufficiens ratio: & lex ista Partitarum decidere videtur, quòd etsi debitum sit cum pœna, vel usuris (nulla facta electione) solutio cedat in illud debitum; non tamen declarat, an priùs in usuras, vel

in

LEY XI.

A quien deue ser fecha la paga primeramente en los bienes del debdor, quando las debdas que demandan, son de vna natura, e sin peños.

Ley 12. tit. 16. lib. 5. Recop.

SAcan debdas algunas vegadas los omes vnos de otros, non obligando sus bienes (1), nin parte dellos, mas conosciendo la debda tan solamente por carta, o ante testigos, o en juyzio. E tal debdo como este es llamado en latin, debitum personale; que quiere tanto dezir, como debda que es obligada la persona del que la faze, e non sus bienes en todo, ni en parte. E porende dezimos, que si alguno ouiesse a dar a muchos, debdos que fuessen desta natura, que qualquier dellos que demandasse su debdo por juyzio, e por quien fuesse dada sentencia primeramente (2) contra el debdor, aquel deue ante ser pagado, que ninguno de los otros, maguer el su debdo fuesse el postrimero. E los otros, a quien deuia algo este debdor sobredicho, non han demanda (3) ninguna contra aquel que vence su debda (4). Mas si todos los otros, o parte dellos, demandassen su debdo otrosi por juyzio, e fuesse dada sentencia (5) contra el debdor, en vn tiempo por todos, o por alguna partida dellos;

in sortem: undè non videretur recedendum à jure communi, in casu quo tanquàm interesse usuræ licitè peterentur, & possent de jure isto, & Canonico exigi: alia circa hujus legis materiam vide per Bart. *in L. cum ex pluribus, ff. eod.* & per Joan. de Imol. multùm latè *in dict. L.* 1. *eod. tit.* ubi vide per eum unam notabilem determinationem ad istam materiam, *colum. fin.* de libris mercatorum, qui communiter his temporibus scribuntur, in quibus scribitur, quid debeant habere, & quid debent dare, & nunquàm in his, quæ recipiunt, dicunt, quòd sibi solvitur: quia poterit isto casu debitor per compensationem eligere, in quo debito compensetur: vide ibi, & per Alex. *consil.* 83. *volum.* 3. & Decium *consil.* 308. *in fin.*

LEX XI.

Si sunt plures creditores, & bona debitoris non sufficiunt, si debitum est personale, ut quando non sunt bona debitoris obligata; tunc ex pluribus personalibus creditoribus primò satisfit ei, qui priùs pro se sententiam reportavit, licèt in tempore fuit posterior: sed si plures uno tempore sententiam reportaverunt, dividitur inter eos, considerata cujuslibet quantitate; nec tenetur aliis licèt prioribus communicare: sed in specie certa extante præfertur is, cujus est species. Hoc dicit.

(1) *Non obligando sus bienes.* Quando enim est hypotheca bonorum, procedit quod habetur *in L.* 2. & *L. cum rempublicam*, & *L. eos* 9. *C. qui potior. in pign. hab.* Nota ergò, quòd inter creditores hypothecarios habentes consimilia instrumenta, vel sententias, non prodesset, priùs quem eorum reportasse sententiam, & petiisse executionem; nam si ante dationem possessionis alter peteret executionem pro suo debito, differenda esset traditio possessionis rerum, in quibus facta fuit executio, & solutio debiti prioris petentis, si secundus in sua hypotheca esset prior, seu privilegiatior; & hoc videtur probari ex ista lege in hoc verbo à contrario sensu: neque obstabit ad hoc *L. is à quo* 57. *ff. de rei vendic.* & *L. pen. ff. de petit. hæred.* quia illud, quando fuit actum actione reali, & sic de jure rei fuit cognitum; secùs quando ageretur personali, & fieret executio in bonis debitoris; quia tunc ostendens de jure suo in re, in qua fit executio, impedit executionem, secundùm Bart. *in L. à Divo Pio*, §. *si super rebus, ff. de re judic.* & sic secundus creditor docens de jure suo, & priori hypotheca, in re in qua fit executio, impediet executionem, quia de isto jure rei nunquàm fuit cognitum, & facit *L.* 3. *tit.* 27. ibi (*o que auian derecho en ellas*) 3. *Part.* & adde quod notat Bald. *in L. fin.* ibi, *modo revoco in dubium, C. de bon. auctor. judic. possid.* & ibi Salyc. Vel dic, & meliùs, quòd tertius se opponens, quando solùm prætendit jus pignoris, & prioris hypothecæ, non impedit executionem factam ad petitionem alterius creditoris, licèt sit posterior in hypotheca, neque rei captæ in causam judicati venditionem, sed ex pretio priùs satisfiet priori creditori, & residuum convertetur in solutionem secundi, qui petiit executionem, ut est casus *in dict. L. à Divo Pio* 15. §. 5. *ff. de re judic.*

(2) *E por quien fuesse dada sentencia primeramente.* Concordat cum *L. inter eos* 19. *in princip. ff. de re judic.* cum gloss. 2. ibi in verbo *occupantis*, quæ declarat, quòd isto casu ille dicatur præoccupare, qui priùs pervenit ad sententiam, & per illam legem hoc tenuit pro regula Jacob. de Aret. relatus ab Alberic. *in L. qui autem*, §. *apud Labeonem, ff. quæ in fraud. credit.* Sed quid si diversi inquisitores diversorum locorum procedunt contra quendam, ut hæreticum, & unus eorum priùs incepit processum, quàm alius, ille tamen qui secundò incepit, priùs dedit sententiam contra hæreticum? Vide in ista quæstione per Bald. & Doctor. *in L. si pluribus, ff. de legat.* 1. ubi Alex. tenet opinionem Dyni, Rayner. Cyn. & Bald. quæ fuit, quòd prævaleat sententia judicis, qui primò cœpit inquirere, ibique respondet *ad cap. per hoc, de hæret. lib.* 6.

(3) *Non han demanda.* Intellige, quando iste creditor, qui habuit pro se sententiam, petit executionem priùs, quàm alii creditores: nam si eodem tempore concurrerent in petenda executione, habentes plures sententias super diversis debitis non privilegiatis, vel pariter privilegiatis, licèt diversis temporibus latas, omnes concurrerent in bonis debitoris, quando bona non essent omnibus solvendo, & pro rata cujuscunque debiti bona dividerentur inter eos: & si habens posteriorem sententiam priùs peteret executionem, ille præfertur, per text. *in L. in judicati actione* 61. *ff. de re judic.* & tenet Gloss. & Doctor. communiter *in dict. L. inter eos*, in verbo *occupantis*, & ibi per Alex. & vide *L.* 9. *tit. fin. infr. eadem Part.* Et nota, quòd habens actionem personalem. privilegiatam, poterit advocare pecuniam solutam alii creditori non privilegiato, etsi priùs haberet sententiam pro se, & peteret executionem, ut *in dict. L. inter eos*, & *in L.* 3. *ff. quod cum eo*, & *in L. fin.* §. *licentia* 10 ubi vide Angel. *C. de jure deliber.*

(4) *Que vence su debda.* Quid si non per sententiam judicis, sed de manu debitoris haberet suum debitum, antequàm alii creditores venirent; & bona omnibus non essent solvendo? Dic, ut *in L.* 9. *tit. fin. eadem Part.* & vide Bart. *in L. pupillus, ff. quæ in fraudem creditor.* & notabilem decisionem Neapolit. 190. in decisionibus Matthæi de Aflicto. Et quid si unus debitor habet plures negotiationes diversas, seu diversarum rerum, pannorum unam, aliam olei, vel alterius negotiationis? an erit conditio præoccupantis melior, ita quòd alii creditores ejusdem negotiationis non poterunt ab eo avocare? Dic, quòd non; imò cùm sibi priùs venienti solvitur, debet cavere, se refusurum pro rata, si appareant alii creditores ejusdem negotiationis: quia in istis negotiationibus non est melior conditio occupantium, sicut est regulariter in aliis actionibus, quæ non dantur occasione negotiationis; quia debet satisfieri primò venientibus, etiam nulla præstita cautione, quia melior est conditio occupantium; nisi fuissent missi in possessionem, vel nisi essent magis privilegiati, quia tunc retractaretur solutio facta non privilegiatis, ut *in L. ex facto* 52. *in fin. ff. de pecul.* tradit Bart. *in dict. L. pupillus, ff. quæ in fraudem credit.* Et nota, quòd quando sunt diversæ negotiationes, non veniunt omnes creditores communiter ad omnia, sed quilibet ad suam negotiationem, ut *in L.* 5. §. *sed si duas tabernas* 16. *ff. de tributor.* quod non est in aliis creditoribus, qui non contraxerunt occasione negotiationis; nam illi possunt ire ad quæcunque bona, ut declarat hæc Paulus de Castr. *in dict.* §. *si plures*: & tene ista menti.

(5) *Sentencia.* Et petita fuerit executio eodem tempore,

llos; entonce, si de los bienes del debdor non pudiessen ser pagadas las debdas, deuenlos compartir entre aquellos por quien fue dada la sentencia, dando a cada vno dellos mas, o menos, segund la quantia que deue auer. Pero si entre los bienes de tal debdor como este fuesse fallada alguna cosa agena, quel ouiesse dado alguno en guarda, en saluo dezimos quel finque a su señor (6), e que los debdores non gelo pueden embargar.

LEY XII.

Como deue ser fecha la pagà de las cosas que son dadas en guarda.

MEjoria muy grande han los debdos de las cosas que son dadas en encomienda: ca maguer deua otras debdas aquel que rescibe la cosa en guarda, si gela demandaren, ante la deue pagar que otro debdo que deua. E esto seria, como si acaesciesse, que este que ouiesse dado la cosa en encomienda, la demandasse en juyzio a aquel a quien la auia dado en guarda, e en aquella sazon misma le demandassen otros debdos, por que non fuessen obligados los bienes del debdor, e que non fuessen de tal natura como esta. Ca entonce el Judgador ante deue apremiar a tal debdor como este, que pague lo que le fue dado en encomienda (1), que otro debdo (2) ninguno que ouiesse a dar; maguer los otros debdos fuessen mas antiguos.

LEY XIII.

Como deue ser fecha la paga de las malfetrias, e daños, que los omes fazen vnos a otros en sus cosas.

MAlfetrias, e daños fazen los omes muchas vegadas en las cosas agenas, cortando arboles, e arrancando viñas, e matando, e firiendo sieruos, e ganados, e en otras maneras semejantes destas. E porende dezimos, que si alguno ouiesse demanda contra otro, por daño, o menoscabo quel ouiesse fecho en algunas destas cosas; que finca obligado el malfechor (1) al que rescibio el daño, tambien como por otra debda que le ouiesse a dar. E qualquier, vno, o muchos, quel demandassen la malfetria en juyzio; por quien fuesse dada la sentencia primeramente contra el malfechor, deue ser entregado primeramente (2), cada vno dellos, en los bienes del malfechor, en la manera que de suso diximos, en la ley que comiença: Sacan debdos (3).

LEY XIIII.

Como los omes deuen demandar llanamente sus debdas por Juyzio, e non por premia prendar a los que gelas deuen, por si mismos.

LLanamente, e sin braueza (1) ninguna deuen los omes vnos a otros demandar las debdas que les deuieren: e

Leyes 5. y 6. tit. 13. lib. 4. Recop.

re, ut dixi suprà in gloss. 3. & vide *LL.* 7. & 9. *infrà tit. proximo.*

(6) *A su señor.* Adde *L. procuratoris* 5. §. *sed si dedi* 18. *ff. de tributor.* & *L. si filius* 14. & *L. cum fundus* 31. §. *servum tuum* 1. *ff. si cert. petat.* & text. *in authent. si quid tamen, C. qui potior. in pign. hab.*

LEX XII.

Debitum ex causa depositi priùs debet solvi, quàm alia personalia, licèt anteriora; quamvis in petendo concurrant. Hoc dicit.

(1) *En encomienda.* Adde *L. penult. tit.* 3. *eadem Partita*, & *L. si ventri* 24. §. *in bonis* 2. *ff. de reb. auctor. judic. possid.* & procedit, ut Gloss. dicit *in dicto* §. *in bonis*, sive extet res, sive non, & habetur *in dict. L. penult.* ubi dixi.

(2) *Què otro debdo.* Si res deposita extat, planè procedit: si verò non extat, debet intelligi de alio debito non privilegiato; nam si sunt pariter privilegiata, concurrunt, nisi quatenùs lege cavetur quòd unum privilegium alteri præferatur, secundùm Azon. *C. de bonis auctor. judic. possid. in summa col.* 3. & dixi suprà *in L. proxima*, & vide *L. privilegia* 32. & ibi Gloss. & Doctor. *ff. de reb. auctor. judic. possid.*

LEX XIII.

Debitum ex causa maleficii, vel damni dati in re aliena, est priùs solvendum ei, qui priùs egit, & qui sententiam meruit, quàm aliis, quibus ex tali causa debebatur. Hoc dicit.

(1) *Obligado el malfechor.* Nam & ex maleficiis proditæ sunt actiones, ut *in* §. *ex maleficiis* 18. *instit. de action.* & ex omni delicto oritur civilis, seu persecutoria actio, ut notat Gloss. *in L. fin. ff. de privat. delict.* & *in L. neque prætermittendum, ff. pro socio*, & tradit Bald. *in L. sub prætextu*, la 1. *C. de transact. in fin.* & *in L.* 1. *colum.* 2. *ad fin. ff. de condict. indeb.* dixit idem Bald. quòd in quocunque crimine, ex quo oriatur accusatio criminalis, ex eodem oritur actio in factum, vel de dolo, ut *ff. ad Leg. Cornel. de falsis, L. qui nomine* 25. alibi etiam dixit Bald. quòd ex delicto oritur obligatio, non officium judicis; nisi quando non subest materia sufficiens ex parte actoris: tamen æquitas suadet remedium dari, ut notatur *in L. & ideo* 12. *ff. de condict. furtiv. in* §. *Neratius* 2. ita Bald. *in L. cum servum, C. de servis fugitiv.* ex qualibet enim injuria alicui illata, duplex oritur actio, una reipublicæ, altera parti, *L. quotiens*, & *L. locatio* 9. §. *quod illicite* 5. *ff. de publican.* Bald. *in L.* 1. *colum.* 4. *C. si à non compet. judice.*

(2) *Primeramente.* Limita, nisi daretur damnum in re fiscali, ut dixi suprà *eadem Part. tit.* 3. *L. penul. in glossa magna.*

(3) *Sacan debdos.* Suprà *eodem L.* 11.

LEX XIIII.

Non potest quis sua auctoritate debitorem in bonis, vel in personam pignorare, nisi ex pacto ei liceat; & contra faciens, si ex tali pignoratione recipit debitum, restituat illud, & perdat jus creditor; & si non fuit ei solutum, restituat pignus, & non respondebitur ei super debito, donec pignus restituatur. Hoc dicit.

(1) *Sin braueza.* Habes hìc, quòd id, quod geritur inter partes etiam in judicio, debet fieri sine contumelia, & iracundia, simpliciter petendo, vel excipiendo: vide *L.* 3. & *L. si quidem* 10. *C. de injur.* & Specul. *tit. de accusatore*, vers. *sed pone, colum.* 14. & ibi Joan. Andr. in

po que se cumpliesse la condicion, de manera que non ouiesse poder de estar en juizio. Ca estonce, maguer se cumpliesse la condicion, non valdria el segundo; ante dezimos, que deue valer el primero.

LEY XVI.

Como, si lo que se deue fazer simplemente, se renueua so condicion, ha de valer.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop. Obligarse podria algund ome, faziendo pleyto so condicion (1), para pagar alguna debda, o para fazer alguna cosa. E despues desto podria acaescer, que otro alguno renouaria tal pleyto de aquella misma debda, obligandose puramente, sin condicion, a pagar por el. E en tal pleyto como este dezimos, que non deue valer el segundo pleyto, si la condicion que fuesse puesta con el primero, non se cumpliesse. Ca, pues sobre aquella debda misma se renueua el pleyto, non puede ser, si la condicion non viniesse con el, assi como fue puesta en el primero. Fueras ende, si quando la renouasse assi, dixesse paladinamente, que maguer non cumpliesse la condicion que era puesta en el primero pleyto, que se obligaua a pagar la debda, este que de nueuo la prometio. Ca entonce, quier se cumpliesse la condicion, o non, valdria el segundo pleyto, e seria tenudo de pagar la debda, el que lo fiziesse, e seria desatado el primero.

LEY XVII.

Como la debda que deue ome libre, non puede renouar sobre si ome que fuesse sieruo.

Renouando algund sieruo pleyto sobre debda que otro deuiesse, obligandose a pagarla; tal renouamiento de pleyto non valdria, nin desataria porende el pleyto principal, que fue fecho primeramente sobre la debda del ome que fuere libre: porque el sieruo non se puede el por si mismo obligar, en ninguna manera. Fueras ende, si tal renouamiento fuesse fecho por razon de algund pegujar, que el señor le ouiesse otorgado, de vender, o de mercar en alguna tienda (1), que el sieruo touiesse. Otrosi dezimos, que si alguna muger renouasse pleyto de debda que algund ome deuiesse, entrando manera para pagarla; maguer que la ouiesse assi renouado, poderlo y a reuocar (2). E si lo reuocasse (3), non valdria tal renouamiento de pleyto, nin se desataria el primero por el. E esto, porque es como manera de fiadura, a que non se puede la muger obligar. Ley 7. tit. 3. lib. 5. Recop.

LEY XVIII.

Como la debda que algund ome deuiesse, e la renouasse el huerfano sobre si, non la puede despues demandar al menor, nin al otro.

De nueuo tomando sobre si algund pleyto, el que fuesse mayor de siete años, e fuesse menor de catorze (1), obligandose a pagar debda de otri, sin otorgamiento de su Guardador; por tal renouamiento desatarse y a (2) el primero.

tiens 14. §. *sed si*, *ff. de novation.* de cujus legis intellectu vide per Bald. *in L. executorem*, *colum.* 11. *C. de execut. rei judic.* & *in L. fin. column.* 5. *C. de contrah. empt.* ubi & Salycet. *quæst.* 5. Et habes hìc, quòd non omnis mutatio status impedit novationem obligationis conditionalis, sed illa per quam quis non habet personam standi in judicio, & in quo statu non potest consistere obligatio, ut *in dicto* §. *sed si*: si ergò fieret servus, vel monachus, vel deportaretur, vel fieret furiosus, procederet, quod hìc habetur, ut *in L. servus* 6. *C. de judic.* & *L.* 8. & *L.* 10. *tit.* 2. 3. *Part.*

LEX XVI.

Si debitum sub conditione alius purè novando promittat, non valet novatio, nisi conditio existat; nisi expressè convenerit secundus, quòd, sive existat, sive non, non teneatur; quia tunc non prior debitor tenetur, sed secundus. Hoc dicit.

(1) *So condicion.* Quid si erat in diem, & postea promittatur purè animo novandi? Distingue ut per Joan. de Imol. *in L. in diem*, *ff. de novation.* qui pleniùs loquitur, quàm Bart. *in L. si Sthicum*, §. 1. *ff. eod.*

LEX XVII.

Servus animo novandi promittens nil agit, quia non potest efficaciter obligari; si tamen habet peculium, potest novare. Item nec potest mulier obligationem novare: quia est modus fidejussionis, quem mulier facere non potest. Hoc dicit.

(1) *En alguna tienda.* Ex hoc patet, quòd habebat servus liberam peculii administrationem; nam aliàs non posset novare, ut notat Azo *C. de novation. in summa*, & Gloss. *in L. fin. in princip. ff. eod.* & ibi Doctor. communiter.

(2) *Poderle y a reuocar.* Adde *L.* 1. & *L. senatus consultum* 4. & *L. si paternam* 8. & *L. si mulier alienam* 16. *C. ad Vellejan.*

(3) *Si lo renouasse.* Hoc dicit, quia mulier obligatur ipso jure, sed succurritur per Vellejanum: nota tamen, quòd etsi creditor liberavit mulierem, in se alienam obligationem animo novandi suscipientem, non liberaretur primus debitor, ut est casus singularis *in L. quamvis* 8. §. *Marcellus* 9. *ff. ad Vellejan.*

LEX XVIII.

Per novationem factam per pupillum minorem XIIII. annorum sine tutoris auctoritate, liberatur prior debitor, & pupillus non tenetur: imputetur enim contrahenti cum eo, qui non potest efficaciter obligari ad sui damnum. Hoc dicit.

(1) *Menor de catorze.* Idem in adulto curatorem habente, ut notatur *in L.* 1. *ff. de novation.*

(2) *Tal renouamiento desatarse y a.* Adde *L.* 1. *in fin. ff. de nouation.* undè ista lex habet ortum.

mero pleyto, e seria quito el que lo ouiesse fecho; de manera que despues non le es tenudo de pagar la debda, nin otrosi el menor, si non quisiere. E porende a su culpa se deue tornar, el que con tal menor renouo el pleyto, que non auia poder de lo fazer a daño de si.

LEY XIX.

Como, si alguno cuydando ser debdor de otro, que non lo fuesse, entrasse despues manero por el debdo a otro tercero, si es tenudo de lo pagar.

Ley 2. tit. 16. lib. 5. Recop.

CUydando (1) algund ome que era debdor de otro, e por esta razon se mouiesse a entrar manero a otro tercero, para pagarle alguna debda, que el ouiesse a dar a aquel cuyo debdor cuydaba que era, renouando el pleyto de aquella debda, e obligandose a pagarla; por tal renouamiento como este desatase (2) el primero pleyto, e vale el renouamiento del segundo. E es tenudo de pagar la debda el que la fizo, maguer sopiesse ciertamente, despues (3) que lo ouiesse assi renouado, que non auia a dar (4) ninguna cosa, a aquel cuyo debdor cuydaba que era. Pero en saluo finca a este que renouo el pleyto, de poder demandar a aquel cuyo debdor cuydaba que era, ante que el pague la debda, que le saque de aquella obligacion en que entro por el. E si por auentura non lo quisiere fazer, e apremiassen al otro, de manera que la ouiesse de lo suyo a pagar; estonce tenudo es el otro, por cuyo nome fue prometida la debda de nueuo, de pagarle en todas guisas aquello que por el pago: e non se puede escusar que lo non faga, maguer diga, que non le mando entrar manero, nin pagador de aquella debda; pues que en nome del pago aquello que el deuia, cuydando que lo deuia fazer. Mas si algund ome (5) que fuesse debdor de otro, cuydando que este cuyo debdor era, auia a dar alguna cosa a otro tercero, e non fuesse assi; si renouasse pleyto con el, e se obligasse a pagarle aquello que cuydaua que le deuia aquel cuyo debdor era el; maguer tal pleyto aya fecho con el, puede dezir, ante que le faga la paga, que le non dara ninguna cosa; poniendo defension (6) ante si, que non gelo deue dar; pues que el otro, por quien entro manero, non le deue nada. E si por auentura acaesciesse, que le pagasse aquello por que entro manero, e fiziesse la paga por mandado (7) del otro, cuyo debdor el era, estonce finca desobligado de la debda: pero en saluo finca a este, a quien deuia la debda, poder contra el otro, que le torne lo que recibio de mano de su debdor, pues que el non le deuia ninguna cosa; e el que rescibio la paga como non deuia, es tenudo de gela tornar. E si la paga fiziesse el por si mismo, sin mandado de aquel cuyo debdor era, estonce non finca desobligado de la debda que le deuia; e dezimos, que es tenudo de gela pagar. E ha demanda contra el otro, que le torne lo que le pago; e deuegelo tornar, maguer non quiera.

LEY XX.

Como se puede desatar vna debda por otra, en manera de compensacion.

COmpensacion es otra manera de pagamiento (1), por que se desata la obli-

L E X XIX.

Si credens, me falsò alicui debere, ejus creditori animo novandi pro creditore meo putativo liberando promisi, tenebor ex tali promissione: & antequàm solvam, possum contra meum putativum creditorem agere, ut liberet me ab illa obligatione; & si nollet, recuperabo ab eo, quod ejus creditori solvi. Sed si è contra creditori putativo mei veri creditoris animo novandi promisi, opponam ei exceptionem, quia promisi ei indebitum; & si de facto ei solvi, siquidèm mandato creditoris mei, sum liberatus, & ipse aget contra recipientem solutionem ad soluta recuperanda; sed si sine mandato solvi, agam ad soluti restitutionem, contra eum cui solvi. Hoc dicit.

(1) *Cuydando.* Ortum habet à *L. si quis delegaverit* 14. *cum L. sequent. ff. de novation.*

(2) *Desatase.* Undè novatione legitimè facta, hypothecæ, & pignora liberantur, *ff. de novation. L. novatione* 18. & vide *L. solutum* 11. §. *novata* 1. *ff. de pign. act.* & per Jason. *in L. qui bis, colum.* 2. *ff. de verb. oblig.* & de fidejussore vide per Bald. *in L. tam mandatori, C. de non numer. pecun.* & de privilegiis prælationis, an durent in obligatione novante, vide *L. aliam* 29. & ibi per Bart. *ff. de novation.* & *in L. si qui* 28. *ff. de jure fisci*: & quòd novatio vicem solutionis obtineat, vide *L. si rem* 31. §. *si duo* 1. *ff. de novation.*

(3) *Despues.* Hoc dicit, quia si à principio scivit, posse sibi competere aliquam exceptionem contra creditorem, ei renuntiasse videtur, ut *in dict. L. si quis delegaverit* 14.

(4) *Que non auia a dar.* Et sic exceptio, quæ poterat competere contra delegantem, non competit contra eum, cui est delegatus: vide per Bart. de materia *in L. doli, ff. de novation.*

(5) *Mas si algund ome.* Ortum habet à *L. Julianus* 7. *ff. de doli except.*

(6) *Poniendo defension.* Ut *in dict. L. Julianus.*

(7) *Por mandado.* Idem videtur, si delegatus ab eo solverit putativo creditori.

L E X XX.

Compensatione apposita, & probata per confessionem partis, vel intra x. dies, tollitur debitum. Hoc dicit.

(1) *De pagamiento.* Qui ergò compensat, videtur solvere, ut hic, & vide per Bart. *in L. Julianus, ff. de condit. & demonstr.* & licèt conditio debeat impleri in forma specifica; tamen impletur conditio solvendi, compensando, *L. si peculium* 20. *ff. de statuliber.* & vide quod notat Bart. *in L. amplius non peti, colum. fin. ff. rem ratam hab.* ubi concludit, quod & qui sub juramento promittit solvere, si compensat, implere videtur pro-

obligacion de la debda que vn ome deue a otro: e compensatio en latin tanto quiere dezir en romance, como descontar vn debdo por otro. E esto seria, como si vn ome demandasse a otro en juyzio mil marauedis, e este a quien los demandasse, dixesse (2), que queria prouar, que le deuia el otros tantos a el, e que pidia de derecho al Judgador, que le mandasse que fuessen quitos (3) los vnos por los otros. Ca estonce, fallando el Judgador (4) en verdad, que assi es, deue mandar que se quite el vn debdo por el otro: e son tenudos, de lo otorgar, e de fazer assi (5). Pero el Judgador deue catar primeramente, ante que mande fazer este quitamiento, si aquel que quier descontar vna debda por otra, puede luego prouar, e aueriguar lo que dize, o a lo mas tarde fasta diez dias (6). E si lo prouare assi, o conosciere el otro la debda, estonce lo deue mandar, assi como es sobredicho. Mas si entendiere, que lo non podria tan ayna prouar, porque los testigos son lueñe, o las cartas de la prueua, estonce non le deue otorgar el quitamiento sobre dicho; ante deue andar por el pleyto adelante, como el derecho manda.

Ley 2. tit. 21. lib. 4. Recop.

LEY XXI.

Quales debdas se pueden descontar por compensacion, e quales non.

Descontarse pueden en manera de compensacion, todas las debdas que son de cosas que se pueden contar (1), o pesar, o medir, fasta en aquella quantia que el vn debdor deuiere al otro. Otrosi dezimos, que si dos omes deuiessen vno a otro, cosas que non fuessen ciertas, nin señaladas, assi como cauallo, o otra cosa qualquier semejante, que non fuesse señalada (2) por nome, o por señales ciertas; que estonce bien pueden descontar el vno por el otro. Mas si la vna debda fuesse sobre cosa señalada, assi como si el vno ouiesse a dar al otro vn sieruo, o vna viña, o huerta, o otra cosa cierta; e el otro deuiesse a el otra cosa, que non fuesse cierta por nome señalado, assi como alguna quantia de trigo, o otra cosa que se pueda contar, o pesar, o medir; estonce (3) non pueden

promissionem, & liberatur à perjurio; sed contra istam determinationem Bart. tenent Gloss. & Doctor. communiter per illum text. *in cap. ad nostram*, el 1. *de jurejur.* ubi per Joan. de Imol. & tradit Alex. *consil.* 91. 2. *volum.* & tutior opinio videtur ista, quòd solvat, quando solvere posset; aliàs æquum est, ut compensans liberetur à perjurio: & quòd compensatio non dicatur vera solutio, vide per Bald. *in L.* 3. *in fine*, *C. de compensat.*

(2) *Dixesse.* Vult ista lex, quòd etsi debitor confiteatur debitum, tunc tamen admittatur exceptio compensationis, quando id quod opponit est de citò liquidabile, ut dicit in fine, & idem voluit Azo *C. de compensat. in summa*, & Alber. *in L. fin. C. de compensat.* ubi etiam Bald. & Paul. de Castr. in fine.

(3) *Que fuessen quitos.* Nota hìc modum objiciendæ compensationis, quòd opponatur per modum exceptionis; nam si peteret per modum reconventionis, non procederet compensatio: vide Bald. *in L. cum Papinianus*, *columm.* 3. *C. de sentent.* ubi & vide per eum, quòd opponens exceptionem compensationis videtur fateri debitum.

(4) *El judgador.* Etiam coram judice delegato potest objici exceptio compensationis, secundùm Bald. *in L. pen. ad finem*, *C. si à non compet. judice*; licèt in arbitro secùs esset, secundùm eum, quando compensatio esset ex causa extrinseca, secùs si ex causa intrinseca; & idem Bald. *in L. cum Papinianus*, *ad finem*, *C. de sent.* & idem Bald. *in L.* 1. *circa medium*, *C. de arbitr.*

(5) *Fazer assi.* Neque admitteretur actor, si & apponeret compensationem alterius debiti: nam compensatio compensationis admitti non debet, ut dicit Bald. *in authent. & consequenter*, *colum.* 1. *C. de sent.*

(6) *Fasta diez dias.* Habes hìc, quòd illa exceptio dicitur citò liquidabilis, quæ potest liquidari infra decem dies. Doctores aliter dicebant *in L. fin. C. de compensat.* volentes, hoc esse arbitrarium, & Bart. *in L. si is à quo*, *ff. ut in posses. legator.* Angel. *in L. ille à quo*, §. *si de testamento*, *ff. ad Trebel.* Innoc. & alii *in cap. veniens*, el 2. *de testib.* Et adverte, quòd per istam legem, juncta etiam lege Ordinamenti, quæ præcipit instrumenta publica mandari executioni, & etiam sententiam, quæ transivit in rem judicatam, non obstante quacunque exceptione, quæ tamen infra decem dies non probetur, videtur, quòd non possit hodie de jure Regni practicari illa notabilis doctrina Bart. *in L. aufertur*, §. *qui compensationem*, *ff. de jure fisci*, ubi dicit, quòd quando condemnatus nullum habet tempus datum ad solvendum, non potest opponere compensationem, etiamsi se offerat statim liquidaturum: quam doctrinam etiam refert Bald. *in L.* 3. *C. de compensat.* adducens illam ad instrumenta, habentia paratam executionem, & jubentia, ut statim viso instrumento reus ponatur in carcere, donec satisfaciat: & licèt Bald. ibi teneat contra Bart. tamen opinio Bart. est communis, ut tradit Alex. *consil.* 93. 4. *volum.* & *consil.* 94. & 95. nam cùm hodie de jure Regni dentur decem dies ad probandum exceptionem oppositam, poterit objici, & probari exceptio compensationis infra decem dies; quod & videtur voluisse Rodericus Suarez, licèt non in isto proposito, *in lectura dictæ L. Ordinam. posita sub repetitione L. post rem judicatam*, *fol.* 139. versic. *venio ad secundam partem.* Et nota, quòd licèt exceptio compensationis possit opponi etiam in executione sententiæ, ut dixi, tamen non poterit opponi in causa appellationis, secundùm Bald. *in L. per hanc*, *colum.* 5. *C. de tempor. appel.* movetur, quia habet vim reconventionis; & sicut in causa appellationis non habet locum reconventio, sic neque compensatio; & quia ista exceptio non impugnat sententiam: vide ibi per eum: & fortè in practica non admitteretur hoc dictum Baldi.

LEX XXI.

Potest compensari illud, quod pondere, numero, vel mensura continetur, cum altero ejusdem generis. Item compensatur debitum equi, vel alterius rei in genere, cum simili debito generis: sed res specialis, ut servus, vel fundus, non potest compensari cum re, quæ numero, pondere, vel mensura continetur. Hoc dicit.

(1) *Que se pueden contar.* Adde *L. quæcunque* 14. *ff. de compensat.* & *L. si constat* 4. *C. eod.* & an fiat de quantitate pecuniæ ad quantitatem frumenti, vide Bart. & Gloss. *in L. divortio*, §. *ob donationes*, *ff. solut. matr.* & vide Gloss. *in L. neque scriptura*, *C. de compensat.*

(2) *Que non fuesse señalada.* Id est, in genere, ut homo, vel equus, & adde Gloss. *in L. fin. C. de compensat.* quæ allegat leges ad hoc, quas & allegat Azo *C. eod. in summa colum.* 1. Et nota, quòd etiam de quota ad quotam potest fieri compensatio, *L.* 1. §. *penult. ff. si pars hæred. pet.* & *L. deducta* 58. §. *acceptis* 3. *ff. ad Trebel.* Et intellige istam legem, quando à qualibet parte debetur idem in eodem genere; secùs si diversum genus esset, ut si unus deberet equum, alter bovem, secundùm Cinum & Bald. *in L. fin. C. de compensat.*

(3) *Estonce.* Adde *L. si convenerit, ut nomen* 18. *in princ.*

den los debdores fazer entre si, por premia, desquitamiento de vna cosa por otra destas debdas tales.

L E Y XXII.

Como los compañeros pueden descontar entre si los daños, e los menoscabos que ouieren, por razon de la compañia, por culpa dellos.

DOs, o mas, auiendo compañia de so vno, si el vno dellos demandasse al otro emienda, de lo que auia menoscabado de las cosas de la compañia, por su negligencia, o por su culpa; e el otro le respondiesse, que el otrosi auia perdido, o menoscabado otro tanto de lo de la compañia por otra tal razon; el menoscabo que desta manera auiniesse en las cosas de la compañia, bien puede ser descontado el vno por el otro, si fueren eguales; e si non, fasta aquella quantia, que montare el menoscabo, que fizo cada vno dellos. Esso mismo dezimos que seria, si acaesciesse, que el vno de los compañeros ouiesse fecho daño en alguna partida de las cosas de la compañia, e en otra pro. Ca el pro, e el daño que fiziesse, deue ser egualado, lo vno por lo al (1), e descontado, segund la quantia que fallaren que monta el daño, o la pro. Otro tal seria, si el vno de los compañeros tomasse algo por si de la compañia, e el otro le demandasse, quel diesse su parte de aquello que tomara. E este que lo tomo le dixesse, que non gelo daria, porque el le prouaria, que auia fecho daño en las cosas de la compañia, que montaua tanto, o mas, de lo que el tomo. Ca si esto prouare, deue ser esquitado lo vno por lo al.

LEY XXIII.

Como deue ser descontado el daño, que alguno de los compañeros fiziere en la compañia por engaño.

ENgaño faziendo alguno de los compañeros en las cosas de la compañia, por que auiniesse en ellas perdida, o menoscabo, si el otro compañero le demandasse emienda de aquello que se perdiera, o menoscabara por su engaño, si este a quien fazen tal demanda, le respondiesse, que el queria prouar, que se perdiera, o se menoscabara otro tanto de lo de la compañia, otrosi por engaño que el otro auia fecho; prouandolo assi, dezimos, que deue ser desquitado (1) el vn daño por el otro. Otrosi dezimos, que si se perdiesse, o se menoscabasse alguna cosa de las de la compañia por negligencia, o por culpa del vn compañero; e se perdiesse otra, e se menoscabasse, que valiesse otro tanto, por engaño que fiziesse el otro compañero; que estonce bien pueden desquitar la vna por la

princ. ff. de pign. act. & *L. si ex ea* 6. *C. de rei vendic.* si tamen esset debitum alternativum quantitatis, vel speciei, opponi posset compensatio ad debitum simplicis quantitatis, secundùm Bald. per text. ibi *in L.* 1. *C. si major factus alien. sine decret. rat. hab.* Limita etiam, ut in casu *L.* 1. §. *jubet autem prætor*, *versic. sed & si tantum*, *ff. de collat. bonor.* Limita etiam, quando non extaret species, & sic deveniendum esset ad æstimationem, ut *in L. fin. C. de compens.* per Gloss. & Doctor. Limita etiam, nisi quantitas pecuniæ data esset in sacculo, ut species; nam tunc benè admittitur ob aliam quantitatem numeratam compensatio, secundùm Cyn. & Alber. *in dict. L. fin.*

L E X XXII.

Potest compensari inter socios, quod ex utroque cujuslibet negligentia deterioratum est, si ex utraque parte æqualia sunt damna; si autem inæqualia, usque ad concurrentem quantitatem. Item admittitur compensatio damni, per socium facti, cum lucro per eum facto, usque ad concurrentem quantitatem, vel ejus, quod unus de communi recepit, cum damno, quod alius in communi fecit. Hoc dicit.

(1) *Por lo al.* Contradicere videtur *L.* 13. *tit.* 10. *suprà eadem Partita*, & *L. non ob eam* 25. & *L. & ideo* 26. *ff. pro socio*, ubi habetur, quod non compensatur per socium compendium cum negligentia. Et certè de jure communi illa erat communis opinio, ut in contractu societatis, cùm quilibet ex sociis debeat studere lucro, ut dixi *in dict. L.* 13. non compensetur damnum cum lucro, quando intervenit culpa socii, qui damnum dedit; secùs si damnum veniret per casum, & ita tenet Azo *C. pro socio, in summa, colum.* 6. Bart. *in L. si negotia, ff. de negot. gest.* ubi Gloss. Undè potest dici, quòd ista lex intelligatur, quando damnum fuit sine culpa; sed videtur obstare ista lex, cùm in principio tractat de damno illato per culpam, vel negligentiam unius ex sociis, & in hoc versiculo, cùm dicit, *esso mismo*, videtur idem repetere, ut idem sit isto casu de compensando lucro cum damno illato culpa unius ex sociis. Undè fortè, & meliùs posset dici, quòd *dict. L.* 13. procedat in casu suo, in quo loquitur, scilicèt, quando damnum fuit illatum dolo per socium, ut tunc ejus dolus non compensetur cum lucro, aliàs per ipsum facto in rebus societatis; imò teneatur ad damnum per eum dolosè illatum: ista verò lex procedat, quando non intervenit dolus, sed culpa, vel negligentia, ut tunc admittatur compensatio damni cum lucro: & quòd per istas duas leges Partitarum declarentur leges prædictæ juris communis, licèt, ut dixi, Doctores communiter aliter sentiant, quorum opinioni satis favent *dicta L. non ob eam*, & *L. & ideo*: cogita, quia certè ista lex apertè loquitur, quando damnum est illatum à socio, & non à casu, & sic interveniente culpa, vel negligentia: & videtur æqua prædicta distinctio, ut longè aliud sit in damno illato dolo, quàm negligentia: cæteris enim paribus, graviùs punitur dolus, quàm negligentia, ut *in cap. nihil* 44. & ibi notat Abb. *de election.* Et an per procuratorem, qui damnificavit dominum, possit objici exceptio compensationis de eo in quo melioravit? Vide Bald. *in L. etiam*, *C. mandat.*

L E X XXIII.

Compensare possunt socii adinvicem damna doli unius cum dolo alterius, & culpa unius cum culpa alterius in diversis rebus, usque ad concurrentem quantitatem: sed si in eadem re unus dolum, alter culpam commisit, non compensatur; imò tenetur dolosus ad damna, & interesse, nec habet ob culpam contra alium actionem: quia in libramine juris dolus præponderat culpæ. Hoc dicit.

(1) *Desquitado.* Ortum habet à notatis per Azon. *C. de compensat. in summa*, *colum.* 2. versic. *item dolus cum dolo*, & gloss. 2. *in L. si ambo*, *ff. de compensat.* ubi habentur, quæ hìc in ista lege dicuntur.

la otra. Mas si vna cosa tan solamente se perdiesse, o se menoscabasse por culpa del vn compañero, e por engaño del otro, estonce non se podria desquitar el engaño por la culpa; ante dezimos, que el que fizo el engaño, que es tenudo de pechar el daño, o el menoscabo, que auino por el, e non ha demanda contra el otro por razon de la culpa: porque en la balança del derecho pesa mas el engaño (2) del vno, que la culpa del otro, quando auienen amos sobre vna cosa misma. E lo que diximos en estas dos leyes de los compañeros, entiendese tambien en los pleytos, que auienen entre los otros omes sobre tales cosas como estas, que ouiessen comunales (3) en vno por otra razon.

LEY XXIIII.

Como los Fiadores, e los Personeros, pueden descontar las debdas, por aquellos que fiaron, si les fuere demandado en juyzio.

NOn tan solamente los debdores principales pueden descontar vn debdo por otro, mas aun sus fiadores lo pueden fazer tambien, de la debda que deuiessen a aquel a quien fiaron, como de la que deuiessen a el mismo. Esso mismo dezimos, que podria fazer el personero del debdor principal, o del fiador, dando fiadores (1), que lo aya por firme aquel cuyo personero es. Pero debdo que deuiesse el personero, a aquel a quien faze la demanda en nome de otro, non le podria descontar en nome de aquel cuyo personero (2) es, en manera de compensacion, sin plazer de aquel cuyo personero es.

LEY XXV.

Como el fijo puede descontar en juyzio, las debdas que demandan a su padre.

EMplazado seyendo alguno ome ante el Judgador por debda que deuiesse, si el non pudiesse venir a responder al plazo que le fue puesto, e viniesse alguno de sus fijos (1) a responder en su lugar, e dixesse ante el Judgador, que aquel que le auia emplazado deuia otro tanto a su padre, como aquello que le demandaua, e que pedia al Judgador, que mandasse descontar el vn debdo por el otro; tal desquitamiento non deue ser cabido: fueras ende, si el fijo diere fiador, que aya por firme el padre, lo quel fiziere en aquel pleyto. Ca estonce, dando assi fiador, e prouando la debda, que dize, que deuia el demandador a su padre, o conosciendola el otro, bien puede mandar el Judgador, que sea desquitado (2) el vn debdo por el otro. Esso mismo dezimos que deue ser guardado, en todos pleytos que quisieren amparar (3) los omes los vnos por los otros, maguer non sean fijos, nin parientes, nin auiendo carta de personeria.

LEY XXVI.

Por que razon, los que deuen marauedis al Rey, o algun Concejo, non les pueden descontar por manera de compensacion.

DIximos en las leyes ante desta, que todas las cosas que deuen los omes vnos a otros, que son de tal natura, que se pueden pesar, y medir, e contar, que

(2) *El engaño.* Dolus præponderat culpæ, ut hìc, & *in L. item si obstetrix* 9. §. *fin.* & *L. item Mela* 11. & *L. si ex plagis* 52. §. *fin. ff. ad Legem Aquil.* si tamen ex una parte esset dolus, ex alia lata culpa, compensaretur dolus cum lata culpa, ut adducit Abb. *in cap. penult. ad fin. de his quæ vi, metusve causa.*

(3) *Comunales.* Non ergò est specialitas aliqua in contractu societatis circa contenta *in ista L.* & *L. supra proxima*, prout aliàs dicebat Gloss. *in L. si negotia, ff. de negot. gest.* sed procedit in quacunque re ex quacunque causa communi.

LEX XXIIII.

Fidejussor compensat, quod sibi, vel principali debitori debetur à creditore. Item procurator compensat debitum principalis, vel fidejussoris; dùm tamen procurator det fidejussorem de rato: non tamen procurator compensat suum debitum cum debito domini, nisi de voluntate domini. Hoc dicit.

(1) *Dando fiadores.* Facit *L. si cum filiofamilias* 9. *ad fin. ff. de compensat.*

(2) *Personero.* Nisi esset procurator in rem suam, ut *in L. in rem* 18. *ff. de compensat.* & an possit objici compensatio procuratori in rem suam, de eo quod debet cedens, vide Bart. *in L. servum quoque*, §. *fin. ff. de procurator.* & vide, quod notat Bald. *in L. ejus, C. de compensat.* Nota etiam, quòd id quod debetur societati, non compensatur cum eo, quod debet unus ex sociis. Vide *L. actione* 65. §. *si communis* 14. *ff. pro socio.*

LEX XXV.

Filius defendens in judicio patrem, non potest opponere adversus actorem compensationem debiti, quod petitur, nisi det fidejussorem de rato; & idem de quolibet, sine mandato alium defendente. Hoc dicit.

(1) *Sus fijos.* Adde *L. exigendi* 12. *C. de procurator.* & *L. si cum filio* 9. §. 1. *ff. de compensat.*

(2) *Desquitado.* Licèt ergò filius non possit recipere id, quod patri debetur ex alio contractu, quàm suo, etiam præstita cautione de rato, ut *in L. si unus* 27. *circa princ. ff. de pactis*, & *in L. non solum* 3. & quod ibi notatur, *ff. solut. matrim.* fictam tamen solutionem potest recipere, compensando id quod debetur patri, ut hìc, & *in dict. L. si cum filio*, ubi hoc notat Paul. de Castr.

(3) *Amparar.* Id est in quolibet defensore, seu negotiorum gestore; & sequitur dicta Azon. *C. de compensat. in summa, colum.* 2. & adde *L. exigendi* 12. *C. de procurator.* & *L. solutione* 23. *ff. de solut.* & *L.* 10. *tit.* 5. 3. *Part.* & tene menti istam legem, quòd defensor pro alio comparens potest compensationem objicere.

LEX XXVI.

Debitum, quod pro muris, pontibus, galeis, armis, vic-

Facta cessione, non potest ampliùs cedens conveniri, nisi fortè ad pinguiorem fortunam devenerit : tunc enim exigitur in quantum facere potest, deducto tamen undè vivat : sed fidejussor cedentis tenetur ad id, quod bonis debitoris deest ad satisfaciendum creditoribus. Hoc dicit.

(1) *Tal fuerza.* Sed an prosit cessio, etiam quoad creditores conditionales, vide notata per Baldum *in L. ex contractu, C. de bonis auctor. judic. pos.* & ibi etiam vide, an prosit quoad novum debitorem succedentem in obligatione.

(2) *Responder.* Opposita exceptione cessionis intellige ; quia per cessionem non tollitur naturalis, neque civilis obligatio, sed competit exceptio, secundùm Cynum, Baldum, & alios *in L.* 1. *C. qui bon. ceder. pos.* Ja-

uiesse algo; fueras ende, si ouiesse fecho tan gran ganancia (3), que podria pagar los debdos todos, o parte dellos, e que fincasse a el de que podiesse biuir (4). E maguer los que desampararon lo suyo, se pueden defender contra aquellos a quien deuiessen algo, para non responderles en juyzio, segun que es sobredicho; con todo esso non se podrian defender sus fiadores (5) por tal razon, que tenidos serian de fazer pagamiento, de lo que fincasse por pagar de aquellas debdas, por que entraron fiadores, maguer los principales non ayan de que lo fazer.

LEY IIII.

Que pena meresce aquel que non quiere pagar sus debdas, ni desamparar sus bienes.

Ley 7. tit. 16. lib. 5. Recop.

POr juyzio condenado seyendo alguno, que pague las debdas que deuiere a otro, si las non quisiesse pagar, nin desamparar sus bienes, segun diximos en las leyes ante desta, el Judgador del logar deuelo meter en prision (1), a la demanda (2) de los que han de recebir la paga, e tenerlo en ella, fasta que pague (3) lo que deue, o desampare sus bienes. E si entre tanto que yoguiesse en la prision, malmetiesse (4) los bienes, todos, o parte dellos, maguer los quisiesse desamparar, non deue ser oydo. Fueras ende, si se obligasse, dando recabdo (5) de tornarlos en el estado en que eran, quando el fue metido en prision.

LEY V.

Como, quando alguno es debdor de muchos, e les ruega que le esperen por el debdo, e los vnos lo otorgan, e los otros non; qual razon deue ser cabida.

Ley 7. tit. 19. lib. 5. Recop.

DEbdor seyendo vn ome de muchos, si ante que desamparasse sus bienes, los juntasse en vno (1), e les pidie-

Jason. *in* §. *final. colum.* 1. *instit. de action.* & sic habes hìc, quòd cessio bonorum impedit litis contestationem: adde *L. is qui* 4. §. *Sabinus* 1. & ibi Bart. *ff. de cession. bonor.*

(3) *Tan gran ganancia.* Adde *L. qui bonis* 6. & *L. si debitoris* 7. *ff. eodem.* Et nota, quòd si cessio bonorum facta fuit cum vituperio, non tenebitur postea debitor, etiamsi pervenerit ad pinguiorem fortunam: ita voluit Gloss. notabilis *in capitul. sicut dignum*, super verbo *si habent*, *de homicid.* & gloss. 1. *in regul. peccatum, de regul. jur. lib.* 6. & istas glossas ad hoc allegavit Paris de Puteo *in tract. syndicatus*, versic. *octuagessimo tertio, colum. quarta.*

(4) *De que podiesse biuir.* Et sic in bonis quæsitis post cessionem non tenetur ultra quàm facere potest, deducto scilicèt ne egeat, ut hìc, & *in dicta L. qui bonis*, & *in* §. *final. instit. de action.* non ergò scholari, qui cessit bonis, possunt auferri libri, quos postea emit, Bald. *C. eodem in rubrica*, sicut neque militi arma, neque clerico breviarium, qui allegat gloss. singularem *in L. nepos Proculo* 125. *ff. de verborum signific.* in verbo *dignitate.*

(5) *Sus fiadores.* Concordat cum §. *fin. instit. de replic.* & *L. hæres à debitore* 21. §. *quod si stipulator* 3. & ibi notat Bart. *ff. de fidejussor.*

LEX IIII.

Debitor condemnatus ut solvat creditoribus, si ipse non vult solvere, nec cedere, mittitur in carcerem ad instantiam creditorum. Item, si dum est in carcere, dissipat bona, vel partem, perdit beneficium cessionis. Hoc dicit.

(1) *En prision.* Sed an priùs debet fieri discussio bonorum debitoris? Gloss. dicit, quòd sic, *in L.* 3. §. *tutores, ff. de suspect. tutor.* & tenent Bart. & Baldus *in L.* 1. *C. qui bonis ceder. poss.* idem vult Bald. licèt ibi referat contrariam opinionem, *in L.* 1. *in fin. C. de juris, & facti ignorant.* debet ergò priùs fieri executio in bonis, & si non sufficiant, tunc devenitur ad capturam; nisi debitor esset suspectus de fuga, quia tunc statim capi posset: ita Abb. *in capit.* 2. *ad finem de pignor.* vel nisi sit debitor fiscalis, *L. sacrilegi* 9. §. 6. *vers. cum eo ff. ad Legem Juliam peculat.* & vide per Joan. de Platea *in L. nemo carcerem, C. de exactor. tribut. libro* 10. & istam opinionem dicit communem Alexand. de Imol. *in L. à Divo Pio*, §. *in venditione, col.* 3. *ff. de re judic.* Hodie in isto Regno practicatur, quòd requiratur debitor, ut assignet bona in quibus fiat executio, & det fidejussorem, quòd erunt bona valoris debiti, & sana sine periculo evictionis tempore eorum distractionis, & quòd si ita non fecerit, detrudatur in carcerem; & est bona practica. Et pro debito universitatis an capiantur rectores populi, vel aba-

tissa pro debito monasterii, vide per Bald. *in L. etiam colum.* 4. *C. de execut. rei judic.*

(2) *A la demanda.* Nota hoc verbum: approbatur enim hìc assertio dicentium, cessionem bonorum non fieri, creditoribus non instantibus ut carceretur, cùm per cessionem fraudentur creditores in acquirendis, ut suprà *L. proxima*, ut voluit Cynus *C. eod. L.* 1. & tradit Joan. And. *in addit. ad Spec. tit. de execut. sentent.* §. *fin. in addit.* incipienti *lex prima*, &c. tradit etiam Bald. *in dict. L.* 1. *col.* 2. versic. *quæro si creditores.*

(3) *Fasta que pague.* Hodie dic, ut in pragmatica Regum Catholicorum, *fol. mi* 96. & 97.

(4) *Malmetiesse.* Hoc dicit, quia ex hoc constat de fraude. Quid ergò si ante capturam alienasset? Dic esse idem, si studiosè, & in fraudem creditorum alienasset, ita quòd bona non possent recuperari, ut est textus singularis *in L. fin. in fin. ff. quæ in fraud. creditor.* & ibi Bart. & Angel. Bald. *in L.* 1. *colum.* 2. *C. qui bon. ceder. poss.* & sic habes casum, in quo non gaudet quis beneficio cessionis; undecim alios casus vide per Jasonem *in* §. *fin. instit. de action.* Et quatenus ibi in quarto casu ponit, quòd quando quis convenitur ex delicto, vel quasi, non admittitur beneficium cessionis, sed pœna pecuniaria convertitur in corporalem, per *L. penult. ff. de in jus vocand.* & *L. quicunque* 4. *C. de servis fugitiv.* intellige & limita, nisi agatur pro puro interesse: nam tunc cessio admittitur, sive conveniatur ex contractu, vel ex maleficio, secundùm Innoc. & Joan. And. Abb. & Joan. de Imol. *in cap. Odoardus, de solut.* vide ibi per eos.

(5) *Dando recabdo.* Nota hoc, quia non ita declaratur *in L. fin. ff. quæ in fraud. creditor.* de qua ista sumpta est; licèt ibi possit hoc sumi in argumentum, & ibi Albericus idem volens post Dynum.

LEX V.

Si ex pluribus creditoribus major pars, secundùm debiti quantitatem, velit debitori tempus ad solvendum indulgere, petendo, ut non cedat, habebit ab omnibus tempus illud. Si autèm in personarum numero, & in debiti quantitate sint æquales, & una pars indulget tempus, & alia cessionem desiderat, præfertur pars tempus indulgens: quia magis pietate movetur. Sed si in debito sunt æquales, in personis verò inæquales, stabitur voluntati plurium personarum. Hoc dicit.

(1) *En vno.* Idem habetur *in L. fin. C. qui bon. ceder. poss.* de qua ista sumpta est: est ergò necessaria convocatio, & omnium coadunatio creditorum in unum, ut ibi ponderant Doctor. maximè Bald. *in principio il-*

diesse (2), que le diessen vn plazo señalado (3), a que les pagasse; si todos non se acordassen en vno a otorgarselo, aquel plazo deue auer, que otorgare la mayor parte (4) dellos, maguer los otros non gelo quisiessen otorgar. E aquellos, dezimos, que se deue entender que son mayor parte, que han mayor quantia en los debdos. E si fuesse desacuerdo entre los vnos, queriendo otorgarle el plazo, e los otros, diziendo que gelo non otorgarian, mas que pagasse, o desamparasse los bienes; estonce, si fueren yguales en los debdos, e en quantidad de personas, deue valer lo que quieren aquellos quel otorgan el plazo: porque semeja, que se mueuen a fazerlo por piedad que han de el. E si por auentura fuessen eguales en los debdos, e desiguales en las personas, aquello que quisiere la parte do fueren mas personas, esso deue valer.

Autos 49. y 79. tit. 4. lib. 2. Rec. Ley 7. tit. 19. lib. 5. Recop.

LEY VI.

Como, quando alguno es debdor de muchos, e les ruega que le esquiten algo, e los vnos lo otorgan, e los otros non; qual razon deue ser cabida.

Rogando el debdor (1) a aquellos a quien deuiesse algo, ante que les desamparasse sus bienes, que le quitassen alguna partida de lo que les deuia, e que les pagaria lo otro; si por auentura fuesse desacuerdo entre ellos, queriendo los vnos quitarle alguna cosa, e los otros non, aquello deue valer (2), e ser guardado, en razon del quitamiento (3), pues en todas las cosas, que diximos en la ley ante desta, en razon del plazo que pidiesse. E aun dezimos, que maguer alguno de aquellos a quien deuiesse algo, non estuuiesse delante (4), quando los otros le quitassen alguna partida del debdo; que con todo esso deue valer lo que fizieren, e non lo puede reuocar aquel solo. Fueras ende, si la quantia que el deuia auer del debdo, fuesse mayor (5) que la de todos los otros: ca estonce non empeceria lo que sin el fiziessen. E otrosi dezimos, que si algunos que ouiessen a recebir algo de su debdor, le quitassen alguna partida del debdo, e non fuesse y presente (6), quando fi-

Autos 49. y 79. tit. 4. lib. 2. Rec. Ley 7. tit. 19. lib. 5. Recop.

illius legis: est enim hoc de substantia ubicunquè in his, quæ sunt communia pluribus ut singulis, & major pars potest præjudicare minori, quòd debeant in unum locum omnes convenire, & de ipsa re discutere; ut notat Bart. *in repet. L. omnes populi, in 3. quæst. 2. quæstionis principalis, ff. de justit. & jure*, & in his terminis tradit Alex. *consilio 205. visis his, quæ narrantur in themate, 2. volum.* Sed an si aliqui essent absentes, sufficiat, quòd citentur, & si non veniant, fieri possit sine eis? Videtur, quòd sic, ex notatis *in L. rescriptum 10. ff. de pactis.*

(2) *Les pidiesse.* Et sic hoc fit ad petitionem debitoris, non verò favore creditorum: undè si debitor velit cedere, creditores verò velint, ut non cedat, dare dilationem, non sunt audiendi, ut communiter tenent Doctor. *in dicta L. fin.* ita concordantes Gloss. in verbo *detur*, & in verbo *inducias.*

(3) *Vn plazo señalado. L. finalis*, de qua ista sumitur, loquitur de dilatione quinquennii, quasi velit, quòd in majori dilatione non haberet locum, quod ibi disponitur. Doctores ibi non tangunt; sed simpliciter loquuntur de dilatione quinquennali, ut lex ipsa loquitur. Ista verò lex Partitarum simpliciter loquitur sine adjectione quinquennii; quam nota: nam per hoc infertur, quòd habebit locum ista dispositio, etiamsi detur alia major dilatio à creditoribus, ut hìc patet, & cùm inferiùs dicit: *Aquel plazo deue auer, &c.*

(4) *La mayor parte.* Et concessa ista dilatione, excluditur debitor, ne postea possit cedere bonis, Gloss. & communiter Doctor. *in dict. L. fin.* Ang. & Moderni *in L. alia, §. eleganter, ff. solut. matrim.* Elapsa ergò dilatione incarcerabitur debitor: quia aliàs deciperentur creditores. Sed an tenebitur satisdare de solvendo intra tempus dilationis, prout aliàs habetur *in L. universa 4. C. de precib. Imper. offer.*? Albericus *in dicta L. final.* tenet, quòd non. Paul. de Castr. ibi tenet contrarium, si potest satisdare; aliàs tenebitur ad juratoriam cautionem cum stipulatione pœnali: quod non placet, quia neque ista lex, neque alia exigit istam satisdationem. Tene ergò dictum Alberici, quod & est de mente Alex. *in dict. consil. 205. volum. 2.*

LEX VI.

Si debitor ante cessionem à creditoribus remissionem partis debiti petat, ut superfluum solvat, & ut hoc faciant, discordent ipsi creditores; valet, quod major pars, vel æqualis fecerit, habita consideratione legis supra proximæ, etiam absente aliquo creditore; nisi absentis quantitas esset totius debiti major pars; vel absens pignoris habeat obligationem. Hoc dicit.

(1) *Debdor.* Per istam legem tollitur illa communis opinio Doctorum *in L. & suum hæredem, §. fin. ff. de pactis*, quòd illa lex non procederet in debitore vivo, sed in debitore mortuo, ut haberent creditores hæredem, quem conveniant. Fulgosus tamen tenebat id, quod in hac lege disponitur, ut videbis per Jason. *in dict. §. fin.* quem legit sub *L. juris gentium.*

(2) *Aquello deue valer.* Limita, nisi illi qui remittunt, & faciunt majorem partem, essent consanguinei debitoris, vel suspecti aliàs, secundùm Bald. post Guiliel. *in dict. L. & suum hæredem, §. fin. ff. de pactis*, ubi vide Jason. *in 7. limitatione.*

(3) *Quitamiento.* Limita, dum tamen non remittatur totum debitum, secundùm Doctor. *in dict. L. & suum §. fin. ff. de pactis.*

(4) *Non estuuiesse delante.* Sed an requiratur, quòd citentur absentes? Communis opinio Bart. & aliorum est, quòd sic, *in L. rescriptum, ff. de pact.* licèt Angel. & Fulgos. & Paulus de Castro, & Jaso ibi tenent contrarium.

(5) *Mayor.* Adde Gloss. *in L. rescriptum*, in verbo *creditorum, ff. de pactis.*

(6) *Y presente.* Quid si debitor, qui habebat hypothecam, esset præsens cum aliis non habentibus? an sibi præjudicabitur per consensum majoris partis, ipso contradicen-

fiziessen este quitamiento, alguno otro, a quien fuesse obligada señaladamente alguna partida (7) de los bienes del debdor, o touiesse alguna cosa suya señaladamente en peños, que le non empeceria el quitamiento que los otros le fiziessen. Ca en saluo le finca todo su derecho, en aquellos bienes que fuessen obligados, o empeñados (8).

LEY VII.

Como, si el debdor enagena sus bienes, a daño de aquellos a quien deuiesse algo, que se puede reuocar tal enagenamiento.

Leyes 6. y 7. tit. 19. lib. 5. Recop.

PErsonal debdor (1) dezimos que es aquel, quando la persona tan solamente es obligada por el debdo, e non los bienes (2). E tal debdor como este, acaesce a las vegadas, que despues (3) que es condemnado en juyzio, que pague las debdas, e ha mandado el Judgador fazer entrega de los bienes del, que los enagena todos (4), porque non puedan fallar (5) de lo suyo, de que entreguen a aquellos que lo deuen auer. E porende dezimos, que tal enagenamiento como este pueden reuocar, aquellos que deuen ser entregados en ellos, desde el dia que lo supieren fasta vn año (6). Porque se da a entender, que pues que todo lo suyo enagena desta manera, que lo faze maliciosamente, e con engaño. Esso mesmo dezimos que seria, si tal debdor diesse en su vida (7), o mandasse en su testamento, alguna cosa de las suyas a otro. Ca, si de lo que finca non pu-

cente? Videtur hìc à contrario sensu, quòd sic; sed dic contrarium per text. *in L. fin. C. qui bon. ceder. poss.* & ibi Gloss. & quia ratio quæ datur, quare non præjudicabitur creditoribus hypothecariis absentibus, militat etiam si sint præsentes: probatur hoc etiam *in L. rescriptum* 10. *in versic. hæc enim omnia*, & ibi Bald. *ff. de pactis.*

(7) *Alguna partida.* Idem, si omnia bona, ut *in L. rescriptum* 10. *ff. de pact.*

(8) *O empeñados.* Quid si non haberet pignus, vel hypothecam, haberet tamen fidejussorem? Vide *L. si præcedente* 58. §. *fin. ff. mandat.* & Paul. de Cast. *in dict. L. rescriptum*, & per Jason. *in L. & suum hæredem*, §. *hodie*, *in* 6. *limitatione*, *ff. de pactis.*

LEX VII.

Si debitor personalis obligationis, in cujus bonis mandavit judex fieri executionem, antequàm fiat, omnia bona, ut non inveniatur undè solvat, alienet; revocant creditores alienata à die scientiæ intra annum: quia præsumitur in fraudem alienasse: idem, si quid donavit, aut in ultima voluntate reliquit, & bona alia non sufficiant creditoribus: sed si debitor vendidit, permutavit, seu in dotem dedit, vel pignori, non revocatur; nisi probetur, & recipientem participem fraudis fuisse: tunc enim intra dictum tempus revocatur; nisi recipiens erat minor XXV. annis; licèt particeps fraudis fuit, restituitur ei pretium, quod pro illa re dedit. Hoc dicit.

(1) *Personal debdor.* Ista lex cum sequentibus usque in finem tituli tractat materiam alienationis in fraudem creditorum: & quia in ista materia Bald. *in rubric. C. de revoc. his, quæ in fraud. alien. sunt*, posuit multa, & valdè notabilia, vide ibi per eum: vide etiam latè per Joan. Fab. Angel. & Jason. *in* §. *item si quis in fraudem, instit. de action.* Et inter cætera nota illud, quòd alienatio vera facta in fraudem futurorum creditorum, quorum pecunia priores dimissi non sunt, non revocatur, *L. nisi priores* 16. & *L. ait prætor* 10. §. *ita demum* 1. & ibi Bart. *ff. quæ in fraud. creditor. L. si debitor* 4. *C. de privileg. fisci*, & *L. si quis posthac* 9. *C. de bonis proscriptor.* nisi tempore alienationis excogitaverit fraudem contra futuros creditores, ut *in authent. sed jam necesse*, *C. de donat. ante nupt.* & tradit Joan. de Plat. *in L.* 1. *C. de jure fisci*, *lib.* 10. *col.* 2. & vide per Bald. *ubi supra*, versic. *quæro, pone cum concepissem.* Adde etiam, quòd petere possunt creditores, quòd alienator detrudatur in carcerem, quousquè revelet eos, in quos alienavit, ut per Joan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de rebus Eccles. non alien.* super parte *alienatore.*

(2) *E non los bienes.* Adde *L.* 11. *tit.* 14. *ead. Part.*

(3) *Que despues.* Hoc ponit, ut evidentiùs dicatur constare de fraude; nam idem esset, si anteà omnia bona alienaret, cùm creditores haberet: ad revocationem tamen non admittuntur creditores, nisi præcessit sententia judicis, & creditores mittantur in possessionem bonorum; quæ si non reperiantur, vel si non sint sufficientia, tunc intentant revocatoriam, ut *in* §. *item si quis in fraudem* 6. *instit. de action.*

(4) *Todos.* Adde *L. omnes* 17. §. *Lucius* 1. *ff. quæ in fraud. creditor.* Et cùm dicit, *Enajena*, vult, etsi alienet titulo oneroso, ut & voluit Gloss. & ibi Bartolus, *in L. patronus*, *ff. de probation. in glossa prima ad fin.* & *in L. qui testamentum*, in verbo *modum*, *eod. tit.* & ibi Bart. & *in dicto* §. *Lucius.* Et intellige, quando venditio omnium bonorum esset facta pro valdè minori pretio, quàm valerent bona; aliàs secùs esset, ut tradit Joan. de Imol. *in L. post contractum*, *ff. de donat. colum.* 1. Jaso *in* §. *item si quis in fraudem*, *colum.* 5. *instit. de action.* & idem dic, si alienetur major pars bonorum, Gloss. singularis *in L. nomen*, §. *filio*, in verbo *omnis substantia*, *ff. de legat.* 3. per text. *in L.* 1. & ibi Bald. *in tertia quæst. C. si quid in fraudem patron.* Et cùm ista lex generaliter loquatur, intellige, sive alienet omnia bona, vel majorem partem simul, sive minutatim, seu vicibus interpollatis, secundùm Bald. *in L.* 1. *col. fin. C. qui bonis ceder. poss.* Bartol. post Gloss. *ibi in dicto* §. *filio*, Jason. *in dicto* §. *item si quis in fraudem*, *col.* 6. & adde Bald. & Jason. *in L.* 2. *C. de repud. hæred.*

(5) *Non puedan fallar.* Hoc, etiam alio non probato, constaret ex tali alienatione omnium, vel majoris partis bonorum, ut hìc innuitur, & clariùs *in dicto* §. *Lucius*, & infrà *ista L.* ibi: *Porque se da a entender.*

(6) *Fasta vn año.* Adde *L. primam*, *ff. eodem*, & *C. eodem*, *L. penultimam*, & etiam post annum de eo, quod pervenit ad eum, ut *in L. ait prætor* 10. §. *pen. ff. eodem*, vel dolo fecit, quominùs perveniret, & exemplifica, ut ibi per Bart. Est autem iste annus utilis: undè non curret, nisi à tempore scientiæ alienationis, ut hìc dicitur; & subaudi etiam à tempore excussionis factæ in bonis debitoris, ut declarat Albericus *in L. ait prætor*, §. *annus*, *ff. eod.* Joan. Fabri. & Angelus *in dict.* §. *item si quis in fraudem*: & quòd iste annus intelligatur de utili, patet *in L.* 1. *ff. eod.* tenet Azo *C. eod. in summa*, *colum.* 1.

(7) *Diesse en su vida.* Si intelligas de donatione causa mortis, planè procedit: quia tam in donationibus causa mortis, quàm in legatis revocandis, solus expectatur eventus; cùm non debeantur, nisi deducto ære alieno, *L. scimus* 22. §. *sin vero creditores* 5. *C. de jure delib. L. quod autem* 6. §. *pen. ff. quæ in fraudem creditor.* Si tamen intelligas de donatione inter vivos, tunc, licèt non exigatur fraus ex parte donatarii, tamen exigitur ex parte debitoris donantis, secundùm Azon. *C. eod. in summa*, *colum.* 2. & Gloss. *in dict.* §. *item si quis in fraudem*, *instit. de action.* allegant *L. pen. C. eod.* & *L. quod autem* 6. §. *simili modo* 3. *ff. eod.* & meliùs probatur *in* §. *in fraudem* 3. *instit. qui, & ex quibus caus. manum. non pos.* & assignant Doctores rationem differentiæ: quia inter vivos cùm alienatur, vel donatur, subest spes lucri quærendi; quod cessat in ultimis voluntatibus. Sed adverte, quia is-

pudiessen ser entregados, e pagados, aquellos a quien deuiesse algo, que se puede reuocar tal donacion, o manda, en la manera que de suso diximos. E si por auentura aquella cosa non la enagenasse, dandola, o mandandola en su testamento, mas la vendiesse, o la canmiasse, o la diesse en dote (8), o a peños; estonce dezimos, que si pudiesse ser prouado, que aquel que rescibiesse la cosa en alguna destas maneras sobredichas, sabia (9) que el debdor fazia este enagenamiento maliciosamente, o con engaño (10), que puede ser reuocado, fasta aquel tiempo que de suso diximos. Fueras ende, si aquel que ouiesse por alguna de las razones sobredichas recebida la cosa, fuesse huerfano. Ca este atal non seria tenudo de la tornar, si non le diessen (11) lo que auia dado por ella, maguer le prouassen que era sabidor del engaño. Mas si el engaño del enagenamiento non fuesse prouado, assi como sobredicho es, o no fuesse fecha demanda sobre el fasta aquel tiempo que de suso diximos, non lo podria despues demandar que se quitasse por esta razon.

LEY VIII.

Como la compra que es fecha de los bienes del debdor, contra el defendimiento de aquel cuyo debdor es, se puede reuocar.

ATreuense algunos omes a comprar las cosas de aquellos que son debdores de otri, maguer que lo defiendan aquellos que han a recebir las debdas, o sus personeros, o sus mayordomos. E porende dezimos, que en tal razon como esta (1), o en otra semejante della, si los otros bienes que fincan del debdor, non cumplen a pagar la debda, que se puede reuocar tal enagenamiento, fasta el tiempo que diximos en la ley ante desta.

LEY IX.

Como el que es debdor de muchos, si faze la paga al vno, non se puede reuocar.

AMa a las vegadas el que es debdor de muchos, mas el pro del vno, que de los otros: e porende acaesce, que ante que fagan entrega (1) en los bienes del, que paga su debdo

a

ista lex Partitarum in donatione inter vivos videtur loqui, & vult idem esse, quod in ultima voluntate, ut solus consideretur eventus, quo creditores fraudantur, licèt desit consilium, seu, etsi non probetur de consilio fraudandi: imò sicut lex præsumit, fraudem subesse, cùm alienantur omnia bona; sic & ista lex præsumit fraudem in eo, qui habet creditores, & donat inter vivos, quidquid sit illud quod donet; vel saltem hæc lex vult solum eventum in hoc considerari: & idem videtur de jure communi dicendum: nam *L. pen. C. eod.* quæ in contrarium allegatur, nihil exigit de fraude donantis; sed tantùm eventum considerat, si rectè inspiciatur: & similiter idem vult *dictus §. simili modo*: & ad §. *in fraudem* potest dici, quòd procedat favore libertatis: hoc etiam patet ex *L.* 37. *tit.* 13. *sup. ead. Part.* ubi, si servus pignori datus sub generali obligatione bonorum manumittatur, non tenet manumissio, si bona non sunt solvendo; & sic tantùm ibi exigit eventum: & ita etiam videtur intelligenda *L.* 2. *C. de servo pign. dat. manum.* licèt illam legem Azo *in summa, C. de revoc. his quæ in fraud. alien. sunt*, alleget ad id, quòd in his, quæ alienantur titulo lucrativo, requiratur eventus, & etiam fraudis consilium ex parte alienantis.

(8) *En dote.* Ergò dos est titulus onerosus, ut hìc: quod intellige ex parte viri; nam ex parte mulieris dicitur lucrativus: & adde *L. fin.* §. *si à socero* 1. & *L. ait prætor* 10. §. *si cum mulier* 14. *ff. eod.* & *L.* 3. *C. eod.* & per Salic. quem vide *in L. ignoti, C. eod.* & per Jason. *in dict.* §. *item si quis in fraudem, colum.* 4.

(9) *Sabia.* In alienatis titulo oneroso tria requiruntur; scilicèt fraus ex parte alienantis, & scientia ex parte recipientis, & eventus fraudis, in damnum scilicèt creditorum, ut hìc, & *in L. penul. C. eod.* & per Gloss. *in dicto* §. *item si quis in fraudem*: neque sufficeret, quòd emens sciret, vendentem habere creditores, ut *in L. ait prætor* 10. §. *quod ait* 2. *ff. eod.* Et quid si debitor civitatis alienet titulo oneroso? an requiratur, quòd emptor sciat fraudem? Vide *L.* 2. & ibi Bart. *C. de debitor. civit. lib.* 11. & per Jason. *in dict.* §. *item si quis in fraudem, colum.* 5. & ibi habetur, quòd non requiratur, & sit speciale favore civitatis.

(10) *Con engaño.* Et videtur esse in fraudem, ex quo scit se habere creditores, & bona sua non esse solvendo, *L. si quis cum haberet* 15. & ibi Bart. *ff. quæ in fraudem creditor.* & per Jason. *in* §. *item si quis in fraudem, inst. de action. colum.* 7.

(11) *Si non le diessen.* Non enim tenetur, nisi in quantum est locupletior, ut *in L. ait prætor* 10. §. *ait prætor* 5. & *L. quod autem* 6. §. *si quid cum pupillo* 10. *ff. eod.* & procedit hoc, etiamsi sit adolescens ipse minor, si ipse ignoravit fraudem, licèt ejus curator sciret, ut *in dict.* §. *ait prætor*, & fortè etiam ex mente hujus legis procedet hoc, etsi ipse adolescens sciret: & est hìc speciale; nam in aliis revocatur, etiam non restituto pretio, ut *in L. si debitor* 7. & *L. ex his* 8. *ff. eodem*, ubi vide.

LEX VIII.

Si quis à debitore emat, denuntiante creditore, vel ejus procuratore, ne emat, quia non sufficiunt bona ad debita, revocatur intra anuum alienatio. Hoc dicit. Habuit originem à *L. ait prætor* 10. §. *si quis particeps* 3. *ff. quæ in fraud. credit.*

(1) *Como esta.* Licèt non constet aliter de participatione fraudis, ut *in L. ait prætor* 10. §. *si quis particeps* 3. *ff. eod.*

LEX IX.

Quod uni ex creditoribus ante executionem, vel cessionem debitor solvit, non tenetur aliis creditor contribuere; sed si post solvit, erit locus contributioni. Hoc dicit. Habuit ortum à *L. quod autem* 6. §. *sciendum* 7. *ff. quæ in fraud. credit.*

(1) *Entrega.* Id est, antea quàm bona possideantur per creditores: ita declaratur *in L. quod autem* 6. §. *sciendum* 7. *ff. eod.* nam postea quàm bona cœperunt possideri,

a aquel a quien bien queria (2). E en tal razon como esta dezimos, que maguer los otros bienes que le fincan, non cumplan a pagar las debdas de los otros, que non le pueden apremiar, que torne (3) aquello que recibio en paga de mano de su debdor. Esso mismo dezimos que seria, si la paga fiziesse otrosi, ante que desamparasse los bienes. Mas si la paga fiziesse despues que fuesse fecha la entrega, o que desamparasse sus bienes (4), quier lo fiziesse de su voluntad, quier por premia (5) del Judgador; estonce bien la podrian demandar los otros debdores, al que la ouiesse recebido: e deue ser tornada, e ayuntada con los otros bienes que desamparo: e de si deuenlo partir todo entre los debdores, en la manera que diximos (6).

L E Y X.

Del debdor que se fuye de la tierra, porque non se atreue a pagar lo que deue.

FVyendose algun ome de la tierra, porque non pudiesse pagar las debdas que deuia; si alguno de aquellos a quien deuia algo, sabiendo que se yua assi, fuesse en pos el con entencion de recabdarle, e de tomarle lo que lleuaua; si se fallassen como en yermo, o en logar que non ouiesse Merino, o Juez; estonce bien lo podria el por si mismo (1) recabdar, a el, con todo quanto leuasse (2) consigo. Mas si lo fallasse en logar do ouiesse Juez, o Me-

ri, omnium creditorum jura paria sunt: si ergò omnes creditores missi sunt in possessionem bonorum, tunc non posset debitor uni eorum solvere, ut hìc habetur: & idem dic, si unus immittatur in possessionem bonorum ex primo decreto; nam & cæteri videntur immissi, ut *in L. fin. C. de bonis auctorit. judic. poss.* nam in pignore prætorio non procedit illa regula, *qui prior est tempore*, ut *in L. cum unus* 12. *ff. de rebus auctor. judic. poss.* & ibi Bart. & idem Bartolus *in dicto* §. *sciendum*, & habetur *in dict. L. fin.* ubi hoc intelligit Paul. de Cast. quando primus fuit immissus in omnia bona, quia erat sic necesse juxta mensuram debiti per eum petiti; nam si essent alia bona, tunc missio unius non prodesset alii. An autem sit idem, quando bona caperentur in causam judicati, ut creditor possideat loco pignoris res à judice captas pro executione sententiæ, de quo loquitur *titulus C. si in caus. judicat.* an ista immissio ex causa judicati prosit aliis creditoribus, velut in pignore prætorio? Fuerunt variæ opiniones; nam Bart. *in L. cum unus, in princip. colum. fin. ff. de bonis auctor. judic. possid.* tenet, quòd non; imò in isto pignore in causam judicati, qui prior tempore, potior est in jure: & idem dicit ibi Bart. si pignora caperentur vigore instrumenti habentis paratam executionem; tenet etiam Angel. *in L. fin.* & *in L.* 2. & 3. *C. qui potior. in pign. hab.* Bald. verò *in dict. L. fin.* ubi etiam Salyc. tenuerunt contrarium in casu, quo alii creditores haberent similes sententias, vel similia instrumenta executiva; & circa veritatem hujus puncti latè discutit Rodericus Suarez *in repetit. L. post rem judicatam, fol.* 158. versic. *ulterius nota*: & licèt ipse non eligat inter istas opiniones, mihi satis placet opinio Baldi *in dict. L. fin.* quia præcipuum fundamentum, quod adducitur in favorem opinionis Bart. per Ang. & Rodericum, est, quòd missus in possessionem ex causa judicati possideat, & ista possessio per eum alteri quæri non potest: nam illa opinio, quòd missus in possessionem ex causa judicati possideat, quæ fuit opinio Bartoli *in L. à Divo Pio*, §. *si super rebus, ff. de re judic.* communiter reprobatur, ut adducit ibi Alex. *colum.* 8. & Decius *consil.* 400. *colum.* 4. & sic restat idem dicendum, quod in pignore prætorio: & quia istud pignus in causam judicati, etiam dicitur prætorium, *L.* 1. & 2. *C. de prætor. pign.* si tamen is, qui habet sententiam, vel instrumentum guarentitium, petat priùs executionem, quàm alius habens similem sententiam, vel instrumentum publicum, tunc ille præferretur, juxta id, quod habetur *in L.* 11. *tit.* 14. *ead. Part.* & ibi dixi.

(2) *Aquel a quien bien queria.* Et sic locus est gratificationi: in contrarium tamen videtur *L. pupillus* 24. *ff. quæ in fraudem creditor.* Sed intellige, prout Glossa ibi intelligit, quando uterque creditor instabat pro suo debito: non enim tunc est locus gratificationi debitoris, ut *in L. si non expedierit* 6. §. 1. *ff. de reb. auctorit. judic. possid.* secùs, quando unus tantùm instabat, vel unus instaret, ut hìc, vel si instabant, debitor uni solvit per compulsionem judicis, *L. quod autem* 6. §. *apud Labeonem* 6. *ff. eod.* adde quæ dixi *in L.* 7. *tit.* 6. *Partit.* 6. *in gloss.* super verbo *que deudas.*

(3) *Que torne.* Limita, & intellige, nisi alîi creditores essent mag s privilegiati, ut *in L. ex facto* 52. *ff. de peculio*, & vide per Bartol. *in L. pupillus, ff. quæ in fraudem credit.* procedit ergò ista lex inter creditores habentes æqualitatem, vide per Bart. ibi, & per Paul. *in L.* 1. §. *plures, ad finem, ff. de tributor.* & Angelus *in dict. L. pupillus*, & *in decisionibus Neapolit. Matth. de Afflictis numero* 190. incipit *pulchrum fuit dubium.*

(4) *O que desamparasse sus bienes.* Tunc enim non residet in eo facultas aliqua solvendi; sed debet fieri per judicem, quod habetur *in L.* 2. *suprà eodem.*

(5) *Quier por premia.* Nota hoc verbum; nam ante cessionem, vel bonorum possessionem aliud esset, ut *in L. quod autem* 6. §. *apud Labeonem* 6. *ff. eodem.*

(6) *Diximos.* Suprà *eod. L.* 2.

L E X X.

Si debitorem fugientem creditor insequatur, potest eum, & quæ portat, ubi non est judicis copia, capere: sed si potest judicem invenire, debet hæc cum judice facere; & de bonis sic captis sibi satisfacere: nec tenetur cæteris creditoribus, licèt alia bona non sufficiant, contribuere. Hoc dicit.

(1) *Por si mismo.* Adde *L. ait prætor* 10. §. *si debitorem* 16. *ff. eod.* & *in authent. ut judices sine quoquo suffrag.* §. *necessitatem* 9. *collat.* 2. & ibi per Bartol. & *in dict.* §. *si debitorem.* Et debitor fugitivus potest capi etiam ante diem, vide per Bald. *in L.* 1. *C. de condict. ex leg.* & vide eum *in authent. imo, C. de action.* & *oblig.* Et quid si debitorem fugientem vulneravit, & ita cepit, vide per Baldum *in authent. sed omnino, columna* 3. *C. ne uxor pro marito,* & *columna* 5. Et quid si fuga sit in promptu, sed non in actu, vide Bald. *in L. pignoris, C. de pignor. act.* Joan. de Plat. *in L. nemo carcerem, C. de exactor. tribut. lib.* 10. ubi ponit quatuor necessaria ad capiendum debitorem fugitivum, vel de fuga suspectum: & ibi ponit de astricto alicui collegio, an possit capi à quocunque de collegio, & per eundem *in L. qui derelicta, C. de decurion. lib.* 10. Et an quilibet de populo possit capere debitorem publicum fugientem, vide Joan. de Plat. *in L. generali, C. de decurion. lib.* 10. Et de colono, vel ascriptitio fugiente, vide per eundem *in L. si coloni, C. de agricol.* & *censit. lib.* 11. & *in L. una, C. de colon. palest. eodem lib.* Et de debitore fugiente se defendente, adde Bald. *in L. si de vi, C. ad Legem Cornel. de sicar.* vide etiam in ista materia per Felin. *in capit.* 1. *colum.* 8. *de judic.* Et de clerico fugiente vide per eundem Felin. *in cap. cum non ab homine, de judic.* 1. 2. & 3. *colum.* & vide in materia ista notab. consil. Alex. 3. *vol. consil.* 64. & ibi vide, an procedat ista lex in debitore largè, prout est ille, qui conveniri potest actione reali, & ibi de aliis in ista materia, vide etiam latè per Jason. *in L. vinum, colum.* 2. 3. & 4. *ff. si cert. pet.* & notata per Andr. de Isern. *in* §. *si quis vero*, el 1. *de pace juram. firm.*

(2) *Con todo quanto leuasse.* Debet tamen res captas

Merino, estonce non lo deue recabdar el por si, mas deuelo dezir al Juez del logar, que gelo recabde; e el deuelo fazer. E todo aquello que le fallaren, puedelo retener para si, por razon de la debda que le deuia, fasta en aquella quantia que montaua lo que le auia a dar. E non es tenudo de recodir con ello (3) a los otros debdores. Mas si fallasse mas, de quanto montasse su debdo, estonce, lo demas deuelo dar a los otros, cuyo debdor era.

L E Y XI.

Como la cosa del debdor, que es enagenada engañosamente, deue ser tornada con los frutos della.

Leyes 6. y 7. tit. 19. lib. 5. Recop.

TOrnada deue ser la cosa, que algun debdor enagenasse maliciosamente, faziendo engaño a aquel cuyo debdor era, en el estado (1) que estaua ante que fuesse enagenada, con los frutos (2) que auia sobre si, a la sazon que la enageno, e con los otros que salieren della (3), desde el dia que fue demandada en juyzio (4), fasta que sea dada sentencia (5) contra el que fuesse tenedor della. Sacadas ende las despensas, que fuessen fechas en razon de los frutos (6), o por mejoramiento (7) que fuesse fecho en la cosa enagenada. Mas los frutos que saliessen della, desde el dia que fuesse enagenada, fasta el dia que la comen̄çaron a demandar en juizio, deuen fincar al que compro la cosa.

L E Y XII.

Como deuen ser reuocados los quitamientos, que fazen los omes a sus debdores maliciosamente.

Ley 7. tit. 19. lib. 5. Recop.

MAliciosamente quitan a las vegadas, omes y ha, las debdas que les deuen, por fazer engaño a aquellos cuyos debdores son ellos. E porende dezimos (1), que ningun quitamiento que estos atales fiziessen a sus debdores, non deue valer, si fueren sabidores del engaño (2), aquellos a quien quitan el debdo. E si por auentura, este que fiziesse el quitamiento engañosamente, sobre aquel debdo que quiere quitar al debdor principal, e tiene otro por fiador de aquella debda misma; si quita el debdo al fiador, seyendo sabi-

tas judici præsentare: vide Bald. *in authent. sed omnino, C. ne uxor pro marito*, Andr. de Iser. *in dict.* §. *si quis vero, de pace juram. firm.* ubi & Bald. post Gloss. ipse etiam captus debet duci ad judicem, *L. capite quinto* 25. *in princ. ff. ad Leg. Jul. de adulter.*

(3) *De recodir con ello.* Limita, & intellige, quando debitorem fugientem cepit ante bona possessa per creditores, ut suprà *L. proxim.* & declaratur etiam *in dicto* §. *si debitorem* 16. *L. ait prætor* 10. de qua ista sumpta est.

LEX XI.

Res in fraudem creditorum alienata restituenda est cum fructibus pendentibus tempore alienationis, & cum perceptis à tempore perceptionis usque ad diem sententiæ, deductis expensis fructuum, & meliorationis rei: fructus autem medio tempore ante petitionem percepti, sunt possessoris rei. Hoc dicit.

(1) *En el estado.* Adde *L.* 1. §. 1. & *L.* 10. §. *per hanc* 19. & *L. fin.* §. *non solum* 4. *ff. quæ in fraud. credit.* & facit *L. quod si minor* 24. §. 4. *vers. restitutio, ff. de minor.*

(2) *Frutos.* Vide etiam in dictis juribus, & *L. fructus pendentes* 44. *ff. de rei vendic.* & *L. Julianus* 13. §. *si fructibus* 10. *ff. de act. emp.* text. notab. & ibi Gloss. & Paul. de Castr. *in L. in Falcidia placuit, ff. ad Leg. Falcid.* & de fructibus pendentibus in rebus subjectis restitutioni, vide Paul. de Castr. *in L. in fideicommissaria, ff. ad Trebellian.*

(3) *Que salieren della.* Et etiam de his, qui percipi potuerunt, ut *in dict.* §. *per hanc*, vel à petitore, vel à fraudatore, prout actori fuerit utilius, *L. domum* 5. *C. de rei vendic.* & *L.* 1. *C. de petit. hæred.* Angel. *in dic.* §. *per hanc*, ubi hoc exemplificat in milite, & rustico: & ibi dicit Angel. quòd cautus sit advocatus, quòd ubi agitur ad fructus perceptos, nisi de tali perceptione probetur, non est condemnandus reus, licèt probatum sit, quòd tot fructus verisimiliter percipi potuerunt; allegat Jacob. de Aret. *in L. si fundum, C. de rei vendic.* sed benè sufficit talis probatio, secundùm eum, respectu fructuum, qui non petuntur ut percepti, sed ex eo quòd percipi potuerunt.

(4) *Demandada en juyzio.* Id est à lite contestata: sic exponit Albericus post Dynum *in L. fin.* §. *non solum, supra allegata.*

(5) *Dada sentencia.* Et etiam usque ad restitutionem rei, *L. certum* 22. *C. de rei vendic.* *L.* 39. *tit.* 28. 3. *Part.*

(6) *En razon de los frutos.* Nullus casus contingere potest, qui hoc genus deductionis impediat, quantumcunquè possessor sit malæ fidei, vel prædo, *L. fundus, qui* 51. *in princ. ff. famil. ercisc.* & si sine custodia fortalitii non potuerunt fructus percipi, fortè quia fundi erant siti in loco guerrarum, etiam sumptus facti causa custodiæ dicuntur facti gratia fructuum quærendorum, secundùm Angel. *in dict.* *L.* 10. §. *per hanc, ff. eod.*

(7) *Mejoramiento.* Adde *dict.* §. *per hanc*, cum Gloss. ibi, & *L.* 43. *tit.* 28. 3. *Part.*

L E X XII.

Liberatio, seu quitatio in fraudem creditoris facta revocatur, si liberatus particeps fraudis fuit: & si fidejussor fuit liberatus, & particeps fraudis, sed debitor fraudem ignoravit, tenetur fidejussor; & in eo, in quo bona ejus non sufficiunt, recurritur contra principalem: sed si debitor fraudem participavit, sed fidejussor non, tenetur principalis, & fidejussor erit liberatus. Hoc dicit.

(1) *Dezimos.* Ortum habet à *L. fin.* 1. *respon. ff. quæ in fraudem creditor.* & à notatis per Azon. *C. eod. in summa, col. fin.* versic. *item datur contra eum ex acceptilatione.* Et præmitte ad evidentiam hujus legis, quòd acceptilatio facta reo, prodest fidejussori, ut suprà *tit. proxim.* *L.* 1. & etiam acceptilatio facta fidejussori, prodest reo, qui jam erat obligatus, ut *in L. & per jusjurandum* 13. §. *si fidejussori* 7. & §. *qui ita* 9. & ibi per Bart. *ff. de acceptil.* & L. *si quis reum* 5. *ff. de liber. legat.* & per Bart. ibi, & *in L. si cum exceptione*, §. *Labeo, ff. quod metus causa.* Item intellige hanc legem ibi, *E si por auentura*, quando acceptilatio fuit ex causa onerosa, & tunc planè procedit casus hujus legis.

(2) *Sabidores del engaño.* Intellige, quando acceptilatio facta fuit ex causa onerosa; nam si ex lucrativa, illa scientia in istis non est necessaria, ut suprà *eod. L.* 7.

bidor (3) deste engaño, e el debdor principal non es sabidor (4) dello; estonce non vale el quitamiento, quanto es en la persona del fiador: ante dezimos, que es tenudo de pagar todo el debdo, si le fallaren de que lo puede pagar; e si non, estonce puede demandar al debdor (5) principal, aquello que non pudiere ser pagado de los bienes del fiador. Otrosi dezimos, que si quitassen el debdo al debdor principal, seyendo sabidor del engaño, e el fiador non lo sopiesse, estonce finca el fiador quito de la debda (6): e es tenudo el debdor de la pagar, tambien como si non gela ouiesse quitada.


(3) *Seyendo sabidor.* Intellige, quando fuit accepto latum ex causa onerosa, ut dixi, & ita declarat Angel. *in dict. L. fin. in princ.*


(4) *Non es sabidor.* Et causa erat onerosa; nam si lucrativa, supplendum esset hìc *maximè.*


(5) *Demandar al debdor.* Quia ex donatione capit, dicit Consultus *in L. final.* 1. *responso, ff. eod.* nam licèt respectu fidejussoris acceptum fuerit ex causa onerosa, respectu debitoris, cui talis acceptilatio prodest, capit ex causa lucrativa: & sic tenetur, cùm sit factus locupletior, etsi ipse fuerit ignorans. Et adverte, quia hoc procedit in casu, quo fidejussor non potest habere recursum contra debitorem per actionem mandati; ut quia fidejusserit animo donandi: nam si posset habere recursum pro eo, quod solvisset, requireretur in debitore scientia fraudis, seu quòd esset particeps fraudis, ut declarat Angel. *in dict. L. final.* movetur, quia tunc non capit ex donatione. Sed certè, aut ego non capio intentum Angeli, aut ejus dictum in hoc non potest procedere: nam quomodò poterit fidejussor à debitore repetere id, quod ipse non solvit? Cùm enim hìc disponatur, ut debitor id solvat, quod non potest haberi à fidejussore, procedet, etsi nunquàm fuerit particeps fraudis: & hoc licèt acceptilatio facta fuerit fidejussori ex causa onerosa, ut dixi, intelligendam fore hanc legem; nam si ex causa lucrativa, non esset dubium, quin debitor caperet ex causa lucrativa id, quod non potest haberi à fidejussore, juxta id quod habetur *in L. si verò non remunerandi* 12. *in princip. juncto* §. *fin. L. idemque* 10. *ff. mandati.*

(6) *Quito de la debda.* Quia licèt detrimentum non patiatur, non tamen lucratur, ut dicit textus *in dicta L. finali, primo responso*; & ex mente hujus legis, & etiam *primi respons. L. final.* procedit, etsi debitor principalis solvendo non fuerit: & iste casus est singularis, & tene menti.

FIN DE LA QUINTA PARTIDA.







PARTIDAS
DE GREGORIO
LOPEZ

TOMO
2